Universidad de Deusto
Biblioteca

Santelis

IN

MATTHAEUM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXIMIAE PIETATIS VIRO DOMINO, D. FRATRI Petro de Rojas, Oxomensium Antistiti ter dignissimo.

Magister frater Christophorus Sanctotissus Augustiniane familiæ alumnus. S. D.

SÆPE mecum tacitus (Præsul amplissime) dubius & anceps alta mente voluebã: an lucubrationes nostras, quas in D. Matthæi Euangelium diu ante disposueram, in lucem nunc mandare expediret. Verebar enim (nec immeritò) in grauissimorum hominum vituperationẽ venire: quod, rem tantam, quantam vix homines exquisita doctrina, præstantiq; ingenio præditi, hac tẽpestate suscipere ausi fuissent, ego, qui ingenio atque eruditione omnium minimum me esse prositeor, post tot sanctissimorum virorum scripta, nempè post Origenis, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, cæterorumq; Græca, & Latina Ecclesia Patrum antiquæ, & suprema classis, clarissimorum mundi luminum: post tot etiam nouæ classis insignes viros, ingenij acritate conspicuos, doctrina rara cum maxima dicendi facudia, ornatuq; verborum, elegantia coniuncta, qui omnes, summa contentione, & Spiritus sancti vi, atq; impulsu in D. Matthæum commentaria locupletissima, atq; præclara, & penè diuina, in sacrosancta matris Ecclesiæ vtilitatem, ediderũt, ego (inquam) ipse id ipsum aggredi ausus sim. Deus bone, quis, obsecro, inter mortales tantæ arrogantiæ, temerariæq; præsumptionis esse poterit, vt audeat dictata sua (ne dixerim liturgas) cum sanctorum Patrum purissimis scriptis ab Spiritu

Quam tot vir ctitate scrin nes, in D. thæu bere

Antiq Patrum pta lõg tertiã dernor tatis fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptores tempo scentis -sit to spiri feruore ɔebant.

ritu sancto dictatis, & proprio sanguine contestatis, equiparare? Nam si vberrimã illam, & planè sublimẽ priscorum Patrũ doctri nam pura mentis acie contemplemur, & ad nostra scripta oculos propriis affectibus expurgatos, deflectere volumus, quis in hac cõparatione, nisi mente, & iuditio omninò destitutus videatur, non constantissimè testabitur, tantum nos ab illorum doctrina, quantum ab ipsorum purissima vita, distare? Quo enim quis gratia diuina maiori cum incremento perfusus illustratus fuerit, eò certè maiori cum virtute, & efficacia eundem Spiritum sanctum, quẽ scriptura sacra authorem profitemur, sibi ad interpretandum, & Doctoris munus exercendum, adscribere licebit. Tempore illo fœlicissimo nascentis Ecclesiæ Spiritus sanctus lacte purissimo calestis amoris & doctrinæ, fidelium mentes per Patres illos sanctissimos, tanquam per nutritios, ita lactare solebat: vt filios & charitate feruidos, & sanctitate robustos ad cuncta aduersa pro Christo perferenda procrearet. At verò his nostris temporibus, cùm ille Sancti spiritus ignis ob nostra scelera in hominum cordibus tepescat, & doctrina Magistrorum frigescat, & virtus & robur ad mala quæuis perferenda omninò deficiant, necesse est. Hinc sit, vt paucissimos nunc filios in sanctitate vitæ, & morum compositione, & candore, & laboribus, & ærumnis huius vitæ perferendis, tanta & varia interpretum sacræ scripturæ multitudo gignat. Hæc animo considerantes fateri quidem possumus, & vnà cum fidelissimis illis terræ promissionis exploratoribus testari, dicentes: Terra, ad quem misistis nos, re vera lacte, & melle fluit, vt ex his fructibus cognosci poterit: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes, atque muratas, stirpem Enac vidimus ibi, &c. Si mentis acie terram illam promissionis nobis à Deo concessam, & diuitias cum vbertate fructuum, quibus abundat, vnà cum Gigantea illa hominum proceritate consideramus, ipsammet Ecclesiæ effigiem viuidè depictam, & vniuersa bona, quæ in ea desiderari possunt, inueniemus. Ad hanc igitur terram inhabitandam, Deus suos (Si modo Aegypto vltimum vale dixerint) mittere destinauit. Hanc quidem terram omnium bonorum feracissimam esse, non modò exploratorum dicta, sed etiam & collecta bona

bona secum asportata testantur: quatenus ex pauciss imis illis fructibus allatis terræ fœcunditatem in omnibus agnoscere difficile non sit. Quid ipsi dicant audiamus. Terra (inquiunt) lacte, & melle fluit (id quod de Christi sanctissima doctrina, & lossa interlinearis, quæ Spiritui sancto adscribitur à Patribus, dictum in figura fuisse testatur. Nam sacræ doctrinæ lacte Christi fideles ab Ecclesia nutricibus aluntur. Nutricem se esse, Paulus testatur, dicens: Lac potum vobis dedi non escam. Idem etiam dicebat teneram filiorum ætatem considerans: Facti estis, quibus lacte opus est, non solido cibo. Et Diuus Petrus in sua Canonica, ad huius lactis propensissimum amorem inuitat, dicens: Quasi modò geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite.) Non modò terra hæc promissionis, abundantia, & vbertate pascuorum lac nobis suggerit in copia: Verùm etiam nemorum fertilitate quoq;, & rosarum suauè olentium amœnitate, fœcunda apes miro susurro, hinc inde florum virtutem ellicientes, mella suauissima conficiũt, & habitatores huius patriæ sua dulcedine pascunt. Idipsum nobis Ecclesia profert. Videas sanctissimos Patres, tanquam apes argumentosas, ex sacra Scriptura floribus succos nectareos conficientes, quibus Ecclesiæ incolæ, & habitatores menarrabili pascuntur dulcedine. Eiusmodi nectare Dauid recreatus, dicebat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Videas etiam cælestium bonorum exploratores, nempè sanctissimos Ecclesiæ Antistites ab vna parte, Doctoresque ab alia, veste illo videlicet sanctissimæ Crucis ligno grauissimo onustos, Christum in se circumferentes, & per vniuersum mundum ostentantes racemum illum in sanctissimæ Crucis torculari expressum, & vsque ad extremam guttam dulcissimi sui liquoris pro nobis effusum. Virtutem quoque vitis illius, ex vinea cælestis patriæ selectam, ostentant, & in terram hanc promissionis plantatam, quæ palmites suos fructiferos extendit à mari vsque ad mare, à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, quibus vniuersa reficitur Ecclesia. Fructus quoque ex malo granatis, & ficubus videbis: Nempe viros religiosos omnium virtutum genere refertissimos, qui in suis cœnobiis, & cellulis, tanquam pulchra grana in suis casulis, pœniten-

Glo...

Te mis Eccl guram

1. Co Heb. 2. Pet

Psalm. versus.

Psal. 71. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA

tiæ rubedine decoratos, mira ſuauitate, & dulcedine cunctos mortales ad ſalutem animorum conſequendam reficiunt. En Præſul Ampliſs. habes fructus vberrimos & robuſtos, quos terra hæc promiſſionis, videlicet Eccleſia, à Deo perpetuò irrigata, producit. Natura compertum habemus, quò fortiores, & validiores fructus in vnaquaq; regione terra produxerit & alimenta fortiora præſtat, eò homines ibi robuſtiores generari. Hinc fit vt terra illa Chananæorum, quæ terra promiſſionis fuit, alimentorum virtute, atque ſubſtantia viros fortiſſimos, atque robuſtos corpore, & proceritate eminentes tulerit: adeò vt è genere Giganteo illos progenitos non negemus. Hinc quoque factum fuit, vt qui terra illius poſſeſſionem impenſiſſimè expectabant, animo conſternato fœlicem exitum circa occupationem patriæ timentes, victoriam obtinere omninò deſperarent: Ideoq; longè ſecurius iudicabant, ab incœptis deſiſtere, quàm hoſtes in ſe ipſos cum ignominia, iacturaque bonorum, & vitæ prouocare. Qua propter cæteros hortabãtur ſocios, ne ſeſe tam graui periculo committere auderent. Dicebant enim: Nequaquàm ad hunc populum valemus aſcendere: quia fortiores nobis ſunt. Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos: populus, quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt: Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac, de genere Giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. Ac ſi dixiſſent: diuitias maximas, & bona vberrima, quæ terra producit, quis non ſummo appetat deſiderio? Verùm duo ſunt, quæ nos, viroſque omnes, qui nobiſcum ex Aegypto venerunt, graui timore concutiunt. Primum illud eſt (id quod infractos animos facilè proſternere poterit) nempè, quòd terra illa, licet fortiſſimos producat viros, ſaluti incommoda eſt: adeò, vt oculis videamus viros aliòqui robuſtos, ſi minima tangantur infirmitate è veſtigio mortis pabulum fieri: ſic tandem vniuerſam illam terram ſuos deuorare habitatores videmus. Secundum verò malum illud eſt, quod, dum in viuis agunt terræ habitatores, adeò fortes viribus ſunt proceræ, ac Giganteæ ſtaturæ, vt nos, ſi cum illis conferri velimus, tanquàm locuſtæ minutiſſimæ meritò iudicari poſſimus. Hæ duæ res Præſ. Ampliſs. fuere, quæ filiorum Iſraël animos, ad tam præcla-

e.n.g.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Maeſtro fray Chriſtoual de Santotis, frayle profeſſo dela orden de S. Auguſtin, nos fue fecha relaciõ, que auiades compueſto vn libro, ſobre razon de los ſiete capitulos del ſagrado Euangelio de S. Mattheo, ſuplicandonos le mandaſſemos ver, y daros liẽcia para lo poder imprimir, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto enel dicho libro ſe hizieron las diligencias q̃ la pragmatica por nos fecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon: y nos tuuimos lo por bien. Por la qual, por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para q̃ vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otra alguna, podays hazer imprimir y vẽder el dicho libro delos ſiete capitulos del ſagrado Euangelio de ſan Mattheo, que de ſuſo ſe haze mẽcion, en todos eſtos Reynos de Caſtilla, por tiempo y eſpacio de diez años, q̃ corren y ſe cuentan deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula, ſo pena, que la perſona, o perſonas que ſin tener vueſtro poder lo imprimiere, o vẽdiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda la impreſsion que hiziere, con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis, cada vez q̃ lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare. Con tanto, que todas las vezes que huuieredes de hazer imprimir el dicho libro, durante el tiempo de los dichos diez años, le traygays al nueſtro Conſejo, juntamente con el original que enel fue viſto, q̃ va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Iuá Gallo de Andrada, nueſtro Eſcriuano de Camara, de los que reſiden enel nueſtro Cõſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original, o traygays fee en publica forma de como por Corrector nombrado por nueſtro mandado, ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el original, y ſe imprimio conforme a el, y quedã impreſſas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que aſsi fuerẽ impreſſos, para que ſe taſſe el precio que por cada volumen huuieredes de hauer. Y mandamos al impreſſor, que aſsi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio ni el primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor y perſona a cuya coſta lo imprimiere, ni a otro alguno, para effecto dela dicha correccion y taſſa, haſta que antes y primero, el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo: y eſtando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y ſucceſsiuamente ponga eſta nueſtra cedula y priuilegio, y la approbacion, taſſa y erratas, ſo pena de caer e incurrir enlas penas cõtenidas en las leyes y pragmaticas deſtos nueſtros Reynos. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y a otras qualeſquier juſticias, que guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y lo enella contenido. Fecha en Madrid a veynte y cinco dias del mes de Enero, de mil y quinientos y nouenta y ſeys años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Don Luys de Salaçar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPROBATIO OPERIS
ex commissione Superiorum.

QVÆ mihi Magister Gregorius Montelparẽsis, Reuerendissimus noster olim Generalis, nunc autem Illustrissimus Cardinalis, Commentaria in septem D. Matthæi capita, à doctissimo & religiosissimo viro, ac Magistro nostro Christophoro Sanctotisio lucubrata, commisit examinanda, legi, ac religi, non minus dilgenter, quàm libẽter, lectis autem atque relectis, mea est in hac parte sententia, labores isti vt in mediam lucem ire sinantur: cùm quòd nihil contineant fidei Catholicæ quouis modo dissentaneum, tùm verò quòd quàmplurima in eis sint, & ad legitimum Euangelistæ sensum eruẽdum vtilia, & ad mores hominum instruendos & componendos simul atque ad hæreticorum dogmata extirpanda, & ad pietatem promouẽdam necessaria. Datis in Conuentu nostro Salmanticensi, die. 25. Maij. 1595.

Frater Alphonsus Mendoça.

APPRO-

APPROBATIO PATRIS FRATRIS Petri Manrique, Prouintialis sacri ordinis Eremitarum sancti Augustini, Castellæ.

MAgister Fr. Petrus Mãrique, Prouintialis huius Prouintiæ Castellæ, & Visitator Generalis Prouintiarũ totius Hispaniæ, ordinis S. P. N Augustini, nec non Vicarius Generalis Indiarum, Patri Magistro Christophoro de Sanctotis salutem. Cum sapientia, virtusq; adeò inexplicabili nodo connexæ sint, vt altera alterius ope maximè iubetur, & vtriusque (quò ad nostri ordinis incrementa respiciunt) non mediocris nos cura solicitet, non possum non tibi magnoperè gratulari, qui cũ virtute prius exemplis auxeris, literarum studia: nũc miris ingenij tui commentariis aucta iri efflagitas. Quarè, vt quas lucubrationes super D. Matth. Euangelium parasti, ab his quibus eas cõmisimus, mihi ante commendatas, nunc iam oculis probatas, non solùm vt emittas concedimus, verũ quò maiori connatu id feceris, obedientiæ iure tecum agentes, sub præcepto imponimus. Datum Burgis, in conuentu S. P. N. Augustini, anno, 1595. die verò Octob. 8.

Frater Petrus Manrique
Prouintialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPROBATIO.

COmmẽtaria in septẽ capita sancti Iesu Christi Euangelij secundum Matthæum, à Reuerendo admodùm Patre fratre Christophoro Sanctotisio edita, ex commissione summi Senatus, vidi, ac diligenter inspexi: quæ quidem eruditione, doctrina, ac scriptura in suo germano, ac literali sensu exposita passim plena sunt: vbi nihil erroneum, temerarium, dissonum, aut sanctæ fidei contrarium reperiri poterit. Quarè typis mandari (in Ecclesiæ vtilitatem, & suam eximiam laudem) optimo iure poterunt. Datum in nostro Conuentu sancti Fráciſci Matriti. die decima Ianuarij, anni, 1596.

Fray Pedro de Ayllon.

DEDICATORIA.

præclaram victoriam reportandam, omninò retardare videbantur. Quæ sinos ad nostram hanc Ecclesiam, & ad labores illos, quos in ea sacrarum literarum exploratores præ oculis vident, referamus: idipsum planè nos, quod filij Israel dicere iustè possumus. Duo enim primaria capita (meo iudicio) esse solent, quæ viros doctrina ac pietate insignes, ne sese scribendi periculo committant, retardare faciunt: licet gratia Diuina fructus vberrimos huius terræ promissionis degustarint. Primum illud esse censeo, quod suos deuorare soleat habitatores. Quanta, obsecro, doctissimorum virorum scripta absorpta, & in nihilum redacta videmus? tum quia multorum inuidia mordax, calumnias maximas, & detractiones aduersus quàm plurimos insignes Scripturæ sacræ interpretes excitauit: tùm etiam, quod, odio internicino multi exulcerati, vindictam in eos, quos odio prosequuntur, sumere cupientes, aduersus eorum scripta mordaces Apologias, (nè dicam libellos infamiis refertos) perfricata fronte, quasi magno munere functi, in lucem audent emittere, cum maximo fidelium scandalo & summa hæreticorum gratulatione. Quid aliud (per Deum immortalem) hæc sunt, quam viros graues habitatores terræ huius crudeliter deuorare velle? Alterum certe est, (quod magis pios retardare poterit scriptores: ne scripta sua quantumuis elaborata, ingenioque limata m lucem emittant) nempè si ad illa sanctissima pariter, & doctissima sanctorum Patrum scripta, mira eruditione & pietate referta, mentis oculos attollamus, sapientiæ cœlestis monstra miraculosa, seu angelica potius scripta esse dicemus, quam humana. Quis cum Giganteis illis hominibus, proceritate sanctitatis, & doctrinæ grauissimæ cuncto excedentibus mortales contendere, vel cum ipsis in arenam descendere audebit, nisi plusquàm satanea fuerit superbia inflatus? Quis non videt, nos, si cum ipsis conferamur, quasi vilissimas terræ locustas esse? Verumenimuerò licet hæc sacrosanctæ matris Ecclesiæ terræ promissionis nobis Diuina pietate concessa, tot tantosque Giganteos viros, tot (inquam) sanctissimos Doctores, sanctitate & doctrina adeò eminentes, vt vix eos intellectu assequi possimus, gignat, quibus nos comparati, tanquam locustas

Quarè multi scribendi periculo sese committere non audent

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturę sacræ profunditas quãta sit.

cuſtas vix eſſe, reputabimur: & a tamẽ eſt ſacroſancta Scriptura nobis cælitus reuelata profunditas, tamque ſunt inexhauſti theſauri ſapientiæ ipſius, vt ſi mille, & mille, & decies centena millium interpretum habeat, & ad huiuſmodi ſapientiæ diuinæ fodinam, & profunda theſaurorum cæleſtium mineralia exhaurienda accedant, vix minimam eorum partem extrahere valebunt. Haurire quidem, gratia diuina opitulante, multa poterunt, exhaurire verò nunquam, nã ea ſapientiæ Diuinæ natura eſt, vt cũ infinita ſit, licet plurimas indè copioſiſſimaſque ſapientiæ Diuinæ diuitias acquiras, longè adhuc plura maioraque myſteria inquirenda reſtent. Hinc eſt, quòd Sapiens infinitatem myſteriorum diuinæ ſapientiæ conſiderans dicebat: Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inueſtigauit? Et poſt parum: Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. Nemo mortalium vnquàm de immenſo ſapientiæ Dei abyſſo melius phyloſophare valet, quàm Salomon ille ſapientiſſimus, cui miraculosè tam alta de Deo ſentire, & loqui conceſſum fuit: is tamen quò magis altiora penetrabat, eò longè maiora & ſublimiora de ea inquirenda ſibi deeſſe ingenuè fatebatur. Nam ſi ipſius ſapientiæ originem conſideres, non magis inueſtigando eam aſſequi valebis, quàm ſummi Dei originem & principium. Ideò ait: Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Quantum verò illa infinitatis in ſe habeat, ex his, quæ in terris noſtris obtutibus præſentantur, iudicari rectè poteſt. Vniuerſa percurras maria, vbi innumeros videas arenæ puluilos, mente etiam concipe vniuerſas pluuiæ guttulas è cælo cadentes. Dies quoque ſeculi continuo curſu labentes, licet hæc omnia actu infinita non ſint, immenſitatem tamen quondam innumeroſam in ſe cõtinere, etiam acutiſſima hominum ingenia fateantur neceſſum eſt. Altitudinem quoque cæli ſi penetrare liceat, terræ quoque ſpatia ampliſſimæ ſi percurrere valeas, ad abyſſi etiam profundiſſima ſi deſcendere

Eccleſi. 1.

Ibi. 5.

Sapiẽtiæ Diuinę abiſus.

dere tibi daretur, poſſes ne vniuerſa illa tuo ingenio dimetiri? Minimè gentium. Quo ergo pacto ſapientiam Dei præcedentem omnia quis inueſtigare audebit? Diuus Paulus, licet ad tertium cælum diuina virtute raptus fuiſſet, & ſublimia illa arcana verba ab ipſa diuina ſapientia audiſſet, non tamen ad illa explicanda linguam habere potuit: Id tamen, quod fari minimè dabatur, altiſſima tantarum rerum admiratione teſtabatur, dicẽs: O altitudo diuitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Vnde id, obſecro, ſit? Quia inueſtigabilis Dei Sapientia idipſum omninò eſſe, ac ipſemet Deus, fide certa fatemur. At verò ipſe Deus, cum perennis Sapientiæ fons ſit, perpetuæ ſuæ ſapientiæ riuos ſuper mortales diffundere non ceſſat, quo Eccleſia ſua varia ſapientiæ cæleſtis virtute irrigata, omnium virtutum fructus mirabiles producere valeat. Hinc illud eſt, quod Paulus ait: Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem: Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundẽ ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij Prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Fons ille perennis tanquam variis fiſtulis, & riuulis dulciſſimos Sapientiæ Diuinæ aquæ ductus manare non ceſſat. Nemo tamen ſibi quantumuis ſubtili ſit ingenio donatus, hanc dicendi facundiam, ſeu interpretandi gratiam adſcribat: ſed ipſi Deo ſoli, qui dat omnibus affluenter & non improperat. Eò tamen magis a illo vbertatis fonte haurire conceſſum erit, quò maiori cum animi deiectione, & profunda humilitate, inſtantiſſimiſque precibus Deum quis pulſauerit, vt ſua pietate immenſa theſauros fontis ſapientiæ ſuæ extrahere dignetur. Sanctiſſimis illis patribus fluenta diuinæ Sapientiæ adſcripturæ ſacræ nobis à Deo reuelatæ interpretationem longè vberius quàm nunc fundebat: tum quia Eccleſiæ neceſſitatibus tunc temporis Deus proſpiciebat: tùm etiam quia animos omnium virtutum genere ornatiſſimos habebant: ideoque ſuis precibus ſanctiſſimis haurire meruę-

Rom. 11. d. 33.

Sapientię nullos ſuper mortales Deus ipſe diffundit.

1. Cor. 12.

Ad Scripturæ ſacræ interpretationem quò animo ſit accedendum.

Interpretationis gratiã vberius patribus infundebat Deus quàm nunc & quarè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽruerunt id, quod incredibili amore populis propinarunt. Verùm enimuerò licet hæc Spiritus sancti vbertas nobis concessa non sit, nec Ecclesia nunc temporis ea interpretum abundantia indigeat: voluit tamen Deus Ecclesiæ suæ interpretes omni tempore dare: quò magis ac magis sapientiæ Diuinæ immensitatem, & infinitos atque inexhaustos thesauros eius esse cognoscamus. Humili igitur affectu accedentes, quàmuis altam illam, & excellentem sanctorum Patrum doctrinam assequi non valemus, nobis tamen desperandum non est, sed firmissima spe ad riuulos diuinæ Sapientiæ anhelare, & animo expectare debemus. Nam (vt Horatianis verbis vtar.

Interpretes Scripturæ omni tẽpore Ecclesiæ suę Deus dare voluit.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcircò contemnas lippus inungi.
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Multa a sanctis Patribus relicta noui interpretes inuenere.

Haud certè licet viro, qui studia sancta sua Domino consecrauit, animum despondere, sed Spiritus sancti resumere vires, quibus fretis nonnulla, quæ interpretes prætermisserunt, inuenire nobis cõcedetur. Imitabimur ergo huius nostri seculi interpretes, pietatis studio, sanctã illam Moabitidem, Ruth nomine, quæ maxima oppressa egestate in agrum Booz à Spiritu sancto deducta venit: vt spicas, quæ metentium manus fugerant, colligere liceret. Booz autem pietatis animo non modo spicas hilari concessit vultu: verùm alimenta simul illi dari præcepit: Nec non suis in mandatis dedit messoribus: vt nullo pacto puellam, si modò metere voluisset, prohiberent: addidit quoque, vt nonnullos ex his, quos collectos habebant manipulos, de industria relinquerent, quos ipsa absque rubore liberè colligere posset, certa atque omninò secura, quod eam sic colligentem nemo corrigere auderet. Quis obsecro, tanta inflatus superbia erit, qui ingenij sui tenuitatem ad sacras literas interpretandas non ingenuè agnoscat: & gratiam ab vnico illo Domino ac singulari agri Ecclesiæ, humili corde expostulet, quatenus potentissimos illos agri cælestis messores sequi

Ruth.2.

qui liceat: vt spicas, qui manus illorum, Deo sic disponente, fugerunt, colligere audeat? Habemus quidem potentissimum agri Dominum pium æquè, ac liberalissimum: est enim Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui iusta petentibus affluẽter dat, & non improperat. Is sua inmensa gratia, vltra animæ, vitæque pastum nobis necessarium, protector mirabilis eorum semper est, qui in Ecclesiæ suæ agro labores ex animo suscipere anhelant: non enim patietur vnquàm, vt quispiam cum gratia metentem prohibere audeat: quin potius diuina sua ordinatione constituet, vt sacrorum mysteriorum manipulos non paucos ex industria sequentibus messores relinquant, quibus se, suosque Ecclesiæ domesticos sustentare cum gaudio possint. En Præsul amplis. spicas, quas sanctorum vestigia sequutus in diui Matthæi Euãgelium, Dei gratia, colligere potui. Lex lata fuerat Hebræis, qua mandatum illis dabatur: vt in terram, quam ingressi fuissent, collectis segetibus, manipulos spicarum ad Sacerdotem deferrent. Messis iam meorum studiorum (gratia diuina atque vtinam cum fructu) facta est: & cum in hanc tuam diœcesim post multos varioque exantlatos labores venire decreuissem, ne antè præclarum tuum conspectum vacuus apparere videar, lucubrationum nostrarum primitias, tanquam spicarum manipulos septem super septem diui Matthæi primaria capita collectos, grato, humilique affectu eximiæ dominationi tuæ offero. Tu quoque grato animo Pontifex dignissime accipere non graueris. Diù est, quòd nostra omnia scripta, quæ ex Belgio fuerunt allata, sanctæ Inquisitionis Patribus in Ciuitate Iuliobriga, pro sanctissima Hispaniæ consuetudine oblata fuere, ibique multa in commendationem nostrorum studiorum, præcipuè eorum, quæ in quatuor Euangelistas dictata viri doctrina, ac pietate insignes perlegerant, prædicarunt: & vt ea in vtilitatem multorum præla mandarem obnixè petierunt. Ego verò eo ipso tempore, nostra illa scripta tantoperè ab eis commendata, potius spicas dispersas (vt ingenuè verum fatear) quàm manipulos collectos iudicabam: multa enim ibi erant horrida & impolita oratione proiecta, multa quoque tanta breuitate collecta, vt obscuritatem affectare viderentur:

Leuit.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA

derentur: licet multa antiquam illam pietatem redolere dicebãt. At verò temporis successu, nè otio torpescerem, cœpi dispersa, quæ in diuũ Matthæum habebam, colligere, inculta laborare & polire, atque obscura explicare, & sermone dilatare: ita tandem, vt integrum hunc manipulum dominationi tuæ offerendum, aptatum relinquerem. Volens iam hos meos quales quales labores in lucem, vt multorum desideriis satisfacerem, emittere, cui obsecro tutiùs eos consecrare auderem quàm tibi? Cui semper maiorum meorum vestigia sequens circa obsequium & obseruantiam illam, quam erga tuos, quos Principes primarios in Regno, & in hac inclyta ciuitate Burgensi mei suspexerunt, imitatus, tanquàm vnicum, ac singularem meum Mœcenatem obsequium semper exhibui. Iudicarem certè omnes vigilias meas furto rapuisse: si has tibi Præs. ampliß. non humili obtulissem animo. Et licèt hæc antiqua maiorum meorum obligatio me obligatißimum reddat, multa etiam alia maioris momenti & maioris etiam ponderis fuisse fateor, quæ me ad id faciendum non modò inducere meritò poterant, sed etiam impellere: nempè insignis illa tua pietas, quæ primo loco habenda est: deindè generosißimi tui animi natiuus candor & inuictũ, ad Diuina robur, quo cum primariis principibus, qui mundi sceptra, fastum, ac diuitias contemnentes Satanæ pompis vltimum vale dixere, decertasti: & si non vniuersos, maiorem tamen eorum partem longo interuallo superasti: id quod me, multosque insignis pietatis viros in maximam admirationem & amorem tui singularem rapuit. Nam cum omnes te ipsum agnouissent ex primariis Hispaniæ principibus originem duxisse, nempè à Marchionibus de Poça nuncupatis, & temporis successu Marchionatus dignitatem legitimo iure tibi deuolutam cum gloria possidere potuisses: maluisti tamen omnibus conculcatis dignitatibus, illa omnia cum maximis diuitiis coniuncta tanquàm vilißima stercora reputare: vt tibi Christum lucrifaceres. Et vt tantum de te ipso sacrificium Deo præstares, inter multas, quas Ecclesia colit religiones sanctitate, ac pietate florentes, ad Augustinianam familiam (dum Salmanticæ literis operam dares) quàm florentißimam iudicabas, impensißimo

DEDICATORIA.

ßimo animo conuolasti. Quis valeat virtutes omnes illas, quas abineunte ætate in ordine colebas, verbis exprimere? Paupertatem, humilitatem, atque obedientiam, cæteraque virtutes omnes tanto amplexabaris affectu, amoreque intimo, vt ad tuæ lucis exemplum cuncti ibi religionem colentes Christum te sequentes imitarentur. Tam magnos insuper in pietate religionis, ac in orationis feruore breui tempore profectus feceras, tamque altè radices in sacrarum Scripturarum studiis ieceras: vt Magisterij gradum magno omnium Patrum consensu magna cum gloria acciperes. Gradu igitur Magistrali accepto, tanta tui erat eximiæ sapientiæ, & præclaræ prudentiæ omnium commendatio: vt post varios labores in multorum ordinis cœnobiorum gubernationem exantlatos, in quibus multa magna cum laude gesseras, in totius Prouintiæ Castellæ & Indiarum gloriam, & amplitudinem gubernacula ab ordinis Generali dignißimo Magistro Elparensi, qui nunc Romanæ Ecclesiæ meritißimè Cardinalis existit, Patrum ordinis suffragiis exigentibus, earundem Prouintiarum gubernacula meritißimè susciperes Sed non diù tanto bono Augustiniana religio potuit gaudere: nam cùm Prouintias indefesso labore regeres, inuictißimus Rex noster Philippus, tãtas animi dotes cum insigni pietate, & præclara doctrina, generisque claritate coniunctas videns, ad dignitatem Pontificalem Astoricensis Ecclesiæ, deindè ad insignem hanc, quam nunc magna cum laude possides, Oxomensem Ecclesiam meritißimè te promouit: nosque tibi addictißimos, atque vniuersum ordinem, licèt tanto bono priuarit, magno tamen decore affecit: quatenùs vniuersi in te, tanquàm in speculo, videant virtuti suæ præmia manere: & vt noscat sperare latendo iam probitas (reddit enim Cæsar sua præmia laudi.) Hæc & multa, quæ in tui commẽdationem silentio prætereo: nè me adulatorem potiùs, quàm fidelem relatorem rei dicant, sunt Præs. ampliss. quæ me cogunt, vt sicut nonnullam vitæ meæ partem in tuis obsequiis expendi: ita perpetui mei amoris & obsequij erga te fidele testimonium exhibere volens, meas has in Matthæum lucubrationes tibi consecrare decreuissem, quas sub tua protectione offero. Quòd si hos nostros labores benevolo, quo

¶¶ soles

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA

soles pios cæterorum amplecti, animo suscipias: fore non dubito, quin singulari tua protectione ab omnium inuidia liuida, ab omniq; dente mordaci facilè vindicabis. Accipe obsecro Præs. Ampliß. munusculum hoc: & me solito tuo fauore amplectere. Futurum spero: vt beneficia tua in me collata efficiant, nè (si modò vitæ spacia Deus concesserit) in ingratum collata fuisse vnquam sis dicturus. Vale.

PROLOGVS IN SACROSANCTVM D. Matthæi Euangelium.

NON vulgaris quidem his nostris temporibus quæstio suborta est, circa veram, certam, & germanam linguā, qua noster D. Matthæus, Euangelistarum primus, aliquid peculiariter à Deo opt. Max. electus, tàm in sui Euāgelij prędicatione, quàm in illud propria manu scribēdo, & Christi fidelibus tradendo, vsus fuerit. Hæc, quæ nuper à iunioribus suborta est quęstio, à longissimis temporibus fuerat à Patribus, & Ecclesiæ sanctæ Doctoribus non ventillata, sed omninò absque lite vlla discissa, & pro cōfesso æternitati donata: sed antequā ad quæstionem ipsam accedamus nonnulla de D. Matth. profari libet. Nemo quidem fuit, qui dubitarit olim D. Matthæum lingua sancta nempè Hebręa, Euangelium fuum sacrosanctum in Iudea propter eos, qui ex Circuncisione crediderant, prædicasse. Incipiens enim anno octauo post Christi Iesu Ascēsionem per vniuersam Iudæam suis Hebræis annis ferè quindecim Christi Euāgelium ore tenus, sicut ab ipsomet Christo audierat, feruentissimo spiritu fidelissimè tradidit. Cum verò ei ex diuisione orbis inter Apostolos facta ad gentes ire sorte contigisset, factum fuit: vt fideles Iudaei Euangelij lacte ab ipso educati, quò magis, ac magis ea, quæ tanto dilectionis amore prędicarat, priùs alta mente, deinceps memoria retinerent, humillimis precibus ab ipso impetrarunt, quatenùs sermone patrio, nempè Hebræo vniuersa, quę ipsis verbo tantā cum vtilitate explicuerat, scripto cōprehendere dignaretur. Id quod vltrò concedens sacrosanctam Christi doctrinam, ortum, vitam, ac mortem in vnum librum patrio sermone, quo priùs populum docere consueuerat, Spiritu sancto dictāte libenter congessit. Sic tandem Primum Iesu Christi Euangelium in salutem credētium post se magna cum gloria reliquit. In quo sancta mater Ecclesia nouæ legis, nouique Testamenti primitias præclaras accepit. Plerique Apostolorum tanquàm de re tanti momenti agentes id statim studiosè examinare cœperunt. Cumq; ea omnia,

Quā lingua D. Matthæus Euangelium scripsit.

Matthæus anno octauo post Christi ascensionem cœpit scribere Euangelij prædicationem.

D. Matthæus quindecim annis prædicauit in Iudæa.

Ex Iudæorum petitione D. Matthæi Euangelium scripsit.

Euseb. Eccles. Histo. lib. 3. c. 24.

Nicephor. eccles. histo. lib. 2. c. 43.

D. Matthæi Euangelium, noui Testamenti primitiæ fuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Matthei Euāgel. Apostol. approbarunt.

nia, quę in libro continebantur, vera esse tāquàm ab Spiritu sancto dictata cognoscerent, magno omnium consensu approbarunt, ibiq; suũ sacrum Euangelium tāquam monimentum vnicum, ac singulare Diuinorum beneficiorum, libenter ipsis reliquit. Euangelium ibi cum fructu relicto & secum asportato apud Thebanos, qui ad imperium Persarũ nondùm accesserant, salutẽ annuntiauit, & Palestinæ obiens regiones, & congrediens cum multitudine variarum linguarum, seruatorẽ Christum audaci voce & mente prædicauit. Eos qui errore capti erant ad Dei deduxit cognitionem, ab errore abduxit, veritati adiunxit, impietatem de medio sustulit, & ad verum & solum Deum omnes adduxit. Ad Syriæ inde Hierapolim, sitam propè ripã Euphratis, accedẽs, postquàm eos, qui in ipsa erant, ad veritatis reduxisset agnitionem, & eos qui crediderant per aquam, & Spiritum sanctum Christo vendicasset, ibi sanctum ædificauit templum, sacerdotes & presbyteros ordinauit, & diaconos in eum gradum cooptauit, vt latè Metaphra. scribit. Verũ enimuerò licet D. Matthæi propensissimus amor me ad præclara ipsius gesta narranda rapiat, non tamen licet quæstionis propositæ limites præterire. Ad rem igitur deuenientes, Euangelium, quod D. Matth. scripsit, S. Bartholomæus Indis prædicauit, & reliquit. Ex India verò Panthenus in Aegyptũ asportauit: vt D. Hieronymus testatur. Postea S. Barnabas illudmet Matthęi Euangelium sua manu descripsit, atq; ligato supra pectus codice ex vna in aliam regionem migrans, solo eius attactu magna, ac multa miracula fecit. Nouissimè verò iam D. Barnaba vita functo, tempore Anastasij Imperatoris, ex diuina reuelatione, vnà cum D. Barnabę reliquijs supra eius pectus Euangelium hoc repertum fuisse testatur Nizephorus. En habes candide lector, quoties D. Matthæi Euangelium fideliter fuerit lingua Hebræa scriptum. Fideliter dixi, nam id, quod D. Hieronymus affirmat dicens, Euangelium D. Matthæi lingua Hebræa conscriptum inuentum fuisse in famosissima illa Bibliotheca Cæsarien. quam D. Pamphilus Martyr magno studio collegerat, & se (habita facultate à Nazaræis in Berroa vrbe Syriæ existentibus) illud descripsisse, non certè multum ad veritatem, quam inquirimus, facere credimus. Nam Nazarænorum Euangelium illud esse certissimum est, quod apocryphum esse constat, eoque Hebionitæ hæretici ad suas hæreses astruendas passim vtuntur. Et Nazarenos quoque hæreticos esse D. Hieronymus testatur. Vndè putarem D. Hierony. cùm de hoc Nazarenorum Euangelio mentionem facit, minimè de vero, ac germanó D. Matthæi Euangelio lingua Hebręa Iudæis tradito, intelligere voluisse puto: sed potiùs de proprio illo Nazarenorum Euangelio, quod forsan à quodam alio viro Matthæi nomine nuncupato, mutuati fuerant: vt ex nomine authoris eorum Euangelio gloriam compararent. Satis tamen mirari non possum D. Hieron. nõnunquàm in suis scriptis vti solere testimoniis Euangelij Nazarenorum, vt latè ostendit Doctor Martinus Martinez, in suo Hipotyposeon, lib. hoc forsam facere voluit, vt ab aduersariis testimonium veritaris peteret. Sed Nazarenorum relicto Euangelio, de quo, tanquàm de re minus pertinẽte, non est nobis disceptatio. De fideli S. Matthæi Euangelio nunc inquiramus, quod, vti Epiphanius testatur, Iosephus vir clarissimus, natione Iudæus, patria Tyberiensis, dignitate comes & ingenti miraculo ad fidem pertractus, primus misit in lucem, ipsamet Matthæi manu Hebraicè conscriptũ, quod in occulto Iudæorum gazophilatio adinuenit. De hoc vero, ac fideli Euangelio quid sentiam, dicam candidè: fateor D. Matthæum Iudæis lingua patria, siue Iudaica Euangelium suum & prædicasse simul, & conscripsisse, sequutus in hac sententia grauissimorum doctorum testimonium, id quod maximè testantur Irineus, Origenes, Eusebius, & Hieronymus. Hîc iam status quæstionis est, vt rectè agnoscamus quæ lingua Hebræa illa sit, in qua D. Matthæus scripsit, & docuit. Facilè quidem quæ nam hæc fuerit, accipiemus, si modò intelligamus temporis statum, in quo Christus seruator noster, sua nos imbuere dignatus fuit doctrina. Quotquót enim antiquorum Patrum sunt linguam Hebræam, antiquam (inquã) illam perfectam, qua Penthateucus scriptus fuit, nec non librinõnulli Prophetarum, confundere videntur cum ea, qua Iudæi tempore illo, quo Christus versatus est inter illos, vsi sunt. Hæc re vera, si exactè rem considerare volumus, lingua mixta fuit ex Chaldea, seu potius Syriaca & consequenter ab Hebræa illa perfecta distans. Variæ quidem, & vrgentes rationes sunt, quæ hanc nobis veritatem tanquàm digito commonstrare videntur. In primis post lugubrem illam tàm populi Israëlitici, quàm Iudaici stragem, & deuastationem horrendam, quam iusto Dei iudicio ob grauissima vtriusque populi flagitia, licèt enim paria fuerint amborum delicta, priùs tamen regnum illud Israëlitarum decem tribubus constans, cuius primaria ciuitas Samaria erat, miserè à Salmanassar Assyriorum Rege deuastatum fuit. His decem tribubus destructis qui Israëlitæ dicebantur, Iudææ tribus residui, licet flagitia flagitiis cumularent, & nihilo Israëlitis meliores essent effecti, etiam si crudelem vltionem de Israëlitis à Deo iustissimè sumptam oculis vidissent, voluit tamen Deus ob promissiones Dauidi factas supplicium eorum differre, Prophetas, qui eos ad sanam mentem reuocarent, mittere, quo misericordia Dei magna tot tantisque argumentis ipsis contestata maneret, & ad pœnitentiam magis, ac magis prouocarentur.

D. Matthæus Thebanis Euangeliũ prædicauit.

D. Matt. Hieropolim prædicauit, Templum ædificauit, sacerdotes, & ministros ordinauit.

Metaphra. in vit. B. Matt. sub. 16. Nouẽ

D. Bartholomæus Indis. D. Matthæi Euãgelium prædicauit.

Hiero. de viris illust.

Pãthenus D. Matth. Euãgeliũ in Egyptũ portauit.

D. Barnabas D. Matt. Euãgel. propria manu scripsit

Nizeph. lib. 16. c. 37.

Attactu Euãgelij D. Matt. multa miracula fuit actu Euã. D. Matthæi supra pectus D. Barnabæ fuit inuentum.

Hiero. in Catalo. script.

Hieron. q. 4. ad Hedibiam

Euãg. Nazarenorũ apocryphũ & hæreticum est.

Hiero. in. 12. cap. Matt.

Euãgelium Nazarænorũ licet à Matthæo quodam non tamen à D. Matthæo scriptũ fuit.

Marti. Hypotipo. lib. 1. c. 6.

Iosephus vir clarissimus

D. Matthæi Euangelium primus missit in lucem.

Epipha. Bibliothe. sanct. lib. 4. fol. 270.

D. Matth. lingua Iudaica scripsit, & prædicauit.

Irin. lib. 3. cõtra hæres. c. 1.

Orig. in Prolo. Matt. Euse. lib. 1. hist. Eccle. c. 10.

Hier. in Præfac. ad Damasce. in 4. Euã.

Lingua Hebræa non æqualis perfectionis fuit semper.

Lingua Hebræa post captiuitatẽ Babyloniæ mixtu fuit, id quod multis rationibus probat.

Prima ratio ostendit populi Israelitici, & Iudaici deuastationẽ 4. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologus

Iudaici populi deuastatio facta à Nabuchodonosor qualis fuerit. Isai. c.

At verò Iudæi peccata peccatis commulantes iram Dei tantoperè prouocarunt, vt Nabuchodonosorem Regem vnà cum numerosissimo exercitu suo, in eos excitaret, qui gladio crudeli eos deuastaret, & Iudæam sic tandem relinquerent omninò depopulatam, & Hierusalem in clytam quondàm, vti Isai. prędixerat, deuastatam oculis viderẽt. Et derelinquetur, inquit Euangelicus vates, filia Sion, vt vmbraculum in vinea, sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Tribus

Qui tribus fuerint captiui in Babylonem deducti.

Iudę Beniamin, & Leui hac misera clade captiui in Babylonem deducti fuerũt Hierusalem expugnata, agris vnà cum populis deuastatis, quidquid erat nobilitatis in vniuersa Iudæa, quicquid diuitiarum, quicquid religionis, quicquid scientiæ, & nonnullos (prohdolor) ex Prophetis à Deo sua gratia illuminatis, & vasa omnia, sacrata templo secum asportarunt, & quicquid tandem erat boni in vniuersa Iudæa, non ætati, nõ sexui parcentes, ferro, ac flãmis Babylonius tandem deuastauit, & templo incẽso vniuersam vrbem inde exusit. Deo sic populi scelera vindicãte. In hac itaq; publica, ac vltima calamitate, in qua nobilitas, in qua sacerdotes templi, in qua sapientes vniuersi Regni Iudaici, in qua Rex cũ vniuersa curia, in qua Sanhedrin Iudæorum, quod ex septuaginta & duobus regni iudicibus constabat, nec non & Prophetæ in Babylonẽ manibus post terga reuinctis ducti sunt. Non certè erat postrema harũ calamitatum iactura, quòd Babylonius Rex, Chaldæiq́ue vniuersi, Hebræorum linguam tanto prosequebantur odio, tamq; ipsis infamis illa erat, vt nihil intentatum relinquerent, nullamq; non inquirerent viam & modum, quo possent eam è medio nationũ tollere. Hinc factum fuit, vt Ioacim Iudæorum Rege mortuo, qui tyranni regis clementia patrię fuerat restitutus, post illam Rex Iudaici populi authoritate Babylonij,

Secunda ratio quia Chaldei Hebræorum linguam odio prosequebantur.

Matathias patruus Ioacim, fuerit designatus, ea tamen lege & ome, iubente Nabuchodonosor, vt Matathiæ nomen Hebręũ, in inauguratione sui regni, abnegaret, & Zedechiæ nomen Chaldæũ sibi deinceps haberet. Nec satis contentus erat tyrannus si regis nomen Hebræum in Chaldæum commutasset, maluisset potius vniuersorum nomina simul cum lingua, si id commodè facere potuisset, in propriam Chaldęorum transformare. Animum certè ipsius, ad id propensissimum, multis argumentis manifestasse certissimum est. Nam cum de Israëlitis & Iudæ tribubus victoriam cum gloria reportasset, statim pueros nobilitate, ac forma præstantes, ad proprium regis palatium deferri mandauit, eosq; diligenter in literis, & lingua Chaldæorum instituere seriò præcepit, quatenùs sic fœliciter institutos, liceret eos etiã antè præsentiam ipsius Regis adstare. Qua in re Principibus regni sui prędarum exhibere voluit exemplum, quò vnusquisq; eorum regis vestigia sequutus Hebræorum

Ex odio Rex Chaldæorum Matathiæ nomen Hebræũ in Zedechiæ Chaldæũ nomen mutauit Dan. 1. Nabuchdonosor propter odiũ, quod cõceperat aduersus linguã & mores Hebræorũ, pueros in literis & lingua Chaldæorum instituere mãdat.

Ad Lectorem.

bræorum filios, suis liberalibus sumptibus, in literis & Chaldæorum lingua, summa cum diligentia instituendos in decorem, & splendorem regni susciperent, quatenùs vniuersi Hebręi, successu tandem temporis, mores, linguam literasq́ue natiuas obliuioni perpetuò tradentes, nihil in vniuersis regnis preter linguam, literas, & disciplinas Chaldęorum audiretur vnquàm. Et vt normam ad id consequendum Principibus daret, hac etiam vsus est arte, vt scilicet oblatis iam sibi pueris ex nobilioribus Iudæorum, nempè Daniele, Anania, Misaële & Azaria, Hebręa istec nomina in primis tanquàm characteribus delectis in Chaldæis nominibus permutanda fore decreuit: Et sic tandem factum fuit vt Danielis nomen, in Balthasarem, & Ananiæ in Sidrach. Misaelis, in Misach, & Azarias in Abdenago, nominibus Hebręis commutatis, iisq́ue nominibus Chaldæis semper compellarentur ab omnibus. Quibus etiam Rex, ex sua mensa regali, cibaria per singulos affatim dari præcepit. Hac fallacissima arte Rex tyrannus vtebatur, quatenùs sub prętextu delitiarum, Hebręos professione, lingua, doctrina, & moribus, in Chaldæos viros si quoque pacto posset transformaret. Satanæ mirabili fraude hoc factum fuisse quis non videt? Voluit quidem regem idolatram sibi ministrum habere, quò facilius per eum sacram Hebręorum religionem, Diuinam legem tanta cum maiestate Dei digito conscriptam, & datam, Prophetarum oracula, in quibus Deus ipse suam erga nos contestatus est voluntatem, omniaq́ue scripturę sacrę volumina & sacramenta, quæ salutem, vitamq́ue nostram contineãt, omnino hac arte delere, quatenùs his omnibus abolitis, & è mentibus Hebræorum omninò sublatis, Chaldæorum infames artes, ritusq́ue profanos viuendi, vnà cum idololatria satanæ in mundum inuehe ret. Testis fuit statua illa aurea, quam Nabuchdonosor erexerat, quam vniuersi populi, tribus & linguæ prostrati adorare tenebantur. Deus bone quot myriades ex tribubus Israëlitarum, & Iudæorum fuere, qui cultu diuino post habito timore penę proclamatæ Satanę statuam sibimisè adorarunt, dùm ex vniuersis Hebræis, tres tantum publicè Deo fideles inueniuntur? Demus quàm multos non comparuisse. Verùm vt multorum sententia fert, huius statuæ solennissima erectio non inuenta fuit à tyranno, quatenus Chaldęorum sibi obsequẽtissimos animos agnosceret, sed potius vt Dęmonis arte Hebræorum religio cultusq́ue Diuini honoris ex eorum mentibus penitùs aboleretur. Sed hęc, licet consideratione dignissima, omissa faciamus, nè longè ab instituto, circa Hebręorum linguam, diuagare videamur, sub hac crudelissima tyrannide, Hebręi miseri septuaginta annorum spacio à Chaldæis diuexati fuere: toto hoc tempore Chaldaico sermone, quò magis in Chal-

Danielis, Ananiæ, Misaelis & Azariæ nomina Hebręa in Chaldæa nomina commutata.

Satanas Nabuchdonosorem commouit, vt odio fũmę prosequeretur Hebræos, vt sacra eorum instituta dęstrueret, & Chaldæorum Idolatriã statueret.

Statuã aureã quã Nabuchdonosor erexerat multi Iudæorũ & Israelitarum prostrati adorarunt.

Statua à Nabuchdonosor erecta fuit in odiũ religionis Iudæorum

Tertia ratio quia septuaginta annis Hebræi in captiuitate Babylonica fuerunt, quo tempore Chaldæo sermone vtebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæorum gratiam deuenirent (Hebręa lingua ob rarũ aut potius nullũ vsum abolita est) vtebantur. Infantuli Hebręorum qui in hac captiuitate nati fuere, Chaldęum sermonem tanquàm proprium, & natiuum sibi vendicabant, & antiquam illam Hebræo: um linguam, qua maiores gloriabantur, tanquàm ipsis ignotam despiciebant, & tandem Syriaca lingua vtebantur. Syriaca enim lingua (vt Belarminus, lib. 2. de verbo Dei. c. 4. dicit) quasi proles quędam est Hebraicæ & Chaldaicæ linguę. Hebręi siquidem, qui vsque ad captiuitatẽ Babylonicam Hebraicè solùm, ideſt lingua sua natiua vti consueuerant, cum abducti essent in Babylonem linguam propriã obliuisci cœperunt, & alienam addiscere, ideſt Chaldaicam. Quia tamen non perfectè eam pronunciare poterãt, & semper aliquid ex Hebraica retinebant, factum est, vt lingua quędã tertia nasceretur, mixta ex Hebraica, & Chaldaica, atque ea est, quam pro vulgari, ac materna deinceps Hebræi habuerunt. Quę quidem Syriaca dicta est à regione vbi maximè eius vsus viget, siue Hierosolymitana à ciuitate prędipua Hebræorum, quemadmodùm lingua Chaldaica, quę hoc nomen habet à regione Chaldęa, vocata est etiam Babylonica, à ciuitate Chaldęæ nobilissima. Tempore autem illo, quo Cyrus Rex inclytus Hebręorum misertus fuit, eò quòd nimis longam captiuitatem passi fuissent, proclamata iam libertate tam diù exoptata, concessaq; iam facultate, qua cuique Hebræorum liberum esset ad propriã redire patriam: tunc maxima Hebręorum pars, quę vnà cum suis familiis Hierosolymam postliminium reuertebatur, linguarum varietatem maximam, & morum mutationem (vt habitationum varietas, sępè hominibus adferre solet) secum asportarunt: & amplissimam illam Hierosolymorum ciuitatem, quondam miserè deuastatam, vnà cum diuersitate multarum nationum, gentium, atque linguarum in ea habitantiũ, coluerunt. Et tandem Hierusalem multarum Prouinciarum metropolis facta est, sicut eleganter Philo Iudęus in legatione ad Cayum Imperatorem ostendit, cuius verba sunt hęc. Pro sancta ciuitate patria mea, hæc afferre licet, eam esse metropolim non vnius regionis Iudææ, sed & multarum propter colonias inde olim deductas, vel propius infinitimam Aegyptum. Phœnicem, Syriam tùm Cęteram, tùm eam, quę Cęle cognominatur, vel longius in Pamphiliam, Ciliciam, pleraſque Asię partes vsque Bithyniam & Ponti sinus intimos. Parimodo in Eutropę Thessaliam, Bœotiã, Macedoniam, Aetoliam, Atticam, Argos, Corinthumque, Peloponesi partes prędipuas. Nec tantum continentes Prouincię plenę sunt coloniis Iudaicis, sed & insularum celeberrimę. Iubęa, Cyprus, Creta, ne quid dicam de Transeriphrantẽsibus. Excepta enim parua parte Babylonis, & aliarum prefectum rarum omnes vrbes, quę bonum

Quarta ratio ostẽdit varietatem linguarum, qua Hebræi vtebãtur post libertatẽ à Cyro datam.

Hierusalem multarũ prouinciarũ metropolis fuit. Philo Iudæus de legatione ad Cayũ Imperatorem.

bonum agrum habent, à Iudæis incoluntur. Hæc Philo Iudæus. Vides Iudæos iam post miseram captiuitatem, & omnium fortunarum iacturam, Diuina misericordia è pelago laborum in altum honorum, & diuitiarum emersos, & Hierusalem tandem in pristinam dignitatem redactam immo in longè maiorem forsam restitutam? Quæ obsecro hę nationes tàm variæ, ac diuersæ fuerę? Illę haud dubiè quæ in Hierusalem tempore, quo Christus in mundum venit, eius ciuitatis ciues primarij erant, eosq; per varias illas regiones, quas Philo describit, colonias fecisse historiæ nobis manifestant. Qua rogo lingua in variis illis prouinciis loquebantur ij, qui primò illas occuparunt? non certè Hebræa, sed potius Greca in diuersis linguarum generibus distributa, vel lingua eius prouinciæ, quàm occupabant propria loquebãtur. Quòd verò vniuersarum illarum prouinciarũ fundatores Hierusalę prius habitatores fuerint, facilè ex D. Luca in Actibus Apostolorum probare possumus. Nam Spiritu sancto Apostoli repleti, & diuersarum linguarum donis omnes exornati, variis linguis loqui cœperunt in ea ciuitate, ex qua licèt tot coloniæ, iam processerant tamen primaria & generalis colonia, Deo sic disponente vniuersalis Ecclesiæ Hierusalem futura erat. Erant enim (inquit Lucas) habitantes Iudæi ex omni natione quæ sub cælo est. Quando sanctissimi Apostoli Spiritu sancto accepto, variis loquebantur linguis, si corde animaduertimus, illa linguarum varietas, tanto Spiritus sancti miraculo ipsis concessa, non modò ad totius mundi conuersionem fuit ibi data, sed etiam, vt vndè verbum Domini & sacri Euangelij prædicatio initium sumere debebat, nempè ex Hierusalem, indè vniuersarum nationum habitatores, tam in gentimi aculo commoti, & in summam admirationem, & extasim rapti, omnes ad vnum ad nouam Euangelicæ legis viuendi normam inflammarentur, eamque professentes primi, per diuersas orbis colonias vnà cum sanctissimis Apostolis dispergerentur. Erant, dixit, habitantes, non tanquam hospites, & peregrini, sed tanquàm veri, fidelesque ciues, habitantes, fixamque sedem ibi tenentes, & tales ibi ab omnibus habiti. Quia is met Spiritus sanctus longè antè futura præuidens ad sanctam illam ciuitatem ipsos perduxerat, quatenus huius supræmi mysterij tanquàm fidelissimi testes adessent, & loco tandèm primitiarum amplissimæ messis totius orbis, eos sibi consecratos relinqueret. Erant enim ibi Parthi, Medi, & Aelamitæ & qui habitãt Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrigiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & aduenę Romani. Iudęi quoque & Proselyti, Cretes, & Arabes. Ij omnes haud dubiè ex Iudęorum natione erant, nempè ipsimet qui successores

Actor. 2. Linguarũ varietas quorsum in Hierusalem data fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fores eorum erant, quos post captiuitatem Babylonicã factam, eorum aduersarij videlicet Assyrij, & Chaldæi sub Antiocho Rege per diuersas, tanquàm veros seruuos, & emptitios (sic miserè cum illis agebatur) vendiderant, & dispersérant prouintias, quemadmodùm tempore Regis Assueri factum fuisse constat, namque quàm plurimos Iudæos per diuersas ipsius Regis Prouincias, diuenditos, dispersosque fuisse scriptura sacra nobis ostendit. Qui postea, in meliùs commutata sorte, ipsi eorumque filij in libertatem precio, vel precibus redacti ad propriã Hierosolymam suorum maiorum patriam sunt cum gaudio reuersi, & sine dubio ex diuersis nationibus diuersa idiomata deportarunt, quam deindè cum propria Hierosolymorum miscentes, & confundentes, quasi nouam linguam suæ antiquæ patriæ pepererunt, quia Hebræam antiquam maiorum suorum linguam iam penè obliuioni tradiderãt, in diuersis mundi regionibus dispersi, in quibus vel vario idiomate, vel certè Græco tanquàm magis vniuersali vtebantur lingua, illa namque gentibus eo tempore communior erat. Vndè factum crediderim reliquos tres sacros Euangelistas lingua Græca, tanquàm communiori, suas sacras Euangelij Christi historias edidisse. Nam in tanta linguarum varietate eam, tanquam primariam, magisque cunctis notam sibi delegerunt. Matthæus verò, hanc gratiam volens conferre Iudæis, in eorum lingua vulgari Euangelium suum dare decreuit. Viderat enim ciues illos Hierosolymitanos longè ante Christi aduentum laboribus iam perpessis ciuitatem illam populassè, & vt in antiquam dignitatẽ, & splendorẽ eam restituerent, totis connatibus laborasse ac etiam in tẽpli sacri restaurationẽ omnem operam impẽdisse. Viderat quoq; Christum ad ipsos peculiariter tanquã ad populum sibi dilectum venisse, & sacrosancta sua doctrina illos imbuisse: præ oculis igitur Magistrum ducem, ac præceptorem gentibus habens, ea quidem lingua, qua ipse cælestis vitæ nostræ institutor Euangelicam ore tenus legem dederat, eamet quidẽ lingua Matthæus fidelis secretarij ministerium exequens, scriptis mandare decreuit. At iam quæramus oportet qua lingua Christus Iesus vtebatur, certè cum Christus Hierosolymis cõcionaretur lingua quidem Hebræa vtebatur, ea tamen, qua populus cõmuniter, suis in comertiis, & in cõmuni conuictu, vti solebat. Nam lingua illa elegantissima Hebræa, qua Mosis Pentathæucus conscriptus fuit, in templis tantum, & scholis fuit vsurpata, & quibus Hebrææ linguę scientiam habere oportebat, illam ab Hipodidascali studio, & expẽsis sibi comparare satagebant, eodem planè modo, quo nunc Latinæ linguæ peritiam multo labore acquirimus, Hispani, Galli & Itali, cùm tamen certum sit has tres linguas Latinas esse, corruptas tamẽ. Vndè & quando volumus dicere,

dicere, vt nostro vulgari idiomate, aliquid dicatur, iis vtimur verbis (*hablad en Romance*) ideſt Romano idiomate, & quis est qui negẽt idioma Romanum Latiorum esse? Igitur est nostrũ vulgare (quod Romance dicitur) Latiorum est, corruptum tamen. In Italis hoc clariùs patet, nam cum Latij, Latini, & Romani sint, latina tamen trisi studio addiscãt non loquuntur lingua, quæ etiam si lingua patria illis sit, vel temporis tractu, vel variarum nationum communicatione iam longè variator est, & tamẽ inter doctos Latina lingua vsus est. Similiter ergo Scribis & Pharisæis, doctissimisque tam in Rabbinis antiqua Hebræa lingua perfectè cognita fuit. Vndè necessum omninò erat, vt Christus noui diserta illa, hoc est, Hebraica perfecta, & omnibus numeris absoluta, populo non satis nota, sed populari, Syriaca nempè, seu semi Chaldæa ad populũ, quem maximè cupiebat attentũ, & ad sese allicere, vteretur. Hæc facilè constare poterunt ei, qui nonnulla Euangelij D. Matthæi loca considerare voluerit. Nam vbi D. Matthæus ait. Et vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod est perfectæ linguæ Hebrææ vocabulũ, ab ipsa Isaiæ Prophetia à Matthæo deductum. Si Iudæi, quibus Euangelium dabat, perfectè vocem illam intellexissent, non statim ipse interpretatione vsus fuisset, dicens. Quod est interpretatum nobiscum Deus. Si hæc interpretatio nominis Emmanuel, in lingua perfecta Hebræa facta fuisset, oporteret omninò; vt idem per idẽ interpretaretur, quod esset absurdum valdè. Atque id ipsum Dominũ in concionibus obseruasse Euãgelia docent, in quibus vocabula quædam Syriaca sunt posita, & ab Euangelistis in textum relata, quæ à quibusdam Hebraicantibus interpretibus minimè sunt intellecta. Nil autem reperitur perfecto illo Hebraico sermone Christum dixisse præter illud, quod in Cruce exclamãs voce magna dixit: Eli Eli, lamma sabactani? Quæ verba recitauit Dominus iisdemmet verbis, quibus à Dauide, Hebraicè conscripta fuere. At quidam illic adstantes, & audientes, tanquã linguæ Hebrææ imperiti dicebant: Eliam vocat iste, & sine videamus an veniat Elias liberans eum. Ex quibus planè verbis omnes docti interpretes colligunt, id quòd in manifesto est, nempè illos omnes, qui Christũ Eliam vocare putabant, de Iudæorũ quidẽ plebe fuisse, qui suis ipsorum verbis testabantur minimè Hebræam linguã intelligere, nec phrasim perfectã illam, qua tũc Christus vtebatur percipere. Voluit quidem Christus perfecto illo Hebræo vti tũc sermone, quia nihil vtilitatis populo cedebat, si querellas, quas ad Patrẽ, qui poterat eum à morte liberum facere, anxius proponebat, intelligeret. Ex quibus manifestè liquet, Iudaicum populum linguam illam perfectè Hebræam, quam ante Babylonicam captiuitatem probè nouerat, in vsu tẽpore prædicationis Christi illum non habere.

Si lingua Hebræa perfecta D. Matth. scripsisset, nõ interpretaretur Hebræa vocabula. Matth. 1. Isai. 7.

Syriaca vocabula multa in Euangelio sunt posita.

Perfecta Hebræa voce vtebatur Christus dicens, Eli Eli, &c. Matth 27. Psal. 21.

Iudei Christum audientes Eli Eli, clamantẽ Hebræam hanc vocem nõ intellexerunt.

Iudaicus populus perfectam linguã Hebræam, quam ante captiuitatem nouerant tempore prædicationis Christi, eam non habebãt, nec intelligebãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canis. de Beata Virg. c. 1.

Nec illud etiam negari potest, doctissimo viro Canisio restante, quod tempore, quo Christus Iudæis prædicauit, Syriaci sermonis vsum, quē crebro in Euangelio cernimus, apud Iudæos valdè receptum, & frequē tem extitisse, quarè (inquit) nihil mirum, nec improbabile videri debet, quòd nonnulli ex lingua Syriaca multa nomina deducāt, inter quę Mariæ nomen ex Syra lingua Illuminam interpretantur.

Syriace linguæ vsus Iudeis erat, cū Christus concionaretur.

Maria Syriaca lingua interpretatur Domina.

Quandò igitur Dominum Syriaca lingua, seu semichaldæa ad populū vsum fuisse constat, vero simile etiā omninò est, Matthæum Euangelistam non alia suum voluisse conscribere Euangelium, quàm illa, quę à suo Magistro in pretio habita fuerat: nam si Hebraico sermone cōpo suisset, Neophiti Christiani nō certè intelligere potuissent, & linguam, quam non nouerant, à Christo audiuissent. Hinc factum est, vt cum Hebraę linguę non adeò frequens vsus esset apud Iudæos, & multi in vera, & germana intelligentia Penthateuci Moysis ob linguæ perfectè cognitionem variassent, translationibus Chaldaicis vsi sunt, quò magis textus veritatē intelligerent. Indè Aquilæ translatio hac solū de causa facta ortum habuit. Quæ sanè translatio vti elegantissimè Paulus Burgēsis notat, tres apud Iudæos excellētias habebat. Prima scilicet, quia nullus est ausus ei contradicere: vt patet per Rab. Sal. in multis locis, & per Rab. Moys. Aegyp. in suo libro de Directione, & per alios. Secūda est quòd in scholis puerorum, vbicunq; legitur Penthateucus, legitur eis hæc translatio post textum. Tertia, quia etiam in Synagogis, in diebus sabbathinis leguntur aliquæ lectiones ipsius Penthateuci, quæ ad maiorem solennitatem reperiuntur translatæ, tales translationes sumūtur vbiq; terrarum à prędicta translatione Aquilæ. Hæc Burgen. Vndè constat varietatem, quam habuerunt Iudæi, in vera linguæ Hebraæ intelligētia post Babylonicam captiuitatem, ob linguæ suæ pristinæ defectum venisse: sed ad tempora antiquiora reuertamur. Iam verò & illud, quod anteà retulimus, non parum ad institutum nostrum facit. Retulimus ex D. Hiero. Bartholomæū Indis, & Panthenū Aegyptiis Matthæi Euangeliū cōmunicasse. At quero. Qua obsecro lingua Indis atq; Aegyptiis illud explicare poterant ipsis? Non Hebræa quidē, cùm nihil minus quàm Hebræā linguam intelligere potuissent. Aegyptij quidem, ac Indorum non minima pars longè melius in Syriaca versati sunt lingua, quàm in Hebræa, nisi dicere velimus, quòd Syriaca illa, Hebræa ab ipsis dicebatur. Confundebatur eo tempore linguarum nomenclatura, nam Syriaca lingua honoris ergo Hebræa vocabatur. Ad illos ergo, quos ad Euangelij captum aptiores futuros iudicabant, Bartholomæus, & Panthænus Diuinæ vocationi parētes libenter proficiscebantur, & Syriaca lingua Indis, Aegyptiisq; Matthæi Euangeliū prædi-

Ægyptij in lingua Syriaca versati.

Syriaca lingua Hebræa dicebatur.

prædicabant idque ipsis scriptis tradiderunt. Sileat nunc Caluinus infamis nugator, qui, vt alter Dabus conturbans omnia, contra omniū sanctorum Patrum mentem affirmare non veretur D. Matthæum Græca lingua tantùm suum condidisse Euangelium. Quis vnquā antiquorum Patrum supræmæ, seu infimæ classis hoc dixit? nemo sanè. Vndè hoc Caluine tibi persuasum affirmas? Non ex antiquitate Patrum, & communi sententia omnium, nam concors omnium vox prædicat Hebræa lingua Iudæis prædicasse, scripsisseque: fuit tamen illa lingua, quā à Domino audiuit, & qua Iudæi, & Syrij eo quidem tempore vtebātur: licèt quam plurimi ex Gentibus, quibus D. Matth. prædicabat, Græco sermone agerent inter se se, & eo locutionis genere D. Matthæus fidē propagasset, non tamen indè sequatur oportet, Euangelium suū, Græca lingua cùm scripsisse. Voluit certè Caluinus Fausti hęresim excitare: qua de re D. August. lib. 17. contra Faustum. c. 1. consule. Aethiopiam vniuersam ipse D. Matthęus fidem Christi seminando peragrauit, qui cùm in ciuitatem magnam Naddauer dictam venisset, multos ibi conuertit, atque in eā ciuitate duos offendit Magos, quorum vnus Zaroes, alter verò Arphaxat appellatus, qui impiè diuinos honores sibi decernendos prædicabant, & fictis, falsisque miraculis ciues omnes dementatos tenebant, quos cum D. Matthæus vidisset Diuino quo afflatus erat spiritu eorum horrendam blasphemiam, satanæq; conatus potentissimè repræsit, errores que varios, atq; diuersos cōfutauit, & non modò ciuitatem illam insignem, sed & vniuersam Aethiopiam, & Aegyptum sua sancta prædicatione ad fidē Christi fideliter perduxit. Qua obsecro lingua, aut sermone id facere poterat, nisi ea planè lingua, qua incolę ipsi vtebantur. Aegyptiis, atq; Aethiopis non eis erat Græcæ linguæ, nec etiā Hebraicæ perfectæ vsus, sed Syriacæ, seu semichaldęæ linguæ omnes vno, eodemq; consensu loquebantur, in ipsa tandem eadē lingua D. Matthæus Euangelium suum gentibus promulgabat. Quod si Græcis Græcè prædicabat, ex gratia sibi concessa, non tamen ob id sequi debet eū Græco sermone scripsisse. Orientales etiā vniuersi, quorum Indi vltimi sunt lingua Hebræa corrupta, seu potius Syriaca, quæ tamdiu in pretio habita fuit, eo tempore vtebantur. Vndè fit vt docto res in ea lingua Missam Hebraicè cantent, licet nondùm perfectè Hebræam illam linguam intelligant, sed Syriacā potius, vt ex Liturgiis antiquis constat. Aethiopes autem, licet à pueritia in linguæ Hebrææ cognitionem filios educare studeant, non tamen adeò fœliciter versati sunt in illa, vt ne dixerim mysteria, sed nec perfectam illius antiquæ linguæ cognitionem habeant. Exemplo nobis esse poterit, Eunuchus ille potens Cādaces Reginæ, qui licet in Isaiæ lectione summoperè delectaretur,

Caluinus falso asserit D. Matthæum Græca lingua non Hebræa Euangeliū scripsisse.

Aug. lib. 17 Contra Faustum. c. cap. Æthiopiam D. Matthæus peragrauit Euangelium prædicando. D. Matthæus duos Magos repressit. Is augrinus de vita S. Matth.

Æthiopiam & Ægyptū ad fidē Christi Matthæus perduxit.

Orientales Hebraica lingua Missas celebrant.

Act. 8. c. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur,in via quandoquidem mysteriũ eorum,quæ legebat, nec forsan linguam illam Hebræam intelligeret satis,Deus tamen piis ipsius desyderiis aspirare volens,Philippum Apostolum natione Hebræũ,tanquã fidelem ministrum sacramenti, doctrinæque magistrum illi destinauit, qui fidei sacræ mysteria ex lectione illa lecta minimè verò intellecta explicaret. Dubitant proindè nonnulli doctorum,qua lingua ij loquerẽtur ad inuicem,sed dubium certè parui momenti est, licet alter Syrus, alter Hebræus fuerit,cum certa fide nobis constet Philippum linguarum donum accepisse vnà cum cæteris Apostolis ipso Pẽthecostes die, ideò per facilè Eunuchum in lingua Syriaca illi propria affari potuisset.Maior certè dubitatio esse poterit, circa veram, & germanam linguam,in qua Isaiæ locum,quem legebat, scriptum in codice haberet, an Hebraico,an verò Græco sermone. Nam cum eo tempore septuaginta virorum translatio sacræ Bibliæ famosissima esset , & magno in pretio ab omnibus habita,fieri potuit , vt Syrus ex curiositate motus Bibliam septuaginta interpretum peruolueret,& cum esset magni momenti vir linguarum peritiam haberet: & in Græco sermone legisset. Potuit etiam fieri,vt Syrus in natiuam suam linguam Isaię prophetiam vertendam curarit,cuius intellectum non perciperet. Vt ergo ad rem veniamus nullo probabili argumento euinci potest D.Matthæum Græca lingua suum scripsisse Euangelium,licèt eo tẽpore maior orbis pars Græco sermone vteretur,sed Hebræis Hebraico sermone ipsis in vsu habito Euangelium dedit.

Dion.Chr.

Isangrinus de scriptoribus Syriacis.

Neminẽ autem turbare debet vt Isangrinus ait, si tantorùm Patrũ concors sententia fuerit,quod Hebraico idiomate Matthæus scripserit.Reperiuntur enim sæpè hæc confundi,loqui Hebraicè,& loqui Syriacè,vt ex actis Apostolorũ ostendere licet. Ibi enim dicitur Paulũ locutum fuisse ad populum Hebraicè,cùm re vera Syriaco sermone vsus fuerit. Illa autem lingua Syriaca,quia cum Hebręa cõmixta erat,honoris gratia Hebræa vocabatur, licet Syriaca esset potius dicenda, aliàs rudiores adstãtes,ad quos Paulus verba faciebat,sermonem illum percipere non potuissent. Pari modo excusari possunt ij, qui contendunt D.Matthæum Hebraicè scripsisse,verum testantur si modò intelligant D.Matthæum scripsisse Hebræo illo sermone,quo eo tempore tanquã natiuo vtebantur omnes,qui post longam illam captiuitatem in Babylone perpessam Syro vel semichaldæo sermone vtebantur.

Actor.21.

Ex hac Hebraicæ linguæ corruptione, quæ à tempore captiuitatis Babylonicæ per vniuersum orbem inuecta fuerat,ex tanta sacræ scripturæ varietate, ex tam diuersis falsisq; Rabbinorum versionibus,ac interpretationibus,in quibus vnusquisque pro libitu suo arbitrabatur, &id,

& id,quod sibi magis placebat pro scriptura sacra à Deo nobis reuelata,populo venditabat,factum fuisse putamus,vt Rex Ptolomæus cognomento Philadelphus,qui,teste D.Cyrillo Hierosolymitano Episcopo,diuina ordinatione literas,literatosq; viros,summo prosequebatur & fauore,& honore.Cum Bibliothecam illam præclaram omni librorum genere refertam in Alexandria struxisset,Demetrius Phalereus,cuius studio,ac diligentia in conquerendis vndiq; libris Rex vtebatur, nõ sine Dei inspiratione instantissimè cum eo egit,vt Biblia sacra, quæ in Hebræorum manibus versabatur,in qua thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei reconditos sese habere gloriantur,in sua Bibliotheca ad culmẽ diuitiarũ reponeret.Hoc sanctum consilium cùm Regi summè placuisset,modũ consequendi considerans,honestius iudicauit,& pulchrius, non vt hos libros à Iudæis extorqueret, sed potius prece , ac pretio ab ipsis obtinere,& conciliare sibi donis , ac muneribus eos , penes quos hi libri erant:obidq; plurima dona Hierosolymam Eleazaro principi sacerdotum misit , petiitq; è singulis duodecim tribubus senos ad se mitti Iudæos,qui æquè in Græca lingua,ac in Hebræa versatissimi essent:quique omnes sibi scripturam sacram interprẽtarentur.Hac in re (ait Cyrillus) periculum facere voluit,Diuini nè libri essent,an non,& ne scriptura sacra,ac Diuina mendaciis offuscaretur humanis in tanta hominum varietate,septuaginta duas cellulas in Pharo,quæ nõ longè ab Alexandria distat,confici curauit,quas per singulos diuisit, singulis singulas domunculas tribuens,quibus scripturas sacras interpretãdas dedit,& custodia adhibita nè quis alteri suos labores cõmunicasset, septuaginta diebus confecto negotio,ad Regem ierunt.Conferens ergo Rex scripturas inter se reperit non sententiis solùm,sed verbis etiã eisdem inter se omninò consentire.Non enim erat opus humanũ sed sancti Spiritus,sanctarum scripturarũ interpretatio.Hæc Cyrillus. Placuit hanc D.Cyrilli sententiam adferre,quatenùs nobis constaret, Sapientiæ Diuinæ singulare remedium ea in re adhibitum, ne tot linguę Hebrææ varietates,totque interpretationes diuersæ per orbem dessem inatæ amplius inualescerent. Maluit Rex in linguam Græcam sacram Bibliam conuersam,& ad veritatem redactam,quàm in lingua Hebręa à falsis Rabbinis corruptam in sua Bibliotheca reponere: quæ septuaginta duorum versio tanti fuit ab eo tempore habita, vt meritò ab Ecclesia pro vulgata editione vsque ad tempora D.Hieronymi haberetur,& indè Hebraica veritas peteretur. Quid obsecro tunc in tanta linguæ Hebrææ varietate,de sacro D.Matthæi Euangelio iudicandum venit,post quàm eo tempore Nazarei sese illud habere gloriabantur, Matthęi nomine ementito? Hierosolymitani Iudæi,eò quòd sanctus Euangelista

Cyrillus, 4. Catechesi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelista sua Hebræa lingua, suaq; manu conscriptum ipsis tanquàm singulare donum concesit, ad ipsos pertinere affirmabant. Aethyopes, ac vniuersi orientales, quibus ex parte Syriaca, ex parte verò Græca cõmunis, & natiua illis erat lingua, hoc Euangelium tanquàm ab Apostolo ipsis destinato profectum, iure sibi pertinere credebant. Cùm ergo ipse non in perfecta illa lingua Chaldæa scripsisset, quia nemo mortaliũ hoc vnquàm dixit, non quidem Græca, quia hoc tantum Caluini commentum fuit, non etiam Hebræa illa perfecta omnibus numeris absoluta, quia eo tempore in vsum non erat: Manifestum ergo euadet lingua semichaldæa, seu mixta ex Hebræa, & Chaldæa, qua eo tempore Iudæi vtebantur, eum suum Euangelium dictasse, seu propria manu scripsisse. Hoc quidem modo, satis per nos, multis argumentis probato, multorum tàm veterum, quàm iuniorũ calumnias euadere possumus, & veritatem hanc contestatam relinquere, nempè D. Matthæum Hebraico sermone vulgari, & non perfecto Euangelium suum conscripsisse. Hanc tenet sententiam insignis vir Isangrinus pietate, & doctrina clarissimus in sua prima Centuria, quam doctissimè cõtra Centuriatores Medel Burgenses edidit.

Isan. Cent. 1. par. 6. ai. 6. de scriptori. Eccle. Asiæ.

At mirum est, dices, id ipsum Euangelium nusquàm reperiri. Nec enim antiqui tam fuerunt negligentes, vt tantum thesaurum perire siuerent, proinde adhuc alibi latere putandum est. Ea certè suspicione multorum corda occupãtur. Vndè Nicolaus eius nominis. V. Pontifex Rom. pio affectu volens thesaurum hunc inuenire, plusquàm decem aureorum millia libenter in inquirendo expendit, sperans sua sancta diligentia Euãgelium inuenire, atq; illud à tineis vindicare, sed frustrà opera fuit, quia post longam satis inuestigationem repertum minimè fuit. Sed quid ad Euangelium Hebræum, quod circunfertur dicendum? Euãgelium quidem, quod hodie Hebraico sermone scriptum profertur, fictitiũ esse cõstanter affirmare possumus, nã eius author tùm incognitus, tùm omninò suspectus est, vti iam manifestè ostendimus. Quod autem D. Hiero. ait. Euangelium Matthæi Hebraicum, in Bibliotheca Cæsariensi Pamphili Marty. fuisse, & sese descripsisse à Nazarèis in Berroa vrbe Syriæ habita facultate: iam satprobatum reliquimus Nazarçorum illud Euangelium apocriphum fuisse, ac etiam Nazaræos hæreticos fuisse testimonio D. Hiero. ostendimus. Ferunt tamen nonnulli verum, & germanum Matthæi Euangelium Syriaca lingua scriptum in lucẽ prodisse. Nam cum Leo. X. circa annum Domini. 1513. Romæ Concilium Lateranen. restauraret, venit etiam eò Patriarcha Antiochenus, hunc thesaurum secum portans, à quo Ioannes Albertus Vvidmanstradius natione Germanus, Ferdinandi Imperatoris Cancellarius, exemplar acce-

Nicolaus Põtifex. V. D. Matthæi Euangelium multis expensis requisiuit.

D. Matthæi Hebraũ Euãgelium quod circunfertur fictitium est.

D. Matthæi Euangelium Syriaca lingua scriptum repertũ fuisse nonnulli affirmant.

accepit, qui sumptibus Ferdinãdi elegantissimis typis excudi curauit, ac nauibus onerariis, prout Patriarcha petierat, Antiochiam misit. Id quod latiùs testatur idem Vvidmanstradius in Syri Euangelium. Hoc Isangrinus refert, quid certi habeat penes aliorum iudicium sit: ipse tamen Isangrinus D. Matthæum inter linguæ Chaldaicæ scriptores primarium designat: & Guido Fabricius, cuius est Latina interpretatio noui Testamenti Syriaci in regiis Bibliis, in hac quoque sententia est. Fieri quidem potuit, vt Euangelium hoc, quod Antiochenus Patriarcha secum Romam asportauit, Matthæi Euangelium sit, non tamen illud, quod Iudæis sua manu cõscriptũ reliquit, crediderim potius hoc Euãgelium illud fuisse, quod D. Bartholomæus Indis concessit. Namq; cũ prædictus Apostolus esset & natione Syrus, & Regis Syrorum nepos, linguæq; suæ amãtissimus, fieri potuit, vt in ea quoq; Matthæi Euangelium, quod secum circumferebat, trãstulisset. Hoc autem, an ita factũ sit, ignoratur. Authores tamẽ fide dignissimi testantur Bartholomæũ Indis Christianam fidem prædicantem, Euangeliũ D. Matthæi Iudaico sermone conscriptũ ipsis reliquisse. Iudaicus sermo proculdubiò erat, vti longè lateq; probauimus, is, qui in conuictu, & in communi commercio eo tempore erat in populo. Qui non Hebræus, sed semichaldæus, seu Syrochaldæus vocabatur, & in eo D. Matthæũ scripsisse iam multis argumentis contestatum reliquimus. Hæc nostra ad propositam quæstionem sententia est, quam Sanctæ matris Ecclesiæ iudicio libenter submitto.

Antiochenus Patriarcha D. Matthæi Euangelium Syriaca lingua scriptum Romam attulisse Vvidmanstradius testatur.

PROLOGI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN SACROSANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM, SECVNDVM MATTHÆVM.

EXPOSITIO.

I B *Euãgelij vocabulum quare semper & vbiq; sua lingua seruatũ.*

EVANGELIVM, Euangelion. Adeò quidem sacri interpretes delectati sunt hoc *Euangelion* vocabulo, quod bonum nuncium significare compertissimũ est, vt semper Græcã ipsam vocem sacrosanctam, intactã incorruptamq; seruauerint. Vnde & illud venit: Beati pedes Euangelizantium pacẽ, Euãgelizantium bona, & Euangelizo vobis gaudium magnum, & Euangelzare pauperibus misit me, & pauperes Euangelizantur. Vbi videsemper vocem ipsam Græcam vbique seruatam, & nusquã in Latinam linguam cõuersam, id quod Spiritus sanctus sic ordinarat, ob magnam ipsius vocis dignitatem & nominis excellentiam.

Rom.10.c.15
Isai.52.b.7.
Luc.2.b.10. C
Luc.4.c.18.
Idẽ.4.g.43.
Matt 11.a.5.

Suidas in verbo Euangelium, & Budeus in annotatione Pandectarum, in titulo de officio præfecti prætorio. D

Et licèt Græca vox propriè sit, Hebræis tamen in ea etiam significatione est, nam Bbesorah à radice Basar, idem est quod Euangelizauit seu nuntiauit. Si autem rectè considerare volumus, Basar, nunciare fausta atque fœlicia propriè significat. Hoc enim verbum Basar, LXX. interpretes linguę sanctę peritissimi, nunquam nõ in *Euangelizin* transtulerunt, à quo vox Bbesorah, ducta est. Ducitur à nomine Bbasar, quo carnem seu carneum hominem Hebræi significãt. A quo etiam trahitur hæc vox Bbesur, id est incarnatio, vt ex ipso vocabulo quo illi, veluti in typo Euangelium adũbrabãt, ad diuinæ incarnationis sacramentum alluderẽt. Vt hoc vnico vocabulo arcanissimè explicarent, non aliud fœlix, faustumq; nuncium habiturum vnquã genus humanum, quam id, quod verbum caro factum est, & Deum naturã humanã, propter nos homines, & propter nostram salutem suscepisse nuntiatur. Hæc vnica fuit optatissima quondã piorum hominum expectatio, quam iam à Deo Optimo Maximo re ipsa exhibitam, renunciat hoc verbum Euangelium. Iudæi itaque & Græci Euangelij nomen audientes, fœlicissimum illud nuncium verbi Dei incarnati, amplecti tenentur.

Iudæi & Græcinomine Euãgelij, Christi filij Dei incarnationẽ intelligunt.

In titulis ergo librorũ quatuor Euangelistarum, hoc nomen Euangelium, præfixum est, in quo tanquam in preclaro emblemate, quasi digito Spiritus sanctus ostendere voluit, omnes sacros illos quatuor libros, ab ipsis scriptos, & ab Spiritu sancto dictatos, nuncium illud esse omnibus bonis referẽdum, idque tam bonum nũcium, vt meritò cęlum

Euãgelij vox Spiritus sancti emblema est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lum & terram summa lætitia iocun
det, quia videlicet omnes de Chri-
sto hactenus factas promissiones,
quas Deus ipse Opt. Max. per Pro-
phetas suos ab exordio mundi fe-
cit, iam per Christum Dei filium
ac per eius ministerium impletas.

Fœlix & faustum hoc nuncium,
volens Deus mundo innotescere,
Euangelistas suos tanquã nuncios
mittere decreuit. Solent enim Im-
peratores post optatam insignemq;
victoriam de hoste reportatã, suis
vniuersis ciuitatibus, Prouincijs
B atq; Regnis, ingenti cum lætitia nũ
ciare victoriam fœliciter partam,
quatenus omnes eorum subditi, per
vniuersas eius regiones constituti
sciãt, ab hostibus sibi infestissimis,
sua fuisse potentia liberatos, atq; in
optatam libertatem vindicatos, vt
omnes secum triumphum ab hoste
reportatum, pro dignitate victoriæ
partæ, summa lætitia celebrẽt. Hoc
ipsum Deus vniuersorum imperator, Euangelicos nuncios per orbẽ
C vniuersum mittendo, nobis significare voluit, qui quasi generali publicoq; præconio, mortalibus proponerent atq; renunciarent insignẽ illam victoriam, & splendidissimũ triumphum, quem Christus Iesus Redemptor noster, humanitate assumpta, de truculentissimis humani generis hostibus, peccato scilicet, morte inferno & Sathana, cum gloria reportauit.

Hæc sanè est illa præclara victo-
D ria, maior quidem omniũ quæ vn-
quam sub cælo partæ à mortalibus
hactenus fuerunt, de qua sapientis-
simus ille Salomon, sub mirabili
quodã ænigmate sic testatur dicens:
Hanc quoque sub sole vidi sapien-
tiam & probaui maximam. Quæ ob
secro sapientia hæc maxima est tan
to studio à sapiẽtissimo Salomone
sub sole quęsita & inuestigata, inuẽ
ta tandem & mirabili commentata
sermone? Illa certè est quæ nõ stu- A
dio humano, sed potius Diuino, &
quidem modo quodam myraculo-
so & inefabili inuenta, quam sub pa
rabola circa libertatem cuiusdam
ciuitatis in extremo obsidionis la-
borantis ponit, sic dicens: Ciuitas
parua & pauci in ea viri. Venit con-
tra eam Rex magnus & vallauit eã,
extruxitq; munitiones eius per gy-
rum, & perfecta est obsidio. Inuen-
tusq; est in ea vir pauper & sapiens,
& liberabit vrbem per sapientiam
suam. Incarnationis Christi mira- B
bile mysterium, hoc præclaro em-
blemate, nobis certè Salomon ex-
plicare voluit. Ciuitas enim hæc
haud dubiè, mundus iste est, qui li-
cet vastissimus sit, parua tamẽ ciui-
tas ob ciuium paucitatem ab exor-
dio mundi in ea inuentã, meritò di-
cebatur & erat. Duo tantum huma
ni generis parentes tunc in paradi-
so terrestri inueniri poterant. Ad-
uersus quos, quò facilius vniuer-
sum vastaret orbẽ, rex ille magnus
potentissimus Satam, cui nulla po- C
testas ei valet, comparari insurgere
volens, omnes inferni munitiones
nempè omnia peccatorum genera,
videlicet Superbiæ, Gulæ, Inuidiæ,
extremiq; odij in Deum, & in pri-
mos parentes, in gyrum aduersus
illos posuit, quibus tandem telis vi-
ctoriam sibi comparauit ipsiq; pri
mis parentibus miserè deuictis, or-
bem vniuersum crudeliter vastauit,
& in tyranicam seruitutem redexit.
Omnes (ait D. Paulus) in Adam pec D
cauerũt; & in eo omnes damnatio-
nis sententiam accepimus. At diui-
na pietas sic misericordia extrema
nobiscum vtens disposuit, vt nobis
vnigenitum suum filium daret, qui
pauper nota effectus, factus ex mu-
liere factus sub lege. Vide paupert-
atem extremã filij Dei ad quam se
se deiecit, vt eos qui sub lege erant
redimere posset, & sua tandem sa-
pientia

Ecclesiastes c.9.a.15.

Incarnatio Christi mysterium in æ matè de rat.

Iob.41.

Rom.5.

Euangelium fides ipsi credendorum & implẽdorum à nobis. Orig. in Ioã nem.

Ioan.1.b. Gal.4.b.

A pientia à potestate tenebrarũ, à tyra
nide grauissima Principis mũdi hu
ius, in libertatẽ filiorum Dei poten
tissimè nos vindicauit. Hanc victo-
riam præclarissimam nobis Euan-
gelij vox nunciat.

Col. 1. b. 13. Ioan. 12. c. 31

Lætum nuncium, & de quare sit.

Cum ergo audis Euangeliũ, sum
ma lætitia verbum hoc accipe, & in
timo cordis affectu amplectere, in-
telligens tibi annũciari Dei erga te
promptissimã voluntatẽ, qua illi be
nevisum fuit, nos omnino perditos,
B ac in Saranæ potestatẽ traditos, per
filiũ suum redimere, & in adoptio-
nẽ filiorum Dei reuocare, ac digito
iam suo, legẽ sui dulcissimi amoris,
Col. 1. b. 13. Hierem. 31. f. 33. in cordibus nostris scribere. Quale
obsecro nuncium iocundius, nobis
vnquam contigere poterat? Iraq;
Euangeliũ titulũ præclarum fuit à
Deo, sacris historiæ actorũ Christi
interpretibus datũ. Vnde Eusebius
Cæsariensis in exordio lib. 1. de pre
paratione Euangelica, sic ait: Quod
C ad nos vnigenitus Dei filius detulit
de magno Dei patris consilio illo,
quo nos in filios Dei adoptare desti
nauit, & regna cælorũ nobis credẽ-
tibus promisit, & eũ Angelis vitam
sempiternã, si eius iussa fideliter fa-
ceremus. Euangeliũ nomine at exit,
idq; ab ipso Deo datum. Euangeliũ
ergo, huic disciplinæ sacræ, propria
& peculiaris est nomenclatura.

Quod in se continet vniuersam le
D ge nouam, nẽpè Christi filij Dei vi-
tam, omniaq; mãdata, quę à legisla-
tore nostro Christo, nobis tradita
sunt. Sic ergo accipiendo Euange-
lium non est (vt hæretici sibi blan-
dientes volunt) sola aduẽtus Chri-
sti illa lætanunciatio, omnẽ iudicij
finalis rigorem expellentes. Est qui
dem Euangelium, fides omniũ cre-
dendorum & implẽdorum a nobis.
De dignitate & excellẽtia huius vo
cis, vide Originem in prologo super
Euangelium Ioannis.

Significat præterea Euangelium,
supplicationes & sacrificia, quę pro A Euangelium, sacrificia Deo oblata pronuncio susceptо significat.
rebus prosperè gestis, & iocũdo ac
fœlici nuncio ea de re susceptо, nu-
mini decernũtur, in testimoniũ gra
titudinis pro tanto beneficio à Deo
nobis impenso. Euangelium quidẽ,
quod Christi sanguine cõfirmatum
est, memorabile illud expiationis sa
crificiũ tot victimis & cæremonijs
antiquitùs adumbratũ ostendit, il-
lud quidem, quod victor Christus
æterno patri in cruce obtulit cõsti-
tuens posterisque sui corporis &
sanguinis holocaustũ: quod illi in B
gratiarũ actione pro victoria ade-
pta, & inuictoris & triumphatoris
memoriã, & propriam salutem, ei-
dem patri perpetuò offerrent.

Euangeliũ quoq; significat mer- Euangelium, mercedẽ, & præmia quæ dari solẽt fausta nunciantibus, significat.
cedẽ, strenas, & præmia, quæ fausta
ac fœlicia nũciantibus dari solẽt, id
quod Hispanicè (*Albricias*) appella-
mus. Omerus in Odyssea hoc verbo
vsus fuit pro dono, quod dari solet
læta & fausta nunciãtibus, qua Græ
cæ vocis significatione vsi sunt, Ci- C
cero ad Atticum; Osuaues (inquit)
epistolas quibus Euangeliũ deberi
fateor. Et Vlpian⁹ in l. falsus. §. qui
alienum. ff. de furtis. idem dicit: Id
quod frequenter etiã vsu venit in sa
cris literis. 2. Reg. 4. Cui oportebat 2. Reg. 4. d. 10.
mercedẽ dari pro nũcio in Hebræo
vnica vox est, scilicet Bbesorah,
quæ cõplectitur totũ illud, mercе-
dẽ pro nuncio. Quam quidẽ vocem
LXX. interprẽtes vertunt semper D
Euangeliũ, seu Euãgelizare, vt Isa. Isa. 40. c. 10. & 52. a. 7. & 63. Luc. 2. b. 10.
c. 40. & 52. & 63. Hoc est nuncium
magna mercede dignissimũ adfer-
re. Sicuti Angelus è cælo veniẽs pa-
storibus ait. Ecce Euãgelizo vobis
gaudiũ magnũ: vbi vim vocis seruа
uit, ac si Angelus pastoribus & vni
uerso populo Dei, mercedẽ, strenas,
& præmia, pro fausto ac fœlicissi-
mo nũcio, ipsis è cælo allato, instis-
simè postulasset, & quisimaq; ratio
ne deposceret. Vim quoq; huius vo
cis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai. 52. b. 7. A cis, Isa. 52 cap. seruauit dicens. Quã pulchri super mõtes pedes Euãgelizãtis & prædicantis pacẽ. Id quod D. Paulus exponens & ostẽdẽs quę Euãgelizatio sit illa, per verbũ Euãgelizare transfert, dicẽs: Quã specio si pedes Euangelizantiũ pacẽ, Euãgelizãtiũ bona. Quoniã magna merce dede digni sunt, de Christo & Apostolis loquentes. Propheta quoque Nahum, eandẽ vim quoq; seruauit, dicens. Ecce super motes pedes Euãgelizãtis & annũciantis pacẽ, ideſt, pro tãto nũcio mercede digni sunt.

Ad Rom. 10. §. 5.

Nahum. c. 1. d. 15.

B Vides quid secũ Euangelij lex importet, nempè nuncium, omni mercede & præmio dignissimũ, quod nuncianti conferri debet.

Cùm ergo Dominus Deus Euangeliũ suum nobis proponat, in quo tot tãtaq; bona, non iam vt antea illa promittẽdo, sed largissima manu nobis cõferendo. Quod obsecro geniũ, seu strenas, Quas vt Hispanico vtar sermone, *Albricias*, pares, tãto nũcio tantoq; Domino dignas, nos miseri ac in extrema iã paupertate cõstituti, offerre valemus? Quid retribuã Domino, Dauid dicebat, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Vide Dei erga te summã clementiã, admirare de tanta Dei erga te liberalitate. Nã cũ miseri supra modum essemus, nec genium seu, *Albricias*, pro nũcij dignitate haberem⁹, ipsemet, qui splendissimã reportat, de trucũlentissimis tuis hostibus victoriam, geniũ etiã pro te soluit, ipse quoq; semet ipsum Deo patri in sacrificiũ offert. Dispar quidẽ est ratio huius Euãgelij seu nuncij allati, ad nũciationes quas imperatores ob victorias partas vrbibus, ciuitatibus atq; Prouincijs mittere solẽt. Ipsi enim de victoria præclara certiores facti, statim lætitię signa exhibẽtes, vltrà supplicationes ac sacrificia, quæ de more Deo pro victoria adepta decernũt, strenas & amplissima præmia, Euangeliũ seu optata nũcia ferentibus liberaliter cõferũt. At seruator noster suã potenti virtute, ob victoriã à truculentissimo hoste reportatã, vltra sacrificiũ, quod pro nobis omnibus, in satisfactionẽ, & gratiarũ actionẽ Deo patri pro nobis (id nõ valẽtibus præstare) obtulit. Strenas quas nos pro faustissimo & optatissimo nũcio dare oportebat, ipse liberalissimus Deus largissima manu, suæ Ecclesiæ impartire dignatus fuit: nẽpè Spiritus sancti primitias, sacramẽtorum dona, Apostolici muneris dignitatẽ, atq; functionem, omniũ linguarũ peritiã, Euangelicæ prædicationis gloriã atq; successum fœlicẽ, dedit tãtem (teste Paulo) Dona hominibus. Videas mecũ quæso piè lector nũc quis est, qui strenas dat? Ipse potentissimus Deus qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Quibus obsecro tam ampla dona largitur? Hominibus, ac si dicat pulueri & cineri vilissimo. Hoc est illud quod Isai. quondã dixerat. Spiritus Dñi super me eo quod vnxerit me, Euãgelizare pauperibꝰ misit me. Et Dominus ipse inter præclara facinorũ suorũ stemmata, postquã dixisset, cæci vident, Claudi ambulãt, leprosi mundãtur, mortui resurgunt, vltimo loco ponit, Pauperes Euãgelizãtur: Hoc est, hij sunt, qui recipiũt faustã ac fœlicem Euangelij nũciationẽ, quam æternus Pater non diuitibus Iudaicæ gẽtis Magistratibus, atq; proceribus, nec mũdi principibus declarauit, sed pauperibus, id est, his qui propriæ imbecilitatis sunt cõscij, & nihil vndeq; geniũ soluant habentes, diuinis præsidijs nituntur & fidunt. Vides quã profunda mysteria Euangelij vox secum portet.

Pſ. 115. d. 12.

Deus soluit geniũ pro nobis, & sacrificiũ offert.

C

D

Sirenę dãtur nuncijs lętis.

2. *Secundum Matthæum.* Hoc est, iuxta, quod ille scriptũ reliquit, nõ quòd ipse sit auctor sed Deus ipse, qui

Quas strenas Deus Ecclesiæ suæ offerat.

Acto. 2. d.

Ephe. 4. b.

Iacob. 1 d. 5.

Isai. 61. d. 1.

Luc. 4. c. 18.

Quid sit pauperibus Euangelizare.

Matt. 11. d.

Argumenti solutio.

Scriptorum mos est propria ipsorum gesta tanquã aliena narrare.

A qui ex theloneo Matthæum ad hoc munus elegit. Miras tragedias quõdam Manichæi, aduersus hunc D. Matthæi Euangelium excitarunt, quas etiam his nostris exulceratissimis temporibus Anabaptistæ mouere non desistunt, & tanquam ex orco iam pridẽ sepultas hereses, excitare eos non pudeat. Insurgerat quondam Faustus Manichæorum pessimus fautor, qui per summum fœcelus Euangelij sacri D. Matthæi auctoritatem eneruare cõtendens, omninò adfirmare audet D. Matthæi Euangelium minimè ab ipso ordinatum dictatumq; fuisse, sed à quodam alio viro Matthæo nuncupato. Id quod nonnulis rationibus, quæ nullius sanè momenti sunt, probare nititur. In primis Faustus ille Manichæorum primas, teste D. Augustin. sic ait: Quòd Euãgelium istud, Matthæus non scripserit, sed nescio quis alius sub nomine eius, docet ipsa lectionis eiusdem Matthæi obliqua narratio. Quid enim dicit cap. 9. Et cum transiret Iesvs, vidit hominem sedẽtem in theloneo Matthæum nomine, & vocauit eum. At ille confestim surgens secutus est eum.

Manichæorum hæresis contra Matthæi Euangelium.

Augustin. lib. 17. cõt. Faust. c. 1.

Manichæi argumenta.

Matt. 9. a. 9.

B

C

Primus ex vocatione Matthæi.

Et quis ergo de se ipso scribens, dicat: Vidit hominem, & vocauit eum, & secutus est eum? Ac non potiùs dicat: Vidit me, & vocauit me, & secutus sum eum, nisi quia constat, hæc Matthæum non scripsisse, sed alium nescio quem sub eius nomine. Hæc Faustus. O præclarum Fausti argumentum, quo totius religionis fideiq; Christianæ fulcium, se audacissimè sublaturum putat, ac si tam ingenij inops sit, & se esse fateatur, vt non intelligat rerum gestarum scriptores sæpè solere, cum ad propriæ personæ enarrationem deueniũt, sic suas cõtexere narrationes, ac si de aliquo alio loquantur, idq; narrent, quod de se met ipsis re verà narrare intendunt. Testis fidelis nobis est D. Paulus, qui cum raptum illud mirabile, sibi à Deo factum narrare voluisset, tanquam si alteri contigisset, factum describens ait. Scio hominem in Christo Iesv, &c. At si tantopere tibi Matthæi Euangeliũ displicet Fauste, leuissimo hoc argumento deuinctus, & D. Ioannis Euãgelium accipis, & amplexaris, vide quam pulchrè eadem fasi & modo loquendi vtatur, sub Euangelij finem dum de se ipso loquens, ait: Conuersus Petrus vidit discipulũ, quem diligebat Iesvs, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit Domino: Quis est qui tradet te? Et adhuc paulò inferiùs: Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scimus quia verùm est testimonium eius. Et Christus etiam cum de semet ipso loqueretur sic ait: Cum venerit filius hominis, putas ne inueniet fidem in terra? Et Matth. 11. Venit filius hominis manducans & bibens, &c. Et Ioan. 5. Venit hora quando mortui audient vocem filij Dei. Vides ne Fauste quibus nebulis toto connatu sparsis, mundum offuscare nitaris?

D

Argumenti solutio.

2. Cor. 12. d. 2.

Ioann. vlt. d. 20.

Luc. 18. b. 8. Matt. 11. c. 19 Ioan. 5. d. 25.

Vtitur quoque Faustus nonnulis adhuc argumentis ad Matthæi auctoritatem & fidem prosternẽdam. Obijcit enim nonnulla loca ex eodem Euangelio, tanquam suppositicia. Nempè Christi sententiam, quam idem Matthæus adfert cap. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem, sed ad implere. Manichæi qui veterem legem omninò negabant, ea quæ in legis fauorem dicta videbantur, totis viribus impugnabant. Hinc est quod Faustus Manichæorum dux, & ante signanus, in fauorem erroris Manichæorum, atque in odium Matthæi in hanc sententiam insurgit, & teste

Manichæi secũdum argumentum.

Matt. 5. c. 17.

Manichæi veterem legem omnino negant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium Manichæorũ argumentum.

Refutatio argumenti Fauſti.

Chriſti doctrinam à quibus accepimus.

Aug. ſ. lib. 17 contra Fauſt.

D. Auguſtino lib. 17. contra Fauſt. ſic ſententiam impugnat. Quis (inquit) teſtatur hoc dixiſſe IESVM? Matthæus. Vbi dixit? in mõte, quibus præſentibus? Petro, Andrea, Iacobo, & Ioanne, quatuor his tantum, cæteros enim nondum elegerat, nec ipſum Matthæum. Ex his ergo quatuor, vnus, id eſt, Ioannes Euangelium ſcripſit? Ita. Alicubi hoc ipſe commemorat? Nuſquam. Quomodo ergo, quod Ioannes non teſtatur, qui fuit in monte, Matthæus hoc ſcripſit, qui longo temporis interuallo poſtquam IESVS de monte deſcendit, ſequutus eſt eum? ac per hoc de hoc ipſo ambigitur, vtrùm IESVS talè aliquid dixerit, quia teſtis idoneus tacet, loquitur autem minus idoneus, qui prorſus non erat cum IESVS hæc loquebatur in monte. Hæc Fauſtus. Si hæc Fauſti verba alicuius momenti eſſent, facilè D. Matthæi auctoritas periclitari potuiſſet, verũ nihili planè facienda ſunt. Aſſerere enim quòd Matthæus, quia non interfuit, cum Chriſtus verba illa dixiſſet in monte, verùm dicere non potuit, falſiſsimum eſt. Inde quidẽ ſequeretur, neminem omnium mortalium, hodie vera de Chriſto dicere potuiſſe, cum nemo eorum Chriſtum viderit præſentem, nec minus quam docuit doctrinam audiuerit.

Manifeſtata verò eſt nobis Chriſti doctrina, à ſanctis Apoſtolis, ab Eccleſiæ Doctoribus, à ſanctis Patribus, à ſacris Concilijs, à Magiſtris, & verbi Dei cõcionatoribus, licet Chriſtum docentem non audierint, & certa fide credimus, quòd Spiritu ſancto inſpirati loquuti fuerint ſancti Dei homines. Quare ob ſecro non credemus eandem Spiritus ſancti gratiam, in D. Matthæo adfuiſſe, qui Euangeliſtarum primus fuit? Deinde ſi ijs qui Chriſtum audierunt, fidem eorum doctrinæ talem adhibuerunt, nõ modo eorum cõſortes cum eſſent, ſed etiam ſucceſſores, quare Matthæus Ioannis condiſcipulus, eidem Ioanni fidem non adhibuiſſet dicenti, ac eidem narranti ea, quę ex ore Chriſti didicerat. Fieri quidem potuit, vt Ioannes ipſi Matthæo narrarit legem Euangelicam, quam in illo monte Chriſtus prædicauit, & ab ipſo Ioanne fœliciter inſtitutus, & tandem Spiritu ſancto aſlante, legẽ omnem illam ſacroſanctam, latiſsimè ſuis ſcriptis mandarit.

Matthæum primus Euangeliſtarũ, qui vel à D. Ioanne, vel ab ipſo Chriſto Euangelium, quod ſcripſit, accepit.

Fieri quoque potuit, vt ipſemet Chriſtus Dominus poſtquam ad ſe Matthæum vocauit, ipſi Matthæo narrarit omnia, quæ ante vocationem ipſius cum illis egerit, quos priùs ad ſe vocauerat, inter quæ, geſtorum ac dictorum ipſius, concio illa grauiſsima, quæ Euangelicæ legis promulgatio erat, primum locum tenebat. At garris Fauſte dicens. Hoc ipſum Ioannes in Euangelio ſuo ponere potiùs debuiſſet, cum ipſemet præſens fuiſſet, & propria aure audiuiſſet, Chriſtum illa proprio ore docentem. At tuæ huic obiectioni Ioannes ipſe reſpondit, quando Euangelium ſuum ita concluſit dicens: Hęc & alia quidẽ multa fecit IESVS, quę nõ ſunt ſcripta in libro hoc, quæ ſi ſcriberentur ſingula, nec ipſum exiſtimo mundum capere poſſe eos, qui ſcribẽdi ſunt, libros. Si multa ſe ſcientem prætermiſiſſe fatetur, quare non hęc inter alia, quę à D. Matthęo fœliciter ſcripta vidit prętermiſiſſet, dum in ſcribendis grauiſsimis alijs rebus, fuiſſet omninò detentus? Sat fuit Chriſto Domino, Matthæum eius diuinæ concionis habuiſſe fidelem interpretem ac ſecretarium. Sunt multa prætereà, in quibus in fauſtus ille Fauſtus D. Matthæum nigro calculo impudenter notat, & illi infamiã maximam inurere tentat, quò Matthæi

Ioannes Euangeliſta quare non ſcripſerit concionem, quã Chriſtus habuit in monte, ũ ipſe ea tioni interfuiſſet?

Ioan. vlt.

Anabaptiſtæ Manichæorũ ſectatores Matthæi Euãgelium explodunt.

thæi Euangelium, per ſummum ſcelus, à ſua, qua dignus eſt auctoritate deponat, & tanquam apochrifum ab Eccleſia expellat, quæ omnia Deo dante, ſuis in locis in interpretatione Euangelij, quaſi digito conſtrabimus.

Idem quoq; ſtudium, Anabaptiſtis huius temporis eſſe certiſsimũ eſt, quivt ſacroſanctæ matris Eccleſiæ auctoritatem peſſimè faciãt, D. Matthæi Euangelium, ab ipſa Spiritus ſancti auctoritate nobis traditum, labefactare nituntur, affirmantes cum Manichæis, Matthæum illum ad Apoſtolatum ex theloneo vocatum, tale Euãgelium nunquam ſcripſiſſe, ſed ſub eius nomine, ab alio quodam ignoto auctore intromiſſum, id quòd diuerſis à Manichæorum argumentis probare, ſumma diligentia nituntur, licet in multis cum ipſis Manichæis conueniant.

Primum Anabaptiſtarum argumẽtum ex lingua auctoris deſumitur.

Primum Anabaptiſtarum argumentum, ex lingua auctoris huius Euangelij deſumunt, contendentes & firmiſsimè aſſerentes, illud non eſſe Matthæi. Matthæus enim cum Hebræus natione fuerit, & ſuis, nẽpè Hebræis, Euangelium tradiderit, Hebraica lingua, ac literis Hebræis, Euãgelium ſuum dare oportebat (ſicut re vera dedit, vt Euſebius ex Papia refert, & D. Hieronymus de viris illuſtribus aſſerit.) At verò hoc Euangelium quod ſub nomine Matthæi nunc habetur, nõ Hebraica, ſed Græca magis lingua videtur ab auctore ſuo fuiſſe conſcriptum: hoc enim manifeſtè demõſtrant interpretationes Hebraicorum nominum, quæ in compluri bus huius Euangelij locis ſparſæ leguntur: quemadmodum. 1. cap. vbi dicitur: Vocabitur nomẽ eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. Et capit. 28. vbi ſcriptum eſt: Heli, Heli, lamazabatani, quod interpreteratur: Deus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Quòd ſi Matthęus totum hoc Euangelium Hebraica lingua conſcripſit, tunc meritò ambigitur, quanã lingua, aut quibus verbis, & cuius rei grãtia eius modi ſententias interpretatus fuerit, & vtrùm propriæ, vel externæ linguæ vocibus, in earum interpretatione vſus ſit. Nam ſi Hebraica verba, Hebraicis verbis interpretatus eſt, ſuperfluitatis vicio incurreret, nota, per æquè nota, abſq; vlla neceſsitate exponens. Si verò extremis verbis, proprias atq; germanas voces expreſsit, tunc obſcurior erit verborum interpretatio, quam ipſamet verba. Deinde cur magis hæc quam alia ſui Euangelij verba interpretatus eſſet, cũ omnia apud Hebræos æquè facilitatis, vel difficultatis eſſent? Quare vt euitemus huius interpretationis ineptam ſuperfluitatem, dicere (inquiunt) cogimur, primum huius Euangelij auctorem non Hebraicè, ſed Græcè ſcripſiſſe, & quia Græcæ ſcripturæ, nonnulla Hebraica verba, quæ myſterium continebant, inſeruit, ideò ne lector ipſorum intelligẽtia fraudaretur, ea Græcè tranſtulit. Quòd ſi quiſpiam dixerit, dictiones iſtas non ab auctore, ſed à Græco interprete ſuper additas fuiſſe, nec eas hãberi in Hebraico codice Matthæi, tunc ſequitur Euangelium iſtud omni parte reddi ſuſpectum. Nam quemadmodũ interpres has voces de ſuo capite prętер neceſsitatem ſuper induxit, ita & multa alia ad arbitrium ſuum vel addidiſſe, vel addere potuiſſe veroſimile eſt. Nec obeſt, quod nunc Euãgelium iſtud inueniatur ſcriptum Hebraicis literis, ſicut id ipſum olim Hieronymus in Bibliotheca Cæſarienſi Hebraicè ſcriptum reperijt, cum id à quouis Hebraicæ linguæ perito è Græco in Hebraicarum ſermonem

Matt. 1. d. 23.

Matth. 27. c. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conuerti potuerit: sicuti de Ioannis Euangelio factum est, quod olim è Græca lingua in Hebræam fuisse translatum, Epiphanius scribit, & in gazophilatijs Hebræorum, apud Tyberiadem vsque ad eius tempora seruatum.

Lib. 1. Hær. 58.

Redditur etiam ab Anabaptistis incertum. An D. Matthæus Euangelium aliquod scripserit vnquã, quia de tẽpore quo Matthæus illud scripserit, varia inter scriptores Ecclesiasticos sententia est. Eusebius Cæsariensis in Chronocis refert, Matthæum primum omnium scripsisse Euangelium in Iudæa, dum Petrus Anthiochenam regeret Ecclesiam, Anno tertio Imperij Caligulæ. Irenæus verò li. 3. aduersus Hæres. c. 1. tradit, Matthæum scripsisse Euangelium cum Petrus & Paulus Romæ Euangelizarent.

Secundũ Anabaptistarum argumentũ.

B

Impijssimi Anabaptistæ prætereà vnà cum Fausto ac cæteris Manicheis, Suspectum D. Matthei Euangelium reddere conantur, historias nonnullas, vna cum aliquibus Prophetarum vaticinijs, ex Euangelio temere amputantes. Primò, Historiam illam Magorum venientium cum muneribus ad Christum, singularissimum fidei Christianæ fundamentum negant, eo quod nullus Euãgelistarum, præter Matthæum, eius mentionem fecerit, Nonnulla prætereà Prophetarum vaticinia ex hoc Euangelio amputare non verẽtur. Cœdem quoque infantium, ab Herode perpetratam, tanquam notham, & spuriam ab Euangelio reijciunt: eos non pudet, tum quia nullus Euangelistarum in sua Euangelica historia posuerit: tum etiam, quia Iosephus qui in recensendis Herodis scelerijs fuit diligentissimus, ac totos tres libros indescribenda Herodis impijssimi vita, videlicẽt. 15. 16. 17. consumpsit, nihil omninò de hac cæde puerorum, quã Matthæus cõmemorat, scriptum reliquit. De vaticinijs verò, quę huic Euangelio falsò insertis affirmant, illud primũ adferũt, quod legitur Matthæi. c. 2. Quoniam Nazarenus vocabitur, quod nusquam in Veteri Testamento scriptũ esse dicunt. Et illud quod eodem cap. annotatur, nempè ex Ægypto vocaui filium meũ, cuius sentẽtiæ verba nullibi in Veteri Testamẽto inueniri, nõ solùm Septuaginta interpretum editio testatur: in qua nec apud Oseam, vbi hæc verba esse creduntur, nec alibi legũtur, sed & Hieronymus ipse, quasi dubius & incertus, vbinam ea in veteri instrumento scripta sint, nunc dicit illa, Oseæ vndecimo, haberi, nũc in Num. 23. cap. Dicente Balaam. Ex Ægypto vocauit eum, quod vt cunq; sit, satis est ea verba, etiam si in Veteri Testamento inuenirẽtur, violenter fuisse detorta ad Christũ: quoniã nec Balaam, nec Oseas tunc de Christo loquuti sunt, sed de populo Israël, quem Dominus captiuum per manus Moysi, & Aaron de Ægypto reuocauit, & in libertatem asseruit: quod liquidò indicant verba Oseę dicentis: Sicut manè trãsijt, pertransit rex Israël: quia paruulus Israël, & ego dilexi eũ, & ex Ægypto vocaui filium meum. Consimili quoq; modo (inquiũt) & illud quod in eodẽ capitulo extrigesimo primo Hieremiæ capite legitur, ad necem infantium mordicus tractũ est, scilicẽt Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt: quod non de occisione infantiũ intelligi, sed de Rachel flente filios Israël, in captiuitatem deductos, ipsa statim sequentia prophetiæ verba declarãt. Addidit enim illicò post prædicta verba: Hæc dicit Dominus, quiescat vox à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertẽtur de terra inimici,

Tertiũ Anabaptistarũ argumentum.

C

Ioseph. de antiquit. lib. 15. 16. & 17.

D

Matt. 2. d. 23

Matt. 2. d. 15

Oseæ. 11. d. 1.

Hiero. in Comment. super Matth. cap.

Oseæ. 11. d. Num. 23. c. & 24. b. 3

Oseæ. 11.

Hieremi. c. 15.

A inimici, & reuertentur ad terminos suos. Quare cũ hæc loca partim falsò, partim vìolenter, in hoc Euangelio intrusa sint, verisimile est, & multa alia Veteris Testamenti vaticinia consimili licentia à temerarijs scriptoribus, citra propositũ fuisse immissa. Hæc sunt, quæ impudẽtissimi Anabaptistæ aduersus sacrosanctũ Matthæi Euangelium, mendacissimè restantur. Vt verò eorum nefarias assertiones luce clariùs falsas esse ostendamus, per singula omnia illa diluere libet.

Responsio ad primum Anabaptistarũ argumentum.

B

Ad primum ergo argumentum, quo probare nituntur, hoc Euangelium Matthęi non esse, quia Hebraicè scriptum nõ apparet, sed potiùs Græcè, sicut prædictæ interpretationes Hebraicorum nominũ ostẽdunt. Imperitissimorum hominum argumentũ hoc est, Non enim intelligunt eiusmodi omnes, quas adferũt interpretationes, ab interprete, qui D. Matthæum in linguam Græcam conuertit additas esse, sicut intellixerũt omnes, quotquot D. Matthæum hactenus sunt intepretati. Nec ob id, redditur interpres suspectus, quod consimili exemplo alia pleraq; multa intra cõtextum Matthæi addiderit: nam si hoc libeat de Matthæi interprete suspicari, idẽ quoq; eadem de causa licebit de vetustissimis, ac sanctissimis illis Veteris Testamenti interpretibus dicere, quòd certè impijssimum est, cùm Apostoli sua attestatione eorũ nobis interpretationẽ approbauerint, nam & ipsi eiusmodi nomina interpretantur: quemadmodum in Genesi, nomẽ Galaad, exponitur, dicens: Idcir co appellatum est nomen illius, Galaad, hoc est, tumulus testis. Et in eo dẽ libro, Mater vocauit nomẽ eius Benoni, id est, filius doloris mei. Pater verò appellauit eũ Beniamin, id est, filius dexteræ, & in Exod. Est enim Pesach, id est, transitus Domini. Hoc ipsum quoq;, vt in libro de optimo genere interpretandi, testatur Hieronymus. Aliquãdo fecerunt Apostoli, & Euangelistæ, sicut in Marco legimus, qui cũ introduxisset Christum ad defunctam puellam dicentem, Tabita cumi, statim subiecit, quod interpretatur. Puella tibi dico surge, in cuius sententiæ interpretatione duo verba, videlicet: Tibi dico, quæ in Hebræo à Christo dicta non sunt, de suo addidit, vt sensum vocantis & imperantis clariùs & fortiùs exprimeret. Si ergo quicquam Anabaptistarum argumentũ concludere potuisset, eadem quoq; ratione consequi potuisset libros Geneseos, & Exodi Hebraico sermone à Moyse scriptos non fuisse, quæ quidem sententia contra omniũ Ecclesiasticorũ scriptorum approbationem est. Manifestum quidẽ patet, Matthęum Euangelicã historiam Hebraico sermone, & literis scripsisse, quemadmodum & Irenæus lib. 3. cap. 2. testatur. Et Eusebius ex sententia Papię refert libr. 3. histor. Ecclesiasticæ, idem ex Panthæno confirmans, lib. 5. & li. 6. ex Origine. Sed latiùs hæc in prologo.

Hieron. de optimo genere interpretandi.

C

Iren. lib. 3. c. 2.

Euseb. lib. 3. histo. Eccle.

Origen.

Responsio ad secundũ Anabaptistarũ argumentum.

Ad secundum argumentum stultissimum esse constat, id quod ex temporis differentia sumitur, nam si duo illi patres, nempè Irenæus, & Eusebius rectè inspiciantur, nihil planè inter se eos discrepare videbimus. Nam quod Eusebius dicit, Matthæũ priùs in Iudæa suum scripsisse Euangelium, non certè pugnat cum eo, quod Irenæus dicit: Matthæum multo post, Euãgelium suum propria lingua conscriptum edidisse in lucem. Facilè enim vtrũque esse potest, & quòd Matthæus primũ in Iudæa Euangelium suum, iam à se propria lingua scriptũ, vt refert Eusebius, prædicauerit, & quod longè posteà illud in lucem

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ediderit, & legendum omnibus iuxta Irenæum inuulgauerit, cum è Iudæa ad gentes commigrasset. Sic enim de eo narrat Eusebius: Matthæus primum Hebræis predicauit Euangelium, verùm cum parasset transire ad gentes, patria lingua scripturam composuit, & quæ prædicauerat complexendens, reliquit his in memoriam, à quibus proficiscebatur, vt ad gentes prædicaret. En habes manifestam Anabaptistarum ignorantiam in temporis differentię, quam asignant, inter Eusebium, & Irenæum circa Matthęi Euangelium.

Euseb. lib. 3. Histor. cap. 24.

B

Ad tertium Anabaptistarum argumẽtum responsio.

Ad tertium Anabaptistarum argumentum, quò de Vaticinijs Prophetarum falso adductis, & de Magorum adductu ad Christum, ac etiã de cæde infantium, ex quibus suspicionem maximam falsitatis inducunt, eo quod harum rerum mentionem nullus Euãgelistarum fecerit. O insulsa ac planè stulta hominum argumentatio. Si hoc argumentum alicuius ponderis aut momenti esset, par iquoq; argumento & medio tollere licebit, varias historias, variaq; sententias quas D. Ioannes in suo sacrosancto Euangelio nobis declarauit. Quando aliquis Euangelistarũ meminit in suis scriptis, mirabiles illas historias, nẽpè de Piscina illa, quæ Hierosolymis erat, quinque porticus habens, in quibus multitudo magna languẽtium iacebat, ad quam Angelus Domini secundũ tempus descendebat, ad mouendas aquas, ex cuius motione, qui ex omni illa infirmorum multitudine primus in Piscinam ab Angelo motam descendebat, salutem consequebatur perfectam. Vbi obsecro in vniuersa sacra pagina hanc historiam præter in vno Ioanne reperies? Deinde miraculum illud, quod Iannes ibi à Christo factum describit, de homine illo qui triginta & octo annos fuit morbo detentus, quis Euangelistarum meminit, nisi Ioannes? Historiam quoq; Lazari resuscitati, nemo ex Euangelicis scriptoribus nobis tradidit, nisi solus Ioãnes. Et cõcio illa, qua Christus in vltima cœna, igne diuini amoris discipulorum corda succẽdit, à quo vberius potuit describi, quam à Christi dilecto Ioanne, qui supra pectus amantis recubuit? Hæc omnia Christi prodigia, omneq; seruatoris nostri sentẽrias diuino amore flagrantes, Anabaptistæ negare non audent, nec etiam sua stulta argumentatione efficere vnquam valebũt, vt Matthæi historias, de Aduentu magorum ad Christum in præsepio iacentem, nec infanticidũ ab Herode nequiter perpetratum, e sacra Euangelij Matthæi historia, tanquam suspecta habeantur, quia inter Euangelicos scriptores Matthæus solus scripsit, & nemo Euangelistarum de illis meminerit. Multa sanè sunt, quæ Deo sic disponente, vnus Euangelistarum scripsit, quæ à cæteris sacri Euangelij scriptoribus, prætermissa sunt, inde tamen non sequitur quòd suspicione dignus sit is, qui solus illa notauit. De Lazari resurrectione Chrysologus inquit. Tam grande miraculum, quo nullum in Iudæa fuit illustrius. Ioanni Euangelistarum omnium supremo, describendum fuit relictum. Id quoq; dicere possumus de quocunq; qui solus aliquid scripsit, quod cæteri prætermiserunt, quia sic Spiritus sanctus calamũ scribentis gubernauit. Hinc est, quòd circa Magorum aduentum, & infantium cœdem, Marcus, Lucas, & Ioannes nihil planè scripserũt, quia de vtroq; abunde satis, quãtum opus erat, D. Matthæum scribentem viderãt, nec ad ea quæ Spiritus sanctus per eum dictauerat, aliqua addictione aut ablatione opus erat. At illa

Ioan. 11. d.

Ioann. 13. & 14.

C

Chrysol. serm. de Lazaro.

D

quæ

A quæ de Iosepho adferunt dicentes, Iosephum hanc Herodis seuitiã nõ scripsisse libenter fatear, sed quid inde? Euangelij enim auctoritas ab Spiritus sancti & Ecclesię catholicæ auctoritate omnino pendet, & non à Iosephi testimonio, seu à quouis prophano scriptore quantumuis probatæ auctoritatis sit. Iosephus, sicut alia multa, ex Christi gestis silentio inuoluit, quæ maioris momenti ac illustriora erant (vt Ægesippus antiquissimus historiographus optimè notat) nam præclaram illam Domini nostri Iesv Christi resurrectionem, ac quam plurima eius diuina opera sciens volẽsq; vel incuria, vel malitia potiùs omninò subticuit.

Iosephus in sua histo multa de Christo volens subticuit. Ægesippus.

De vaticinijs verò Prophetarũ, quæ falso in Euangelio hoc D. Matthæi apposita blasphemo ore testãtur, in eorum interpretatione ne eadem sępè repetamus, dicturi sumus. Hæc ad præsens sufficiant, & iam ad sacrum Textum accedamus.

A

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT PRIMVM.

EXPOSITIO.

LIBER, &c. Cùm D. Matthæus Euãgelium suum Iudæis tradere decreuisset, totis viribus nitebatur eos inducere, vt Christum IESVM tanquam verum Messiam, à Deo ipsis promissum, vera fide amplecterentur. Viderat enim ipsos ab hac Christi fide longè remotos, nam vt sacris literis cõpertissimũ est, ob id IESVM pro verò Messia recipere noluerunt, quòd nec ex semine Dauid genitum, nec in Bethleem natum crediderunt, imò potiùs eum Galilęum, & Nazarenum in contemptum vocitabant. Ideò dicebant: Nunquid à Galilea venit Christus? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem Castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Et inferiùs: Scrutare & vidè, quia à Galilęa Propheta non surgit. Item, à Nazareth potest ne aliquid boni esse? Vt ergo ab hac misera cœcitate Iudæorũ animos, quibus suum tradebat Euangelium liberaret, & in ipsam veritatem induceret, in primo hoc capite ostendit Christum Iesum ex Dauidis semine originem trahere. In secundò verò capite eum in Bethleem natũ fuisse demonstrat.

Quare Iudæi Christum recipere recusabant.

Luc. 13. c. 1.

Ioan. 7. f. 41

Ibi. g. 51.

Ioan. 1. f. 46.

Cùm hanc D. Matthæi mentem, Faustus ille Manichæorum dux nõ intelligeret, vt Euangelicam hanc veritatem prosterneret, radicem totiùs operis destruere conatur, dicẽs: (vt optimè notat D. Augũstin.) hęc duo prima Euangelij capita ad Euãgelium ne quaquam pertinere posunt: (ait Faustus.) Idque nonnullis rationibus parui certè momenti euincere conatur. Et primum ipsa (ait) Euangelij definitio docet, genealogiã hanc longè ab Euangelio distare. Est enim Euãgelium ipsa IESV Christi filij Dei prædicatio. Sic enim legitur Matthæi. 4. Circuibat IESVS totam Galilæam prædicans Euangelium regni. Quæ quidem prædicatio, cum post Ioannem inclusum in carcere cœperit, vt habetur in eodem Matth. 4. cap. cum dicitur, ex inde cœpit IESVS prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorũ. Sequitur vt quicquid ante Christi prædicationem narratum est, nõ sit Euangelium, sed totum genealogia vsque ad carcerem Ioannis. Itaq; Euãgelium Matthæi si vim & auctoritatem potest habere vllam, à quarto Euãgelicæ historiæ capite initium habere debet. Nam in secũdo Matthæi capitulo inducitur secundum prophanum morem gentiliũ, Stella in Oriente à Magis conspecta, quasi fatalis quędã constellatio, sub cuius influentia, nascentis pueri fortuna fuerit constituta, & quis diceret hoc Euangelium esse?

Augusti. lib. 1. contra Faust. c. 1.

Tertium Faustiargumentum.

Matt. 4. ibi.

Ibi. b. 12.

Primum Faustiargumentum.

Secundum argumentũ desumit, teste Augustino, ex initio eiusdem libri, quem Matthæus ipse non ausus fuit Euangelium appellare, sed cum

Augusti. lib. 1. Secundum Faustiargumentum.

TEXTVS.

I LIber generationis IESV Christi, filij Dauid, filij Abraham.

A eum inscripsit, *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid.* Quid enim (inquit) impediebat Matthæum sic incipere, Euangelium IESV Christi, Filij Dauid, nisi quia improbum putauit genealogiam vocare Euangelium? Vnde & nos (ait) rectè duo illa prima capitula Genisidium magis quam Euangeliũ possumus non cupare.

Tertiò id probare nititur ex Marci Euangelio: nam Marcus qui Matthæi pedis secùs & abbreuiator fuit B hanc genealogiam tanquam notham ab Euangelio Matthæi reiecit. Quia cùm Euangeliũ solummodo scribendum accepisset, generationem istam, ceu ad Euangelium minimè pertinentem scribere prætermisit, incipiens Euangelium suum à prædicatione filij Dei, quæ verùm est Euangelium, vt ostenderet nõ à generatione, sed à prædicatione Christi, Euãgelij principium rectè sumendum esse: Ita enim exorsus est. Initium Euãgelij IESV Christi filij Dei. Et statim Christi generatione prætermisa, prædicationem Ioannis & Christi subiecit. Hæc primaria sunt Faustiargumẽta, quibus duo prima Matthæi capita ex Euangelio auferre conatur.

Ad primum Faustiargumentum, respondit Augustinus, lib. 2. contra Faust. cap. 2.

Quam imprudenter mẽtitur Faustus in prima sua argumentatione quis non videt? dicit enim Christi generationem ad Euangelium non pertinere. Quis obsecro magis credendus D. Paulus an Faustus. Ipsemet fatebitur haud dubiè cum D. Pauli doctrinam accipiat, Paulum esse credendum. Ar cum D. Paulus dicat Christi generationem secundum carnem, ex semine Dauid, ad Euangelium spectare, certissima fide accipiendum esse constat, & Faustimendacium detestandum fateri. Sic enim ait ad Thimotheũ scribens: Memor esto, Christum IESVM resurrexisse à mortuis, ex

2. Tim. 2. b. 8

semine Dauid secundum Euangelium meum. Et ad Romanos scribens dicit: Paulus seruus IESV Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. Quod ante promiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Vides generationem Christi ad Euangelium Pauli pertinere, Quod autem erat Apostoli Pauli Euangelium? hoc certè quod Matthæi, & cæterorum Apostolorum atque fidelium erat, B vnã enim eademque fides omnium rectè credentium est. Cum autem Faustus in Euangelij definitione solùm ea, quæ Christi prædicatione sunt facta concludit, hoc certè de suo impudentissimo errore procedit. Nam omnes qui Græcam linguam vel tenuiter, nouerunt, *Euangelion*, bonum nuncium aut bonam nunciationẽ interpretantur. Quod si ita est, cur non sit Euangeliũ quod de ista generatione narratur, cùm C tanta bona nobis annuncientur? Videlicet Dei filium propter salutem nostram, vt nos Diuinos faceret, factum fuisse hominem, deducta carne per tot generationes ex semine Dauid. Circa secundum Matthæi caput, id quod de Stella fatali, quasi gentilium more inducta calumniatur. Facilè cum D. Augustino respondere possumus, nos nullius hominis generationem, sub fato stellarum ponere, vt liberum vo- D luntatis arbitrium, quo vel benè vel malè viuitur, propter iustum Dei iudicium ab omni necessitatis obligatione vindicemus. Mulrò minus certè illius filij Dei temporalem generationem, sub astrorum conditione credimus factam, nam cum sit vniuersorũ conditor & Dominus, stellaillanon ad proprium decretum dominabatur, sed ad testimonium nascentis famulabatur, nec

Rom. 1. d. 3.

Augusti. contra Faust. lib. 2. c. 6.

Augusti. contra Faust. lib. 2. c. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec suum auctorem suo subijciebat imperio, sed indicabat humilẽ obsequium, nec stella Christo, sed stellę Christus fatum erat, ipse quippè illi non illa Christo nascendi causam attulit.

Ad secundum Fausti argumentum.

Ad id, quod secundo loco astruit de genealogiæ inscriptione. Quis non rideat dementissimum hominem qui suis stultitijs vniuersum orbem dementare connatur? Quid est quod affirmat, nisi quòd genealogia hæc ad Euangelium nõ pertineat, quia Matthæus non sic exorsus est. Initium Euangelij Iesu Christi, sicut Marcus incœpit, sed liber generationis Iesu Christi? Itaque Fauste Euangelistis meorum præscribis, quo tua Euangelia exordiri tenentur, ita tandem quod si tali nõ vtantur exordio è vestigio suum Euangelium negare audebis? Hoc modo nec Ioannes Euãgelium scripsisse dicetur, quia ipse non dixit: Initium Euangelij, aut liber Euangelij, sed in principio erat verbum. Nisi fortè elegans vocabulorum inuentor Faustus, ex exordio Ioannis commentetur nouum vocabulum, Verbidium propter verbum nominando; sicut & illud propter Genesim, Genesidium ausus est appellare. Nonne omnia ista Fausti cõmenta ridicula sunt?

Ioan. 1. d 1.

Ad tertium Fausti argumentum.

Pari quoq; ratione ridiculosum est, id quod tertio loco adfert, nempè hanc genealogiam D. Matthæi, tanquam notham & spuriam Marcum à suo Euangelio reiecisse. Matthæi genealogiam Marcus non posuit, nam cum esset Matthæi abbreuiator eam scribere prætermisit, nõ certè quòd eam vel superfluam, vel Euangelicæ doctrinæ repugnantem putaret, sed quia eam iam satis abundeq; à Matthæo Euangelista viderat fuisse descriptam. Relictis ergo eiusmodi Fausti stultitijs, de quibus nec per somnium vnquam tractassem, nisi D. P. Augustini auctoritas me impulisset, quò curiosi lectores facilius videre potuissent, obiectiones, quas in D. Matthæum Faustus ille infœlix ex cogitauit, illas apponere voluimus: quibus reiectis, ad germanam D. Matthæi expositionem accedamus.

1. *Liber generationis, &c.* Liber in Hebræa lingua est, Sapher, cui respondet in Græca, *Biblos*, & in Latina liber, quòd si benè consideramus, non tantùm significat id, quod Latinè & propriè apud nos liber dicitur, sed omnem scripturam & enarrationem. Venit enim à verbo Saphar, quod propriè enarrationẽ significat. Sic enim Gen. 5. Hæc est enarratio generis Adam. Sic Rabbi Dauid exponit, teste Pagnino. Et Hierem. 32. emptio agri vocatur liber. Libellum etiam repudij dare, nihil aliud erat nisi tantum chàrta, quæ vxori dabatur, qua ei potestas nubendi alteri iure concedebatur. Eo sanè modo D. Matthæus hîc vocat librum generationis, quasi dicat Scriptura qua Christi genealogia à prima origine deducta, describitur.

Liber ou[m] Scriptur[a] enarratio[n] significat. Gen. 5. a[d] Rabbi D[a]uid. Pagninus. Hiere. 32. 10.

1. libellum repudij da[re] quid erat.

Vbi notandum venit, quòd sicut de veteri Adamo dictum fuerat à Moyse: Hic est liber generationis Adam, quibus planè verbis, terrenam omnium nostrum, peccatiq; labe infectam generationem ostendebat: Sic etiã Spiritus sanctus volens secũdum Adamum nobis patefacere, per quem & nos regenerari, & longè fœliciùs renasci oportebat, dixit: *Liber generationis Iesu Christi.* Vnde germanã D. Pauli interpretationem accipies. Primus (inquit) homo de terra terrenus, Secundus de cælo cælestis, qualis terrenus tales & terreni, & qualis cęlestis tales & cælestes. Primus Adam peccato suo, nos omnes peccatores & gratiæ cælestis indignos generauit.

Gen. 5. a[d] Sicut de [Ad]ã dixit Scs liber generationis [Ad]ã ita de [Iesu] Matthæus dixit: Liber generationis Iesu Christi.

1. Cor. 15. 48.

Ioan. 1. uit. Secundus verò Adam Christus Deus noster, veniens ad nos, plenus gratia & veritate, de plenitudine eius omnes accipientes, quia prædestinauit nos in adoptionem filiorũ Dei. Ille itaq; terreni atq; terrenorum liber erat, hic cœlestis Adam, & cœlestiũ filiorum Dei liber nuncupatur & est.

Paul. ad Eph. 1. c. 5.

Liber dicitur propter perpetuitatem.

Potest quoq; Liber vocari, Ob perpetuitatem, quam Euãgelio suo Matthæus promittit. Liber ille generationis Adèc perpetuitatem minimè promittebat, erat enim omnium interiturorum, mortemq; generãtiũ nunciabat. Hic autem liber, perpetuam generãtis generatorumq; ab ipso, vitã pollicetur. Ob id D. Matthæus generationem hanc librum nuncupauit. Ea enim quæ perpetua memoria cõsecrari cupimus, libro mandamus: vt patet Baruch. 4. Hîc liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum. Et Apoc. 1. Quæ vides (dixit Angelus Ioanni) scribe in libro, Id est, Perpetua memoria cõsecrabis. Et Iob. 19. ad huc manifestiùs. Quis mihi det vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo & plũbi lamina, vel celtè sculpantur in silice. Ac si dixisset. Vtinam sermones mei perpetuæ memoriæ mandentur, tanquam si in libro, vel in lamina sculpti fuissent, vel celtè in lapide fortissimo elaborati, à perpetuitate ergo, Matthæus Euãgelium suum librum vocauit.

Apoc. 1. c. 11.

Iob. 10. d 23.

Liber pro numero ponitur. 2. Reg. 24. b 9.

Liber. Hebræi quoq;, Saphar, à quo, Sepher, id esse dicunt, quòd numerare, vt patet. 2. Reg. 24. Post quam, Saphar, id est, numerauit populum. Hoc modo accipiendo non malè, loco quadrare videtur si vertamus. Hic est numerus generationũ Christi. Numerantur enim hîc generationes à quibus Christus descendit secundum carnem. Et benè aduerte allusionem illam, qua à Saphar, quod est numerare: est, Sapher, id est litera: & quia literæ sunt Hebræis numerus, quibus supputant, extenditur significatio verbi, Saphar, quod est numerare, ad literas per quas numerant. Vnde, Sepher, nõ tam propriè librum, quàm literas significat, vt patet. 2. Reg. 5. Et mittam, Sepher, id est literas ad Regem Isrãel: aut numeros, intelligẽdo per numeros literas, quibus mos est Hebræis numerare. Sic enim numerãt, Aleph, vnum; Beth, duo, & sic consequenter, vt in Hebraicis constitutionibus videre licet. Est ergo sensus horum verborum, *Numerus generationum*, Id est hominum generatorum vsq; ad Christum.

2. Reg. 5.

Aduertendum serio est mysteriũ, quòd in verbo, Saphar, hoc est numerare delitescit. Nam à principio mundi, vsq; ad Saluatoris aduentũ solus populus Israeliticus à Deo numerari iussus est, & frequenter; vt ostenderet solum illos curare, ac si ad illum alienationes minimè pertinerent, id quod expressit per Prophetam Amos: Vos (inquit) tantum cognoui ex omnibus cognationibus terræ. Qui tanquam bonus pastor oues suas agnoscere voluit, hinc est, quòd sæpius eas enumerare præcepit. At vbi venit plenitudo temporis in quo Deus filium suum mittere decreuit, suos nouæ legis Chronographos designauit, qui orbem vniuersum numerarent, inter quos vnus Matthæus fuit, qui Israeliticì populi generationes numerauit, dicens: *Liber generationis, &c.* Hoc est numerus generationis Iesv Christi, vbi vniuersos quos vidit ad generationis Christi numerum pertinere posuit. At verò cum Deus non sit tantùm Iudæorum Deus, sed etiam gentium, vt vniuersorum Dominus agnosceretur, is qui in omnium salutem venerat, ne quis

Deus à principio mundi suos numerare voluit.

Amos. 3. d 2.

Deus tanquã bonus pastor ouer suas numerat.

Vniuersi orbis descriptio quare facta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ne quis putaret gentes extra numerū filiorū Dei manere, Cæsarē Augustum impulit, vt eo tempore quo pro vniuersorum salute nasci dignabatur, vniuersum orbē describeret.

Luc. 2. d. 1.

Exijt (inquit Lucas) edictum à Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hoc quidem est quod prædixerat Dominus per Prophetam. Memor ero Raab & Babylonis scientiū me: Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic. Dominus narrabit in scripturis populorū. Alia verò translatio, quæ nobis rem magis explicat, sic habet. Memorare faciam Ægyptū & Babel, scientibus me. Ecce Palestina & Tyrus cum Æthiopia, iste natus est ibi, Dominus narrabit quando scribet populos, iste natus est ibi, ac si apertiùs diceret. Qui antea nō recordabar Babel, nec Ægypti, quia ignorabant me: iam nunc illorum memor ero, quia cognouerunt me. Et filij Philistinorū & Tyrij atq; Æthyopes qui antea in ciuitate mea erāt hospites & aduenæ: iam nunc vocabuntur Ierosolymitæ, ac si ibi nati essent.

Psal. 86.

B

C

Quanti faciat Deus hominum generationes.

Expende etiam hîc, quanti nunc faciat Deus hominū generationes, postquam serio voluit eos numerare, & earū numerū libro suo inscribi, & æterna memoria consecrare. Hinc factū est vt suis Chronographis Deus ordinarit vt summa cum diligentia generationem eorū, vnà cū ipsius humana generatione enarrarent simulq; cōiungerent, vt inde

D filiorum Dei dignitatem agnoscāt. Hoc ipsi Deo in primis curæ fuit, vt homo factus, homines Deos faceret, ideò generationem eius diuinā. cum eorum humana cōiungere voluit, & libro generationis ipsius inscribi.

Opera, quæ Deus in sua Deitate gessit scripta nō apparent.

At verò præclara illa gesta, quę in sua operatus est Deitate tanquam si perpetuo obliuioni tradi voluisset in scriptis, & libris noluit manere. A Vbi obsecro sunt libri bellorū Domini, & annales quibus gesta, quę fecit ad rubrum mare, & ad torrētes Arnon, & per varia vndiq; loca inscribuntur? omnia perire voluit, solum verò hunc humanæ eius generationis librum, perpetuò seruari decreuit.

Vbi notandū etiam est, Nizephoro testante in sua historia, quòd in tantā demētiam Herodes peruenit, vt vniuersos genealogiarum libros ad Iudæos, & ad Proselytos & Aduenas pertinentes, igni tradi præcepit quod sfarim ab inauguratione tyranici sui regni, executioni māda uit. Nizephori verba ex Aphricano historico desumpta hæc sunt: Quum Hebraicarū familiarū genealogiæ inscripta relatæ, in archiuis & publico tabulario, atq; in his etiā eorū, qui ad Proselytos & aduenas vsq; ad Achior Amanitē & ipsam Ruth Moabitidem, quiq; ad eos qui ex Ægypto promiscuè prognati prodierunt, referebantur, asseruarētur. C Herodes, quòd nihil ad eum Israēlitarū genus pertineret, & quòd obscuritatis suę, sibi conscius cū esset, ea ipsa genealogiarum monumenta cōbusit. Tunc demum se nobilem genere, & illustrē vulgo fore putās, si nec alius quisquā ex publico scripto, genus suum ad ipsos Patriarchas, aut Proselytos, ipsosq; etiam alienigenas promiscuos, qui, *Gioraï* vocabantur, referre posset. Pauci tamē diligēteshomines primatos, sibi ipsis genealogiarū cōmētarios, D aut nomina ipsa memoria tenentes, aut ea ab exemplaribus petētes, studio eo delectati condiderunt, per quos nobilitatis memoria est cōseruata. Hæc Nizephorus. Non est verò simile D. Mattheū studio humano has genealogiarū series, ab Herode combustas, inuenisse, cū ipse potius parandæ pecuniæ desiderio, theloneo

Nizephor. lib. 1. c. 11.

Herodes hæ deorum, Proselytorū, genealogi Vulcano secrauit.

Genealogiæ pauci seruarunt.

D. Matthæus non studio humano, sed diuino miraculo genealogias scripsit.

A theloneo antea fuisset affixus. Deus tamen cum ipsum ad Euangelicæ muneris gratiam vocasset, miraculo quodam ipsi datum fuisse putandum est, vt genealogias illas omnes in lucem reuocaret, ne humana malitia diuino consilio vnquam præualere posset. Vnde factum puto vt D. Matthæus, Diuino numine afflante, genealogias omnes: miro artificio scriptis mandaret: nō enim est consilium, nō est prudentia contra Deum.

D. Matthæus miraculose genealogias omnes scripsit.

Prouer. 21. d. 30.

Generationis Iesu Christi. Cùm generatio propriè gignendi actionem significet, manifestum est hîc generationis nomen impropriè accipi, pro genere aut genealogia: nisi vellit hoc nomine exprimere effectum actionis: nam maiorum series à generatione profecta, hoc libro descripta est. At verò si accuratius consideremus, non sine magno Dei consilio D. Matthæus hoc generationis vocabulo vsus est. Generatio enim cum gignendi actionem denotet, licet D. Matthæus cōsiderarit, de humana genealogia impropriè dici generationem, habebat tamen respectum ad Diuinitatem ipsius filij Dei, secūdum quam ab æterno in actione generationis est, tanquam terminus illius. Ego (inquit Pater ore Prophetico) hodie genui te. Vtens itaque hoc generationis verbo, & Diuinam, & humanam comprehendit in Christo naturam: Diuinam in verbo generationis, humanam verò in genealogia Patrum, à quibus secundum humanitatē Christus trahebat originem.

B Generationis nomē minus propriè positum.

C

Generationis vox Diuinam pariter & humanam comprehendit naturam. Psal. 2. d. 7.

Est prætered notandum, quòd vox Hebræa, Tholdoth, generationes significat, quæ quidem vox his sex elemētis, seu notulis, Tholdoth, integrè, perfecteque scribitur: quas videbis Genesis. 2. Quo loco, mundō à Deo condito, &

Tholdoth, generationes significat, ex quibus notulis scribatur. Gen. 2. d. 4.

homine adhuc integro, & innoxio, scriptum est: Iste sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt. At post missorum prothoplastorum lapsum, atque ruinam, ex illis sex literis, vna continuo subtracta fuit, quæ & secundo & quinto loco collocatur, quocunque diuinarum literarum loco, vox Hebraica, Tholdoth, scripta est. Subtrahitur autem, Vau, quæ coniunctionis copulatiuæ vim habere apud Hebræos manifestum est. Nec illi deinceps restituitur, nisi Ruth. 4. vbi Dauidis genealogia, non iam ex Abrahami solùm posteritate, verum ex gentibus quoque ducta contexitur, vt huius literæ subtractione (in qua nonunquam archanæ literæ, reconditissima sacramenta subindicant) apertè Spiritus sanctus explicet, mundum quidem à Deo perfectum, & suis numeris absolutum esse procreatum & conditum: Adami verò perfidia, & peccato contaminatum atque omnino corruptum: per Christum Da C uidis filium esse reparandum & pristinę suę dignitati restituendum, cuius illustrissimæ ac generosæ prosapiæ, & stirpis seriem, atque cathalogum, hic D. Matthæus à Dauide orditur, inquiens: *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.*

A

Ruth. 4. d. 28

Post Adæ peccatum, Vau, ablatum est à Tholdoth, restituitur tamen quando Dauidis genologia scribitur, & quare.

IESV Christi. IESVS nomen, propriæ personæ nomen est, quod (teste Cypriano) tantum ipsis ducibus, qui populo salutem conferebant, imponi moris erat: quod in Iosuæ manifestum est, qui licet antea alio nomine vocaretur, nempè Osee aut Ausee (vt refert Iustinus aduersus Tryphonem). Postquam autem dux constitutus est, Iosuæ nomen accepit. Pari quoque modo omnes qui populum in libertatem vindicabant, Iosuæ seu IESVS nomine vocabantur. Ve-

D

Cyprian. in expos. Symboli.

Iusti. aduersus Trypho.

B rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes, qui in veteri lege IESV nomen habebant, Christū IESVM figurabant.

rum enim verò omnes illi, qui antea fuerunt, Christum Iesum adumbrabant & figurabāt, qui populum suum à peccatis saluare venerat. Vbi notandum mysterium venit, quòd hoc IESVS nomen, quando in sacris literis pro Christo accipiebatur, aliter inscribi solebat, quam si produce aliquo ex illis nominatiſsimis poneretur. Semper enim, vel in literarum positione, vel in syllabis, seu in punctis, aliqua tandem nota discernebatur à cæteris. Vt ex hoc cunctis manifestum fieret, aliter IESVM salutis assertorem vocari, quam cæteri omnes. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum (vt Iosepho Angelus est cōfestatus). Et Actorum, cap. 4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. De hoc sacratiſsimo IESVS nomine, plura suo loco, Deo dante, dicturi sumus.

IESVS nomē aliter pro Christo, aliter pro alijs scribebatur in lege.

Matt. 1. d. 21.

Acto. 4. b. 12.

CRISTVS. Hebraicè, dicitur Messias, Græcè, Christus, Latinè, Vnctus. Sicut, IESVS, propriæ personæ nomen est, ita Christus dignitatis, & gratiæ. Et accipitur hic pro singulari illo Christo, quem Iudæi omnes tunc temporis expectabant, alioqui enim nomen Christi, nomen est generale, omnes Reges, Prophetas, ac Sacerdotes significans, omnes quidem vngebantur in veteri lege, & ab vnguento, quod super ipsorum capita fundebatur, & nomen, & dignitatem sortiebantur. At mortales illi cum essent, mortali inungebantur materia: Christus verò tanquam incorruptibilis & immortalis, incorruptibili & æterna, nempè Spiritus sancti vnctione à Deo inunctus fuit. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ (ait Dauid) præ participibus tuis. Atque ideò Dominus Lucæ. 4. Spiritus Domini super me: eo quòd vnxit me: ad Euangelizandum pauperibus misit me. Et Actorum. 10. Scitis quomodo IESVM Nazarenū vnxit Deus Spiritu sancto, & virtute. Quibus sanè verbis magna inter Sanctorum & Christi vnctionem differentia notatur. Sancti enim gratiam illam insignē, qua miracula operabantur, à Deo acceperant. Deusque ipse per illam gratiam, tanquam per instrumenta ad præclara illa opera efficienda apta beneque dispositā, miracula operabatur. Christus verò non peculiari quadam gratia ad hoc ipsi concessa, sed per propriænaturæ dignitatem, sua exhibebat prodigia, sua itaque propria persona ac virtute, quæ vna cum Spiritu sancto coniunctissima erat, miracula adeò stupenda faciebat, vt eum planè ex eis omnes mortales agnoscere potuissent ipsum à Deo inunctum Spiritu sancto & virtute longè aliter quam sancti, qui per illum virtutes, quas ostendebant, operabantur. Fuit ergo vnctus Spiritu sancto, & virtute. Hoc itaque nomine, Christi addito, distinguit IESVM hunc, de quo loquitur, ab vniuersis alijs, qui eodem nomine nominati vnquam fuerunt. Iudæi quoque ipsi, Christum eum appellabant, vt patet ex Iosepho lib. 18. Antiqui. c. 4. qui sic ait de, IESV loquēs: Christus hīc erat, inquit: Et ex lib. 20. Antiqui. cap. 8. vbi Iacobum fratrem appellat IESV, qui vocatur Christus. Vide D. Hieron. in Psal. 104. super illa verba, Nolite tangere Christos meos. Vbi Iudæos refellit, qui negabant Christum Dominum nostrū appellari potuisse Christum, quòd nemo Christus dici posset, nisi vnguento regali, aut sacerdotali esset vnctus.

Acto. 10. f.

Differētia inter vnctionem Christi & aliorum.

Christus nomen dignitatis, & gratiæ.

Christus licet nomen sit generale, hic verò pro Messia accipitur.

Christi vnctio qualis.

Psal. 44. b. 8

Luc. 4. c. 18.

Ioseph. libr. 18. & li. 20. tiq. c. 8.

Hieron. Psal. 104.

Filj Dauid, filij Abraham. Si quærat aliquis, cur Dauid præponatur, cum eius generatio longè posterior fuerit generatione Abrahæ? Apte quidem

Dauid præponitur Abrahæ

Scripturā ordinem narrationis inuertere solet. Gen. 1. d. 1.

quidem ei respondere possumus, Matthæum feciſse secundum scripturæ morem. Solet enim inuertere ordinem in narrationibus: vt in Genes. 1. In principio creauit Deus cælum & terram, statim subijcit quomodo formata fuerit tetra, cū appareat præire debuisse creationē cæli. Sic in hac propositione Dauid locatur prior, deinde Abraham. Hæc literalis est ratio, sed alias accipe rationes.

In ore omniū ferebatur Dauid.

Dauidem quamuis longè posteriorem ipso Abrahamo, vti omnes agnouerant, præponit, quia in omnium ora ferebatur Dauid, quoties de Messia mentionem Iudęi faciebant, ob frequentiſsima oracula ad eum de Christo facta, ob multas etiam atque illustres Dei promiſsiones ipsi iuramento ob firmatas. Semel (inquit) iurauī in sancto meo, ſi Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol. Ac rursum Dauidi dictum est: Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vt interim omittam alias eiusdem generis promiſsiones, quæ in Regum historia sæpè commemorantur: vt 2. Regum. 7. & 1. Paralipom. 17. Eodem spectat, quod apud Hieremiam loquitur Deus: Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies, & nox in tempore suo, pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius. Isaias quoq; in hunc modum ait: Super solum Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo, & vsque in sempiternum. Quo circa, talis venire Messias debuit, qui non modo Dauidis esset filius, & regnandi ius consequeretur, sed cuius quoque regnum, aut potius monarchia, perpetuo vigeret, nullisq; hostium viribus aboleretur vnquam. Perſuasum hocquoq; Iudæis erat, quorum gratiam, vt sibi magis magisque Matthæus conciliaret, his enim suum (vt dictum est) scripsit Euangelium: statim inde ab initio IESVM Christum, quem de Maria deinde natum ostendit, Dauidis & Abrahæ filium compellauit.

Psal. 88.

Psal. 131.

2. Reg. 7. c. 14.

1. Paral. 17. b. 13.

Hier. 33. d. 21.

Psal. 9. b. 7.

Addes etiā ad hoc, quòd hæc promiſsio Dauid, fuit illi facta maxima cum claritate, atque in ea explicatum esse constat, Messiam filium Dei, naturalem esse filium. Suscitabo (inquit Deus) semen tuum post te, & firmabo regnum illius, vsque in sempiternum, ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hæc eadem promiſsio facta est in libro Paralipomenon. Quòd autem hæc promiſsio sit accipienda, & intelligenda de Christo, nemo meliùs, quam Paulus declarat, dicens: Cui enim Angelorum aliquando dictum est: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Prætereà in sacris literis reuelatum legimus, Christum non solum originem à Dauid ducturum, sed etiam in Bethleem castello Dauid nasciturum. Et tu Bethleem (ait Michæas: paruulus es in milibus Iuda, ex te tamen egredietur, qui regat populum meū Israel. Et D. Ioannes ore Pharisæorum dicebat. Nunquid à Galilæa venit Christus? nonne scriptura dicit, quòd ex semine Dauid. & de Bethleem Castello, vbi erat Dauid, venit Christus? His adiūges. Quòd Dauid fuit maximè expressa figura Christi, Dauid enim pastor ouium fuit, adeò vigilans, vt pro custodia earum vrsum, & Leonem illas inuadentes, intrepido interfecerit animo, & tandem regnum consequutus est. Similiter quoque Christus pastor est vigilantiſsimus, vti ipse

1. Paral. 17. b. 12. & 22. b. 10.

Heb. 1. b. 5.

Mich. 5. d. 2.

Ioan. 7. f. 42.

1. Reg. 17. c. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Ioannem testatur, dicens: Ego sum pastor bonus, de cuius manu nemo oues, quas ipse seruat, rapere valebit. Et similiter Rex iuxta Isaiæ dictū Dominus rex noster, Dominus legifer noster.

Vltimò aduertendum est, quòd ipsemet Christus sępissimè in sacris literis vocatur Dauid. Ecce (inquit Hieremias) dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & hoc est nomen, quod vocabūt eum Dominus iustus noster. Et Ezechiel quoq; ait, suscitabo super oues meas, seruum meum Dauid, & Dauid erit Princeps, & rex in medio earum. Similiter Oseas, cum de cæcitate populi Israëlitici mentionem fecit, sic ait: Diesmulti sedebunt filij Israël, sine Rege, sine sacrificio, sine altare, & post hæc quærēt Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, &c. Quæ omnia intelligi mīnimè poterat de Dauid, tantum de Israëlitarum Rege, sed potiùs de verò Messia Christo, qui futurus erat Rex Regum, & Dominus Dominantium. Hinc est, q multi sunt, qui iudicant rectè per Periphrasim, filium Dauid, hoc est Messiam vocari Christum: quòd sic cum vocauerint prædicti diuini Vates, & etiā Isai. cap. 11. & 55. & vulgus quoque Hebræorum Messiam vocat filium Dauid, cùm eam loquēdi formulam ex sacris oraculis hausissent. His omnibus expositis, manifestum patet, quare Messias communiter dicebatur à Iudæis filius Dauid. Cum enim Christus interrogaret Iudæis. Quid vobis videtur de Christo cuius filius est? dicunt ei Dauid. Hæc certèvox populo communis erat, vt manifestè testabātur voces, quibus, quotquot afflicto animo, ad eius misericordiam implorandam confugiebant, tanquam ad assylum vnicum & singulare clamabant, dicentes, sicut Chananæa: Miserere mei Domini filij Dauid, filia mea malè à Demonio vexatur, & muli varijs infirmitatibus afflicti, sub hoc Dauidis nomine, Christū IESVM compellabant. Cùm igitur Matthęus Euangelium suum (vt diximus) Iudæis scriberet, voluit designare Messiam à progenitore Dauid, quoniā illa nomenclatura erat maximè cœlebris in populo Israël, propter rationes iam assignatas.

Filij Dauid, filij Abraham. Sed cur obsecro, Christus horum duorum patrum potius filius nuncupatur, quam aliorum veteris Testamenti? Licet Matthæum hoc dicere satis nobis esse debeat, duplicem tamen rationem, & causam magni certè momēti assignare possumus. Altera est, quoniam ad istos duos patres, facta est promissio Messiæ cum iuramento. Quasi filij Dei incarnatio, quæ submerito humano cadere non potest, si alicuius meritum, alicuius esset ponderis & momenti, post Deiparam Virginem, horum duorum patrum merita, quibus cunctos excelebant mortales, essent præferenda. Abrahæ enim dictum fuerat: Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, per me metipsum iurauī dicit Dominus, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Quem locum explicans Paulus ait: Non dixit in seminibus, quasi in multis, sed in semine quasi in vno, hoc est in Christo. Ac si dixisset, tanti feci obediētiam tuam, vt iureiurando pollicear tibi me tecum commutaturum sorrem & meæ erga te gratitudinis amplissimæ testimonium fidele sum exhibiturus. Ideò quia tu non pepercisti vnigenito tuo propter me, nec ego parcam vnigenito meo propter te, & vniuersam tuam gentem, sed illum morti tradam propter tuam, & totius mundi salutem. De Dauid quoq; habetur: Iurauit Dominus Dauid

A Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu, &c. Ac si diceret: De tuis visceribus regnum tuū in æternum fundabo. Phrasis enim Hebræa est, De fructu ventris, ac si manifestius diceret, è tuis visceribus. Et quidem iusiurādum Dei, firmitatem cōsilij diuini, & promissionis suæ manifestat. Ita dicit Paulus: In quo volens Deus abundantius ostendere immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum, vt per
B duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum habeamus solatium, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam, & incedentem, vsque ad interiora velaminis. At dices, ipsamet promissio incarnationis filij Dei, facta quoque fuit Isaac, & Iacob, vt ex Genesis libro constat. Dictum enim fuit ipsis, & vnicuique eorum. In semine tuo benedicentur omnes gentes.
C Fateor libenter hoc dictum atque promissum illis fuisse, verum hæc promissio, propter Abrahæ merita ipsis facta fuit. Dicimus etiam, quòd isti tres Patriarchæ sunt maximè insignes in veteri Testamento, quos summopere Deus dilexit, iuxta illud Deuteronom. Conglutinatus est Deus patribus tuis, & amauit eos. Et Exo. Vocatur Deus, Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Et vt Moses, Dominum Deum placatū rederet, sic ait: Recordare obsecro Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum. Et est alia ratio. Quoniam in his duobus Patribus Abraham, & Dauid eximia Fidei, & Charitatis merita extitere. De Abraham Paulus dicit: Quòd contra spem, & in spem credidit, & nō est infirmatus in fide. Charitas quoq;, & obedientia Abrahæ commendantur maximè à Paulo, ex eo quòd filium suum, quātum fuit ex parte sua immolauit. Cæterùm de
A Dauid ait Paulus: Quòd fuit homo secundum cor Dei. Et in Ecclesiast. habetur sic de eodem: Sicut adeps separatus à carne, sic Dauid inter filios Israël. Similiter etiā in tertio libro Regum, de Dauid dicitur. Eo quòd fecisset Dauid rectū in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei Deus cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hetthæi. Ex quibus habes rationes, quare ex his
B duobus Patribus filius potiùs nuncupetur Christus, quam de cæteris Patribus veteris testamenti.

Est & alia ratio magnopere considerāda. Si Euangelium, vt sæpè retullimus, bonum significat nuncium, nullumq; maius nobis obtingere potuit vnquam, quam victoriam à Christo partam. Quis obsecro manifestiùs hanc nobis victoriam adumbrauit quam Dauid, in præclara illa victoria, quàm de Getheo illo Golia, tanta cum gloria reC portauit? Venerat enim Philisteus ille Golias, omnium Philistinorum nomine ad exprobrandum vniuersum populum Dei. Erat enim Golias Dauid consanguineus: nam teste Philone libello de Biblicis antiquitatibus. Et D. Hierony. lib. de traditione Hebraica, in primo Paralipomenon. Orpha, & Ruth, Moabitides, vxores Mahalon, & Cherlon, filiorum Elimelech, & Noëmi, sorores germanæ fuerunt. Orpha
D verò post reditum socrus suæ Noëmi in patriam Bethleem, cum sorore sua Ruth, nupsit viro Palestino stirpis Enachim generis Gygantei, cuius pronepos fuerat Golias ille Gerhæus: Dauid verò alterius sororis, scilicet, Ruth pronepos, & licet Goliæ consanguineus esset, contempta omni sanguinis, & generis ppinquitate, omniq; Gygātea proceritate, ac fortitudine contemptis

Ioan. 10. b. 11 A

Christus sæpè Dauid in sacris literis vocatur. Hiere. 23. d. 5. & 33. c. 15.

Ezechi. 34. f. 23. & 37. f. B 24.

Osee. 3. b. 5.

Apoc. 5.

C

D

Matth. 22. d. 41.

Matt. 15. c. 22

Luc. 18 f.

Ad Heb. 6. d. 17.

Gen. 26. d. 4. & 28. c. 14.

Deut. 10. c. 15

Exod. 3. b. 6.

Exo. 32. c. 13.

Rom. 4. c. 18

Heb. 11. d. 17

Actor. 13. d. 22

Eccl. 47. d. 2.

3. Reg. 15. c. 5

Christi victoria contra Satan omniū victoriarū maior.

Dauidis victoria contra Goliam partā, Christi victoriam contra Satan adumbrauit

Golias Dauid cognatus fuit.

Philo. lib. de biblicis antiquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omninò bellicis armis, quibus ille incircuncisus fidebat, pro religione, & gentis suæ gloria, vt omnium saluti consuleret, inermis & omni planè humano destitutus fauore prodijt, & Golię insultans ait: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël, quibus exprobrasti hodie, dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te. Et dauo cadauera castrorum Philistin hodie volatilibus cęli, & bestijs terrę, vt sciat omnis terra, quia est Dominus Deus Israël. Et noueritvniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus. Animo itaque intrepido Goliam funda aggreditur, ipsumq; prostratũ extinctumq; dedit. Quis nõ videat hanc præclaram victoriam de hoste totius populi Israël tanta cum gloria reportatam à Dauid, Christi seruatoris nostri figuram manifestam esse? Quis ausus fuerat ex vniuerso populo Dei aduersus Satan truculẽtissimum hostem in aciem prodire? At Christus pauperculus & inermis eum de medio tullit, & potentissima sua virtute populum Dei in perpetuam libertatem vendicauit, gladio enim suo, quo cunctos nos omnes confecerat, nempè morte, ipsum iugulando peremit: mortem siquidem nostram morien B do destruxit, & de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Hæc de Dauide dicta sufficiant.

Filij Abraham. Sicut enim Dauidi facta fuerat promissio Christi, ita quoque Abrahæ. Non enim Abraham à Deo promissiones accepit minoris momenti, quam ipse Dauid, ex quibus certo certius sperare poterat, Christum ex eius semine nasciturum. Quid enim apertius hac Dei promissione Abrahæ facta, & in Iacob repetita: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Iacob porrò de sceptro Iudę filij, quem catulum Leonis, & inuictum principem fore promittit, omnibusq; fratribus anteponit, manifestè est vaticinatus. Ipse (inquit) erit expectatio gentium. Ideò cum D. Matthæus Hebræis scriberet, vt eorum gratiam sibi conciliaret, sicut sperabat ab eis Dauidem præponendo, ita quoque magis, ac magis eorum gratiam captare cupiebat, Abraham in eorum præclara genealogia præmitendo: ideò ab ipso genealogiam incipere voluit. Tum quia ipsemet Abraham pater erat Hebræorum, in quo tanquam ingentis suæ auctore, ipsi semper magnopere gloriabantur. Genus (inquiunt) Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Tum etiam, quia semper soliti erant, suas genealogias ab Abrahamo, tanquam à prima radicè tenere. Nec C non quia ipse primus Dei promissiones de Messia ex suo semine nasciturus, in quo benedicerentur omnes gentes accepit.

Longè ante Deus dignitatem hanc eximiam, vt Abraham Messię pater nominaretur, & esset, ipsi ostẽdere voluit, non modo in vaticinijs prædictis à Deo de hac re factis, verum eo ipso tempore, quo Deus illi nomen nouum imposuerat, mysterium hoc sub indicare voluit, D nempè quòd ipse Abraham quondam futurus esset pater Messię. Nec vltra (ait Dominus) vocabitur nomen tuum Abraham, sed appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constitui te. Circa hanc nominis mutationem, grauissimi patres serio inquirere solent causam, germanamq; rationem, quare hæc nominis mutatio Abrahamo facta fuerit. Et qui rem accuratius

Victoria Dauid cõtra Philistæum parta, Christi victoriam contra dæmonem præfigurabat.

Ad Rom. 8. d 3.

Abrahæ promissiones factæ.

Gen. 22. d 18 & 28. c. 14

Gen. 49. b 9

Ioan. 4.

Ioan. 8. d 33

Gen. 22. d 18 & 28. c. 14

Quando Abrahæ nomen Deus imposuit, quo patrem Messiæ ipsum futurum declarauit. Gen. 17. d 5.

Abrahæ nomẽ quare impositum fuerit.

A curatius tetigerunt nullam aliam adducere solent, quã vt testentur in illa nominis impositione, seu prioris nominis in vnius tantum literæ additione cõsistẽte, Paternalem illam dignitatem, quam erga Christum Dei filium habiturus erat, vt Abrahamo per additionem literæ, H, ostenderet. Id, quod vt faciliùs intelligatur, considerare oportet. Quod Tetragrammaton, nomen illud ineffabile apud Hebræos, est Iehouah. Ideò ineffabile ipsis erat, quia Sacramenta in illo inclusa nomine, intelligere ipsis à Deo minimè datum erat. Nam Deum esse trinum in personis, & vnum pariter in essentia, essendi modum capere non poterant. At verò nobis, qui certa fide id credimus, ineffabile nomen, fabile factum est: Et nomen, Iehouah, IESVS nomen nobis, explicat pariter & naturam. Nam hoc diuinum nomen, quod ex quatuor literis constituitur, diuinæ naturæ conditiones in se continere certissimum est, non vnius tantum personæ, sed omnium trium personarum, simul. Prima enim litera, Iod, est, quæ semper apud Hebræos principium significat. Per hanc enim literam, Patrem, qui principium sine principio est, intelligimus. Secunda huius ineffabilis nominis litera est, He, quæ esse sonat, per quam filius significatur, quoniam per ipsum vniuersa suum esse habent. Omnia (ait Ioannes) per ipsum facta sunt. Et D. Paulus: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Tertia litera est, Vau, quæ charitatem, & amorem denotat, estque Hebræis coniunctio copulatiua, per quam Spiritus Sanctus significatur, qui est, Amor, Charitas, & nexus, & hic, vt Augustini verbis vtar, nec Patris tantum nec filij tantum, sed simul Patris, & Filij, & Spiritus dicitur, & Charitas, siue sanctitas amborum esse agnoscitur. Vltima tandem litera est, He, quæ est etiam secunda, per quam diximus filium significari. Sed quoniam filius Dei vnigenitus humanam naturam sumpturus erat, duplicatur hæc litera, He, vt duas in Christo naturas diuinam, scilicet, & humanam ostendat. Semper tamen est vna litera, quia Christus vnicum suppositum est, vnicaq; persona, diuinam pariter & humanam habens in se naturam. Et hæc litera, He, ponitur in fine, per quam significatur humanitas, quam sibi Deus miro modo B copulauit. Vt ergo ad rem veniamus. Ex prælictis facilè intelliges quare Deus Abrahamo literam vnam addens, non aliam quam, He, quæ est ea, quæ in fine admirabilis nominis, Iehouah, ponitur, addere voluerit. Voluit enim Deus occultò illo mysterio significare, filium suum vnigenitum, ex Abrahami semine carnem sumpturum esse. Eo ergo ipso tempore, quo Deus illi nomen adauxit, tanquam iureiurando pollicebatur Abrahæ, filium C suum ex eius stirpe venturum. Nouerat quoque Abraham hanc sibi dignitatem eximiam fuisse concessam ab eo tempore, quo in illam possessionem literæ admirabilis nominis Dei, Iehouah, fuit admissus. Quia intellexit eam esse notam, per quam filius Dei significabatur, quæ addita nomini ipsius, ob id, firma fide credebat, sperabatque eum secundum carnem futurum eius fi- D lium. Acceptando itaque nominis mutationem, filij Dei incarnationem ex eius stirpe posteris promittebat. Id quòd ipse textus Geneſis manifestè indicat, dum causam & rationem assignat, quare iubet eum Abraham appellari, dicens: Quia patrem multarum gentium constituite. Id est, quia in semine tuo, hoc est in Christo, benedicendæ

Tetragrammaton, Iehouah.

Nomẽ, Iesus, seu Iehouah, diuinæ naturæ conditiones continet.

Ioan. 1. d 3. Rom. 8.

Quare in, Iehouah, duplicatur, He?

Duplex, He, duplicem in Christo naturam denotat.

Quo tempore Abraham intellexit, Christum futurum eius filium?

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sunt multæ nationes, quę omnes habituræ sunt te patrem. Habraham enim nomen tibi impositum, patrē nationum excelsarum significat, nā compositum est ab hac dictione Hebræa, Ab, id est pater: Ram, id est excelsarum: Hamon, id est, nationum. Et sic manifestum euadit Abrahā Patrem nationum excelsarum dici & esse, nempè fidelium vniuersorū qui in cælo splēdēt, de quibus Apocal. 7. Ioannes ait: Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gētibus,
B &c. Harum omnium nationum Pater fuit Abrahā, & in Christo eius primario filio omnes benedictionē filiorum, nempè hęreditatem paternam consequuti sunt, quòd si filij (ait Paulus) & hæredes per Deum. Sicut enim credentibus in Christo dedit Deus potestatē filios Dei fieri, ita quoq; & habentibus Abrahæ A fidem dedit Deus potestatem Abrahæ filios compellari. Et hanc insignem dignitatem sibi Iudæi ascribebant, dicentes: Nos Abrahæ filij sumus, ac si dixissent, Nos filij Abrahæ natura fidei sumus. Gratia verò filios Dei effecerat ipsos, dignitatē enim illam, quam Abraham in nominis mutatione acceperat, ad illos iure hæreditario deuolutam fuisse scimus. Ideò D. Matthæus Spiritu sancto afflatus hoc intelligens mysterium, eo met spiritu quo Abraham ait, *Filij Dauid, filij Abraham.* Ac B si dixisset Dauidē priùs nominare volo ob promissiones vobis manifestas, sed Abrahamum præfero ob promissionem ipsi à Deo in nominis mutatione facta, quæ meritò omnes promissiones superare certissimum est.

EXPOSITIO.

Gen. 21. d. 1. 2 *ABRAHAM, &c.* Omissis Ismaele, & filijs Ceturæ Euangelium solum nominat Isaac,
Gen. 25. c. 24 C quoniam ab illa progenie erat deribādus populus Dei, à qua Messias originem ducere debebat. In Isaac vocabitur tibi semē (ait Dominus.)
Gen. 29. d. 15 In hac Ghristi generatione, aptissimè exordium ab Isaac sumitur, qui per
D miraculum fuit genitus, & per beneficium gratiæ promissionis diuinę. Quod beneficium, vt ex Psalmista colligit Paulus, indicatur in illo Gen. 18. Secundum hoc tempus veniam, & erit Sarræ filius. Primū aduertendum est, quòd Isaac, vt colligitur ex Gen. idem est, ac si risum
Gen. 21. d. 1. & lætitiam dicas. Hoc nomen fuit
Isaac risus interpretatur. impositum filio Abrahæ meritissimè, nam cum Abraham reuelatione diuina intellexisset, se habiturū C filium, ex quo Messias originem ducturus erat, cecidit pronus in faciem suam, insignum summæ reuerētiæ, qua Deum ipsum colebat, propter eximium beneficium ipsi concessū. Et risit Sarra parum credula, & Abraham gaudens in corde suo, lętitia maxima, D nempè spirituali. Hæc certè omnia mysterijs plena sunt, & gaudium illud inefabile, quod concipere debebat genus humanum, ob Christi incarnationem præmonstrabat. Vnde Isaias, Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quādo diuidunt spolia. Similiter Zacharias ait: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce Rex tuus venit

TEXTVS.

2 ABrahā genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: Iacob autē genuit Iudam & fratres eius.

Sarræ risus quid significet.

Isaac Christi figura in vita & cursu gessit.

Isai. 9. d. 3

Zach. 9. d. 9

Christi. Druthm. in. 1. c. Matth.

A nit tibi, &c. Hoc ipsum erat, quod
Luc. 2. b. 10. pastoribus dicebat Angelus: Anuncio vobis gaudium magnum, quia
Prou. 8. d. 30 natus est vobis saluator, &c. Salomon quoq; de ipsa sapientia, quæ filius Dei est, sic ait: Delectabar per singulos dies, ludens corā illo. Quoniam ipsamet Sapientia, quæ est lætitia Patris per essentiam, summè lę tabatur, nam loco maximarum delitiarum habebat ipse vt filius Dei, cum filijs hominum esset & habita
B ret. Lætitia illa ineffabili, carni humanę diuinitas vnita est, & inde gaudiū & lætitia in omni populo emanauit. Vnde D. Ioannes dicebat: Vi
1. Ioan. 1. d. 2. ta, quę erat apud patrem, manifesta ta est, & hoc scribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium vestrum plenum sit. Itaq; nominis impositione Isaac facta vltra mundi gaudiū Deus indicare volebat, quāta lętitia, & gaudio, ipse Dei filius in sese recipiebat grauissimum onus, Patri ad plenum satisfaciendā primorum parē tum noxam, & lætitiam quoq;, quā
Gaudium cœlestiū in Isaac nomine declaratur. C cœlites omnes inde receperunt, agnoscentes summam gratiam quam in reparatione cęlestium ruinarū faciebat declarat. Quis oratione hæc exprimere valebit? risus tamen significatione exprimitur. Meritò igitur Isaac, id est risus, appellatus fuit. Protendebat enim ex se orituD rum illum, qui cęlestibus atque terrestribus gaudium ineffabile suo aduentu daturus erat.

Non tantum in nominis significatione, verùm in toto vitæ decursu Christi Iesv figuram, Isaac manifestè ostendebat. Habraham enim qui Pater Christi nūcupatur, & est secundum carnem, talem à Deo filium, Isaac, scilicet, accepit, vt in illo tanquam in clarissimo speculo, Christum Dei filium eius quoque quondam futurum filium, videret, & agnosceret. Id quod elegāter notat Christianus Druthmarus (qui sic in primum Matthæi caput ait:) A Abraham quoq; Deum patrem significauit. Isaac Dominum Iesvm: & sicut Abrahā obtulit filium suū, sic Deus pro nobis obtulit filium suum vnigenitum, & sicut Isaac nō est immolatus, sed aries pro eo, sic nec diuinitas passa est, sed humanitas. Hoc etiam Teophy. in Ioan. inter exponendum illa verba, Abraham pater vester exultauit, &c. sic ait: Diem meum, dicit crucem. Nā præfigurabat illum Abraham in oblatione Isaac & arietis sacrificio. Sicut enim illic Isaac ligna, ita B Dominus crucem portauit, & sicut relictus est quidem Isaac, immolatus autem aries, ita & Deus alienus est à passione, in humana autem carne & natura passus est. Vide de hac figura Origen. Hom. 8. in Gen.

Theophy. in 8. cap. Ioan.

Origē. Hom. 8. in Gen.

Vt autem mysteria omnia, quæ circa Isaac immolationem pleniùs intelligantur, & quā graphicè Christi Iesv figurā teneat videamus, Genesis verba explicare oportet: Tentauit (inquit) Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham, Abraham. at C
Gen. 22. d. 1. ille respondit: Ad sum, Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atq; ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Quibus verbis & singulis Deus voluit Abrahā ad grauissimum merorem & tristitiā prouocare, quo magis eius fides orbi innotesceret: potuisset quidem breuius dicere, offeres mihi filium tuū, sed maluit Deus vti illis verbis, quibus magis patrem ad amorem filij D prouocaret. Ait enim tolle filium tuum non vitulum de grege in sacrificium postulat, sed filium tanto opere desideratū, & à Deo summis precibus adeptum. Quid hoc, cum certa & infalibili Dei promissione Abrahæ de innumerabili eius successione futura sit facta, quomodo

Verba, quæ Deus Abrahæ dixerat, cum ad tristitiam prouocabant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iam promissus ad sacrificium ireuocabili sententia damnatur? si numerosam habuisset Abraham prolem, adhuc dolore cruciari poterat, ex morte vnius, quia filius erat, & pignus sibi charissimũ amittebat. Sed adhuc longè grauius, & maiori tristitia dignum fuit, quia vnicus & vnigenitus est, & absq; vlla spe prolis habendæ manebat. Si Isaac patri gratissimus non fuisset, mederi poterat tristitia ipsius. At summè
B dilectus erat, quam dilectionẽ planè testabatur Deus, dicens: Quem diligis Isaac. Deus bone (pater dicere potuisset) quæ rerum metamorphoseos hæc est? Iam vocas eum Isaac, id est, Patris risus, & vnica lætitia, & igni in holocaustum meis proprijs manibus illũ tradere cogor? Extrema gaudij luctus occupat. O risus & lętitia, extremo merore & lachrymarum profluuijs absorbenda! At grauissimus senio, robustiorq; fide Abraham, ad omnia quæ illum in maximam difidẽtiam
C inducere poterant, pisce surdior effectus, in spem & cõtra spem credens, Deo parere maluit, quam humanæ rationis dictis acquiescere. Præceptum Dei erat: Vade in terram visionis. Hic Deus sua incipit reuelare mysteria Abrahamo. Nã (sicut elegãter notauit doctissimus ille Burgen. in hunc Genes. locum) vbi pos legimus terram visionis in Hebræo est. Vade in terram Morię. Quæ iuxta Hebræos Mõs Moriæ appellatur, vt Lyranus etiã notat, Vbi
D post longa tempora, Salomonis tẽplum ædificatum fuerat, idq; manifestum patet in secundo libro Paralipom. vbi sic habetur. Et cœpit ædificare domũ Domini in Hierusalem in monte Moria. Hæc itaque terra Moriæ, in nostra versione dicitur terra visionis: & Abraham posuit huic monti nomen, Dominus vidit, seu Dominus videbit. Trimi

Rom. 4. c. 18

Terra visionis quæ terra intelligitur.

Terra Moriæ.

Burgen. in 22. cap. Gen. in. 1. additione, in principio, & circa finem.

Et Lyranus.

2. Para. c. 3. a.

plex nomen habet Mons, nempè, A Mons Moriæ, Terra visionis, & Dominus videbit. Et statim post huius montis, nominum impositione facta, Christus ei promissus est, vt manifestè finem, quo tendebat, ostẽderet. Quæ omnia mysterijs maximis sunt referta, vniuersa enim sacramenta, quæ tam in admirabili Christi natiuitate, quam in stupenda filij Dei morte facta fuere, in hac terra visionis, mirabiliter sunt effigiata.

Mons itaq; in sacris literis, mons Moriæ appellatus est, vbi considerare oportet, quòd à principio in scriptura sacra, Hebræi punctis nõ vtebantur, sed longo tempore sine pũctis, vniuersam sacram paginam, & quæ ab antiquis interpretibus scripta erant, legere consueuerunt. At verò post longa illa tempora, quò facilius sacræ literæ legerentur, à duobus peritissimis Hebræis, quorum vnus, Nastah, appellabatur, alter verò, Benaser, per vniuersum Testamentum vetus punctis additis, legendi facilitas inuenta est, liberum antea Hebræis erat, nonnullas vocales aliter, vel aliter exprimere. Teste Lyrano in cap. 9. Oseæ, Vbi ergo Hebræi legunt mons Moria, siue Moriæ non scribitur cũ vocali, O, sed taliter scribitur, quòd æquè propriè potest legi Maria: vt eleganter Burgensis notat, quã Moria, qua de re ego ipse, non paucos experitissimis Hebræis, tam in Vrbe Romana, quàm in Germania, & Gallia, cõsului, qui omnes constanter affirmabant, æquè benè legi posse ante punctorum vsum Maria, ac nunc legimus Moria. Verum enim verò, quia hoc mysterium, quod Deus reuelare decreuerat in Isaac, non illis ad huc manifestum erat, ideò post punctorum inscriptione, Moria haud dubiè legendũ est. Antea verò Maria libere legi poterat, & for-

B Mons Moriæ.

Antiqui Hebræi puncta non vtebantur.

Qui fuerunt primi Hebræi qui puncta inuenerunt.

Lyran. in c. Oseæ.

Burgensis 22. c. Gen. in. 1. additi.

D Mons Moriæ æquè legi potest, ante punctorum additionẽ, quàm Mõs Moriæ.

A & forsam Hebræi, si Sacramentica paces fuissent, Maria legendum indicassent. Duplex igitur mysterium nobis in illo visionis monte explicatur, secundum duplicem Mariæ, & Moriæ antiquam lectionem. Am bo enim mõtes visionis sunt, in qui bus Deus mirabiles visiones, supra quam dici potest, nobis patefecit. Quod Deipara virgo Maria mons in vertice montium situs dicatur & sit. Danielis visio nobis, satis manifestè declarat paruus lapis (inquit) qui abscisus est de monte sine manibus, statuam illam grandem ex auro, argento, ære, atque ferro confectam, cuius pedes fictiles, & ferro immixtos habebat, vno ictu confregit, Lapisq; inde in magnum, & vastum montẽ excreuit. Concors omnium Patrum sententia est, Montẽ hunc Diuam Mariã Virginem esse, in quo sacro sancto monte, mirabiles visiones Deus ostendere voluit. In hoc monte beneplacitum fuit Deo habitare, nouem mensium spacio, & ex eius penetralibus, & sacratissimis visceribus lapis ille angularis Christus Iesvs excisus est sine manibus, idest, absq; vlla virtute humana: Vel absq; manibus, vt elegãter Burgẽsis notauit, absq; aliquavi, aut fortitudine humana, sine armorum strepitu, aut bello contestato, omnium regnorum potẽtiam superauit, & gloriosam reportauit victoriam, & de cũctis fidei hostibus triumphũ mirabilem retulit. Hoc
D est, quod Isai. c. 8. vaticinatus est dicens: Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me. Voca nomen eius, Accelera, spolia detrahere, festina prædari. Quia ante quam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ corã rege Assyriorum. Vides lapillum excissum de monte illo sacratissimo, nempè

Duplex mysterium secundum duplicẽ Marie, & Moriæ lectionem.

Deipara virgo mons dicitur. Dani. 2. c. 31.

Lapis ex mõte virgineo excissus.

Sine armorũ strepitu Christus Satan superauit.

Isai. 8. a

devtero Deiparæ Virginis Mariæ, A qualiter totius mundi statuam, ex tot generosissimis regnis cõflatam, breui momento, paruoq; ictu omninò cõfregerit, comminuerit q3, & in nihilum redegerit? Quare hęc miseranda clades, & tantorum regnorum insperata ruina? Quia lapillus ille omni fortitudine robustior, quam primum fuit abscissus è monte, nempè statim, vt ex vtero illo virgineo prodijt, in montẽ tantæ magnitudinis sua virtute & potẽtia excreuit, vt vniuerso orbe occupato, B omnis præclara fortissimaq; fidei structura, super illum robustissimũ montẽ extructa (vt verbis vtar Pauli) crescit in templum sanctũ in Domino, in quo & vos coædificamini in templum Dei in Spiritu sancto. Vides hîc quoq; Virginem mõtem esse, ex quo præclaro monte omni virtutum vbertate referto, prodijt Mons ille magnus super verticem montium situs, de quo prædixerat C Isai. Vniuersos Christicolas, vt ad illum magna cum lætitia confluerent, exhortando. Venite (inquit) ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in, &c. Non est mons, qui docet, sed Christus à quo totius veritatis doctrinam accepimus: Est quoq; Deipara Virgo, terra illa sanctissima visionis, ad quam nõ modo Dominus Abrahamum mittebat, sed omnes nos ad illam tanquam ad vnicum assillum mittit, dicens vnicuique D nostrum, id, quod Abrahamo dixerat: Vade in terrã visionis. Maria enim terra illa benedicta est, de qua Dauid dixerat: Benedixisti Dñe terrã tuã, ex qua largissimã Dei benedictionẽ cõsequutos nos fuisse certo certiùs credimus: ita vt captiuitatem illam tyranicam, qua sub Satanæ potestate crudeli, populus Dei teuinctus iacebat, è suis excuteret cernici-

Lapillus Dan. quomodo in montem magnum excreuit.

Isai. 2. a. 2.

D. Virgo Maria terra visionis est. Psal. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ceruicibus,ideò ait: Auertiſti capti
uitatem Iacob: Remiſiſti iniquita-
Pſal. 84. tem plebis tuę,operuiſti omnia pec
cata eorum,&c. Vnde hęc tanta no
bis libertas? Quia veritas de terra
orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpe-
xit. Etenim Dominus dabit benig-
nitatem: & terra noſtra dabit fru-
ctum ſuum. Hæc Dei fructifera ter
ra, terra per emphaſim, viſionis à
Deo vocatur, & eſt. Vbi obſecro
Viſiones præ plures, magiſq; ſtupendas viſiones
claras, quas videre licet, quam in hac ſacratiſsi-
in terra Vir- B ma terra? Hîc cælum terramq; con-
gine a nobis iũctos mirabili vnione cernes, Deũ
Deus oſten- nempè carni intra virginis vterum
dit. vnitum habes. Hîc Deus non hor-
reſcens virginis vterum, thalamum
præcioſiſsimũ excelſiorẽ cælo, eũ
ſibi facere voluit. Hîc infinitus ille
immenſuſq; Deus, intra vteri virgi
nalis anguſtias occultatur. Hîc vir
go neſciens virum, Deum nobis &
hominem protullit. Hîc partus fœ-
cunditatem, cum virginali pudeci-
C tia coniuntam vides. Hîc matrẽ vir
ginem, lactantem filium vbere ple-
no, cœlitus ſibi collato conſpicies.
Hîc tandem matrem eius, qui in ter
ris eſt ſine patre, & in cælis abſque
matre, Angelis mirãtibus, & homi-
nibus, videre & adorare pariter, da
tum nobis eſt. Ad hanc viſionis ter-
ram, Pater miſericordiarum, &
Deus totiũs conſolationis, vnigeni
tum ſuum, ſummeq; dilectum filiũ
D venire voluit, vbi filius patri obſe-
quentiſsimus vſq; ad mortem, mor
tem autem crucis, ingrediẽs in hũc
mũdum colloquia dulciſsima cum
patre referens, ſic fatur dicens: Ho-
Heb. 10.25. ſtiam & oblationem noluiſti, cor-
Pſal.39.b.7. pus autem aptaſti mihi: Holocauſto
mata, & pro peccato non tibi pla-
cuerunt. Tum dixi: ecce venio (in ca
In vtero Vir pite libri ſcriptum eſt de me) vt fa-
ginis Chriſtus ciam Deus volũtatem tuam. In hoc
ſemetipſum itaq; monte Mariæ, filius æterni pa-
in ſacrificium tris, ſeſe in ſacrificium pro totiũs
obtulit Patri. mundi noxa, libentiſsimo obtulit A
animo. Hæc de antiqua lectione Mõ
tis Mariæ dicta ſufficiant.

Secundum nouam, poſt affixionẽ punctorum in Hebræa lectione, dicendum reſtat. Mons Moriæ appellatur locus, vbi Abrahã filium ſuũ Iſaac, immolare Dei mandato para rat: in cuius immolatione, filij Dei expræſſam figurã Iſaac referebat. Mõs ille Moriæ, vt nuper diximus, locus ille ſacroſanctus fuit, vbi Salomonis templum ædificatum fuerat, nempè in parte illa montis, quã B Areuna, ſeu Ornan Iebuſeus, Dauidi ad ſacrificandum Domino conceſſerat. Et quò meliùs rem omnẽ huic myſterio concernentem intelligamus, ſcire oportet. Mõtem Moriæ, non ſolùm locum illum templo Salomonis dicatum ſignificare, ſed etiam vniuerſa montium cacumina circa Hieroſolymã adiacentia, quæ omnia montana Iudææ nuncupabãtur, inter quæ, Caluariæ mõs, ſacramentis ſuper omnes refertiſsimus eſt. Hic Moriæ Mons, viſionis terra C vocatur, non tam ob montis eminẽtiam, vnde vniuerſa per girum loca, facilè intuẽtibus proſpicua ſunt, ſed quia Deus ipſe, ſpeciali quodam priuilegio monti conceſſo, varijs diuerſiſq; modis, tum à Patriarchis, tum etiam à Prophetis, videri dignatus fuerit. Et hoc nomine tãdem per emphaſim, terra viſionis nuncupatur à Deo, quia terra illa theatrũ totius orbis eſt, vbi incomprehenſibile, & nũquam ſatis commendandãdum ſpectaculum Deo Angelis, & hominibus exhibitum fuit, nempè Dei omnipotentis perſona, naturæ humanæ coniuncta, crucis patibulo crudeliter affixa, oprobijs ſaturata interijt. In hunc montẽ Moriæ, Abrahæ præcepit ter maximus Deus, filium ſibi dilectiſsimũ Iſaac, ad immolandum deducere, vt vbi diuina myſteria incepta fuere, ibi

fœliciter

A fœliciter proſequerentur, & tandẽ fœliciſsimo exitu, in totius mundi ſalutem finem daret. In hoc monte, vt multorum ſanctorum Patrũ ſententia fert. Adam fuit ſepultus, Iſaac in ſacrificium tanquam in prothotypo oblatus. Chriſtus in cruce immolatus ſpirauit. Origen. quidem tract. 35. in Matthæum, ſic ait: Venit ad me traditio quædam talis, quòd corpus Adæ primi hominis, ibi ſepultus eſt, vbi crucifixus eſt Chriſtus, vt ſicut in Adam omnes
1. Corin. 15. B 22. moriũtur, ſic in Chriſto omnes viuificentur. Vt in loco illo qui dicitur Caluariæ locus, id eſt locus capitis, caput humani generis reſurrectionem inuenirat. Eiuſdem ſententiæ Hieronymus eſt, & Theopylat. & Euthy. ſecuti Chryſoſtomum. Ambroſius quoq; id ipſum ſic affirmat, dicens: Quam, ſcilicet, mortẽ ſuſcepit in Golgota Chriſtus, vbi Adæ ſepulchrum, vt illum mortuũ in ſua cruce reſuſcitaret. Vbi ergo in Adam mors omniũ, ibi in Chriſto omnium reſurrectio. Idem tenet Athanaſius de paſſione Domini. Epiphanius tandem, eiuſdem eſt ſententiæ. Vides quot illuſtrium virorum ſuffragijs, hæc pia opinio ſtabilita ſit? Nec certè moror, ſi D. Hieronymus in commentarijs Matthæi. c. 27. dicat hanc opinionem, populi aures potius mulcere, quã veritatis doctrinam doceat: Quia Adam iuxta Ebron, & Arbe ſepultus legitur in Iesv filij Naue volumine. Id etiã repetit ad Epheſ. 5. At verò hæc ſententia, vnà cum noſtra vera eſſe poteſt. Nã Adam primus homo (inquit optimè Honorius in Chronicis) in Ebron à Deo formatus, in paradiſo cum Eua ſeptem horis commoratus, ob mandati tranſgreſſionẽ huiuſmodi exiliũ ſubijt, ipſe verò poſt nongentos & triginta annos in Hieruſalem obijt, & in loco Caluariæ ſepultus aliquandiu

Hiero. epiſt. ad Marcellam. Theoph. Mar. 15. & Luc. 23 & Ioan. 19. Euthy. Matt. 67. Ambroſ. lib. 2. epiſt. epiſt. 19. Athanaſ. de Paſſion. Epiphan. lib. 1. aduerſus hæreſes, in poſtremis verbis in hæreſi Thianc. & lib. 2. hæreſi. Ioſue. 14. d. 15. Hiero. in 27. c. Matth.

Honorius.

requieuit: deinde in Ebron tranſla- A
tus in terram, de qua ſumptus eſt, redijt. Sat nobis eſt, ſi Adami corpus ibi ſepultus fuerit, vbi Chriſtus Iesvs fuit crucifixus. Ibi ductus fuit Iſaac, vt Deo in holocauſtum Abraham pater eius offerret: vbi Chriſtus æterni patris filius verus Iſaac expiationis ſacrificium obtulit. Ibi ligna ſacrificij ſuper humeros portat Iſaac, vbi Chriſtus baiulãs ſibi crucem holocauſtum in ea, & ſacrificium Deo in odorem ſuauitatis obtulit. Ibi ligatur Iſaac, & B
ſuper ſtruem lignorum comburẽdus imponitur: vbi Chriſtus Ligno crucis affixus, diuini amoris igne accenſus comburitur. Ibi Iſaac, Deo ſic diſponente, à paterni furoris gladio liber euaſit: vbi natura diuina vitam cunctis credentibus ſua potentia comparauit. Ibi aries hærẽs cornibus inter vepres Abrahamus loco filij Iſaac, in holocauſtum obtulit Deo: vbi humaniſtas Chriſti in *Heb. 5. b. 7.*
omnium noſtrum ſalutem, cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. C
Locus inde vocatus eſt in perpetuũ Dominus videt, ſeu Dominus videbit, quia ibi Dominus vidit Abrahę promptam Dei mandatis obedientiam, licet omnia naturæ iura contrarium viderẽtur expoſci. Fides tamen cõſtatiſsima ipſius longam poſteritatem futuram, per eum, quem in ſacrificium Deo offerebat, ſibi pollicebatur. Ibi quoq; Deus videbit: & in ſe ipſo quoq; experietur, quam graue durumq; ſupra modũ
ſit, patrem vnicum ſibiq; dilectiſsi- D
mum filium in ſacrificium offerre, etiam ſi res in vniuerſorum ſalutem cedat. Ac ſi dixiſſet: Cum vnigenitum eius filium in hoc monte grauiſsima tormenta ſubire viderit, tunc quid ibi ſenſerim intelliget. At ſicut ibi Iſaac pro gloria Dei propriam vitam cõtempſit: ita quoque

Iſaac Chriſtũ referebat in monte Moria.

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Dei filius pro æterni patris gloria, contẽpta vita, mortem ignominiosam eligere maluit. Vides iam Isaac expressam Christi figuram in monte Moria gestasse? Quia tam præclaram Christi figuram, & imaginem gerebat, ideò post Abraham Christi patrem, Filij Isaac Christi personam adumbrantem, mentionem facit, dicens: *Abraham genuit Isaac.* Ac si diceret: Filium illum vnicum genuit quem in sacrificium Deo offerre debebat, vt filij Dei figuram adũ
B braret. Semper enim homines sibi constantissimè pollicebantur, dum ab ira illa extrema, quam aduersus homines conceperat, nullo modo placandum, nisi humano sanguine fusso. Sine sanguinis effusione (ait
Hebr.9.f.22. Paulus) remissio peccati nõ fit. Iam forsam sperabat Isaac propriæ sanguinis effusione, iram Dei ex parte posse placare, ideò libenter Deo & patri in sacrificium sese offerebat. Pater quoq; Abraham, futurã
C ex se ipso successionem Dei & hominis per Isaac, certissima fide sibi pollicebatur, etiam si sui dilectissimi sacrificium faceret, ex filij cineribus nouum à Deo exsurgendum sperabat. Postquã Deus illi pignus dederat, cum nomen mutasset, literam ineffabilis nominis, Tetragrammaton, nempè, H, ipsi concedẽdo. vti iam dictum est inferiùs. Hinc manifestè constat, quòd sicut Abrahã expræssam patris figuram ostendit, ita Isaac filij Dei figuram rebelauit.
D

Gen.25.d.27. *Isaac autem genuit Iacob.* Etiam in hoc loco Euangelista consulto prætermittit, Esau filium maiorẽ Isaac, eo quòd multis nominibus Esau, ad Christi Iesv genealogiam minimè pertineat. In primis Iacob fuit dilectus à Deo. Esau verò reprobatus iniutero adhuc existentibus. Cum non dum nati fuissent (inquit
Rom.9.c.11. Paulus) aut aliquid boni, aut mali egissent, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est. Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui, sic enim prædictum fuerat à Deo: Maior seruiet minori. Multa certè in Iacob videmus, in quibus Christi Iesv persona adumbrata est, Benedictionẽ à Patre Iacob accipit, quia Prophetico spiritu præuiderat pater, per lineam eius Messiam in mundum rectã venire. At verò mysterium hoc Iacobo manifestum non fuerat, immo potius anxius & solicitus nimis
B erat, nam (vt eleganter notat Burgẽsis) Iacob, postquã à maioribus per traditionem acceperat, filium Dei per eorum lineam & pro paginem in remedium peccati prothoplastorum in mundum venturum ignorabat, an cum semine suo Deus nomẽ & personam suam venire deberet: an potius cum semine fratris sui Esau, qui primogenitus erat. Dies noctesq;, anxiam hanc cogitationẽ
C in corde versans ipsi præteribãt: do nec Deus ipse clementissimus non sine grandi miraculo, eum ex hac molestissima anxietate eximẽs, certiorẽ illum multis modis facere decreuisset. In primis cum egrederetur Iacob de Bersabe, & pergeret in Haram, Quumq; venisset ad quemdam locũ, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stãtem super terram, & cacumen illius tan-
D gens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eã, Et Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis tibi dabo, & semini tuo, &c. Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Si benè verba sacra textus considerare volumus, facilè videbimus,

Iacob

A Iacob à Deo certiorem factum fuisse, tum factis signisq; mirabilibus, tum etiam & verbo pollicitationis expræsso sibi dato, quibus facilè poterat omnem, quam in mente versabat, solicitudinem cum summa lætitia deponere, sicuti tunc fecerat. Fuit sanè Iacob certior factus à Deo primùm signo præclaro scalæ sibi ostenso, tum etiam lapidum signo. De primo nunc signo agamus. Pergebat Iacob in obsequium, &
Gen.28.d.2. B obedientiam patris, vt vxorem non ex patria propria, sed ex aliena acciperet, sic enim in mandatis acceperat. Noli accipere coniugem de genere Chanaam, sed vade & proficiscere in Mesopotamiam Syrię, &c. Hinc exordiuntur fidei mysteria.
Iacob ut Christi figura fuit. Voluit enim Deus Iacobo in se ipso ostendere, quid sibi de Christo polliceri poterat. Sicut enim ex decreto patris integrũ illi non fuit in propria manere, & vxorem ex propria desumere patria. Ita æterni patris decretum fuit, ne vnigenitus eius filius connubio se iungeret cũ Angelis cæleſtis patriæ ciuibus, nec vt eo
C rum naturã quoquo pacto assumeret, sed potius humanam. Nusquã enim Angelos (ait Paulus) apprehẽdit, sed semen Habrahæ, & vt hoc insigne mysterium illi magis ac magis notum fuisset, diuina disponente ordinatione, dum pergeret Haranã, locum sibi cõmodissimum, suis instantissimis orationibus, quibus Deum ipsum precabatur, quatenus
D dignaretur cũ eximere à dubitatione prefata, offendit, nẽpè mõtẽ Moriæ, vt Doctores Hebræi testantur, vbi Abraham eius auus, patrem suũ Isaac in sacrificium offerre decreuerat. Ideò locum illum sacrosanctum iudicabat, in quo non minorẽ partem noctis in seruenti oratione vigilare posset, certa sperans fide diuina maliquam reuelationẽ, suorum maiorum more, se ibi habitu-

rum. Nec fuit vana fides, nam post A
longam illam orationem eo in loco habitam, Deus, sicut in Adam, soporem immisserat, vt mysterium nascentis Ecclesiæ in eo ostenderet ei, ita quoq; Iacobo soporem dedit, vt mysterium Christi, seu Messiæ venturi per eius propaginem, intelligeret. Alto igitur sopore præsus, quo commodius quiesceret. Tulit de lapidibus, qui iacebãt. Vtebatur pauimentum pro lecto, lapidibusq; loco puluinaris. Optima sanè ad di-
B uina mysteria capescenda dispositio. Vide (inquit Chrysost.) iustum Iacobum super solũ cubantem, & visiones videntem, in eo rigor & patientia sanctorum docetur, & deliciarum abdicatio, contemptus mũdi, fiducia in Deum, obedientia parentibus exhibenda. Tulit inquam de lapidibus, secundum hic signum accipe. Hebræi (vt Lyra refert) testãtur tres fuisse lapides, quos Iacob haud dubie instinctu diuino colle-
C git: quibus mysterij facilè poterat doctrinam accipere, nam ante quã somnum (quod puto extaticum fuisse) caperet tribus acceptis lapidibus dormiuit, postquam verò è somno surrexit, vnũ tantùm inuenit lapidẽ. Sic enim textus facer ait: Tulit de lapidibus, hoc ante somnũ factum fuisse nemo ambigit. Orationem ad Deum faciens, cum lapides accepisset Iacob (vt refert Galati. ex Rabbi Nechmia) dixit: Si Deus
D fuerit vniẽs nomen suum super me, quemadmodum vniuit super patres meos, fiant omnes vnum. Cum igitur somno illo extatico dulcissimo gauderet, duplici miraculo tunc facto intellexit, quòd voluisset illi Deus incarnationis mysterium explicare. Primum enim fuit dum mirabilem illam scalam, à cęli cacumine, vsque ad terræ pauimentum descẽdentẽ illi manifestè ostendisset. Vidit quoq; Deum scalæ innixum,

& Ange-

Soporẽ Deus Iacobo immisit.

Chrysost. in Gen.

Iacobus quãta docet ante visionem.

Lyra in Gen.

Gen. 28.b.11

Galati. lib.3. c.2.

Iacob tres lapides posuit, & vnum inuenit.

Quid per scalam Iacobo Deus significare voluerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & Angelos summa alacritate ascendentes, & descẽtes per eã. Quid obsecro aliud in hac scalæ clarissima ostensione, significare voluit Deus, quam vnigeniti filij eius pro totius mundi salute incarnationem, vt omnium patrum sententia fert? Scala enim filij Dei humanitatem, nobis manifestè indicat, Deum verò scalę inniti quid aliud quam ipsum Deũ humanitati vnitum exprimere voluit? è cælo dimissa scala purissimã Christi IESV animam humanitati
B infusam indicat. Corpus itaque & anima Christi, vnà cum diuinitate coniuncta scala vera vnicaq; iustis est, qua illis ad cælum ascensum rectum patet. Per ipsum enim accessum ad Patrem habemus. Ego sum (inquit Christus) via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me. Hunc mirabilem humanitatis Christi effectum, Iacob quam primum intimo corde concepit, vidit scalam, & mysterium agnouit: ideò
C stupens, & admirans dicebat: Verè non est hîc aliud, nisi domus Dei & porta cæli. Quia vidit Angelos ascẽdentes, & descendentes per scalam, nẽpè homines, qui postquam Deus humanitati fuit vnitus, mediante sacratissima ipsius cruenta passione, hominibus in cælum ascendere datur, vt Angelorum sedes ocupare cum gloria possint: Erũt enim sicut Angeli Dei in cælo, vt ipse seruator
D testatur. Angelos quoq; vidit descẽdentes, quia Angelorum munia, & officia à Deo ipsis commissa, nempè vt hominibus inseruiant, & pro magna gloria ducant, illis fidelissima exhibere ministeria, quibus Deus ipse tantam illis gloriam tribuere dignatus fuerat, vt eorum naturam in vnum suppositum, secum assumeret. Omnes enim, vt Paulus testatur, administratorij spiritus sũt in ministeriũ missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. En habes cãdide lector primũ mysteriũ, A nẽpè scalæ explicatũ, per quod Iacob intellexit incarnationis Christi mysterium per eum futuram.

Ad Rom. 5. d. 1.

Eph. 2. d. 18.

Ioan. 14. d. 6.

Gen. 28. d. 17

Matth. 22. c. 59.

Ad Heb. 1. d. 14.

Ad secundum Sacramentum, videlicèt, de lapidibus illis, quos capiti subposuerat, deueniamus. Manifestum quidem est, incarnationis diuinæ mysterium sacrosanctum, Iacobo quoq; Deum ea in re ostendere voluisse. Tres enim lapides loco puluinaris sub capite possuerat, quos cum euigilasset, in vnum (mirabile dictu) conuersos vidit. Tulit B lapidem (inquit) quem suppossuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum de super. Hic quoq; (vt diximus) incarnationis mysterium, miraculo insigni Iacobo Deus declarauit. Lapis iste, qui mirabiliter ex tribus in vnum conuersus fuit. Lapis ille angularis Christus est, qui de monte virgineo excisus est sine manibus, vt totius Ecclesię Dei molẽ super ipsum extructam ostenderet, quo tandem diuina arte con-
C structa Ecclesia crescat in templum sanctũ in Domino. Ex tribus enim selectis lapidibus, hæc Christi structura mirabilis fabricata fuit, videlicet ex corpore, & anima, & ineffabili diuinitate. Per tres enim illos lapides à Iacobo collectos, triplex hæc Christi substantia adumbrata fuit. At verò triplex hæc substantia Christi, in vnica sola essentia, seu in
D personæ vnitate subsistente, declarata fuit Iacobo, in conuersione mirabili trium lapidum in vno. Hunc, tãto miraculo confectum lapidem, in titulum erexit Iacob, fundens oleũ de super. In titulum in quam, seu insignum, cui contradiceretur. Futurus enim erat Christus lapis angularis & lapis offensionis & petra scandali. Vt autem lapis iste erectus in titulum salutis, ipsum omninò figuraret Messiam, oleum de super Iacobus infudit, more Prophetico insinuans

Sacramẽtum circa lapides Iacob.

Deut. 27.

Tres lapides quos Iacob capiti suo supposuerat, cõuersi figurificant.

Gen. 28.

Isai. 28.

Ephes. 2.

1. Pet. 2.

A sinuans Messiam oleo exultationis & lætitiæ præ participibus suis vngendum, nempè Spiritu sancti vnctione interna, à capite vsq; ad orã vestimentorũ Ecclesiæ magna vbertate defluente oleo. Hũc inunctum lapidem, in titulumq; erectum, Iacob domum Dei compellauit. Hic (inquit) lapis vocabitur domus Dei: illa vtiq; domus, quam Christus tẽplum vocauit dicens: Soluite templum hoc & tribus diebus excitabo illud, hoc autem dicebat de templo corporis sui. Breuius quam potui ostendi Iacobum certiorem à
B Deo factum signis & potentis miraculosis, circa dubium quod habebat, an Messias esset in mundum vẽturus, per eius lineam & propaginem descendens, an per lineam fratris maioris ipsius Esau. Contestatur illi Deus, quod recta per eum & posteritatem ipsius in mundum venire decreuisset. Signo mirabili scalæ, personæ & officij Messię testatricis. Vbi notandum quoq; venit, id
C quod nonnulli Hebræorum nõrant, nempè quod in scala illa nomen Tetragrammaton seu I.H.V.H. scriptum erat, vbi Diuinitas & humanitas Christi quasi digito Dei ostendebantur, in scala humanitas, Diuinitas verò, in nomine ineffabili Dei Tetragrammatõ ibi cõsignato. In visione autẽ Angelorũ multorũ ascẽdentiũ descẽdẽtiũq; quanter per scalæ gradus, dignitatem ministerij Christi & Angelorum, opere illo
D explicabat. In mysterio conuersionis trium lapidum in vno, quẽ oleo desuper liniuit. Triplicem Christi naturam corporis videlicet & animæ, necnon diuinitatis ostẽdit, quã Spiritus sancti oleo nẽpè super eminentis gratiæ & charitatis infusiæ à Deo, oleiq; perfusione, Iacob libẽter fatebatur mysteriũ & certiorẽ à Deo se effectum protestabatur.

Psal. 44. b. 8 Heb. 1. c. 9. Psal. 132. a. 2.

Gen. 28. d. 18

Ioan. 2. c. 20.

Triumphus Crucis aduer. Iudæ. Tit. 2. Prob. 4.

Ioan. Reuch. lib. 1. de arte Cab. fo. 11.

Mysteria quæ in scala, quã Iacob vidit apparuerũt.

Hactenus ostendimus Iacobum signis & miraculis stupendis certio A
rem à Deo factum de tua, quam in animo voluebat, dubitatione. Videamus iam illũ magis ac magis ab ea mer anxietate animi, quam habebat, à Deo verbo pollicitationis expresso liberatum. Nouerat Iacob, Deum verbo fidelissimo suo Abrahamo & Isaac maioribus suis, promissiones amplissimas hac de re illis fecisse, nẽpè se non prætermissurum in salutem omnũ mortalium, per rectas eorum lineas & propagi
B nes, in mundum venire. Abrahamo enim dixerat: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Id ipsum quoq; pollicitus fuerat Isaac, dicẽs eisdem met verbis: Benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ. Quę sanè benedictio de Christo Deo & homine secundum literam intelligenda venit. Nam in dicto cap. Genes. 22. teste Burgen. ponitur in Hebræo quædam dictio significans, Ø
C ille, in quo gentes erãt benedicẽdæ, erat causa principaliter effectiua illius benedictionis, id quod nulli puræ creaturæ cõpetere vllo modo potest, nisi Deo: qua de re longè plura Dominus Paulus Burgen. doctissimè tractat. Vt ad benedictionẽ quã Deus Iacobo dederat veniamus: certissimũ est Deum voluisse repetere promissiones Abrahæ & Isaac factas, in Iacob: Benedicẽtur (inquit) in te & in semine tuo cunctę tribus terræ. Messias hic promittitur ex semine Iacob, qua in re Iacob Abra
D hæ æquatur in hoc, quòd omnes tribus terræ benedicendę sunt & in ipso, & in semine eius. Quod intelligẽdum est, videlicet, quòd in semine eius, hoc est, in Messia, & in ipso tã Abraham, quam Iacob tanquã electo patri Messiæ, benedicendæ erãt omnes familiæ vniuersæ terræ. Vides iam Iacobum æqualem in promissionibus factum cum suis progenitoribus, Abraham & Isaac. Si

Gen. 22. d. 18.

Gen. 26. d. 4

Burgẽ. in 22. cap. Gen. ad. di. 5.

Caietan. in Genes.

C ergo

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ergo æquales sunt promissiones, nullus illi ambigendi locus iam manet, postquam signis & portentis, & verbo Dei expræsso certus & securus reditur, quòd Esau eius frater, licet maior fuerit, à Deo tamẽ fratre prætermisso, electus ipse sit, vt per eius propaginem Messias in mundum venire dignatus fuerit.

Mirabile dictu. Nõ modo voluit Deus portentis & prodigijs stupendis, & verbis expræsis ipsius met
B Dei, Iacobum certiorẽ facere, sed etiam argumẽto quodã nouo, haud minorem efficatiam habẽte, quo ipsum hac de re securũ redere posset. Cum enim ex Mesopotamia reditum in propriam magno cum comitatu filiorum ac familiæ, diuitijsq; onustus seciisset, postquam omnia quæ ad illũ pertinebant præmisisset, iuxta vadum Iaboch solus, quòd cõmodius posset orationi diuinisque contemplationibus vacare, dum alta mente cælestibus fuisset intẽtus. Ecce Angelus humanam effigiem habens, luctabatur cum eo vsq; mane. Qua in re diuinæ incarnationis mysterium, ad eum maximè pertinere, indicare manifestè voluit. Angeli enim, qui in forma humana veteris Testamenti patribus apparebant, haud dubie (teste D. Toma) veri bi Diuini incarnationem sub facto demõstrabant. Id ipsum quoq; voluit Deus Iacobo, in Angelica ista apparitione significare. Verum enim verò quò mysterium hoc melius nobis innotesceat: sciẽdum est, aliter ab Hebræis Rabbinis, aliter verò à nostris Doctoribus Latinis interpretari mysterium. Hebræi cõstanter affirmant, hũc Angelum cũ Iacobo luctantem, Angelũ Esau dicatum in custodiam fuisse, qui, vt probè suo fungeretur munere, circa Esau ministerium forma humana vestitus, luctam contra Iacob suscepit: ne transiret vadum fluminis Iaboch ad obtinendas benedictiones & primogenita, quæ iure naturæ ad Esau potius pertinere iudicabat, quàm ad Iacob. Ideò robusto animo & corpore virili ipsum aggreditur Iacobum, vt suis viribus Esau iura defendat, & Iacob deiectus cogatur ius prætensum abdicare. Esau Angelus, licet bonus fuerit, nesciebat tamen dissimitiuam à Deo latam fuisse sententiam, qua omnes benedictiones, omniaq; primogenituræ iura, quæ ab Esau, Deo sic disponente, amouebantur, Iacobo omnia iure hæreditario su-B isq; posteris in perpetuum cedenda fore: id quod reuelatum fuerat à Deo Rebeccæ, & Isaac, suis progenitoribus: nec mirum est hæc Angelum latere, quia reuellationes, à Deo hominibus fieri solent, aliquibus Angelis ignorantibus, nõ enim ad Angelorum mynisterium omnia scire pertinet, nisi tãtum illa, quæ à superioribus illis reuellata fuerint. Angelus tamen hoc intellexit, quã primũ vidit sese à Iacobo superatũ, C & planè deuictum. Tũc sanè intellexit Deum tam ingẽtes vires Iacobo dedisse, vt eis facilè potuisset, & Angelos superare, & deuinctos reddere: quod neutiquam factũ fuisset, nisi Deus sic disposuisset, vt Angelus Esau causa cederet. Videsergo Angelus quòd Iacobum superare non posset, licet per magnam partẽ noctis vsq; ad aurorã vtrinq; in lucta certatũ fuerat, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Hoc D quidem fecit Angelus, non vt vindictam aliquam de Iacobo reportaret (vt optimè Burgensis in hunc locum annotauit) sed potius diuina ordinatione sic factum fuisse credimus, quatenus in hoc opere claudicationis, tanquam in figura præclara Iacob intelligeret, quam plurimos de eius semore egressuros fore, quinõ in fidẽ Messiæ rectis fidei gressibus

Gen 32.

In lucta Iacob Diuinæ incarnationis mysteriũ declaratur.

D. Tom. 1 p. q 51. artic. 1. ad 1. & 3. p. q 30. art. 3.

Lyra in 32. cap. Gene.

Angelus qui cum Iacob luctabatur Esau Angelus erat secundũ Hebræos, & quæ erat luctæ causa.

Esau hæreditas ad Iacob deuoluta.

Angeli mala ignorant quæ homines sciunt.

Burgens. in 32. c. Gen. vers. vadum.

Iob. 38. c. 7.

A gressibus essent incessuri, multi enim claudicabunt in duas partes Christum non sequentes, sed illum potius nequiter abnegãtes. Et cum Oseas Propheta mysterium hoc cõtemplaretur, aliqua addidit, quæ in Gen. textu non inueniuntur. Sic enim ait de Iacob loquens: Inualuit ad Angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Quòd inualuerit ad Angelum, quòdq; animo confortatus fuerit, ex textu planè constat. At verò q fleuerit & rogauerit, ibi nõ legitur, nec ex textu Oseę
B planè constat, quis fleuerit & oraue rit. Hebræi tamen flerũ hunc pariter & orationem, ad Angelum referunt, ac si Oseas dicere voluisset: Esau Angelus, videns quòd benedictiones simul cum primogenitura, in illo agonistico prælio Esau omnino absq; vlla recuperandi spe amittebat: tanta fuit animi anxietate præssus, vt tanquam verus homo, vberes effuderit lachrymas, nec mirũm videri debet, si Angeli, qui semper faciem patris vident, interdum lachrymas effundãt. Nam Isaias id testatur dicens: Angeli pacis amarè flebunt. Quòd autem Angelus rogaret Iacobum, manifestum est: nã Iacobo dixit Angelus: Dimitte me quia iã aurora est. Videns enim Angelus quia licet percussisset Iacobũ in femore, quatenus per eiusmodi lęsionem, Iacob manus posset euadere, & nihilominus Iacob illũ di-
D mittebat, cœpit precibus agere cũ illo, dicens: Dimitte me obsecro quia iam aurora est: ac si dicat: Tempus iam est vt cũ cæteris Angelicis spiritibus, hoc corpore tanquã graui mole exutus, à te discedam & diuinas laudes canam, ne mihi dicatur id quod Iob c. 38. dicit. Vbi eras, cum me laudarẽt astra matutina & iubilarent omnes filij Dei. Hæc Hebræorum expositio est, quæ multis sanè placet.

Hebræorum sententia de fletu Angeli cum Iacob luctantis.

Osee. 12. b. 4.

Isa. 33. b. 7.

Iob. 38. c. 7.

Latinorum tamen expositio aliter hanc literam de Angeli & Iacobi pugna interpretatur. Nõnulli dicũt hanc luctam inter Angelum & Iacobum transactam, spiritualẽ tãtum fuisse, quia Iacob Angelum totis connatibus retinebat, suæ orationis efficatia, ne ab eo se vllo modo elõgaret, quia Esau proterbiam & contumaciam cũ summo furore coniunctam, vehementer timebat: ideò ipsum viribus & posse detinere nitebatur, vt in via illũ defenderet. Hæc Hieronymi videtur esse
B sentẽtia, super. 19. Isaię. c. vbi sic ait: Cum Angelo Iacob oratione non manibus luctabatur. Verùm salua pace Hieron. eius sentẽtia minimè defendi potest. Nã expresse textus contrarium dicere videtur, cum asserat, Angelum neruum Iacob tetigisse, ex quo tactu emarcuit, adeò vt Iacob claudicaret. Hęc non spiritualia sed omninò corporalia sunt. Ideò hoc multi bene considerantes affirmare audẽt, hãc luctã inter hos C anagogetas ex parte corporalẽ, ex parte verò spiritualem fuisse. Qua in re considerare oportet, quòd Iacob postquam ab Angelo fuisset admonitus in cap. præcedenti, vt secure & absq; timore in propriam reuerteretur patriam, nihilominus timorẽ, quem omnino excutere tenebatur, in animo retinuit, etiã si Angelorũ castra, vt in principio capitis habetur, obuia illi fuissent, turã in omnibus aduersis defensionẽ pollicentes. Ipse verò nimio adhuc ter D rore ob fratris potẽtiam turbatus, minus de Deo quam par erat confidens, sese torũ ad ripam Iaboch fluminis, orationi cõmisit. Dum ergo intẽtissima oratione occupatus fuisset, ecce Angelus Domini, qui protector eius factus fuerat in via, cum animi ipsius Iacob debilitatẽ cerneret, & illum plus ęquo animo cõsternatum videret, obnimiã eius

Latinorũ sententia.

Hieronym. in 19. Isai. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diffidentiam, ab eo se velle omninò discedere finxit, & tandem solũ relinquere illum, id quod Christus post resurrectionem suam, ob discipulorum in castellum Emaus proficiscentium fidei inbecillitatem fecit, fingens se lõgiùs ire, ita eodem planè modo Angelus Iacobum velledimittere solũ in via fingebat. Iacob autem instãtia orationis feruidæ rogabat eum, ne ab ipso recederet, sed potius promissis staret: eum sub singulari eius protectione & custodia seruando. Hęc planè spiB ritualis lucta fuit. At verò vidēs postea Iacob precibus non posse eum Angelo prævalere, sed quòd omninò propositũ discedendi seruasset, vtens familiaritate cum eo, arrepta manu brachioque ipsius, omni qua potuit vi eũ detinere nitebatur. Angelus verò quò magis eius animum ad consortium illius exoptandum permoueret, vires adhibebat, quibus se fugam capere velle fingebat, sic rãdem Angelus volens, à Iacobo C victus remãsit. Hæc haud dubiè corporalis lucta fuit, qua Iacob suis viribus obtinuit, ne Angelus ab ipso discederet antequam benedictionẽ, quã ab illo spectabat, acciperet. In hac corporali lucta efficacissimum Iacobo exhibebat Angelus testimonium, quo facilè poterat timorem de fortitudine fratris conceptũ omninò deponere, nã si inualuit in Angelum, quare non potius in hominẽ inualescere poterat? Si contra Deũ D fortem fuisti, ait Angelus, quanto magis contra homines prævalebis? Secundum hanc Latinorum Patrũ expositionem, verba nuper ex Osea alata, aliter interpretanda veniunt. Inualuit (inquit) ad Angelum & cõfortatus est, fleuit & rogauit eum. Prima verba scilicet, Inualuit ad Angelum & confortatus est. In laudem & encomium Iacob dicta sunt, qui tantæ fortitudinis fuit, vt Angelum etiam viribus superaret. Hic A Angelus vt nonnulli testantur, filius Dei in humana forma apparens erat. Alioquin Iacob, qui consortio Angelorum frequẽter vtebatur, & Angelorum castra in obsequium ipsius habebat, nõ tam firmo pectore tunc dixisset. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Sit ergo Dei verbum in forma humana, siue Angelus, in magnam Iacobi commendationem, cedit dicere. Inualuit ad Angelum & cõfortatus est. Sequentia verò verB ba videlicet, fleuit & rogauit eum, ad Iacobum referuntur. Qui cum videret Angelum, animo deliberato velle ipsum solum relinquere. Tũc videns se omni fauore omniq; præsidio Angelico, sua culpa destitutum, vehemẽter corde dolens, ora lachrymis fundebat. Et oratione feruentissima postulabat, ne ab ipso quoquo pacto discedere meditaretur, antequam benedictione ipsius, tantopere exoptata frueretur. Accepit randem benedictioC nem Iacob, sed prius punitionem à Deo sustinuit, nam tetigit nernum femoris eius, ad puniendum eũ, de sua irrationabili diffidentia. Inde factum fuit, vt semper claudicaret, vt perpetua memoria haberet & doleret peccatum, tunc temporis in Deum cõmissum. Nihil enim Deo magis displicet quam diffidentia de illo concepta. Ideò claudicabat vt per hoc ostenderetur ei, quomodo claudicauerat in mente, parum de Deo confidendo. D

In hac præclara lucta inter Angelum & Iacob habita: D. Augustinus mysterium maximum ad Christi humanitatem pertinentem explicat. Nam Iacob (inquit) contra Angelum prævaluit, quoniam Angelus ab eo vinci voluit. Ita quoq; in passione populus Israël contra Christum prævaluit, ipsum occidendo

Luc.24.b.16 d.28.

Iacob instat ne d custodia Angelica priuaretur.

Quãdiu Iacob cũ Angelo fuerit.

Angelus Iacob audaciã præbet vt fratri resistat.

Osc.12.

Iacobi laus, ex fortitudine quia præualuit ad Angelum.

Quis Angelus qui contra Iacob claudicabat fuerit.

Quare Iacob claudicauerit.

Iacob fortis à Deo.

Augustinus 16. de ciuit. c.38.

Lucta mysterium Christi.

A dendo quoniam eiusmodi violentiam ipsemet Christus permisit. Ioan.10.d.18 Nemo (inquit ipse) tollit animam meam à me ipso sed ego pono eam. Ex hac ergo victoria duo subsequuta fuere. Alterum quòd Israël mansit benedictus à Deo, nempè illi, qui in eum crediderunt. Mansit quoq; claudicans in illis, qui in fide Christi rebelles fuerũt, iuxta illud. Claudicauerunt à semitis suis. Alterum autem est, quòd hæc Iacob lucta, officium quod sancti viri apud Deum habent, & cum efficatia exercent, B ostendit. Nam sępè contra comminationes Dei prævalent sancti, & orationum meritis victoriam obtinent. Hac de causa Isaias dicebat. Isai.64.b.7. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Secundum hunc loquendi modum ait Dominus. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra populum. Et Dominus per Ezechielem: Quæsiui (inquit) virum qui se poneret tãquam sepem contra me & terram, & non inueni. Et de Noë dicitur in Ecclesiast. In tempore iracũdiæ factus est reconciliatio. C

2 *Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.* Ideò solum Iudam inter omnes fratres, quamuis ipse primogenitus non fuisset, nominauit: quod per illum tantum Christus descensurus erat. Sicut prius Isaac & Iacob nominarat, quia de ipsis, & ad ipsos promissus erat, & vẽturus Christus. Ita quoq; eadem ratione Iudam nominat, quia recta Christus ab eius stirpe venturus erat. Vbi notãdum, D quod antea prætermisserat etiam in genere dicere de Ismaële & Esau Iacobi fratres, de quibus nõ dixit Matthæus & fratres eius, quia hi fuerãt à promissis Dei omnino alieni. Nihil enim commune habebant cum Israëlitis, Sarraceni, Ismaëlitæ & Arabes, & quotquot sunt ex illis patribus procreati. Hæc est D. Chrys-

Exo.32.b.10

Ezech. 32.g. 30.

Eccles.44.c. 17.

Iudas licet nõ esset primogenitus, primo fuit nominatus.

Quare vlma ele & Esau nõ nominantur in hac genea logia.

sost. sentent. in Matth. Homil. 3. At A verò de fratribus Iudæ dictum est, genuit Iudam & fratres eius, quia non erant sic exclusi, immò capita fuerunt cæterorum tribuum Israël. Iudam proprio nomine nuncupare voluit, ob digniorem excellentiam, quam supra omnes fratres habuit: ideò Iudas merito vocatur, quia secundum nomen eius, ita & laus illius: te (inquit pater in benedictione, quã ei loco testamenti reliquit) te (inquã) laudabunt fratres tui, ac si dicat: Bene nominatus es Iudas, quia te ob prędara tua facinora laB dabunt fratres tui, & cõmẽdatione dignissima te iudicabũt. Tum quia tribus Iuda dum egrederetur Israël de Ægypto, prima fuit quæ intrepido animo post Mosem mare Rubrum miraculose diuisum intrauit, & licet cæteræ subsequi ducem Mosem non auderent, tamen præcedentium sequuti exemplum sequuti sunt. Tum etiam quia Iudas post mortem Iosue primarius dux fuit ad expugnandos inimicos filiorum Israel, qui in terra promissionis remanserant, id quod constat ex principio libri Iudicum. Iudas (inquit) ascendit, nempè primus contra aduersarios. Ex his certè tribus Iuda (teste Lyra) laudem præ cæteris & Regiam dignitatem, vltra cætera laude dignissima quæ gessit, meruit. C

Fratrum Iudæ memoriam facit Matthæus in gratiam etiam Iudæorum, quibus suum Euangelium dabat, quò manifestius viderent ipsos à duodecim filijs Iacob descendere, omnesque esse vnus atque idem populus, ex quo Christus nascitutus expectabatur, & iam ipsum venisse contestabatur eis. D

Iudas primarius dux populi Israel.

Iudi.1.d.2.

Iudas quare regiam dignitatem promeruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Gen.38.d.27 1.Paral.2.a

EXPOSITIO.

3 IVDAS *Autem genuit, &c.* Mirandum sanè est, quòd duos nominet fratres, nempè Phares, & Zaram, nō tamen mysterio vacat, nam licet hi duo fratres vno partu nati sint, id quòd frequenter vsu venire solet, historia tamen partus illorum Sacramētum magnum secundū Teophilatum habet, ob quod D. Matthæus illos duos forsam posſuit. Nam sicut Zares egressus de vtero materno, primùm manum ostendit, & posteà retraxit, deinde Phares egresso, tunc & ipse integrè exiuit: ita quoq; Euāgelicæ vitæ pars, Abrahæ quidem tēpore apparuit, qua retracta, processit omninò legalis, & post hanc perfectè apparuit Euangelica lex, coccino, hoc est: sanguine Christi signata. Item cum Phares & Zaram posuit, quasi typum duorum populorum, Iudaici nempè & Gentilici, eos esse ostendit. Nam Phares Israëlitici populi typum gerebat, qui primo fuerat admissus, & à Deo receptus. Zaram verò, hoc est Gentilis, Christi sanguine signatus, Iudaico populo reiecto, in filiū receptus est. Verū ex typicis mysterijs dubia ex literæ interpretatione suborta, non exhauriuntur. Ideò merito interrogamus, quare Euangelista cū Esau vterinum fratrem Iacob intermiſſerit, iā nunc duos vterinos fratres, nempè, Phares & Zaram coniūgat, cum ad Christi genealogiā texendam, Phares recensere sufficerat. Ratio in promptu est, Esau quidem cum ad populum Dei non pertineret, vt diximus, à Christi generationis cathalogo fuit expulsus omninò. Zaram verò quoniam fidelis cū populo Dei futurus erat, cum Phares vterino fratre meritò numeratur. Quid tamen ortus istorum duorum fratrum portēderet, explicant sancti Doctores. Theoph. in Matth. Chrysost. Homil. 3. in Matth. & in. 2. opere. Hom. 1. Hiero. in Mich. 2. & ad Galat. c. 3. Ambros. libr. 1. de Cain. c. 1. & 2. & lib. 3. in Luc. Annotandum etiā venit, quòd Iudas genuit Phares, & Zaram, antequam se in Ægyptum trāsferrent Hebræi. In Ægypto verò genuit Phares Esron, qui alio nomine vocatur Iephone. 1. Paralip. c. 4. & Esron, Aram, qui alio nomine in libro. 1. Paralip. dicitur Ram, vt dicit Philippus presbyter. libro. 3. super Iob. c. 1. & Aram Aminadab, Aminadab Naasson, & cum Moyses eduxisset eos ex Ægypto. Naasson fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertum, in quo genuit Salmō, qui mortuo patre, fuit Princeps in tribū Iuda, qui cū Iosue in terrā promissionis intrauit, qui duxit vxorē Raab meretricem, quæ exploratores recipet. Nam filij Israël obsederunt Iericho, & septimo die ad clangorem tubæ muri eius corruerunt, ac Raab, quæ possuerat coccinū in fenestra saluata est cum tota domo, hanc postea duxit Salmon. Iste genuit in terra promissionis ex Raab Booz: Booz genuit Obed ex Ruth: Obed genuit Dauid, vt ex libro qui Ruth inscribitur constat, & omnes generationes, quæ à Matthæo enumerantur, possunt cognosci ex lectione scripturarum, exceptis illis quæ ex Abiud ad Ioseph vsq; protendunt, quas in nulla historia inuenire poteris, ni mea me fallat memoria.

TEXTVS.

3 IVdas autem genuit Phares & Zaram de Thamar: Phares autem genuit Esron: Esron autem genuit Aram.

Nativitas dorum fratrum Sacramentum continet. B

Quando Euāgelium incepit perfectè apparere. C

Quare zares numeratur in genealogia Christi. D

A 1. Paral. c. 2.

Lipomanus in. 38. c. Genes.

Thamar Cananæa mulier fuit.

B

Quare Christus ex Ruth Moabitide, & ex Thimar Cananæa descendere voluit.

C

Thamar non sine fine Messiæ, socero se miscuit.

Ambros. lib. 3. commen. in Lucam. Theodore. q. 94. in Gen. Chrysost. Homil. 62. in Genes. Idem Homil. 1. in Matth. Augustin. lib. 22. contra Faust. Hiero. in q. Hebr. in Genes.

D

De Thamar. Nec in lib. Geneseos, nec in lib. Paralip. nec etiam in hac genealogia scribitur, cuius prosapię fuerit (vt optimè Lipomanus nouit) satis verò simile est Cananæā fuisse, sicut & ipse Iudas. Cananæi filiam vxorem duxerat, vt non solum ex Ruth Moabitide, sed etiam ex Thamar Cananæa, conuersis ad Deū. Dauid Rex sanctus, & Christus Dominus noster verus Rex & Sacerdos, generati habeantur. Qui sine delectu personarum & sanguinis, omnes saluare venerat, nobiles suos proauos, Iudam & Booz alienigenas habere vxores. disposuit, in typū Ecclesiæ de gentibus Christo sociandæ per fidem, ne externas nationes omnes, præter Israëlem, à Domino neglectas cogitaremus. Licet enim Christus ex Iudæis sit, non tamen pro Iudæis tantum venit. Haberet enim & præter Iudæos aliud ouile Christus, qui expectatio gentium ob id dicitur à Iacob & Prophetis.

De Thamar. Pleriq; omninò censent, quibus Philo Hebræus & Rabbi Symeon in Penthateucum fauent, non sine fide ac Messiæ præcognitione ex se orituri secundum carnem, Thamar socero suo Iudæ sese miscuisse: atque ea ratione incestam Iudæ congressionem à peccato liberant Ambrosius, & Theodoretus. Chrysostomus anceps & dubius est: nam in Genesim hoc idē cum Ambrosio & Theodoreto sentit. Homilia tamen prima in Matthæum, aliisq; locis vtrumq; damnat. Id quod etiam faciunt D. Augustinus & D. Hieronymus. Peccauit autem Iudas (vt ait Lipomanus) fœpè, inuidia, dolo, proditione, mēdatio, &c. quare excusandus nō venit à peccato fornicationis, nec vt soluti cum soluta approbādam fornicationem, si rem exactè considerare volumus. Rabbi Symeon Ioachim in commentarijs Pentateuc. quos Zoar præscripsit, laberat eam ab omni crimine, quòd non ex plendæ libidinis gratia id egerit, sed pro quodam instinctu, nempè vt ex Iuda expectatum Messiā conciperet.

De Thamar. Sapienter sanè D. Hieronymus hoc in loco notat, quòd in hac Christi genealogia, exceptā Dina Virgine Maria, non recenseri nisi fœminas peccatrices. Quo facilius intelligerent Christiani, filiū Dei qui in hunc mundum pro hominibus redimendis venit, originē peccatorum minimè repulisse. Et D. Augustinus impugnans hæreſim Manichæorum asserentium Christum verum hominē non fuisse, ducentem originem ex fœminis peccatricibus, inquit: Isti hæretici ignorant veracissimum & verissimum Saluatorem nostrum, non solum loquendo sed nascendo magistrum extitisse. Etenim fideles congregādi erant ex omnibus gentibus, & ita exemplo generationis Christi, discere debuerunt, parentum iniquitates sibi obstare non posse. Et ita inquit idem D. Augustinus, in illo sacrificio agni Paschalis dictum esse, vt cum deficeret agnus immolaretur hædus, vt intelligeremus Christum, qui significatur per hoc sacrificium à bonis & malis exortum fuisse, nam per agnos, secundum D. Matthæum, significantur boni, per hædos autem peccatores. Verum quantum & quam sublime mysterium in incestu Thamar per significationem cōtineatur, docet idem D. Augustinus libro citato. Nam Christus, cum progrederetur ad tōdendas oues suas, hoc est, ad exuendos electos à vetustate peccati Ecclesiæ, quæ habebat ornatum meretricium, sicut Thamar, copulatus est, & in benevolentiæ signum, ipsi impendit annulum, & virgam,

Quare peccatrices mulieres in Christi genealogia ponantur.

August. To. 6. lib. 22. contra Faust. c. 64.

Parentum iniquitas filijs ad salutē non nocet.

Exod. 12.

Matth. 25.

August. contr. Faust. lib. 22. c. 81. 84. 85. & 86.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hoc est, dona gratiarum dedit, & regimen spirituale. Cæterùm ex ipsa Ecclesia genuit duos filios, quorum primus populus Iudeorum fuit, qui filum coccineum habebat, insignũ quòd ille populus futurus erat infectus sanguine Prophetarum, & ipsius met Christi, sicut ipse per Matthæum dixit: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas & lapidas, &c. Et per Lucam: Non patitur Prophetam perire extra Hierusalem. Alius autem filius, nempè populus gentilium, tandem egressus

Matth. 23. d. 37.

Luc. 13. g. 34.

B est prior, quia in meritis fuit excelẽtior: & illi quidem dicitur, Propterte diuisa est maceria. Iuxta illud Pauli: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ soluens, &c. Quoniam ille populus gentilium, qui erat quondã remotissimus à Christo, factus est illi propinquus. D. August. de ciuit. lib. 1. c. 83. 84. 85. & 86. latissimè tractat sublime mysterium hoc, in incestu Thamar cum fecero contineri.

Eph. 2. c. 14.

C 3 *Phares autem genuit Esron.* De filio Phares multa Rabbini antiquissimi suis scriptis mandarunt. Suspicabantur, nescio quia reuelatione, seu traditione maiorum, peccatum finem minimè habiturum, antequã Phares filius nasceretur: & hunc futurum Messiam certo certiùs nonnulli credebãt. Id quod Patriarcha Paulus Burgensis, in suo planè diuino opere de Scripturarum Scrutinio, quod nos nuper in lucẽ mandauimus, in 1. part. dist. 6. cap. 4. Saulo ostendebat dicens: In glossa super Genes. quę dicitur Beresith Rabba, super illud verbum: Hæc sunt generationes cæli & terræ cum crearentur, Gen. 1. Quidam ex antiquis doctoribus, nempè is met Rabba, dicit, quòd res in primordio fuerunt creatæ à Deo, secundum plenitudinem seu perfectionẽ suam, & quan-

Hebræorum traditio de Phares filio.

Paulus Burgen. in Scrut. 1. par. dist. 6. c. 4.

Beresith Rabba.

do peccauit Adã, diminuta sunt & A corrupta naturalia eius, & vlteriùs non erunt reuertentes ad decentem statum, donec veniat filius Phares, de quo sit mentio Ruth vlt. cap. cum dicitur: Iste sunt generationes Phares, per filium autem Phares intelligit Messiam, qui de Phares descendit. Qui quidem Rabbi seu doctor fundat ibidem intentionem suam, in quadam orthographia literali sic. Nam ista dictio, Tholdoth, in Hebraico significat, idem quod generationes in Latino, quæ quidem B dictio, sicut & multæ aliæ consueuerunt in Hebraico scribi dupliciter. Vno modo plenè, & hoc cum inter ponuntur in dictione literæ vocales, quę ad hoc communiter requiruntur. Alio modo scribuntur dictiones diminutæ, & hoc cum inter ponuntur vocales communiter requisitæ. Quo posito, scrutãti sacras scripturas Hebraicas, manifestè pa ret, quòd hæc dictio, Tholdoth, scribitur plenariè solum in duobus locis, quorum vnus locus est cum dicit: Hæc sunt generationes cæli & terræ, quod fuit dictum ante peccatum Adæ. Secundus locus est cum dicitur, Hæ sunt generationes Phares, Ruth. vlt. Iste duæ, Tholdorh, seu generationes, solum scribuntur plænariè cum omnibus vocalibus requisitis. Aliæ verò, Tholdoth, vbi cunq; scribuntur, scribuntur diminutè, quia inqualibet deficit vna litera vocalis, quæ requirebatur ad D hoc, ut esset plenè scripta, vt cum dicitur, Hic est liber generationis Adã, & hæ generationes sunt Noë, & hæ sunt generationes filiorum Noë, Gen. 10. Hæ sũt generationes Sem, Gen. 11. & hæ sunt generationes Isaac, Gen. 25. & sic de cæteris, quæ omnes scribuntur diminutè, præterquam prædictæ duæ. Ex quo concludit doctor prædictus, quod dictum est, scilicet, quòd res humanæ,

Ruth vlt.

Tholdoth generationes significat, quadrupliciter scribitur, plenè & diminutè.

A næ, id est, homo in sui creatione fuit in sua perfectione creatus, & post peccatum diminutus, & sic fuit vsque ad filium Phares, id est Messiam. Hæc omnia D. Paulus Burg. & paulò inferius idem sic ait: Fuerunt etiam alij Rabbini, seu Doctores huic sententiæ conformes. Qui dicunt, quòd omnes patres fuerunt in suburbijs paradysi, ante aduẽtum filij Phares. Suburbium Paradysi, limbum esse dicebant, vbi sancti detinebantur, donec filius Phares in-

B de eos ad Paradysum trãsferret. Manifestum est Rabbinos hæc alluc inanter scripsisse, cum hæc dignitas non Esron filio Phares, sed Christo filio Phares verò Messiæ, assecuta maneat.

Phares autem genuit Esron. Notandum etiam est, quòd omnes hactenus nominati, ab Abraham vsq; ad Esron, nati sunt quidem in terra Canaam. Abraham verò natus fuit in Hur Chaldeorum, vnde à Domino cum esset septuagintaquinq; annorum, sua solita gratia vtens cum eo, C eductus fuit. Ego (inquit) sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Hur Chaldeorum. Misericordiam hanc magnam vti voluit cum eo, è

Gen. 15. b. 7.

pessima illa terra idolis, & peccatis A plena educendo, & in terram Canaam transferendo, ne teneras eius proles, per quas Deus in mundum venire decreuerat, terræ peccatis quoquo pacto inficerentur, immo potius in terram illam quam Dominus Deus illi daturus erat, suis probis moribus institueret, & in pietate educaret. Isaac natus est ibi, & cum filijs & nepotibus descendit in Ægyptum, vt constat ex lib. Genesis, & ibi fuerunt Iudas, Phares, & Esron.

Gen. 21. d. 2.

Gene. 46. b. 12.

Esron autem genuit Aram. Omnes B has generationes, auctoritate veteris Testamenti probare oportet, ac videre & diligenter examinare difficultates, quę sub oriri possunt. De Esron filijs, inuenies in lib. 1. Paral. & Ruth. 4. Verùm si lib. 1. Paralip. cõsideres, inuenies Esron tres filios habuisse tantum, inter quos Aram minimè nominatum inuenies. Ait enim rectus: Filij autem Esron qui nati sunt ei: Ierameil, & Ram, & Calubi. Vbi nullam inuenies mentionem factam de Aram. Sed secun- C dum Hieronymum, idem est Ram & Aram, nam veritas Hebræa habet Aram, qui idem est qui Ram.

1. Lib. 1. Paralip. c. 2. d. 25. Ruth. 4. d. 19

EXPOSITIO.

4 ARAM *Autem genuit, &c.* De hoc quoque inuenies Ruth. 4. & 1. Paralip. c. 2. Hic Aminadab, magni momẽti vir fuit apud Hebræos, adeò vt princeps populi haberetur & esset, & in maximo honore tanquam princeps habitus, vniuersus populus maximos ei

Quis Aminadab fuerit.

D

1. Paralip. 15. c. 10.

1. Reg. 7. c. 1.

deferebat honores. Nã Arca Dei ex Azoto in Gabaa delata, in domũ

Aminadab fuit cũ gaudio deducta, vbi, tanquam in domo dignissima, longo tempore, seuetirate illa quæ antea vtebatur iam depositæ, quieuit. Cum autẽ inde esset deducẽda, plaustrũ nouum, ex domo ipsius Aminadab desumptum est, quo ex Chariatarim in Hierusalem deuecta est. De eo quo q; scribitur, quòd omnibus formidantibus ingressum maris Rubri, ipse primus ingredi

D

Aminadab primus mare rubrũ ingressus fuit.

TEXTVS.

4 ARam autẽ genuit Aminadab: Aminadab autẽ genuit Naasson: Naasson autem genuit Salmon.

C 5 ausus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ausus est, tanquam totius exercitus Israëlitarũ dux, & antisignanus, cũ sua tribu post Moysen, cæteræ deinde tribus constanti & intrepido animo omni timore depositro sequutæ sunt eum. Ad hunc Aminadab referri solet, illud, quod in Canticis dicitur: Turbata est anima mea propter quadrigas Aminadab. Hoc in persona populi Israël, dictum esse, Christopolitanus cõfirmat, & Abulensis in Matth. Ac si populus diceret, Miramur atq; turbamur vehementer, animum intrepidum, & audaciam fortissimam Aminadab cõsiderantes, qui quadrigis suis, curribusq; falcatis, tanto impetu cæteris timentibus, mare rubrum ingredi ausus est. De Ecclesia refert Nicolaus de Lyra. c. 1. in Matth. considerandum enim (inquit) quòd liber Canticorum. Secundum Hebræos, est de Deo, & de Ecclesia Israël per ipsum educta ex Ægypto, & ideò ait: Anima mea conturbauit me, &c. Quia videlicet videntes filij Israël Aminadab præcedentem cum curribus suis, admirati sunt propter eius audaciam, & sequuti sunt eum. Hoc vnum certissimum est, quòd nobilissimi principes Hierosolymis, vectarijs vtebantur, reliqua verò turba asinis tantũ, vt hinc intelligas quantæ nobilitatis Aminadab fuerit, postquã currus ipsius in omnium admiratione erant.

Cãt. 6. d. 11.

Christopolit. in Cant. Abulen. in c. 1. Matth.

B

Sunt tamen qui negent Aminadab egressum fuisse terram Ægypti, immò potius affirmant eum in Ægypto diem clausisse, nam si ageret in viuis, fuisset tribus Iudæ princeps & non Naasson filius ipsius, cũ principatum minimè poterant ante mortem patris filij obtinere, & tamen in principio secundi anni ab exitu de Ægypto, quando numeratus est populus. Naasson filius Aminadab Princeps tribus Iudæ positus est, vt manifestè constat ex Numeris. Verum argumentum hoc minimè conuincit, vt dicamus Aminadab mortuũ fuisse ante egressum filiorum Israël de Ægypto. Poterat quidem fieri, vt credimus factũ fuisse, quòd Aminadab exiret de Ægypto cum magna (vt diximus) potentia ac maiestate Principe digna, & tandem ipso primo anno egressionis populi in deserto moreretur. Atque ita contigit, vt cum populus numeraretur in deserto, nempè secundo anno, principatum Naasson filius ipsius obtineret. Cum autem constet, quòd prima die mensis secundi quando annumeratus est populus, Naasson Israëlitarum esset princeps. manifestè etiam constare poterit, quòd Aminadab potuit superuiuere annum integrũ ab egressu populi de terra Ægypti. Israëlitæ autem egressi sunt de Ægypto in principio anni die decimaquinta mensis. Iste Naasson (vt diximus) fuit constitutus Princeps super Tribum suam, post mortẽ Aminadab, & in Ægypto natus, fuit enim Princeps filiorum Iuda hic Naasson, qui ex mandato Domini Primus tanquam verus populi Iudaici Princeps vexillum, in quo (teste Aben Ezra Hebræo) leonẽ prostemate habebat, quem erexit ad Orientem, cum tabernaculum fœderis per girum ab vniuersis tribus filiorum Israël custodiretur. Exercitus autem eius erat septuaginta quatuor millia virorũ & sexcẽti, qui omnes sub eius vexillo militabant, & ei tanquam Imperatori parebant, & cum in hac dignitate succedisset, erat ætatis ad minus viginti annorum, non enim minoris ætatis, & qui possent ad bella procedere, numerabantur in populo, & mortuus est in deserto. Nullus enim eorum, qui egressi erant de Ægypto, terram Canaam ingredi potuit, nisi Caleph & Iosue, quod intelligendum venit de ipsis, qui in Ægypto nati fuerant. Cum autem Naasson natus fuerit in Ægypto, consequens est vt in deserto vitam finierit.

An Aminadab egressus fuerit de Ægypto.

Exo. 12. f. 51.

Num. 33. f. 3.

Num. 1. d. 5.

Num. 26. d. 58.

Num. 1. d. 47.

C

Naasson autem genuit Salmon. Iste Salmon fuit in deserto genitus, vel etiam fieri potuit, vt nasceretur in Ægypto, atque inde paruulus cum cæteris filiorum Israël turba exiret,

A ob idque cum populus numeraretur, in eorum numero inuentus nõ est, quia vigesimum annum nondum attigerat. Creuit ætate & virtute in deserto, & terrã promissionis fœliciter ingressus est, vbi Raab Iericontinam vxorem accepit, & patre Naasson mortuo, Princeps in tribu Iuda constitutus cum gloria est.

EXPOSITIO.

B 5 SALMON *Autem, &c.* Rahab cum Cananæa esset, ex Iericontina patria, prima Cananæorum ciuitate, & Salmon vnus esset ex Iudaici populi principibus, mirum planè videri debet, quòd is qui primus assertor & legũ rigidissimus exactor tenebatur esse in populo tanquam princeps, legum diuinarũ iura contemnẽs, Cananæã mulierem in vxorem accipiat. Hic (vt cõstat ex libro Iosuæ) matrimonio coniunctus fuit cum meretrice Rahab Cananæa. Prohibitum fuerat in lege ne Hebræi vxores acciperẽt ex paganismo. Et quod adhuc grauius est, Deus grauissimo suo præcepto statuerat, vt septem illas barbaras nationes omninò delerent Israëlitæ: id quod Salmon primus executioni mandare tenebatur. Ideò audacia sanè, principe indigna esse videtur, contra Dei vniuersalem legem Iudæis latam, facere quæ non modo prohibebat, ne vna tribus sese cum alia immisceret, verùm etiã, ne quis cum alienigenis mulieribus auderet se matrimonio coniungere, eamq; potius interficere tenebatur. At si rem benè considerare volumus. Salmon opus quidem fecit principe viro dignissimum, Rahab sibi in vxorem copulando, qua in re nullam planè trãsgressus est legem, quod facilè probare possumus. Nam lex illa quæ à Deo lata fuit, ne quis vxorem de alia Tribu C acciperet, ob id à Deo statuta est, ne bona illarũ tribuum miscerẽtur & confunderentur. Ducendo autem Rahab in vxorẽ, nullius tribus bona confundebantur, cum Rahab nullius esset tribus, ideoq; absq; huius legis trãsgressione, potuit illam Salmon in vxorem accipere.

B

TEXTVS.

5 SAlmõ autem genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Iesse. 6. Iesse autem genuit Dauid Regẽ: Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.

Circa legẽ autẽ illam, qua Deus D præcepit septem illas nationes omninò abolere, contrarium nõ fecit. Rahab enim habuit particulare priuilegium, ne à quoquam interficeretur, ob egregium opus, quod fecerat, hospitio suo Caleph & Iosue exploratores excipiẽdo. Huius rei gratia maximè à D. Paulo commẽdatur ad Heb. 11. & à D. Iacobo c. 2. Ratio autem quare Cananæas mulieres in vxores accipere non licebat,

Rahab priuilegiũ habuit ne à quoquã interficeretur.

Iosue. 2. d. 1.

Heb. 11. f. 21. Iac. 2. d. 25. Exo. 34. b. 16 Deut. 2. & 7

D

Quare Salmõ Rahab Cananeam in vxorem contra legem accepit?

Iosue. 2. d. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bat, ea erat, quia eas occidere tanquam hostes tenebantur. At verò in Rahab hæc ratio locum non habuit, ob priuilegium vitæ ipsi cõcessum: quare liberè potuit eam matrimonio sibi copulare. Est prætereà considerandum, quòd præceptum illud, quo cautum erat, ne quis acciperet vxorem ex gentilitate, sano modo intelligendum venit, videlicet, nisi gentilis illa mulier ad Iudaicam legem, ante quam illam duceret Salmon, cõuersa fuerat. Ideò re vera eam in vxorem accipiendo, nõ modò leges non est transgressus, verùm opus laude lõgè dignissimum effecit. Vnde & Rahab licet meretrix, & gentilis, tamen quia exploratores suscepit, fideli populo insita, & ab occasione erepta, & in super Principi potioris tribus, matrimonio iuncta est. Quæ omnia sanè magnum in se mysterium continere videntur. Nam Gentium Ecclesię imaginem Rahab præsefert, quę fornicaria erat, & à fide aliena. Verũ susceptis exploratoribus, nẽpè Iesv & Apostolis, summo Principi Christo iuncta est matrimonio. Omnesq; tandem qui illius sermonibus crediderunt, symbolo rubri funiculi, hoc est, meritò passionis Christi, seruantur ab exterminatore.

Lex, qua præcipitur ne quis vxorem ex gentilitate accipiat, quomodo sit intelligenda. B

Rahab Ecclesiæ figura fuit. C

Vide D. August. Tom. 8. in Psal. 86. super illa verba: Memor ero Rahab.

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Paginus vir doctissimus, religiosus & pius, nescio quo consilio, qua ve ratione aut auctoritate fretus, harum duarũ fœminarum Rahab & Ruth nomina, ex sacro Euangelij textu, in editione Bibliorum suorum expunxit: cum omnia exẽplaria, Græca pariter & Latina, quæ extant, imò verò Hebraica Matthæi, quæ vulgo circunferuntur, & Syriaca: constantissimè nobiscũ legunt. Salmon genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth. Quã lectionem esse germanam, & incorruptam docent omnia sanctorum Patrum commentaria. A

Paginus Rahab & Ruth in sua editione ex Euãgelio delet, sed non bene. D

Booz autem genuit, &c. Lex lata erat Iudæis, quòd si aliquis vxoratus sine liberis discederet è vita, frater, seu is, qui sangine magis defuncto coniunctus erat, viduam in vxorem acciperet, ad suscitandum semen defuncti fratris. Filij verò qui ex secundo marito nascebantur, naturales eius filij dicebantur, & erãt: mariti autem iam vita functi, legales filij nũcupabantur ex lege. Ruth nupserat viro nomine Elimelech sanguine coniuncto Booz, qui cum sine liberis decessisset, Booz eam in vxorem accepit. Ruth verò Moabita erat, quæ relicta gentilitate ad Iudaismum est cõuersa. Booz autem cum ditissimus opibus, & genere inclitus esset, quo obsecro animo potuit, pauperculam mulierem, ipsamq; Moabitidem in vxorem admittere? Prohibitum enim Moabitis à Deo fuerat, ne Ecclesiam intrare auderent. Amonites & Moabites etiam post decimam generationem (ait lex) non intrabunt Ecclesiã Domini in ęternum. Et Nehemias cum mandatum hoc in volumine Mosis legeretur, mulieres alienigenas eijcere præcepit, ne viri Israëlitici populi contaminarentur. Ratio autem quare alienigenę mulieres Ecclesiã ingredi prohibitæ fuerunt, ea est, quia filijs Israel succurere noluerunt, immò potius conduxerunt Balam ad maledicendum populo Dei, ideò exsecrabili odio Israëlitæ prosequebãtur Moabitides mulieres. Si ergo tã internicidio odio illas prosequebãtur, quare Booz Ruth Moabitidem in vxorem accepit? Respõsio in prõptu est, dicendo: quòd lex illa lata fuit in mulieres alienigenas quæ Iudaismo contrariæ erant: verùm mulieres illę, quæ ad Iudaismũ serio

Deut. 23.

Ruth. 1.

Ruth. 4.

Deut. 23. & 2.

Esdr. 13.

Quare mulieres alienigenæ Ecclesiæ ingredi prohibentur.

Isa. 16. d. 2.

A serio conuertebantur, non sub hac lege comprehendi posse certissimũ erat. Ruth quidẽ licet genere Moabitarũ erat, ad Iudaismũ serio conuersa fuit, postquam propria relicta patria, cum nuru sua ad patriã Bethleemiticam, vbi Booz habitabat, lubens venerat. Ideò Booz explorata eius fide, cum animi candore coniuncta, illam in vxorem lętãter accepit. Id quod Deus sic disposuerat, ob mysterium magnum in hoc matrimonio latentem. Ruth enim non solum alienigena mulier
B erat, verum ad extremam pauperta tem redacta colligendo spicas victũ misere quæritabat. At verò Booz ille inclitus & diues, nec ob gẽtis impietatem, nec ob insignem pauperiem aflictę mulieris, eam abominatus est, sed potius matrimonio stabili illam sibi coniungere decreuit. Id quod factum fuit, vt illius excellẽtissimi matrimonij, Christi & Ecclesiæ expræssam rederet imaginẽ. Extranea quidem Ecclesia gẽtium erat, & à testamenti promissionibus aliena, nẽcnon omnium bonorum egestate oppressa, quæ nullam
C sibi spem nisi in Deo ipso habere poterat. At verò opulentissimus Dominus, diues in omnes qui inuocant illum, sacratissimo suo connubio eam sibi copulare dignatus fuit. Et sic tandem de Ruth Moabitide Christus descendere non dedignatus est, vt sic Isaiæ precibus immò omnium patrum votis assisteret: Emitte (inquit) agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deserti, &c. Ac si dicat: Emitte
D sacro agnum illum, quem speramus omnia mundi peccata ablaturum. De petra deserti, id est, de vrbe Moabitica, quam in petram deserti redactam videmus & omninò destructam & desertam. Quare obsecro ex hac clade Ruth eximis, nisi vt per illam ad nõs venire non dubi

Ruth ad Iudaismum fuit conuersa.

Booz vxorẽ Ruth accipiẽdo matrimonij Christi & Ecclesiæ figura fuit.

tares? Emitte ergo Agnum ad mon A
tem filię Syon, nempè in Iudæã, quatenus à tantis mãlis in libertatẽ vindicemur. Item de petra, hoc est de gentibus, quæ petra dicuntur, eo quòd idola coluerint. Dicũtur etiã desertum, quia à fide deserti sine lege viuebant.

Grauissimum sanè dubium inter Doctores versatur, circa tempora, in quibus hæc duo matrimonia, nẽpè, Rahab cũ Salmone, & Ruth cũ Booz contracta fuere. Nam Rahab Ierichuntina Salmonis vxor, tempore & ætate Iosue vixit, Ruth verò vixisse creditur, tempore Elon aut (vt alijs placet summi Sacerdotis Eli. Secundum eos, qui hæc tempora artissimè calculantur, anni ducenti septuaginta sex lapsi sunt. Nã alij trecentos viginti quinque exactos esse annos, non omninò improbabiliter contendunt. Si hæc ita se habent, quo pacto Booz, Salmonẽ ex Rahab genitũ, tot annis elapsis, propagare, & gignere potuit Obed
C ex Ruth? Theophilatus hac difficultate victus asserit, aliam esse hanc Rahab, ab illa Ierichuntide: & aliũ Salmonẽ, ab illo qui fuit princeps tribus Iudæ sub Iosue. Lyranus verò & quidam alij censent, Booz (cuius hîc & Luc. 3. nomẽ collocatum est, qui genuit Obed ex Ruth Moabitide) non esse filium, sed ab nepotem Salmonis, qui coniugẽ habuit Rahab. Intermittit verò tres alios intermedios, tam hîc, quam in Para
D lipomenis historia: quòd eodem nomine omnes appellentur, scilicet Booz. Abulensis vir doctissimus, quæst. 14. in hunc locum affirmat, neminem intermedium, siue hîc, siue in Luca, siue in Paralipomenis lib. relinqui. Sed verè Booz, non ab nepotem, sed filium esse Salmonis: quem à Rahab Ierichuntide coniugio suscepit. Historiam verò Ruth, non temporibus Heli Sacerdotis,

Quo tempore Rahab cũ Salmone, & Ruth cum Booz matrimonio iunxerũt. B

Theophil. in Matth.

Lyra in Matthæ.

Abulens. in Matth. q. 14.

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nec Elon, iudicis Hebræorum, ed tempestate Gedeonis, aut certè Barach, accidisse constat. Exactissima verò, & diligenti annorum, & temporum supputatione facta ostēdit, potuisse Booz & Obed, cum essent longeui, & solito viuatiores: quibusq; cruda adeò, viridisq; senectus contigisset: in vltima senectute filios procreare. Nam Abrahæ centenario natus est filius, & Massinissa Numidarū Rex anno ætatis 86. genuit filium. Vtriq; aptè nostro
B iudicio, discordiam componūt. Sed Abulensis aptius, si illis ad vnguem tempora consentiant, atq; respondeant, quem fermè sequutus est Caietanus. Chronicon Hebræum, q

Caietanus in Matth.

Seder Olam Zutha dicitur, vnum tantū Booz filium Salmō assignat.

Sunt qui tradant Deum Optimū Maximum. Num. 25. cum Madianitas supplicio affecisset, Moabitis peperciſſe, quòd ex eorum sobole & posteritate, secundum carnem, per Ruth Christus esset oriturus.

Deus Moabitis pepercit, videns Christū per Ruth Moabitidem oriturum.

C *Obed autem genuit Iesse: Obed, &c.* In veteri Testamēto pater Dauid Isai vocatus fuit, nūc verò D. Matthęus Iesse illum compellare nō dubitat. Idem enim est, dicere Isai & Iesse, non quòd binomius sit, quia idē nomen est: nam Hebręi sua puncta seruando, Isai aut Iesse vocant. Septuaginta autem interpretes Græci paulum puncta variando semper Iesse verterunt. Vbi cōsiderare oportet, quòd vnum idemq; nomen diuersis rationibus à diuersis compel
D latus fuit. Isai & Naas dictus à Iudæis fuit, vt patet. 2. Reg. 17. verùm hoc nomine vocatus fuerat ab emulis suis, opprobrij, ignominiæ, atq; summæ contumeliæ gratia. Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai? 3. Reg. 12. d. 16. Ac si loco summæ iniuriæ eum exprobrare voluissent, quòd ex gētibus Chananæis, scilicet, ac Moabitis genus

3. Reg. 12. d. 16.

duceret. Non minus turpe id olim A
inter Hebræos fuit, quam inter nostros hodie est, ex Hebræorum aut Mahometanorum genere originē ducere. At verò D. Matthæus loco summi honoris illū Iesse nominat, quatenus ad Isaiæ Prophetiā. c. 11. verè intelligendam Iudæos excitaret. Sic enim Propheta ait: Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet: & Erit radix Iesse, &c. Vt ergo exprimeret Euāgelista & quasi digito demōstraret mysterium incarnationis Christi, anti
quis vaticinijs cōsonare, Iesse illum B
vocat. Hic Iesse qui incendium propter virtutis calorem significat, radicem in manu tenēs, sui caloris efficacia efficiet, vt ex illa radice virgam & florem procedentem breui tempore videant, & supra modum mirentur. Virga, radix, flos, figuratè sumuntur etiam ab ipsis Iudæis. Metaphora quidem videtur sumpta ab arboribus excisis tantum, & non funditùs erradicatis. Nam vox Hebræa, Geza, quam noster interpres priori loco radicem vertit, trū C
cum significat, id est, partem arboris, quæ ramis truncatis superstat. Sensus huiusmodi est. Ex stirpe virga nascetur, & ex virga eadem postea nascetur flos, id est, ex paruis reliquijs regni Iudaici, seu gentis Iudaicæ, quæ olim quidē fuere arbor, nempè ante Babylonicam captiuitatem, nunc autem Hierusalem destructa ac deuastata, stirps tantum videtur sine aliqua spe vlteriùs fructificandi. Nō tamen Iudaicus populus desponeat animo: nam nas- D
cetur ex trunco virga, & ex illa flos splēdidissimus egredietur: ac si manifestiùs hac insigni metaphora dicere voluisset. Nascetur puella, & ex illa nascetur Christus. Ita fere omnes cōmentarij Sanctorum Patrum exponunt, Augustin. tom. 10. serm. 3. de Tempore. Chryss. tom. 1.

Isai. 11. b.

Quare Virgo dicitur Isai.

Radix quæ sit.

Isai. 9. a. 4.

Num. 24. c. 17.

Chaldeus paraphrastes.

Radix regno Iudaico assimilatur.

Genes. 47. g. 32.

in

A in expositione Psal. 22. Hom. 116. Ambros. de institutione Virg. c. 9.

Certum quidem est, Prophetam hoc in loco de Christo nascituro vaticinari voluisse, verùm an hoc ordine vt primū meminerit virginis, sub nomine virgæ, & deinde Christi sub nomine floris, hoc nō est ita certum. Virgæ quidem vocabulū, quòd fruticem seu arbusculum tenerem exponunt, recte Virginem Mariam significari putant. Ita quo
Num. 17. c. 8. B que Num. c. 17. vbi inuenit Moses virgam Aarō germinasse fruticem, significat, vbi talis significatio habetur, qualem faciunt commētarij, qui ad Virginem referunt. Nā fruticis est germinare & nō baculi, pro vt vox Hebræa, Geza, significat, cuius sensus Germanus hic est: Nascetur aliquis ex ista radice cum sceptro regali, aut pedo pastorali. Talē etiam significationem habet Isai, cum dicit: Virgam humeri eius & sceptrum, &c. Id est faces imperiales & imperium. Sic Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël, &c. quo loco, virga est rursum sceptrum regale. Paraphrastes etiam Caldæus in hac significatione accipit, nempè de Christo. Atq; ita vterq; locus, scilicet & virgæ, & floris, primo & immediatè pertinet ad Messiam. Hæc est eius Paraphrasis. Exibit rex de filijs Israēli, & Messias de filijs filiorū eius, cuncta simpliciter referens, quæ figuratè dixerat Propheta. Videas
D quam graue mysteriū includat Euāgelista dicens, *Obed autem genuit Iesse*, indicando Euangelium cum Prophetis cōuenire, & ostendere voluisse per virgam, imperium & supremam Christi gubernationē intelligi debere. Hęc est illa virga, quā Iacob in spiritu vidēs, iam iam moriturus, adorauit. Adorauit Israël super summitatem virgæ eius. Sic enim apud Septuaginta interpretes legitur: qua in re cordatissimo A
fatebatur dignitatem, & imperium supremum, quod Christus in cælo & in terra habiturus erat; quem, cū iam oculis corporeis videre non poterat, absens ac si præsens fuisset, summitatem virgæ adorauit, & suo suorumq; natorum ac totius posteritatis nomine, fidelem ei præstitit obedientiam. Idq; D. Paulus sit intelligens ait: Fide Iacob fastigium virgæ adorauit. Fide (inquit) quia per virgam illam quam in spiritu vidit, sceptrū regni super vniuersum B
orbem, Satanæ imperio deuicto, cōtemplabatur & fatebatur. Per fastigium verò huius sceptri, Christum verum Messiam patribus promissum, quem futurum Regni Iudæorum caput, constantissima fide credebat ac adorabat, & Diuinos illi impendendos honores facto ostendebat.

Heb. 11. d. 21.

6 *Iesse autem genuit Dauid Regem.* Iesse nobilissimus Bethleemitarum ciuium postremum suorum natorū
C genuit Dauidem, qui quamuis vltimus fratrumq; minimus, electione Diuina omnium maior fuit & maximis à Deo euectus honoribus, nō modo Regem illum populo suo cōstituendo & Samuelem Prophetam ad vngendum eum in Regem mittēdo, sed multis gratiæ donis condecorando. Hic quò magis pasciētiæ, constantiæ, atq; humilitatis dona à Deo sibi data declaret, multa, eaq; grauissima mala, à Saule intrepidè constantiq́ue animo perpessus est. D
Hic tanto deuotionis in Deum feruore accensus fuit, vt nihil magis in votis haberet, quam templum Deo ædificare, ideò dicebat: Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in locū strati mei, &c. Donec inueniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob. Templum tandem ædificare incepit: & vt de eo multa omittamus, fac nobis esse de-

Dauid, omnibus fratribus electione, & multorum dominorū cum multo maior fuit.

Psal. 131. a. 3.

bet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet testimonium glorioſum, quod de illo Deus perhibuit dicens: Inueni virum ſecũdum cor meum. Hic in hac genealogia ſolus Regis nomine condecoratur (vt obſeruat Lyranus) licet ante eum Saul hanc dignitatem aſſecutus fuerit, & poſt eum plures alij Reges extiterint. At Dauid fuit primus electus in Regem, ſecundum Diuinum beneplacitum. Nã Saul in furore datus eſt tumultuanti populo. Nec enim tam faciunt Regem ſceptra & coronæ, quam illarum rerũ ſignificationes: nimirum, vt ſit pietate, iuſtitia, & victæ ſanctimonia inſignis. Felix ille Rex, qui nõ ex ſuę voluntatis temerario decreto, ſed Dei oraculo omnia, quæ ad Regni ſui gubernacula in pace & iuſtitia, ea ſeruando, ordinare ſtudet.

Lyra in ſilo loco.

Dauid Rex vocatur, vt oſtendat promiſſionẽ Geneſ.17. factã, adimpletam.

Dauid Regem. Additur dignitatis nomen, quia primus erat Regum à Deo Abrahæ per Iſaac promiſſum Gen.17. Reges populorum oriẽtur ex te. Iam enim in Dauid oſtendit promiſſionem hanc eſſe adimpletam. Poſſuit eriã Matthæus hoc ſupræmæ dignitatis nomen, vt oſtenderet Dauid figuram geſſiſſe fœliciſſimi illius Regni, quod per Chriſtũ erat ſtatuẽdum. Regnum ſiquidem Dauidis, tanquam in vmbra & figura in ipſo erat, in Chriſto autem, in re & veritate cõſiſtebat. Chriſtum quidem Regem fu urum, eumq; talem ac tantę potentię, vt non modo populi ſui vnicum aſſertorẽ & gubernatorẽ agat, verùm qui omnia, quantumuis ardua & difficillima, propria virtute deuincat, & vniuerſa, quãtumuis deplorata ſint, in fœliciſſimum ſtatũ reſtituat. Id quod nobis ſcripturæ ſacræ paſſim oſtendunt. Nam per eum (teſte Paulo) inſtaurantur omnia, quæ in cæli atq; in terra ſunt. Hinc quoq; per Hieremiam (ait Dominus): Ecce Dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus Iuſtus noſter. Hoc quidem Dauid minimè cõuenire vnquam potuit. Nã alia tranſlatio ſic habet. Vocabunt eũ Dominus iuſtitia noſtra. Quod de Chriſto Dei filio tantum dici poteſt. Ezechiel quoq; id ipſum teſtatur dicẽs: Ecce ego aſſumam Iſraël de medio nationum, &c. & faciam eos in gentem vnam, & Rex vnus erit ſuper eos, &c. & ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, &c. Et Hieremias ſic ait: Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, conteram iugũ eius de collo tuo & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur eis amplius alieni. Sed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo, quẽ ſuſcitabo eis. Vt ergo promiſſiones has omnes de Dauid factas, in Chriſto eſſe impletas videamus, audi Angelum ad Deiparam virginẽ dicentem de Chriſto. Hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Hoc D. Matth. indicare voluit ipſum Dauidẽ pluſquam cæteros Reges, quos in genealogia Chriſti deſcribit, Regni dignitate notando.

Regnum Dauid fuit ei in vmbra, Chriſto verò in re.

Epheſ.1.b.10.

Hiere.23.d.5. & 30.b.33 c.

Ezech.21.ſ.

Hiere.3.

Eſt prætered notandum, quòd D. Lucas à Dauide vſq; ad Abraham conuenit cum Matthæo. Inde autẽ Matthæus per Salomonem, alioſq; Reges progreditur. Lucas verò non per Salomonem, ſed per Nathan, etiam Dauidis filium generationes texit, quòd nullam adfert inconuenientiam, quia Euangeliſtarum intentio ſola fuit genealogiam oſtendere, per quem à Dauid deſcendebat, nulla habita ratione, tanquã parum ad rem agens, ſiue per Salomonem, ſiue per Nathan deſcenderet, cum ad rationem fidei ſolum pertineat credere, Chriſtum à Dauid originem trahere.

Geneſ.3.b.15.

Chriſtum velle de peccatoribus originẽ trahere, exinanitionis ipſius initium fuit.

Item eſt cõſiderandum, quòd D. Lucas, Chriſtum communem omnibus gentibus oſtẽdere volẽs, eius generationem vſq; ad Adam deduxit: quia de eius ſemine dictum erat ſerpenti, quòd cõtriturum erat eius caput, ideò oſtendit Chriſtum ſemen benedictum ab Adam deſcendiſſe, nec de alio ſemine diuinã promiſſionem intelligere poterat, eſſe adimplendam.

Ex ea, quæ fuit Vriæ. Nẽpè per adulterium. Hoc opprobrium videlicèt, quòd tales haberet progenitores, homicidas, adulteros, idolatras, &c. initium & cauſa exinanitionis fuit Chriſti, qui nihil de fœditate noſtra ab horrens, ita ſe ſe dimiſit ad ferenda noſtra peccata: vt cum ſit ipſemet Deus puriſſimus actus, cui nulla labes peccati inficere potuit: nã (teſte Iſai.) gloria Libani data eſt ei, Decor Carmeli & Seron. Qui talem pulchritudinem habet, quomodo peccatum habere poterit? argumentantur Philoſophi aduerſus Paulum dicentem. Qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit: primum fatemur, ſecundum omnino negamus. Videlicèt pro nobis peccatum fecit. Qui hoc facere filius Dei poterat? Reſpondeat Paulus, myſterium ediſerens. Ait enim: Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Id quod ſummè ſolatur peccatores. Quãto enim ſe magis humiliauit, tanto maiori cum fiducia accedere poſſumus ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam inueniamus.

Iſal.35.d.2.

Chriſtus peccare non poterat.

Anſel.lib.2.de Matth. De iuſtis ex peccatoribus naſcitur Chriſtus, vt legem impleret.

Naſcitur autem Dominus de iuſtis & peccatoribus, iuxta id, quod Moyſi præceperat, nempè, agnum immolandum ſumi deberi de grege ouium & caprarum, qua in re ſignifi-

Quare Bethſabee in Euangelio nõ nominatur.

Prima ratio.

Secũda ratio.

D. Thom.3.p. q.31.art.3. ad 5.

Tertia ratio.

Theophilact. in Matth.

Quarta ratio.

Peccatores nominari in ſcriptura ſacra indignus.

Dauid ob peccata à diuina promiſſione non fuit priuatus.

Pſal.50.

care volebat, Chriſtum agnum immaculatum in cruce immolandum, naſci debere de iuſtorum atq; peccatorum propagine.

Illud etiam ad notandũ, quòd dicendo ex ea, quæ fuit Vriæ, maluit hac vti paraphraſi, quam proprio nomine dicere Bethſabee, ſiue quòd ipſa res notior eſſet ipſo mulieris nomine, vel vt ipſa tangeretur & ad peccati cognitionem veniret, nam fuit adultera & homicidij conſciatum etiam, vt nominato viro, peccatum Dauidis ad memoriam reuocaretur. Vide D. Thom. 3. part. q. 31. artic. 3. ad 5. ſiue etiam quòd ad myſterium Chriſti & Eccleſiæ pertinebat eius facti refricuiſſe memoriã. Poſſumus etiam dicere cum Theophilato, quòd Bethſabee adulterio & homicidio perpetrato, Dauid Regi genuit filium, quæ ob peccati fœditatem indigna fuit nominari in ſaluatoris genealogia. Nec memor (inquit Dauid) ero nominum eorum per labia mea, ita quoque Matthæus noluit nominis illius mẽtionem facere. Nominauit tamẽ ipſum Dauid, qui vtrumq; peccatum commiſerat; ne quis arbitraretur eum propter peccatum à promiſſione ſibi facta excidiſſe. Hanc ob cauſam putant nonnulli in Pſal. 50. vbi ſuum peccatum miſere deplorat, dixiſſe: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & pincas cum iudicaris. Iuſtus vtique fuit Dominus, dum Dauidi promiſſa ſeruauit. Nam cum homines arbitrarentur Deum ei adempturum benedictionem, ob inſignem tamen pœnitentiam, id quod pollicitus eſt ei, præſtitit: ne poſt hac de Dei miſericordia diffidamus, licet peccatis grauiſſimis onuſti inueniamur.

Quatuor mulieres peccatrices Euãgelium notat.

Hic quoq; cũ Euthymio in proœmio Matth. conſiderare oportet, ꝙ nõ abſre D. Matthæus quatuor mulieres peccatrices in hac Chriſti genealogia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nealogia adfert, nēpè Thamar quæ illicitè nupta erat, vt pote socero suo coniuncta: Raab autē meretrix erat, Ruth alienigena, vxor Vriæ adultera, quēadmodum ipsarū docent historię. Adduxit autem eas in medium, vt manifestū fieret, Christum non erubuisse ab huiusmodi descendere progenitoribus, quorū vnus quidem ex illicitè nupta natus erat, ille verò ab adultera. Nec enim virtuti dedito, nocet progenitorū iniquitas. Quisq; enim ex proprijs operibus, nō alienis, probus iudicatur aut improbus. Nō ob id venit, Christus vt nostra fugaret approbria, sed vt ea susciperet, suisq; virtutibus perimeret. Vt medicus nāq; aduenit Christus, nō vt iudex. A

Aliam etiā possumus assignare rationē. Nā Iudæi, virtutis, quæ circa animū versatur, nulla habita cura, de progenitoribus plurimū gloriabantur. Reprimit tumorē ipsorum, ostendens etiam illos ex illegitimis natos nuptijs, ob hanc causam fratrum Iudæ meminit. Quatuor enim ipsorum ab ancillis Iacōb nati sunt, & tamen nuli eorum, generis differentia obfuit, omnes namque similiter Patriarchæ fuerunt, & capita tribuum. Hæc ille. Etiam hinc disces, quòd non facilè contemnere licet eos, quos ab iniquitate discedere, & ad virtutem serio accedere videmus. B

Iudæi de genitoribus gloriabā

Progenitorū iniquitas bonis nocere nō poterit.

EXPOSITIO.

Salomon supernaturalē à Deo scientiam habuit.

7 SALOMON Omnium Regum fœliciſsimus fuit, in initijs Regni ipsius. Omnes in primis sapientia excellebat, fuit enim ipsi super naturaliter sapientia à Deo vna nocte cō cessa, qua posset facilè vniuersum gubernare Regnum. Fuit etiam cæteris longè potentior, armorū, æquorum, famulorumque multitudine, quibus facilè hostes omnes superare poterat. Sed & diuitijs vniuersos Reges Israël, qui ante & post ipsum fuerāt excellebat. Auri enim & argenti, immensos thesauros, mira facilitate colligebat. Præcessi (inquit ipse) diuitijs omnes Reges, qui fuerunt ante me in Israël. Et si ornatum cultumq; Regium, in apparatu domestico, atq; in ordine ministrorum desideres, in eo supra omnes inuenire licet, adeò vt Regina Sabba, audita eius fama, ad eum, suis omnibus in proprio Regno relictis, properaret, quę cūcta attentissimè prospiciens, adeò mirata fuit, vt præ stupore nō maneret spiritus in ea. Sed, proh dolor, omnia ista illi in senectute pericrunt, nam stultō mulierum amore deceptus, propter eas idola coluit, idolisq; templa fabricauit. Habuit quidem vxores ex omnibus gētibus quam plurimas, adeò vt septuaginta vxores quasi Reginæ ipsi fuerint, concubinæ verò trescentæ. An verò postea dolore peccati tactus, pœnitētiam egerit, veniamq; delictorum consequutus fuerit, ad huc sub iudice lis est. Malem certè cum D. Hieronymo ipsum (si possem) saluare quā cum

3. Reg. 10.

3. Reg. 11.

TEXTVS.

7 SAlomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Asa. 8. Asa autem genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam.

3. Pardlip. 1.

3. Reg. 4. & 10.

2. Paralip. 8.

3. Reg. 9. & 10.

Eccles. 2.

A cum multis secus iudicare. Cum autem non sit præsentis speculationis quæstionē hanc tractare omissam illam faciamus.

Salomon autem genuit Roboam. D. Hieronymus in Epistola ad Vitalem contēdit, Salomonem vndecim tantum annos natum genuisse Roboam. Non legimus alium filium Salomonem accepisse, præter hunc, licet quam plurimas habuerit vxores. Filias autem duas legimus habuisse, quas duobus præpositis suis tradidisse, Regum historia docet. Iste autem Roboam nimia superbia inflatus, maximam Regni partem meritò amisit. Nam Regnum illud Israëliticum, quod in auo & in patre gloriosum fuerat, duodecim tribus in se continentem ob nimiam superbiam ipsius, sic diuisum fuit, vt duæ tribus tantum, scilicet Iuda & Beniamin ipsi remanserint. Et nisi Dauidis merita intercessissent apud ipsum Deum, iam pridem Regnum de manu eius, atq; de manu Salomonis trāslatum fuisset: vt ex libris Regum constat. Decem itaq; tribus transierunt ad Ieroboā, qui vnus ex seruis Salomonis fuit. Cōtra quem Roboam pugnare, nec non contra decem tribus coactus fuit, vt eos ad se vi reduceret. At verò frustra omnis eius labor impensus fuit, Deo sic ordinante & disponēte, qui bella ei prohibuit dicens, voluntate sua factum fuisse, vt tribus decem ab ipso discederent & desciscerent. Hic manifestè videmus ob iuuenum superbiam si in potestate constituantur, etiam Regna quantumuis potentissima discindi, & in præcipitium ire. Regnorum ergo successores videant, quāta cum maturitate ac prudētia Regnorum suorum in augurationem faciant, ne à suo statu breui miserè prolabantur.

Hiero. in Epistola ad Vitalem.

3 Reg. 4.

Roboam ob nimiam superbiam decem tribus amisit.

B

C

D

3. Reg. 11. & 12.

3. Reg. 11. b. 8.

2. Paralip. 11. a. 4.

Iuuenum superbia quanta vitia pariat.

7 *Roboam autem genuit Abiam.* Abias nisi tribus annis Regnum possedisse legimus, quibus sese adeò animosum gessit, vt bella grauissima contra Ieroboam habuerit, & tandem in vno bello, vbi quinquaginta millia fortissimorum virorum ex Israël coniuncti fuerunt, ipse Ieroboam interijt: vt constat ex 2. Paralipomenon cap. 13. Non quidem potuit Regni sui mala extirpare, tempore enim Regni eius, & patris sui Roboam idola in Regno Iudæ colebantur: vt patet. 3. Reg. 14. & 15. A

Abias autem genuit Asa. Asa longè excellentioris virtutis quam Abias eius pater fuit. Nam cor eius adeò rectum erat apud Deum, vt idola vniuersa de terra delerit, & effeminatos impiosque homines, qui suo tempore peccatis & sceleribus addicti terram infecerant, è medio subtulisse. 3. Regum. 15. narrat historia. Hic quoque Asa varia contra Ethiopes exercuit bella, in quibus à Deo validissimum auxilium expertus est. Obidque Dominum Deum summo prosequebatur honore: vt ex. 2. Paralipomenon cap. 14. & 15. manifestum est. Verùm enimverò sub finem vitę ipsius cum Basa Rex Israël contra illum exercitum mouisset, quando maiori cum ferbore, animique submissione Deum ipsum obsequi debuerat, tunc omnem vitæ candorem, animique deuotionem, & amorem erga Deum amittens, non ad eum conuersus est, sed spem omnem suam, in homines collocare cœpit, & à Rege Syriæ auxilium implorauit. Ideoque Prophetam Hanani, qui ex parte Dei, ad eum venerat, vt cum ad saniorem mentem reuocaret, & verbis pietate plenis cū eo habitis, loco gratitudinis in carcerem Prophetam coniecit, & cum tandem graui podagræ morbo laboraret, ad Dominum minimè B

2. Paralip. 13. & 1. 2. 3.

3. Reg. 14. & 15.

Asa idola sua bstulit & impios profligauit.

2. Paral. 14. & 15. per totum.

2. Paralip. 16. per totū cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nimè reuersus est, sed medicorum industriæ sese totum commisit, & prodagia illa crudeli tandem consumptus interijt. In quo sanum relinquitur nobis exemplum, ne ad hominum potentiam, aut artem, etiam in quauis necessitate positi, prius, aut potius quam ad Deum, confugiamus. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius (inquit Christus) & tunc omnia adijcientur vobis: Querite & accipietis, pulsate & apperietur vobis. Alioquin, vt dicitur Hiere. 17. Maledictus qui cõfidit in homine & ponit carnem brachium suum.

Matth. 6. d. 33.

Hierem. 17. B

Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat meritò gloria excelluit suũ patrẽ Asa, eo quòd Dominum Deum in toto corde suo coluerit. Ideò ab vniuersis Regibus in circuitu ipsius habitantibus, tanti habitus fuit, vt eorum nemo bellum contra ipsum vnquam ausus fuerit excitare, vt sacra nobis narrat historia. 2. Paralipomen. 17. eo quòd tanto zelo Dei accensus idola destruxerit, & varios prædicatores per vniuersam Iudæam miserit, qui in sana doctrina populos instituerent. Hæc propria Regum officia sunt, mala delere, & in sana doctrina Regna continere. Nota tamen grauissima non caruit, quòd cum pessimo Achab rege Israël amicitiam inierit, ideòq; ipsum, cum prælium contra Assyrios committeret, commitatus est. Parum quidem affuit, vt Iosaphat temeratiæ audatiæ pœnas meritas daret. Nam cum Assyrij pugnarent, in Ramoth Galaath, tota vis exercitus versa est in Iosaphat, putantes eum, quem armis potentem viderant, Achab Regem Israël esse. At in illo conflictu ad Dominum Deum confugiens, potenti ipsius Dei virtute, de manu Assyriorum liberatum esse habemus. 2. Paralipomen. cap. 18. Aduersus hunc Iosaphat, validissimi exercitus, Moabitarum, Amonitarum, & Idumæorum insurrexerunt, contra quos minimè ausus est Iosaphat exire, sciebat enim longe eo fortiores & validiores esse. Verùm cum ipsi grauiter eum infœstarẽt, ad Dominum Deum confugiẽs, ipsius auxilium humili, feruentique oratione postulauit. Cuius preces Deus exaudiens, Prophetam ad eum misit, qui victoriam certam promitteret, eo quòd Deus fortis, acriter pro ipso pugnaturus esset. Hac ergo pollicitatione audatior factus, hostes animosus agreditur, & cum Leuitæ, quos secum detulerat, Domino Deo laudes decantarent, hostes ipsius qui in diuersis locis, diuisi erant, insurrexerunt ad inuicem. (Deo nimio terrore ipsos infatuante,) & mutua sese cede trucidarunt, adeò vt illorum, nec vnus quidem in vita maneret. Iosaphat verò, miraculo victoriæ partæ, ex C expolijs ipsorum collectis ditatus est supra modum.

A *Iosaphat grauissimas hostium copias pertudit.*

B *Iosaphat Deum sibi confisus victoriã obtinuit.*

2. Paral. 17. C

2. Paral. 18. per totũ cap.

Ex hac historia colliges damna grauissima, quę sibi ascisount ij, qui cum prauis hominibus amicitias iunt. Iosaphat enim alioquin pius, parum affuit, vt grauissimas pœnas lueret, ob amicitias, quas cum Rege Achab contraxit, id quod ostendit bellum contra Assyrios propter ipsius amicitiam susceptũ, in quo ocubuisset, nisi Deus sua potentissima manu ipsum liberasset, Vides etiam ex hac historia orationis vim atque potentiam, quæ talis certè fuit tantæque virtutis, vt Moabitarum, Amonitarum, atque Idumæorum munitissimos exercitus, potenti virtute postrauerit. Hinc quoque discant Reges, vim & virtutem copiosissimorum exercituum, quos tam magnis expensis parant, ita vt ciuitates & opida adeoq; Regna omnia exhauriant, non

Mala grauissima quæ conferunt Iosaphat cum Achab fecere.

Orationis potentia ostenditur in Iosaphat.

Non in armorum potẽtia, sed in virtute orationis, victorias maximas reportare Reges poterunt.

A non in virtute & præstantia militum aut armorum consistere, sed in virtute potius Leuitarum & Sacerdotum, qui vi ac virtute piarum precum & orationum instantia, ad uersus hostes præliari nouerunt, & victorias maximas cum gloria reportare.

Ioram in grauissima flagitia irruit, eo quod Athaliã sibi in vxorẽ copulauit.

B

Iosaphat autem genuit Ioram. Hic Ioram cognita amicitia, quã pater ipsius Iosaphat cum Achab rege Israël habuit, Athaliam eius & Iezabelis filiam in vxorem suscepit. Vnde factum est, vt in omnium malorum lernam Israël misere deueniret, induxit enim in Hierusalem fornicationes Iezabelis & impietates Achab & Athalia: parentum vestigia secuta, virum suum Ioram ad idololatriã induxit, ad vniuersaq; vitia atq; flagitiosissima peccata pertraxit. Deus verò, qui eiusmodi facinora, impunita ire nequaquam patitur, efecit, vt regnũ Idumæorum amitteret, id quod non sine magna iactura passus est. Nam ab eo tempore quo Dauid eos sibi subiecerat, atque tributarios fecerat, vt patet. 2. Regum. 8. semper sub Iudææ regno manserant, arque Iosaphat ipsius pater eos maximè sibi subiecerat. Verùm cum Idumęi animum Ioram vilissimum agnoscerent, ipsi sese reuellare ausi planè sunt, nec amplius in pristinam subiectionem redire voluerunt, vt constat ex. 4. Regum. c. 8. & 2. Paralipome. c. 21. Hic quoque Ioram omnium pessimus fratricida fuit, omnes enim suos fratres, timens ne ipsius regnũ inuaderent, crudeliter cum multis regni primarijs occidit. Fratrũ autem cede fœdatus regnum vitijs, atque grauissimis peccatis occupatum habuit. Contra quem Philistini, atque Arabes surrexerunt, eiusque Regnum funditus deuastarunt, nisi minimus ei relictus fuisset filius. Quitãdem post tot clades

Ioram Idumæorũ Regnum amisit. C

4. Reg. 8 f. 20. 2. Paral. 21. 4.

D

atque miserias, pessime aluilãguo A re consumptus est, & digna supplicia exsoluit. Vti ex. 2. Paralip. c. 21. habemus. In hoc Rege Ioram, quasi in speculo licet videre multa, quę non modo reges sed gregarios etiã homines ad magnam cautelam prouocare possunt. Videmus in primis aprobis parentibus filios degeneres effici si cum impijs consuetudinem & familiaritatem habeãt. Corrumpunt enim prauos mores colloquia & consortia prauã. Ab hoc etiam quisque adiscat, cui mulieri B filium in virum collocauerit: & è conuerso, ne fortè quod deber iniri in sacramentum Christi & Ecclesiæ, contra Christum & Ecclesiam directè militet, & contra fidei veritatem pugnet. Videant præterea reges, quòd si in regno sibi commisso vitia atque peccata regnare patiantur, facillimum erit Deo non modo ipsos regno cum maxima ignominia priuare, sed etiam ad extremas huius vitæ miserias deducere, & æternas tandem infligere. C

Per totum.

8 *Ioram autem genuit Oziam.* Non immediatè Ioram Oziam genuisse, constat ex lib. 4. Regum cap. 8. & ex 2. Paralipomenon cap. 22. & 23. sed alios tres intercesisse Reges: Ioram enim genuit Ochoziam. Ochozias Ioas. Ioas verò Amasiam. Amasias autem Azariam, cuius tempore Isaias prophetare orsus est, qui alio nomine dicitur Ozias. Binomius enim erat. D. autem Matthæus, hos tres Reges prætermissos, ad Oziam D venit: Id quod non sine aliquo insigni & arcbano mysterio. Quidam arbitrantur Euangelistam seruare voluisse numeri sacramentum, his tribus Regibus expunctis, cum principio proposuisset tres tantum tessare decades describere, quibus triplicem Hebraicæ Reipublicæ statum vsque ad Christum complecteretur, nempe sub Patriarchis,

4. Reg. 8. f. 24. 2. Paral. 22. & 23. 4. Reg. 11. 4. Reg. 14. 2. Paral. 24.

Per decimas quartas generationes ordo percurrere debebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A atq; iudicibus, ſub Regibus, & tandem ſub Pontificibus, ac Ducibus. D. autem Hieronymus aliā adfert rationem, quam puto eſſe veriorē, videlicet, quia tres iſti Reges, Ochozias, Ioas, & Amaſias, nati fuerant ex maledicto Iezabelis ſemine, Ioram enim ſeſe immiſcuit genere impijſsimæ Iezabelis. (Athalia quidē filia Achab, Ioranis vxor erat) & ad impietatem Athaliæ vxoris Ioram, filiæ impijſsimorum Regum Iſraelis, Achab & Iezabelis, hoc refertur. Et ſubinde Ioram idolatra fuit. Idcirco vſque ad tertiam generationem eius memoria delecta eſt, ne in ſancto natiuitatis Chriſti ordine poneretur: Et meritò quidem, nam ſicut Iehu, qui domum Achab deleuit, benedictionem à Deo vſq; in quartam generationem promeruit. Ita & Ioram, eo quòd maledicto ethnicorum genere ſe miſcuerit, maledictione vſque in quartam generationem punitus eſt. Vlciſcar (ait Dominus) iniquitatem patrum in filios, vſque in tertiam & quartā generationem, & hoc conſiderans Propheta dixerat, non niſi in quarta generatione in throno Regis Iſraëlis, quemquam de domo Achab eſſe ſeſurum. Vt eleganter D. Hilarius notat, & D. Auguſtinus lib. quæſtionum veteris ac noui Teſtamenti, & Chryſoſt. hoc loco, omnes eius ſententiæ ſunt.

Hieronym. in Matth.

Non numerātur tres Reges in Chriſti genealogia, quia nati erant ex Iezabelis ſemine nefario.

B

Exō. 20. d. 5. C

Hilar. can. 1. in Matth.

Chryſſ. Homil. 3. in Matthæ.

D Vbi notādum venit ex D. Chryſoſtomo, qui rationē redit, quare interdum aliquot generationes ex libris ſacris expungātur, quod etiam in lib. Gene. c. 5. videmus, nam cum Moſes Adæ generationem reſumeret, Caim prætermiſſo, à Seth poſt Abel exordium ſumpſit. Chryſoſtomi verba hæc ſunt. Vide ergo quomodo ad originem ſermonem reducit, & ſuperiora iterum reſumit. Quare & propter quā cauſam? Quia vidit eos qui tunc erant, magnam præſe ferre ingratitudinē, nec meliores fieri ex his, quæ primo parenti facta, ſed in idem malitiæ profundum præcipitari. Nam cum ex illo natus, ſtatim concitante inuidia, ad fratricidium ruit, & ideò grauiſsimam pœnam tullit, & poſteritas eius nihil ea caſtigatione profecit, ſed peior facta eſt, ſicut audiuiſtis ſupra Lamech ſuum peccatum ſuis mulieribus ennarrantem, pœnamq; aduerſus ſe decernētem. Itaq; quia paulatim vidit ineſcere malitiam illorum, quaſi malum humorem per totum corpus defluētem, ſiſtit malitię impetum, & generationes alias, quam quæ ex Caim vſq; in Lamech, ne memoria quidem dignatur, ſed quaſi principium quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere volens, in quem illos iniecerat fratricida armata cōtra Abel dextera, ſic narrationem exorditur, & inquit: Hic eſt liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem. Cōſidera quomodo & ijſdem verbis vſus fuerit, quibus & in initio, vt doceret nos quòd generationes illas, quaſi reprobas factas, nec memoria poſt hac dignatur, ſed ex Seth, qui nunc illi natus eſt, genealogiam orditur, vt ex hoc diſcas quantam Deus humani generis rationem habeat, & quomodo illos aduerſetur, quibus ſanguinaria mens eſt. Nam illorum memoriam, quaſi nunquam vixiſſent, ita ſilentio præterit, monſtrando nobis, quā graue malum ſit peccatum, quod qui agunt, ſe primum & maximè peſſundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriam aſſecuti ſunt, vt infametur eorum malitia, & poſterioribus ſeculis emendationis ſit occaſio. At qui iniuſtè occiſſus & fraterna manu interemptus, ex eo tempore vſque in hoc noſtrum, omnium decantatur ore. Et neque

A

C

D

Quare Chriſtus non ſit natus à Lamech vſque in Adæ generationem.

tempus

A tempus huius memoriam extinxit, nec illius crimen imminuit, ſed & hic quotidie prædicatur, & iſte continuè infamatur. Vidiſtis quantum malitiæ damnum, & quantū virtutis ſit robur? Et quomodo malitia etiā ſi infœſtet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur. Virtus autem licet infeſtetur & in numera grauia ſuſtineat, ea occaſione illuſtrior ſit & clarior. Hæc omnia Chryſoſtimi verba ſunt, quæ latè ſcribere placuit, vt aureum planè eius pectus nobis inoteſceret.

B Sed vt Regum qui ex puncti ſunt, magis adhuc veritatē & cauſam intelligamus, ſcire oportet, quòd Philo & Annianus eius commentator dicunt, litem ortam fuiſſe interfilios Dauid & Berſabe, quis Regno præcedere deberet, Dauid autē cum Diuina reuelatione cognouiſſet, Salomonis filij ſui, poſteritatē propter peccata periturā: ideò, Deo ſic ſtatuente, ordinauit, vt Salomonica ſtirpe ſublata, poſteri Nathan filij ſui, fratris Germani Salomonis, Regno inaugurarentur, camq; familiam à Ioas (qui ex poſteris Nathā primus in Regnum eſt euectus: qui à Luca vocatus eſt Simeon: cū Ahiaſar etiam, & Mathath vocaretur) Ahiſarim & Mathathaim appellatā, hoc eſt fratres Principis, & donati tempore ad ſuccedendum. Euerſa porrò ſtirpitus Salomonica poſteritate, ſeptima generatione ab Athalia: cum prius filius eius Ochozias, mandato Iehu Iſraëlitarū Regis, concidiſſet, vt conſtat. 4. Regum. 10. & 11. & 2. Paralipom. 22. & 23. ſeruato tantum Ioa infante, adhuc lactente & ab internicione ac cæde ſublato, diligentia ac miſericordia Joſabeth, ſororis Regis Ochoziæ, quæ nupta erat ſummo Sacerdotum Principi Ioiadæ, Ioas autem vnus erat ex poſteris Nathan: vocatus tamē ſæpè filius Ochoziæ,

Philo.

Annianus.

Lis orta inter filios Dauid & Berſabe circa Dauidici regni poſſeſſionē.

B

C

D

4. Reg. 10. & 11. 2. Paralip. 22. & 23.

& Salomonis, quòd illorum Regno ſucceſſerit. Verūmenimvero Philo, iſte lōgè poſterior ab illo Philone Hebræo fuit, vt Driedo notat, qui licet commune nomē cum illo habeat eiuſdem veritatis & doctrinæ non eſt, ſed multum deſſert, ab illo, ille enim à D. Hieron. à Suida, à multis Eccleſiaſticis auctoribus in magno precio fuit habitus, tū propter veritatem doctrinę cum graui tate cōiunctam, cum etiam propter antiquam ſeriem & elegātiam, quā ſeruat. At verò Philo iſte ſacræ pariter & prophanæ hiſtoriæ imperitiſsimus, ſicut in multis, à vero longè diſtat: vt conſtare poterit, ita quoq; in hac aſſertione fallit, vt elegānter notat D. Melchior Cano Epiſcopus Canarien. in locis cōmunibus lib. 11. cap. 6. Sic enim ait: Primum illud eſt, quod libelli eius auctor, nempè Philo, ſcribit ſtirpem Salomonis in Ochozia defeciſſe, & Ioas, qui illi in Regno ſucceſsit, nō Salomonis, ſed de Nathanis fuiſſe progenie. Quod quam falſum ſit è ſacris literis facilè pateſcet. 4. enim lib. Reg. c. 11. ſic legitur. Athalia vero mater Ochoziæ, videns mortuū filium ſuum, interfecit omne ſemē Regium. Tollens autem Ioſabat filia Regis Ioram, ſoror Ochoziæ Ioas filium Ochozię furata eſt: eumq; de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, abſtulit, & abſcondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur. Et c. 12. Tulit Ioas Rex Iuda omnia, quæ conſecraverant Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius, &c. Et cap. 13. Anno viceſimo tertio Ioas filij Ochoziæ Regis Iudæ, &c. Item. 2. Paralipom. cap. 22. Nec erat vltra ſpes aliqua, vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ, &c. Eſt deniq; in hanc rem preclarum illud teſtimonium, contra quod nullus eſt ad tergiverſandum locus, ex. 1. lib. Paralipom. c. 3. Vbi in poſteritate

A

Varij Philones fuerūt.

Philonis opinio refutatur.

Driedo.

B

Melchior Cano.

C

4. Reg. 11. & 2.

D

Ioas Ochoziæ filius fuit. 2. Paral. 22. d. 11. 1. Paralip. 3. b. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Salomonis verbis non obscuris, recensetur Ioas filius Ochoziæ. Id quòd Matthæus confirmat manifestè dicens: Iosaphat genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioathan: Ioathan autem genuit Achaz: Achaz autē genuit Ezechiam. Generatione ergo & natura, Ezechias filius erat Iosaphat, ac proinde Salomonis (vt Matthæus ait) & non Dauidis edicto, in filium deputabatur, vt asserit Philo. Et licet D. Episcopus Canarien. multis fortissimisq; argumentis sacræ scripturę, contra Philonē agere videatur, non tamen (salua pace) soluit nodū: nam si Matthæi auctoritate fultus, Ioas Ochoziæ filium ostēdat, & ideò Salomonis stirpem non defecisse affirmet. Quare D Lucæ testimonio nō facit satis? qui deducit eū ad Nathan, in ratione naturalis propaginis. Vt hanc difficultatem solueret. F. Stephanus de Salazar, instituti Cartusiensis, vir pietate, atq; eruditione insignis, in hūc modum, in libello de genealogia
C Christi, nodum ac difficultatem sol-

Ezechias 10 Iaphat filius.

B

uit dicens: Quòd Ioas filius Ochoziæ nuncupatur, & ipse atq; eius posteri inter Salomonis filios recēsentur, quòdq; in illius Regnum successerint, & antiqua illa progenitoris sui Dauidis designatione, nō aliter ac adoptione quadam in eius stirpem, genus, atq; familiam sint inserti, atq; transierint. Hæc sententia mihi omninò placet, quam qui sequutus fuerit, facilè scripturas Matthæi & Lucæ conciliare poterit. Nam Matthęus ad Solomonem reducit Ioas, in ratione adoptionis & successionis in Regno, sed Lucas reducit ad Nathan, in ratione naturalis propaginis. Omnes verò auctoritates scripturæ sacræ à D. Cano adductas, licet prima facie vrgere videantur, vnica tamen responsione dissolui possunt, nempè, quòd Ioas Ochozię filius, & eius posteri Salomonis filij adoptione sint omnes. Matthæus quia Regum Iudæorum seriem & successionē describebat, Ioam Ochoziæ successorem in Regno posuit, Lucas verò generationis seriem declarauit.

B

C

EXPOSITIO.

9 OZIAS Autē, &c. Iam rationem dedimus, quare D. Matth. tres Reges prætermiserat ante Oziam, verùm peccata, quæ commiserant, non vi-
D dimus, Ioram Ochoziam genuit, qui omninò pessimus fuit, nam ipsius mater Athalia ad colendum Baal eum induxit. Ipse autem in adiutorium Regis Israël contra Assyrios iuit, Iehu verò cum Ioram Regem Israël occidisset, simul etiā istum Ochoziam filiū eius occidit, quod quidem habemus ex historia. 4. Reg. 9. &. 2. Paralip. 22. Mortuo verò Ochozia. Ioas minimus eius filius, astutia ac diligentia Iosabæ filiæ Regis Ioram, seruatus (vt diximus) ab Athaliæ

TEXTVS.

9 OZias autē genuit Ioatham: Ioathā autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam. 10. Ezechias autem genuit Manassem: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam. 11. Iosias autem genuit Iechoniā & fratres eius in trāsmigratione Babylonis.

A liæ furore est. Ipsa enim Athalia Ochoziæ mater, videns filium suum mortum, nimio furore percita, omne regum semen interficare non dubitauit, quòd ipsa tādem sola regnum occuparet (vt diximus.) At Iosaba filium Ochozię, ad quem regnum iure deboluebatur, in templū Domini abscondit, ibiq; sex annis à Ioiada sacerdote summo custoditus fuit. In septimo verò anno, numeroso à Ioiada coacto exercitu, Asa in regem inunxit in templo, & Athaliam reginam occidere fecit. 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 22. & 23. Ioas quidem rex constitutus tam diu benè sese gessit, quamdiu cum summo sacerdote Ioiada fuit. Omne enim suum studiū bonus iste rex, in templi restaurationem collocabat, primus enim hic fuit, qui pecunias pro sarta rectis rempli Domini colligere præcepit. Omnemq; toto Ioiadæ tempore, pietatis studium erga Deum & templi cultum ponebat. Verùm (proh dolor) Ioiada sacerdote vita functo, cuius con
C filio, Ioas cuncta faciebat, in grauissima prolapsus est crimina. Sic enim fieri solet, quando filij principum optimo destituuntur pædagogo, iuuentus enim cum potentia facilè in omne vitiorum genere delabitur, nisi strictā pedagogia tanquā retinaculis quibusdam strictè contineatur. Id quod iam videre licet in rege Ioa, qui Zachariam Ioiadæ Sacerdotis filium, eo quòd ipsius crimina, vt par erat arguebat, in ipso templo lapidibus obruit. Et non
D est recordatus Ioas (ait scriptura non sine dolore) misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus & requirat. Videntes autem Ioas seruli scelus ipsius aduersus Zachariam Ioiadæ filium, de quibus tam benemeritus erat, iniuriæ

Ioas Rex cū summo sacerdote Ioiada fuit æducat⁹.

B

4. Reg. 11. 2. 2. Paralip. 22. 23.

Ioas mortuo Ioiada ingrauissima incidit peccata.

C

Filij Principum in grauissima incidunt vitia, si à pædagogis destituantur.

D

2. Paralip. 24. 25.

Ioas Zachariam in templo interfecit.

zelo commoti insurgentes, cum A
occiderunt, in lectulo in quo iacebat. 4. Reg. c. 12. & 2. Paralip. c. 24.

Post hunc Amasias filius eius regnauit, qui initium regni optimum habuit, iustitiam cum pietate coniunctam exercuit, seruos enim qui occiderant patrem interfecit, eorū verò filios à nece seruauit, ne cōtra legem dicentem, filius nō portabit iniquitatē patris, facere videretur. Bella grauissima is aduersus Idumæos gessit, quibus superatis, inter spolia quæ cœperat, deos illorum
B quos accepit, secum asportauit, atq; illos in deos sibi statuit, quos adorabat, illisque incensum adolebat. Quamobrem iratus Dominus contra Amasiā, misit ad illum Prophetā, qui diceret ei. Cur adorasti deos, qui nō liberauerūt populū suum de manu tua? cui superbè respondens ait: Nū cōsiliarius regis es? quiesce ne interficiam te. Ob quod etiam in superbiam elatus Amasias, volēs cōtra Ioas regē Israël pugnare, ab ipso superatus & captus, & in Hierusalē
C magna cū ignominia deductus est. Et tandem à seruis suis in Lachis interfectus est. 4. Reg. 14. & 2. Paralipom. 25.

Ozias autem genuit Ioatham. Posteà quam trium horum regum, quos D. Matth. prætermiserat rationem habuimus, atq; causā assignauimus, ob quam in reliquorum numero ad scripti nō fuerint. Ad Oziam veniamus. Hic Ozias, aliquando Azarias, vt patet. 4. Reg. 15. & 1. Paralip. 3. nominatus fuit. Qui Deum coluit, &
D idola de terra substulit, adeò potēs erat, vt vrbes ædificarit multas. Turres item in solitudine & opera publica. 2. Parali. 26. Zacharia Prophetæ plurimum vsus fuit. Cumq; Dominum requireret, in omnibus fortunatissimus fuit. Vicit Philisteos, Arabes, Ammonitas, Ægyptū. Adeò tandē, vt omnes gentes in circuitu

4. Reg. 14. b 5. 2. Paralip. 25. a. 1.

Ozias Azarias quoque vocatur. 4. Reg. 15. a 1. & g. 24. 1. Paral. 3.

2. Paral. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A circuitu habitantes eum magnopere timerent, verùm superbia elatus eo tandem eius audacia processit, vt sacerdotale officium ac ministerium vsurpare nõ vereretur, ingressus enim templum, thuribulo accepto, incensum adolere voluit: id quod Azarias sacerdos non summus, sed hebdomadarius, cũ octuaginta alijs eum audacter prohibuerint, quorum præcepto non parẽs, lepra statim à Deo infronte punitus fuit, obidq; prohibitus ne cum populo comercium haberet, & regni ipsius gubernacula Ioatham filius ipsius, patre adhuc viuente, suscepit. 2. Paralipo. c. 26. & 4. Reg. 15.

Ozias sacerdotale ministerium vsurpauit, ideò à Deo fuit punitus.

B Optimus rex Ioatham fuit, Dominum Deum verò corde, sicut & pater ipsius colẽs, in cuius honore speciosam portam in domo Domini ædificasse legimus. 4. Reg. 15. & 2. Paralip. c. 27.

Ioatham speciosam portã in domo Domini ædificauit.

Ioatham autem genuit Achaz, &c. Inter omnes reges Iuda, nemo vnquam tã pessimus fuit, quã Achaz, qui propriũ filium dijs ignè conflcauit: fuit etiam tam impudens idolatra, vt in templo Domini idolorum abominationes impossuerit, templumq; simulachris horrẽdis repleuerit, in eo enim solis & lunę, & omnium stellarũ simulachra collocauit necnon ęquos solis, quos poëticè fingebat, statuit. Quibus ita dispositis, imperio suo vniuersos Israëlitas ad ciusmodi idolorum cultum & honorem cogebat. At cum non pauci Israëlitici populi essent, qui diuino timore compulsi, idola colere recusarent, ira in eos excitatus Achaz, templum Domini clausit, ne quis eò ad Deum ipsum collẽdum accederet, & peccata peccatis addens spurcissimus Achaz, sordibus & fœtidissimis estercoribus & spurcitijs pessimis in Dei maximũ contemptum, templum replere faciens, impudenter profanauit. Arq; Dei altare de suo, in quo situm erat A templo deiecto, per vniuersas plateas & angulos Israelis, altaria construxit & erexit: in quibus idolatrię cultus ab omnibus etiam inuitis fieret. Verùm Deus, qui peccata impunita abire non patitur, reges aduersus eum iustitię suæ vindices excitauit: surrexit quidem rex Israël, rexq; Assyriorum in eum, quorum alter vno die centum viginti millia virorum occidit: alter verò vniuersam terram ipsius vastauit, & prædam opulentissimam secum in Damascum portauit. Ipse tandem Achaz nec hac grauissima punitione melior effectus, deos, quos anteà colebat, reijciẽs, Assyriorũ deos, qui cum antea persecuti fuerant, venerandos suscepit: dicẽs, meritò ipsos debere suscipere, quos planè agnouerat Assyriorum in ẽum fuisse adiutores, sperans se posse illos tandẽ placare muneribus, quò eorũ patrocinium promereri posset. Hæc videre licet. 4. Reg. c. 16. & 2. Paralip. c. 28.

Achaz pessimus idolatra.

C

Achaz templum Domini clausit.

D

Achaz impius Dei iudicio punitus.

B

Achaz autem genuit Ezechiam. Sicut Achaz pessimus omnium regũ Israël fuit: ediuerso quoq; filius ipsius Ezechias optimus omnium regum, qui ante Iudeæ regnum occupabant, fuit. Patris enim crimina corrigere voleus, templum aperente clausum & idolis atq; grauissimis spurcitijs fœdatum apperuit, purgauit, & idola vniuersa confregit. Repurgato iam templo, vt in eo Dei cultus restitueretur, Sacerdotes atq; Leuitas consecrare fecit, qui more solito sacrificia intermissa peragerent, conuocato etiam vniuerso populo, vt Dominum Deum toto corde colerent, magnum Pha se celebrare fecit: in quo plurima atque præclara dona obtulit. Idola quoque vniuersa, quæ pater ipsius Achaz per vicos & platearum angulos erexerat, confregit. Nec minori

C

D

A noripietatis studio serpẽtem illum æneum, quem Moses in populi salutem erexerat: Dei zelo commotus, confregit atq; comminuit, viderat enim populum ad idololatriã valde propensum, atq; in serpentinum illud simulachrũ diuinos honores deseernẽtẽ, ideò è medio in sani vulgi eum omninò tollere Dei consilio decreuit. 4. Reg. 18. & 2. Paralip. 29. & 30. & ne viri pietate insignes, quietam trãquillamq; vitam sibi vnquam pollicerentur, hunc pijssimũ

Ezechias serpentem æneũ à Mose erectũ zelo pietatis confregit.

B regem ab impijssimo parente progenitum, Deus tentare decreuit. Senacherib enim Assyriorum rex, potẽtissimo, in eum exercitu coacto, Hierosolymorum vrbem vnà cum rege Ezechia obsidẽs, in ipsum Deũ debaccari ausus est dicẽs: Hebræorum Deum minimè potentem esse, regem è manibus ipsius defendere. Deus Optim. Max. suam & suorum causam defenderevolens, Angelum è cælo misit, qui regem, regnumq; sibi commissum potenti virtute de-

C fenderet. Is vnus Angelus (mirabile dictu) centum octuagintaquinq; millia virorum, vna nocte, in castris Senacherib trucidauit. Assyriorũ rex in fugam conuersus, vnà cum pauciss imis illis ex ipsius exercitu relictis, in propriam confugit, putans sibi salutem fuga comparasse: at Deus proprios ipsius filios in patrem excitauit, qui eum in templo delitescẽtem confoderũt. Sic enim Deus offensas in se & in suos irrogatas vleisci nouit. De infirmitate Ezechiæ, ac de mortis sententia,

2. Para. c. 32.

D iam ab ipso Deo per Prophetam promulgata, deq; miraculosa ipsius vitæ prolongatione, non est quòd immoremur, cum latè satis constet. 4. Reg. 20. & Isai. 38. & 39. Item. 2. Paralip. 32.

10 *Ezechias autem genuit Manassem.* Mirabar, quõdam pijssimum regem tãto lachrymarũ profluuio, mortis nuncium excepisse, causam autem tantæ tristitiæ, iam video, non tantum quòd in media vita ad inferni portas descenderet, sed etiam quòd generationis spes iam omninò ablata illi esset. Causa ergo lachrymarum ipsi fuit, Manasses iste diu desideratus, nullum enim Ezechias filium habebat, quem regni sui successorem relinqueret. Tricnio autem post vitæ restaurationẽ, Manasses est natus, id quod manifestum faciemus. Quindecim namq; annis superuixit Ezechias, postquã mortis sententiam accepit. Manas-

A *Ezechias mortis sententia audita lachrymabatur, quia absque ul eris decedebat.*

B ses verò Ezechiæ filius & regni successor, duodecim annorum erat cũ regnare cœpisset, vt ex Paralipo. 2. c. 33. constat. Tertiò igitur anno ab Ezechiæ infirmitate natus est Manasses, qui paternę expectationi minimè respondit, neq; paterna in principio regni secutus est vestigia, sed potius aui pessimam immitatus est vitam, fuit enim idolorũ maximus cultor populũ quoq; ad idololatriã cogebat. Totus etiam in hoc erat,

Manasses quo tempore natus.

C vt incantatores, magos, & diuinos, augures quoq; & omne malorũ genus exercentes, secum haberet. Cuius peccata Deus punire decernẽs, principes Assyriorum misit, qui impijssimum regem in Babylonem cauptiuum deduxerunt. Primus itaque Iudæorum rex, qui in Babylonem captiuus ductus est, is fuit, qui cum captiuitatis angustias grauiter tulisset, ad Deum, qui flagelis, quos vult ad saniorem mentem re-

Manasses in principio malus, tandẽ bonus fuit.

Manasses captiuus ducitur in Babylonem.

D ducit, confugiẽs, oratione intentissima libertatem postulauit, quam Deus illi concessit, in propriam q; reduxit: vbi (Deus bone) quantam pro beneficio sibi collato gratitudinem ostendit, quamtanq; ante actæ vitæ pœnitẽtiam sibi dabat. Deum siquidem toto corde diligens, idola quæ antea summo studio, summaq; diligentia, vt vniuersum populum

Manasses cõuersio.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad idololatriã prouocaret, construxerat, nimio in ea odio accensus, impetu confregit. Idolatras omnes ad veri Dei cultum prouocabat. Is qui dudum Prophetas & iustos viros ad necem vsq; crudeliter insecutus fuerat, adeò vt Hierusalem sanguine ad os vsque repleuerit, Prophetamq; Isaiam crudeliter serra diſsicuerat (vt refert Epiphanius) is inquam, in extremo vitæ tali pœnitẽtia seſe ipſum affecit, vt fœlici morte vitam finierit. In hoc Manasse vides, quam magnum sit tribulationis bonum, cum hominem alioquin diuini numinis contemptorem & hominum oppreſſorem, ſuperbum, & arrogantem, humiliat, & ad mentẽ reducit. Vnde fit, vt coeperãte Dei gratia, ex tribulatione purior emergat.

4. Reg. 21.

2. Paral. 33.

Lib. de vita & exitu Prophetarum.

B

Tribulationis fructus.

Amon autem genuit Ioſiam. Iam fuit pius rex Ioſias, vt ſcriptura ſacra ſupra omnes reges commẽdauerit, illum dicens, quòd ante ipſum nemo ex regibus ſuerit illi ſimilis. Præter ipſum enim & Ezechiã, & Dauid, omnes reges Iſrael grauiſsima perpetrati ſunt crimina, nam reliquerunt legem altiſsimi, & contempſerunt timorẽ Dei. Idolatrię fuit maximus vindex, & veræ pietatis aſſertor, deſtruxit ſiquidem templa, quæ Salomon, mulierum amore infatuatus, idolis ſacrauerat, id quod nemo alius, nec etiam Ezechias, qui zelo Dei feruens fuerat, ea tangere auſus fuit. Inuento etiam in domo Domini libro legis, qui per Moyſis manum traditus & in templo abſconditus fuit, nimio terrore correptus, ſciſsiſq; veſtibus, ob legem tamdiu à populo violatam, volens ad priſtinum diuinæ obedientiæ ſtatum populum reducere, omni populo conuocato, fœdus cum Domino ipſos inire fecit, ac ſolenni polliceri iuramento, ſe legem Dei fideliter ex tunc ſeruaturos: id quod quamdiu vixit diligenter ſeruare fecit. 4. Regum. 22. & 23. & 2. Paralip. 34. Hic quoq; Ioſias Domino celebrare fecit Phaſe, longè ſolennius quã vnquam in vniuerſo Iſrael celebratũ fuerat. Egreſſus tandem cõtra Pharaonem Nachao regem Ægypti ad prælium, ſagita percuſſus magna cum totius Iſraëlitici populi triſtitia ac deſolatione occubuit. Nulla vnquam memoria omnium regum, qui ante ipſum in Iſraël fuerunt, tãfuit dulcis ac placida, quàm ipſius Ioſiæ: triſtis tamẽ fuit ob mortis ipſius grauiſsimum dolorem, & cum vniuerſus populus exequias pro eo celebraret, Hieremias Prophetа lamentationes illas celebres ſuo & totius populi nomine feciſſe, compertum eſt. De huius laude ſcriptũ eſt Eccleſ. 49. Memoria Ioſiæ in cõpoſitione odoris facta, opus pigmẽtarij in omni ore quaſi mel dulzorabitur, & vt muſica in cõuiuio vini. In eo videant iam Principes, quo zelo religionẽ tueri. Pſeudo Prophetas perſequi, Dei legem admittere, & templum Dei curare debeant.

4. Reg. 22. & 23. 2. Paralip.

Hieremias lamẽtationem in Ioſiæ mortem ipſius.

Eccl. 49.

C

Eccl. 49. d. 5.

Ioſiæ pietas & religio.

D

Ioſias libro legis inuento legem populo ſeruare fecit.

n Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in tranſmigratione Babylonis. Iechonias iſte, etiam Ioachim & Eliacim dictus eſt, teſte D. Hieronymo, qui nõ fuit rex immediatè poſt obitum paternum, ſed frater eius Ioacham: vt manifeſtè cõſtat ex. 4. Reg. 23. Pharo Nechao autem poſt quam tres menſes in Hieruſalẽ Ioachim iſte regnaſſet, regno priuauit, & loco ipſius fratrem Iechoniam, ſeu Ioachim, qui idem eſt in regnũ ſuffecit. Vocatur quoq; Iechonias iſte à D. Luca. Neri, quod Hebraicè lucernam meam ſignificat, eo quòd lucerna Dauidici generis, quæ videbatur extincta, in hoc iam eſſet recenſa. *Et fratres eius.* Mirum quidẽ eſt, quòd inter omnes reges, quos Matthæus nominat, qui certè fratres habuerunt, nulla tamen de eorum

4. Reg. 23. 2. Paralip. vltimo.

2. Paralip.

Iechonias Neri à Dauid vocatur ſine myſterio.

Omnes fratres Christi ex genealogia minime ſunt, ſed tantùm qui eorum Regum fratres?

A rum fratribus mentio fiat, niſi tantum de Iechoniæ fratribus, quos hîc D. Matthæus, tanquam ad Chriſti generationem pertinentibus, citat. Quare potius iſti magis quam cæteri ad Chriſti genealogiam pertineant, videamus. Vbi notandum venit, quòd etiamſi quilibet eorũ, qui in Chriſti generatione ponitur, multos habuerit filios, vnius tamẽ illorum, ad hanc ſeriem texendam neceſſarius tantũ erat, eo quòd vna atq; eadem generationis linea, per multos filios ab vno genitos patre,

B deriuari non poſsit, niſi per vnum. Alij tamen ponuntur interdum ob ſpeciales nonnullas rationes, quas ſuperius notauimus, ſuper illa verba: Iacob genuit Iudam & fratres eius. De fratribus verò Iechoniæ, quòd hîc ponantur, duę ſub ſunt rationes. Prima, quia omnes Ioſiæ filij ab ipſo relicti, regia poteſtate ſucceſsiuè functi ſunt, id quod ex præcedentibus regibus nulli accidit. Secunda verò, ob varios caſus variaq; diſcrimina, quæ dum Regno potirentur paſsi ſunt. Primus enim Ioſiæ filius Ioatham nominatus, licet magno cum populi aplauſu, Rex conſtitutus fuiſſet: breui tamen tempore (nempè tribus menſibus tantum) Regia functus eſt dignitate: vn de potius miſer, quã Rex meritò dici potuit is, qui poſt tantã populi lætitiam, à Regia maieſtate, in miſerrimam captiuitatem deuenit, ductus quippè captiuus in Ægyptũ à Pharaone Nechao fuit, ibiq; in captiuitate mortuus: vt optimè

C Abulenſis probat, quare in hoc Regum catalogo eius mentio non fit. Secundus Ioſiæ filius Eliachim ſeu Iechonias appellatus, qui à Pharaone Regnũ accepit, Ioatham expulſo, Nabuchdonoſor Aſſyriorũ Rex ipſum captiuum in Babylonẽ deduxit, vt conſtat. 2. Paralip. c. 36. Poſtquam autem è Babylonia in Hieruſalem fuiſſet deductus, vita A functus eſt ibi, de quo Hierem. c. 22. mẽtionẽ facit. 4. quoq; Reg. c. 24 hac de re tractatur. Tertius Ioſiæ filius qui Sedechias nuncupatus eſt, Regni quoq; ſceptrum obtinuit, in cuius gubernatione, cum aduerſus Chaldæos ſeſe rebellaſſet, Nabuchdonoſſor potentiſsimo cum exercitu Hieroſolymam veniens, vniuerſam deuaſtauit vrbem, ipſumq; Sedechiam Regem, vnà cum filijs, in captiuitatem redexit, & amantiſsimos, quos habebat Sedechias filios, ante oculos paternos trucidauit, ip

B ſiuſq; Sedechiæ oculos crudeliter eruit, vinctumq; cathenis in Babylonem deduxit, vbi tandem infœlici morte vitam finiuit. 4. Reg. 25. & quia nulli regum tam infœlices caſus contigit, vt filios eosq; Reges tãtis cũ diſcriminibus haberet, hinc fit, vt cæteris prætermiſsis, hos Iechoniæ fratres, in aliorum Regum numero adſcripſerit. Hîc quoq; notare oportet, quòd. 1. Paralip. 3. quatuor Ioſiæ filij ponuntur. Primus C Ioanam vocabatur: ſecundus Ioachim: tertius Sedechias: quartus Sellum. At primus illorum Ioanã, eo quòd ante mortem patris vitam finierit, regnare non potuit, cæteri verò tres cum (patre vita functo) ſuperuixerint, Regnum ſucceſsiuè occuparunt: & ideò in libris Regum & Paralip. 2. & in Eſdra de tribus illis ſolum fit mentio, eo quòd ſcriptura ſacra ſolum declarare intẽdit, quos haberet Ioſias filios, Regni D ſucceſſores. Eſt præterea maxima cõtrouerſia circa nomina filiorum Ioſię. De primo videlicet Ioana, nulla eſt, eo quòd niſi vnicum hunc nomen habuerit, vt conſtare poterit ex. 1. Paralip. c. 3. nec in aliquo ſcripturæ ſacræ loco de eo mentionem factam inuenies, præterquã in iſto. De cæteris verò tribus, nempè Ioatham, Ioachim, & Sedechiam nuncupatis,

Quare Iechoniæ fratres in genealogia ponantur?

Ioatham tribus menſibus Regnum poſſedit, & captiuus ductus eſt.

4. Reg. 23.

Abulenſ. in hunc locum Regum.

Iechonias captiuus ductus eſt in Babylonem.

Hierem. 22. c. 11.

4. Reg. 24. & 25.

Sedechias in captiuitatem redactus, filios & oculos crudeliter amiſit, pariter & vitam.

4. Reg. 25. b. c.

1. Paral. 3.

Ioſias quatuor habuit filios.

Controuerſia circa nomina filiorum Ioſiæ.

1. Paralip. 3.

A nuncupatis, circa eorum nominum varietatem, non pauci laborant. Nam Ioatham duo nomina in scriptura habuit, aliquando enim Ioatham vocatur, vt habes. 4.Reg.23. & 2.Paralip.36. Aliquando verò Iechonias vocatur: vt ex.3.Esdrę.c.8. cõstat, vbi dicitur, quòd assumptus est Iechonias à populo terrę pro patre suo Iosia: & iste Ioatham qui ex filijs Iosiæ primus regnauit. Sellum vocatur à Hierem.c.23. Secundus filiorum Iosię, Ioachim vocatus est, B qui antea Eliachim appellatus fuit. 3.Reg.23. & tamen Pharao quando ipsum constituit Regem nomen ipsius mutauit, & Ioachimi nomẽ imposuit, qui hic vocatur Iechonias secũdum Ecclesiasticam historiam & cõmunem doctorum sentẽtiam, quando enim dicitur Iosias genuit Iechoniam, de hoc loqui doctores testantur. Tertius filius Iosiæ Mathanias erat, qui posteà Sedechias fuit nũcupatus. Cum enim Nabuchdonosor in Regem ipsum cõstituisC set, nomen ipsius mutauit, Sedechiamq; vocauit. 4.Reg.24. & ratio fuit, quia Nabuchdonosor solenne iuramentum per Deũ suũ ab eo, ne sibi rebellaret suscepit, & ob iusiurandũ Sedechię nomen dedit, quòd iustitia Dei interpretatur, ad significandũ quã iuste se deberet exibere, ad præstitum iuramentũ seruandũ.

Est præterea animaduertendum, quòd ij Iosiæ filij, non secundum nariuitatis ordinem, regni gubernacula susceperunt: quia licet natu maior esset Ioachim, populus tamen Ioatham prius in Regem accepit: qui cum tribus tantum mensibus regnasset, frater eius maior, nẽpè Ioachim, per Pharaonem substitutus in regno est, Ioatham in Ægyptũ deducto ibiq; vita functo. Hierem.22. Hic autem Ioachim vndecim annis regnauit: cui successit Ioachim filius eius: vt ex.4.lib.Reg. c.23. & 24. constat. Hinc manifestũ A relinquitur, quòd Sedechias tertius Iosiæ filius nõ regnauerat post Ioachimum fratrem suum, quia legitima successio ad fratris filium transibat. Rex tamen Babylonis, Ioachim in Babylonem deducto, fecit vt Sedechias minimus omnium filiorum Iosiæ regnum possideret, in quo Regnũ Iudæ finem accepit, ante Babylonicam captiuitatem. Hæc latius scribere placuit, vt rationem certam acciperes, quare fratres Iechoniæ in generationis serie positi fuerint. B

In transmigratione Babylonis. Cum manifestum sit Iosiam genuisse Iechoniam & fratres eius, ante transmigrationẽ Babylonis, & cum etiã pateat ipsum Iosiam plusquã vndecim annis, ante transmigrationem Babylonicam vita functum fuisse, manifestum est illud, *In transmigratione* debere intelligi & exponi pro eo, quod est, circa transmigrationẽ, & ipsa iam imminente. Scire præterea oportet, quòd triplex fuit facta transmigratio in Babyloniam à Na C buchdonosor. Prima sub Ioacim, quando Ioacim occisso, teste Ioscpho eos, qui erant in dignitatibus constituti (fuerãt enim numero tria millia) omnes captiuos duxit in Babyloniam, inter quos erat & Ezechiel Propheta, cum adhuc puer esset, Daniel quoq; & Ananias, Azarias, & Misael. Secũda trãslatio fuit sub filio illius, nomine Ioachim, post tres menses, tunc omnes iuuenes & artifices, qui erant in ciuitate, numero decem millia octingenti & triginta duo, simul & Ioachim cum matre & amicis abducti sunt, inter quos erat & Mardochæus, vt patet ex.2.cap.Ester. Tertia translatio facta fuit sub Sedechia post vndecim annos, quãdo facta est trãslatio perfecta simul cum Sedechia Rege. Nomine igitur transmigrationis

A tionis hoc loco intelligere oportet omnes has tres simul transmigrationes.

Est præterea adnotatione dignissimũ, circa has tres tessaredecadas, quas D.Matthæus ponit, quòd in prima tessaredecada regimen habuerunt Iudæorum iudices: vt constat ex libris Iudicum: & in fine huius tessaredecadis iudices cessarũt, cuius loco regale regimen inceptũ est. In fine verò secũdæ tessaredecadis, cessarunt Reges, quorum guber B natio translata est in Duces atque Pontifices, & eiusmodi regimen ad tempora vsq; Machabæorum conseruatum fuit. Ad ea vsq; tempora Duces ex domo Dauid & Pontifices ex tribu Leui non defuerunt. Verùm Machabæi cũ essent Sacerdotes, Pontificatum simul & Ducatum sibi vindicarũt, adeò vt vniuersum regimen Pontificale esset, Philone atq; Iosepho testantibus, apud ipsos. Sicut ergo in fine primę tessaredecadis translatum est iudiciale regimen, & in fine secundæ regium imperium pariter trãslatum est: ita quoq; consentaneum erat, vt in fine tertiæ, Sacerdotale regimen transferretur, ita vt Leuiticum sacerdotium mutaretur, in sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, & ita cũctis manifestum faceret, quòd Messias, Christus Dominus, Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, funditus euerturus B erat eorum cultum & Sacerdotiũ. Sacerdotio enim translato (teste D. Paulo) necessum quoq; erat, vt & legis trãslatio fieret. D. igitur Matth. has tres tessaredecades texens, simulq; earũ omniũ mutationes indicare nobis voluit, q̃ in fine tertiæ tessaredecadis, mutatio sacerdotij & legis, per Christũ faciẽda esset.

A *Philo. Iosep.*

In tertia tessaredecada, sacerdotale regimen translatum fuit in Sacerdotium secundum ordinẽ Melchisedech. Heb. 7.b.12.

1.Reg.10.

In tres has tessaredecadas, triplex status Iudeorum regimen fuit.

4.Reg.vlt.

C

EXPOSITIO.

TEXTVS.

12 ET post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salatiel: Salatiel autem genuit Zorobabel. 13. Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor. 14. Azor autem genuit Sadoc: Sadoc autem genuit Achim: Achim autẽ genuit Eliud. 15. Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem

C

12 *Et post transmigrationẽ, &c.* Post transmigrationem, nullo pacto potest intelligi; post reditum è trãsmigratione, sed de tẽpore quo in Babylonem relegati erant Iudęi. D Ibi enim Iechonias Salatielẽ genuit, & Salatiel item Zorobabelẽ, qui primus fuit Dux eorum, qui è Babylone egrediebantur, & hinc deinceps non Reges, sed Duces, vel Principes legislatores populi fuerunt, vt ex.1.Paralip.3. constare potest.

1. Paralip.3.

Iechonias genuit Salatiel. Hic Iechonias nõ est ille, de quo Euãgelista locutus est dicẽs: Iosias autem genuit Iechoniam, &c. quia hic Iechonias Iosiæ filius, D Ioathan nominatus fuit, & in Egyptum deductus captiuus. 4. Reg. 23. Nec inde vnquam exiuit, vnde constat eum minimè in Iudæam redijsse, multò minus in Babylonẽ, sed in Ægyp-

4.Reg.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ægypto, vita functum fuisse. Si velis iam dicere secũdum Iosiæ filium, nempè Eliachim, Iechoniam vocatũ fuisse, id quod minimè constat: nec hîc minus, etiã si fuisset Iechonias vocatus, Salatielis pater esse potuisset, eo quòd Salatiel genitus est in Babylone, Eliachim verò mortuus est in Hierusalem, ante Babylo-
B niæ captiuitatem: & regnauit filius eius pro eo. 4. Reg. 24. & Hiere. 22.
4. Reg. 24. a 11. Hierem. 22. a. 1. Non ergo potest secundus Iosiæ filius Salatielis pater esse. Si verò per sistas tertium Iosiæ filium, videlicèt Sedechiam, Salatielis patrem nominare, multo minus id comprobare poteris, eo quòd Sedechias nunquã Iechoniæ nomen habuit: & omnes Sedechiæ filij ante conspectũ patris à Rege Babyloniæ trucidati sunt. 4. Reg. 25. Cum ergo ex. 1. Parali. c. 3. constet, quòd Ioachim Iechoniã genuerit, & Iechonias Salatielem, in-
4. Reg. 25. b. 7. 1. Paralip. 3. C telligere sanè oportet, quis isti Iechonias, qui post transmigrationẽ Babylonis ponitur, sit. Multi circa istum Iechoniam Salatielis patrem, decepti sunt dicentes, eum Iosiæ filium esse. D. Augustinum. 2. lib. de concordia Euangelistarum secuti, mouebantur sanè, eo quòd superius dictum fuit: Iosias genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis: & Iechonias genuit Salatielẽ. Vnde putabãt, quòd
Augustin. de consen. Euangel. lib. 2. D idem Iechonias Iosiæ filius, Salatielis pater esset. Sed à vero longè distabant, quia nullus ex Iosiæ filijs (vt iam ostendimus) qui Iechoniæ nomen haberet, in Babylonẽ translatus est. Necessum ergo erit ad veram textus expositionem, duos Iechonias ostendere, alterum Iosiæ filium, alterum verò nepotem. Nã ex tribus Iosiæ filiis, secundus Ioachim vocatus, de A eo. 4. Reg. cap. 24. scriptum habes, quòd post mortẽ ipsius, filius eius Ioachim regnauit, & hîc Iechonias vocatur. 1. Pa-
4. Reg. 24. 8. 1. Paralip. 3. a. 1. ralip. 3. qui postea quam tribus mensibus regnasset, Nabuchdonosor Hierosolymam opugnauit. Aduersus quem Ioachim Rex egressus est, quem in Babylonem trãstulit. 4. Re-
4. Reg. 24. 8. B gũ. 24. Istere vera Iechonias, Iosiæ nepos est, qui in Babylone genuit Salatielẽ, eo quòd ibi longo tempore vixerit, & magno in honore ab omnibus habitus fuit. Nam Enilmerodach filius Nabuchdonosor, cum eum valdè diligeret, thronum eius super omniũ regũ thronos, qui erant in Babylone, possuit: necnon cibos ex mensa regali sua toto vitæ ipsius decursu præbere faciebat: in super pro familia quoq; sua sumptus ei fieri mandauerat. 4. Reg. 25.
4. Reg. 25. Est prœterea animaduertendum, C quòd D. Lucas asserit Salatielem fuisse genitum à Neri. Matthæus verò, dicit eum à Iechonia genitũ esse. At quæstio hæc facilè soluitur, si consideremus, quòd vnus de filio naturali loquatur, alius verò de adoptiuo. Iechonias enim & Neri fratres fuerũt: mortuo autem Neri sine liberis, Iechonias accepta Neri vxore secundũ legis præscriptũ, genuit ex ea Salatielẽ. Rabbi Salomõ, D & Rabbi Dauid Chimhi in cap. vltimum Aggæi censent: Iechoniam in Babylonico carcere egisse pœnitentiam, & inter captiuos genuisse filium Salatielem, patrem Zorobabelis. Verba Chimhi sunt hæc. Magna res est pœnitentia, quæ abrumpit legem latam & fatalem: sicut dictum est Hierem. 22. Scribe (inquit) virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur. Cæterùm

A terùm quia egit pœnitentiam, versa est ei decreta sentẽtia in bonum, quia natus est ei filius inter captiuos. Ergo quod comminando dixerat Deus: Viuo ego (dicit Dominus) si erit sigillum super dextera mea, &c. Versum est, vt per pœnitẽtiam diceret nepoti illius. Sumã te serue meus, & ponãte quasi sigillũ, &c. At verò Philo Iudæus. 2. libro Chronographiæ, credit Iechoniã Salatielẽ genuisse in Babylone, post
B quam è carcere fuit eductus. Verba Philonis hæc sunt. In fine autem septimi anni, Euilmerodac eductum Ioachim cognomento Iechoniam de carcere, in honore habuit, eũq; populus Neri cognominauit: quia lucerna Dauid, quæ timebatur extincta, illuxerit. Mox liberato Neri, datus est ei à Deo filius Melsezebeel, cognomẽto Salatiel, qui anno decimo septimo ante solutam capti-
C uitatem genuit Barachiam, qui anno decimo septimo post solutam captiuitatem dux populi fuit, & ab eo ducatu dictus Zorobabel, anno à trãsmigratione octogesimo primo, & à desolatione septuagesimo. Cui sententiæ nihil obsunt verba Hiere-
Hierem. 22. 830. miæ. 22. quippè qui non de sterilitate & orbitate prolis, sed de orbitate regni loquitur: quia Ioachim nullum sibi reliquit regni successorem, quod & sequentia Hieremiæ verba clarissimè ostendunt. Statim enim
D post verba illa: *Scribe virum istum sterilem*, addit. Qui in diebus suis non prosperabitur, nec erit de semine eius vir aliquis, qui sedeat super solum Dauid & potestatem habeat vltra in Iuda. Quod autẽ Mesezebeel cognomento Salatiel, Zorobabelis fuerit pater, liber Esdræ cap. 2. & 3. Itemq; liber Neemiæ cap. 3. abundè testantur.

Salatiel autem genuit Zorobabel. Vatablus atq; multi cum eo credũt, Salatielem nõ fuisse patrẽ, sed auum Zorobabelis. Dicit tamẽ patrem: peA culiari diuinarum literarum loquutione & vsu: in quibus progenitores frequenter, nempè aui & proaui, patres appellantur: & filij eorũ posteri dicuntur. Mouentur ad hãc assertionem tenendã, eo quòd. 1. Pa- 1. Paralip. 3. ralip. 3. Salatiel & Phadaias fratres germani, appellãtur filij Iechoniæ, & Zorobabel filius Phadaiæ vt manifestè ostẽdatur, non Salatielis. In eadem quoq; difficultate versantur Hebræi, & non parum sudant, vt Hebræorum
B hunc locum ex libro Paralipomenon, cum Aggæo, Ezia, & Neemia concordent: apud quos Zorobabel Rabbini. filius, nõ Phadaiæ: sed Salatielis vocatur. Vt EKius benè notat in. 7. EKius in. 7. Aggei cap. Aggæi caput. Quidam hûc nodum soluunt dicentes: Salatielẽ ac Phadaiã, qui erant germani fratres, habuisse filios cognomines, Zorobabeloſq; vocatos. Quod plerumq; in ter propinquos accidere videmus. Hi autem patrueles erant. Zorobabel autem Phadaiæ filius, filiũ pro
C creauit, nomine Massollam. 2. Para- 2. Paralip. 3. lip. 3. Zorobabel verò Salatielis filius, genuit filium nomine Abiud, Abiud cuius Zorobabelis filius fuerit. de quo iam mentionẽ facit D. Matthæus. Cùm hæc mihi sententia placeat, aliorum opiniones in medio adferre super vacaneum duxi. Vt vt sit: Hæc Zorobabelis generatio in Babylone facta fuit, ibi enim (vt diximus) Iechonias Salatielẽ genuit, & Salatiel quoq; Zorobabelem, cũ septuaginta annis in Babylonem Iu-
D dæi commorati fuissent: vt ex Hie- Hierem. 25. rem. c. 25. & 2. Esdræ. 6. constare po- 2 Esdræ. 6. terit. Mortui sunt autem in Babylone Iechonias & Salatiel filius ipsius. Zorobabel verò, post septuaginta annis in captiuitate expleris, in terram Iuda reuersus est, qui vnà cũ Iosadech sacerdote magno, Princeps fuit omnium, qui tẽplum Dei redificarunt. 1. Esdræ. 3. 1. Esdræ. 3.
13 *Zorobabel autem genuit Abiud.* An

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Zorobabel genuerit Abiud in Babylone, vel post reditū ipsius in Iudæam, ex scriptura sacra non constat. Manifestum tamen est ex. 1. Parali. 3. Zorobabelem genuisse Mosallam, quem docti omnes, eundem esse censent, quem hoc loco Matthęus vocat Abiud, quòd fuerit binomius.

1. Paralip. 3.

Abiud autem genuit Eleachim. Habuimus quidē omnium generationum, quæ hactenus numerabimus, integram ex sacris literis notitiā,
B de hac tamen generatione & sequē tibus octo ad Christum vsq3, nihil planè constare poterit ex aliqua veteris Testamenti scriptura, immò nec ex præcedente generatione, videlicēt, quòd Abiud genitus fuerit à Zorobabel. Vnde ergo D. Matthęus, has omnes generationes, quarū memoria in sacris codicibus nō inuenitur, acceperit, ignoramus. Verùm licet credamus, vti in principio genealogiæ Christi notauimus, hæc omnia Spiritu sancto dictante, à Matthæo scripta fuisse, tamen quia Iudæi, quibus suum dirigebat Euangelium, increduli nimis
C erant, nullam planè ei fidem adhibuissent, nisi ipsis ex aliquibus certis firmisq3 scripturis comprobasset. Quare certissimum esse putarē D. Matthęum genealogiarum seriē hanc ex libris auctenticis Iudęis, ipsis adeò manifestis, vt negare non posset, desumpsisse. Erāt enim libri
D apud Iudæos in quibus singulæ progenies magno studio discribebantur, vt ex. 1. Paralipom. cap. 9. constat, sic textus habet. Vniuersus ergo Israël dinumeratus est, & summa eorum scripta est in libro Regū Israël, & Iuda. ibi singulorum progenies discribūtur. Pater etiam ex 13. Ezechielis capite, vbi inter alias pœnas quas falsis prophetis cōminatur, vna hæc est, quòd in numero progenierum non adscribentur. Et erit manus mea (inquit) super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium, in consilio populi mei non erunt, in scriptura domus Israël non scribentur. Ac si dixisset: Ego occidam eos, & non manebit progenies eorum, quæ possit scribi in scriptura domus Israël, hoc est, in libris in quibus progenies totius Israël scribuntur. Adeo erant isti libri auctētici, per quos singulorum progenies constabat, vt in dubium reuocare, vel minimū eorum, quæ in eis cōtinebātur, nefas esset. Hos verò libros ne quis tentaret aliquid delere, aut corrumpere, in archiuis templi seruatos fuisse, vero similimum est. Si enim libri ad negocia publica populi concernentes, in tēplo ante Dominum reponebantur, quò securius ibi & absque vla suspicione seruarentur, quanto magis libri generationum, qui ad fœlicem status Reipublicæ conseruationem pertinebant? Si ea, quæ ad Regis statū attinere videbātur, & ad cōcordiā perpetuā inter Regē & populum, quæ omnia lex Regni vocabātur, postquam in libro scripta fuerunt, in sanctuario poni decretum est, vt. 1. Reg. 10. habetur. Locutus est Samuel (ait) ad populum legem Regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino, hoc est, in sanctuario. Quare ergo non ponerentur generationum libri, qui summopere necessarij erant? Erant inquā necessarij ob varias rationes. Prima, quia cum Iudæi valdè distincti essent, per duodecim tribus, qui ex diuina lege distincti manere debebant. Numer. 36. libros generationum esse oportebat, quibus generationes & generationum gradus singulorum describerētur, ne officia, quæ tribubus deuebantur confunderentur: vt patet de Sacerdotibus, & Leuitis, ad quos ministeria quædam erga cultum diuinum concernebant,

Ab Abiud vsq3 ad Christū, octo generationes sunt, de quibus in sacris literis mētio non fit.

Ex Iudæorum coticibus D. Matthæ. genealogias has desumpsit.

Quāte authoritatis libri genealogiarū erant.

1. Paral. 9.

Ezechiel. 13.

A nebant, quæ alij exercere non poterant, sic enim à Deo Num. 3. & 18. ordinatum fuerat. Oportebat ergo Sacerdotis & Leuitę genus omnibus constare, ne quis auderet, pro Sacerdote seu Leuita, vices gerere, nisi is cui sorte cōtigerat. Secus autē tentātes, si extranei genere inueniebantur, mortis suplicio puniebantur à Deo, vt videre poteris Numer. 16. quando Corę filij, eo quòd Mosis & Aaron officium exercere voluerunt, absorti sunt viui à terra.

Numer. 3. & 18.

Numer. 16. f. 39.

Libri generationū propter cōiugia seruabantur, & propter hæreditates.

B Erant quoque generationum libri necessarij, ob coniugia. Præceperat enim Dominus, ne viri de vna tribu, vxores de diuersa acciperēt, sed de propria tribu & familia sua. Num. 36. Erāt item necessarij eiusmodi libri, propter hæreditates, quas filij Israël possidebant. Omnes siquidem terrę Israël hæreditates, in duodecim partes, per duodecim tribus diuisæ erant. Statuerat enim Deus, quòd hæreditas de vna
C tribu, in aliam transire non posset, sed quantum à principio quelibet tribus accepisset, semper rātum haberet. Hinc est, quòd possessionum venditiones, Iudæis prohibitæ fuerint, nisi ad tempus venderentur. Anno enim Iubilei, ad priores dominos hęreditates deuoluebantur. Leui. 25. Nō modo qualibet tribus possessiones distinctas habebat, verùm quelibet familia, & progenies, suas proprias possessiones distinctas occupabat. Si quis autē prædiū
D ad eius familiam non pertinentem possedebat, continuo per libros generationum, iudicium ferebatur, an æquè vel iniquè ad illum pertineret. Erant insuper genealogiarum libri necessarij, ob principatus & dominia, quæ cuiq3 secundum ius obueniebant. Primogeniti namq3 inter Hebræos duplam hæreditatis portionē præ cæteris fratribus obtinebant: Deut. 21. id quod etiam de dominio fiebat. Ne ergo inter fra- A
tres, ob dominia, aut rerum diuisiones, iurgia & lites orirentur, continuo ex genealogiarum libris omnis extinguebatur. His ergo libris summa adhibebatur fides, & ex illis totius veritatis fides pendebat, quod ex libro primo Esdrę c. 2. patet. Vbi de quibusdam sacerdotibus sic habetur. Hi quæsierunt scripturas genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Item 3. Esdræ c. 5. habes, quòd nonnulli non poterant edicere ciuitates suas ad progenies. Et de quibusdam alijs sic ait: Horum quæsita est scriptura & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. De alijs quoque dicitur Neēmię. 7. Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Nec solū quoad Sacerdotum & Leuitārum genus, libri eiusmodi fidem faciebāt, verùm etiam ex eis an Israëlita, & de qua tribu quis esset agnoscebatur. Dicitur enim Neēmiæ. 7. de quibusdam, qui non potuerūt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrùm ex Israël essent. Ad summum quidem Sacerdotem, tanquam de re grauissima, pertinebat, per generationis libros diiudicare causas exsurgentes circa prædicta: id quod 3. Esdræ. 5. ostenditur. Nam de quibusdam, qui sacerdotio fungi volebāt, dicitur: Et vocati sunt nomine, & horum quæsita est generis scripta in pædatura, & non est inuenta: & prohibiti sunt D
sacerdotio fungit. Et dixit illis Neēmias & Astharas: Ne participentur sancta, donec exsurgat pontifex doctus in ostensionem & veritatem. Cum igitur genealogiarū libri auctentici essent, adeò vt per eos Sacerdotes tanquam per legem inuiolabilē iudicassent grauissima, quæ ad Reipublicæ spectabāt negocia,

1. Esdr. 2.

Sacerdotū genealogia ex libris queræbatur.

3. Esdr. 5.

Neēm. 7.

Libri genealogiarum necessarij ad agnoscēdum ex qua tribu quis esset.

Neēm. 7.

Deut. 18.

3. Esdr. 5.

Iubilei anno hæreditates ad priores dominos redibant.

Leui. 25. b. 10.

Libri genealogiarum necessarij erāt ad seruādum iura dominiorum.

Deut. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad tempus vsque Christi libros seruatos fuisse, verosimile est: ideoq; potuit testimonio eorum D. Matthæus vti & Messiæ genealogiam per illos texere. Aphricanus quidã historicus, qui temporibus Christi proximus fuit, testatur se à quibusdam Christi cognatis, qui eo tempore superstites fuerant, accepisse, omnes generationum libros in secretioribus archiuis tẽpli haberi, in quibus quoque alienigenarum quorundam origines continebantur: sicut Achyor ex Amonitis: & Ruth ex Moabitis. Ad verò Herodes Rex cum ad summum regni fastigium ascendisset, videns quòd per eiusmodi generationũ libros, omnium nobilitas manifestè constaret, sua verò obscuraretur, eo quòd ignobilis potius quam nobilis ex libris haberetur, eos comburere & in cineres redigere fecit. Fuerunt tamen viri antiquitatum studiosi, qui curiositate potius quam necessitate addicti, si nõ in totum, saltim in partes libros excerpserint genealogiarum, maximè series eorum, qui ad sua vsque tempora proximiores erant, atq; illa, quæ ad ipsos pertinere videbantur, penes se ipsos seruabant, ex quibus D. Matthæus ea quæ ad Christi generationem pertinebant, accipere potuit, atque ea maximè quæ à Zorobabel ad Christum vsque deduxit, cum in sacris codicibus eorum nulla mentio sit facta.

Aphricanus.

Herodes generationũ libros combusit.

Eusebius lib. 1. Eccles. hist. c. 7. Nizepho. libro. 1. c. 11. Et Aphricanus.

16 *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, &c.* Est inter Matthæum & Lucam maxima diuersitas circa Iosephi generationem. Nam D. Matthæus dicit: Iacob autem genuit Ioseph. D. verò Lucas dicit: Qui fuit Heli. Qui fieri potest vt vnus idẽq; homo duos parentes habeat, vt nunc de Ioseph videmus, qui nunc Iacob, nunc Heli filius nuncupatur? Nec possumus dicere binomium Iacob fuisse, qui & Iacob & Heli sit appellatus. Hoc maximè argumento Imperator Iulianus Apostata, aduersus sacros Euangelistas nitebatur, eos mẽdaces ostendere. Cum enim antea Iulianus, Christicola esset, & ex Ecclesiastico Monachus factus, Monachatus tædio affectus, omni pietate ac religione posthabita. Idolatra effectus, Imperio ab infidelibus idolatris accepto, nihil potius inuotis habebat, quam Christum eiusq; fidem è mũdo tollere. Qui cũ Christianos extirpare non posset, totis viribus conatus est, eos falsissima credere demonstrationibus (vt is impiè assere bat) conuincere. Vnũ ex præcipuis argumẽtis, quib° impiè nitebatur, hoc iam positum erat, quo Ioseph duos patres habuisse ex Euangelio ostendere contendebat. At si veritatem intelligere voluisset, facilè hũc errorem abiecisset, scripturæ sacrę consuetudinẽ animaduertendo. Solet enim progenies describi, nũc per naturalem patrem, nunc per legalem, id quod hic factum videmus: nam Matthæus Iosephum posuit in linea patris sui naturalis, Lucas verò eundem in linea legalis patris. Quomodo autem hæc veritas constet, ostendam. D. Matthæus patrẽ Iacob Matham fuisse dicit: Lucas autẽ patrem Heli Mathath vocat, Ambo quidem, scilicet, Mathã, & Mathath de stirpe Dauidis erant, quanuis per diuersas lineas successissent, quod quidem manifestum est, cum vterq; Euangelista progeniem à Dauid deducat. Habuerunt ij duo vnam eandemq; vxorem succesiuè Esthan nomine, ex qua singulos filios procrearũt. Quia Mathã, qui per Salomonem descendit, primus illam vxorem accepit, & vno filio relicto, Iacob nomine, mortuus est. Post eius obitum (quia lex viduam, alteri viro non vetat nubere)

Diuersitas inter Matthæũ & Lucã circa generationem Ioseph.

Iulianus Apostata Euthym. Lucanus

Scripturæ non raro naturalem per legalem describũt generationem.

A bere) Mathath, qui per Natham genuit ducit: cum esset ex eadem tribu & familia Dauidica (licet nõ ex eadem linea: quia Matham pertinebat ad Dauid, per Salomonem: Mathat verò per Natham) relictã Matham accepit: ex qua & ipse filiũ suscepit nomine Heli, per quod, ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob, & Heli vterini fratres. Quorũ alter nempè Heli accepit vxorem, qui mortuus est sine liberis, hinc est, quòd Iacob frater mariti minor, vt fratri suo semen suscitaret, eam in vxorem accepit, ex qua ei Ioseph genitus fuit, ob quod Ioseph filius Iacob naturalis erat, legalis verò Heli erat filius, Euangelistæ vtrumq; patrem considerãtes, Matthæus Ioseph filiũ Iacob, Lucas autem Heli filium vocarunt, teste Nizephoro lib. 1. histor. Ecclesiast. cap. 11. Hanc interpretationem exhibent D. Hieron. hic, & Augustin. lib. de consen. Euangel. cap. 3. & lib. 2. retract. c. 7. & 16. & contra Fuust. lib. 3. c. 3. & lib. 28. contra eũdem. c. 5. Iustinus. q. 66. ad Orthodo. Euse. lib. 1. Eccles. histor. c. 7. Beda lib. 1. in Luc. c. 10. Teophila. in c. 3. Luc. Damasc. lib. 4. summę Ortho. fidei. c. 11. & Ambrosi. lib. 3. in Luc. & D. Thom. 3. part. q. 31. art. 3. ad. 2. Hi omnes Aphricanum historicum sequuti, qui proximus Apostolis fuit.

Ioseph filius Iacob naturalis, Heli verò legalis erat.

Vide Nizephor. lib. 1. c. 11. sub finem, & sequentes patres.

B

C

D Est & alia solutio, quæ talis est: D. Lucas genealogiam Christi per Virginem Mariam recensuit: at verò, quia in sacris literis cõsuetudo non est, fœminarũ mentionẽ facere, in genealogijs, & ex alia parte Euangelista nõ poterat patrẽ naturalem Christi, secundum humanitatẽ, referre, quoniã Christus, Spiritus sancti virtute, sine virili semine genitus fuit. Hinc est, quòd in genealogia Christi texenda, coactus fuerit à nepote ad auum transitũ facere. Itaq; sensus erit, Christus putabatur filius Ioseph, qui tamen Christus fuit Heli. Heli verò Mariæ Virginis pater fuit, qui alio nomine Ioachim appellabatur. Sæpè enim in scriptura inuenitur, vnũ virum duo sortiri nomina. Hũc intelligẽtiam Damascenus exhibet lib. 4. fidei Orthodo. c. 15. quã libentissimè amplexati sunt viri celebres huius tẽporis, nempe Cano, & Magister Dominicus de Soto in. 4. 2. p. q. 2. art. 1. Huius opinionis fundamenta sunt duo. Primum est, quòd Ioseph fuit filius Elifuisset, secũdum legẽ, vt cõmunis habet opiniõ, Heli nomen eluraturam habere tenebatur & non Ioseph: nam ita statutum est Deut. 25. Secũdum fundamentum est: Quia postquam Matthæus recẽsuit genealogiã Ioseph ex Dauid, in quo implicitè includitur, quòd Maria vxor eius erat de familia Dauid, superuacaneum videtur, quòd Lucas immorãretur in referẽdã genealogiam eiusdem ex Dauid, secũdum patrem legalẽ. Erat tamẽ valdè necessariũ, quòd explicitè diceretur etiam Mariam Virginem ori ginẽ à Dauid ducere, eo modo quo poterat in sacris literis dici. Et quãuis ambas has opiniones, seu Doctorum assertiones seorsum probabiles credam. Testiam tamẽ, quam F. Esthephanus de Salazar, modernus quidem auctor, sed verè doctus & pius, & mihi nõ vulgari amicitia coniunctus, in suo de genealogia Christi libello adfert, quæ summè certè placet, proponã. Faretur quidem cũ priscorum patrũ sentẽtia, Iacob & Heli, fratres germanos & vterinos fuisse, ex eadẽ matre Esthia propagatos, quæ duobus eiusdẽ tribus Iudæ, & eiusdẽ Dauidicæ familiæ viris Matham primũ, ac mox eo extincto, Mathath nupserit, à qua Heli filium suscepit. Hic verò Heli, Eliachim & Ioachim vocatus fuit.

In genealogijs Hebræorum mulierũ mentio nõ fieri solet.

Damasc. lib. 4. Orthodo. cap. 5. Cano. Dominic. à Soto in. 4. 2. p. q. 2 art. 1.

Deut. 25.

Ioachim Maria pater Heli etiam vocabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Lucas tamen non vocat illum Ioachim, sed Heli, quia Iudæis mos erat, vt si quis in suo nomine tres aut quatuor literas, nominis ineffabilis habeat, ob reuerentiam sacratissimi nominis, alio nomine appellerur, quod aut idē significet, quod proprium, aut aliud insigni aliqua notatione insinuet. Sic Iudā Leui appellāt, hoc est leonem, quod leoni comparatus est Iudas, sic quoq; Ioachim, quòd ex tollēdum significat, cum Tetragrammati literas habeat ob reuerētiā tanti nominis, vocatur Heli, id est altum, obseruauit hoc Ianse. in concor. c. 39. Heli iste non vt antiqui affirmant, sine liberis decessit, nec eius vxorē duxisse Iacob, ad suscitandū semen fratris, & ex ea Iosephū Deiparę sponsum suscepisse. Verùm asserit Iacob ex propria vxore Iosephū sustulisse. Heli verò, siue Ioachim ex beatissima Anna sua coniuge, sacratissimā Virginem Mariam suscepisse, quæ interiecto deinde tēpore, patrueli & consobrino suo Iosepho, nupserit. Censet itaq; D. Matthæus naturalē D. Ioseph genealogiā texuisse. Contrà verò, Lucam seriē naturalem progenitorum B. Mariæ Virginis prosecutum. Christumq; (vt recentiores cū multis antiquis patribus sentiunt) ad Dauidis familiā & genus, non per Salomonem, sed per Natham pertinuisse.

Ianse. in concord. c. 39.

B

Est præterea animaduertendū D. Lucam generationē describere ex parte Mariæ, Matthæū verò, ex parte Ioseph: secutus Hebræorum cōsuetudinem, qui solas virorum genealogias prosequuntur. Et hinc satis ostenditur Christus ex semine Dauid progenitus, etiam si Ioseph Christi pater non fuerit, quia ex legis præscripto, de sua tantum tribu & cognatione poterat vic sumere vxorē, ne tribuum possessiones cōfunderētur. Sed ad hęc obijcies forsam, quòd Christus de stirpe Dauid minimè esse potuerit, eo quòd mater ipsius Maria cognata Elisabeth, quæ de filiabus erat Aaron, & ipsa quoq; fuisset, sic ergo Christus cōsequēter de tribu Leui, ex filijs Aaron progenitus fuit. Faustus Manichæus hoc argumento probabat, Christum ex semine Dauid nō fuisse. At verò D. Gregorius Naziāzenus huic argumento respondēs ait. Nutu diuino factū esse, vt genus regium sacerdotali iungeretur stirpi, vt Christus, qui & sacerdos, & rex erat, de vtraq; tribu (secūdū carnē) nasceretur; frequenter enim visum fuerat, vt viri de tribu Iuda, acciperent aliquando vxores de tribu Leui, & è contrario. Beata ergo virgo Maria cum recta linea de stirpe Iuda esset, fieri potuit vt aliquis ex auis aut proauis ipsius, vxorem aliquam accepisset de tribu Leui, ex illa quidē parte Beata Virgo Maria, cognata Elisabeth poterat esse. Si autem hoc recusare velis dicens, in C de sequi diuersarum tribuum commixtio, quòd prohibitum lege fuerat, hoc minimè obstat: nā quod tribus Iuda & Leui coniungantur, ex speciali causa factū esse credimus. Aaron namq; qui primus sacerdos fuit in tribu Leui, Elisabeth filiam Aminadab sororē Naasson in vxorem accepit, vt Exod. 6. manifestū est: cū ergo Aminadab & Naasson de tribu Iuda fuerint, sicut ex hac genealogia constat, necnō ex. 4. c. D Ruth, atque ambo principes tribus Iudæ extiterint, manifestum est viros ex tribu Leui vxores ex alia tribu accipere posse. Poteris tamen probationem hanc tāquam minus efficacem reijcere dicens, hoc ante legē latam cōrigisse. At hoc ipsum & post legem factū fuisse, euincere possumus. Nam Ioiada summus sacerdos qui de tribu Leui fuisse constat, Iosabam filiam Regis Ioram in vxorem

Fausti argumentū de Christo ex semine Dauid non fuisse.

Gregorius Nazianzenus.

Exod. 6.

Ruth. 4.

Num. 36. 7.

4. Reg. 2. Par. 22.

Lucas generationem ex parte Mariæ. Matthæus vero ex parte Ioseph describit.

A vxorem accepit, cum tamen Ioram de tribu Iuda atq; de recta Dauidis stirpe, vt ex literæ cōtextu constat, progenitus fuisset. Licebat ergò, post legem datam, viris de tribu Leui, vxores de tribu Iuda accipere, & è contrario, immò Leuitis licebat, ex quauis tribu vxores accipere, id quod minimè cæteris alijs tribubus datum erat, ne hæreditates interse ipsas confunderentur, quod facilè fieri poterat, si viri ex vna tribu, vxores ex alia acciperent: nam hæreditas vnius tunc transiret in aliam tribum. De tribu quidem Leui non erat par ratio: nam cum illa nullam possideret hæreditatē, etiā si à viris cuiuscūq; tribus vxores acciperentur, nulla hæreditatum cōfusio subsequi poterat. Alia quoq; ratione viris de tribu Leui licebat, ex quacūq; tribu vxores accipere. Nā filiæ ex lege, in nullis bonis immobilibus succedere poterant, aliquo filio existente, ideò poterant illas connubio sibi copulare. At verò nullo filio existente, filiæ hæreditatem accipiebāt, quam æqualiter inter se ipsas diuidebant, tunc nemo ex tribu Leui poterat sese matrimonio iungere illis viris, tamen de alia tribu, liberè ipsæ matrimonio sese traddere poterāt. Ad rem igitur venientes, fatemur Virginē Mariā ex tribu Iuda rectè originem trahere, D & nihilominus Elisabethā de tribu Leui cognatā habere. Nam Pater ipsius Virginis Ioachim vocatus, de tribu Iuda licet esset, Annā Virginis matrem de tribu Leui, sibi in matrimonium copulauit, quæ Elisabeth cognata erat. Proinde Fausti argumentum, quo nitebatur Virginē ex tribu Leui esse, necnon etiam Christum ex eadē tribu probare, nullius est momenti. Maria enim erat vna de filiabus illis, de quibus lex præcipiebat, vt sint vxores vni ex cognatione tribus suę. Si quidem cū Ioachim Mariæ pater, A nullos habuisset filios, hæreditatē eius necessariò ad filiam deuenire oportebat, propter quod vni de cognatione nubere debuit: id quod D. Matthæus videns, nulla vsus est probatione, quia tunc Iudæis, quibus suum Euangelium dabat, satis cōpertum erat Mariam nullos habuisse fratres, obidq; hæreditatem paternam habere debebat.

Num. 18.

Iosue. 13.

Num. 27.

Num. 17.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Hactenus dictum fuit in omnibus supra cōtextis generationibus, viros a viris genitos fuisse: Habrahā siquidē genuit Isaac: Isaac autē genuit Iacob: & cætera quæ sequūtur ad hāc vsq; Christi generationē, vbi dicitur: *De qua natus est Iesus.* Quibus verbis manifestè ostēditur, hanc nouam generationem esse, nō de viro sumptam, sed de Virgine, vt hinc noua progenies filiorum Dei originem & initiū accipiat. Hactenus terreni homines, terreno more filios generarūt: iam Spiritus sancti opere, à Christo vero capite, generatio exorditur, vt in suis omnibus membris perfectionem accipiat. Sicut enim æterna Christi processio, absq; æterni patris fide credi nō potest: ita temporalis eius generatio, quæ ex matre sine patre initium habuit, sine præuia eiusdem Deiparę cognitione cōparari non potest. Cognitio enim effectus cognitionē causæ supponit. Cum autem B. Virgo Christum, vt hominē genuerat, sub hac ratione causam illius esse D necesse est. Rectè enim sanctissimæ Virginis excellentias intelligere (si fas est) opportet, & ab ea prius qualis & quanta sit accipiamus. Maria siquidem primas tenet, inter omnes qui verbum Dei rectè tractant, patrisq; faciunt voluntatem: nec solū corpore mater capitis, sed & spiritu mater membrorum Christi sola reperitur. Etenim operata est charitate,

Noua filiorū Dei generatio ab hac generatione initium accepit.

Virginis excellentias agnoscere oportet.

Deipara Virgo primatum tenet omnium qui Dei verbum rectè tractant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ritate, vt fideles in Eccleſia, qui Chriſti capitis membra ſunt, naſcerentur: & duas prætereà res, virginitatem & fœcunditatẽ, in corpore venerãdas habuit, quia integra permãſit & peperit: quod latè Auguſt. oſtendit. Eſt itaq; partus iſte virgineus, nouę genealogię omniũ eorũ, qui in cęlis cõſcripti ſunt exordiũ.

Auguſ. in lib. de ſancta Virgin. cap. 6. & 7.

De qua natus eſt Ieſus. Pauciſsima quidem Euangelici ſcriptores de Deipara Virgine dixerũt, quia Spiritus ſancti afflatu, tacere potius edocti ſunt, quã pauca de tantę Virginis dignitate, ac maieſtate exprimere. Id ipſum in operibus ſumma arte elaboratis fieri ſæpè ſolet: nam ſi quis artis pictoriæ magiſter, imaginẽ aliquã benè depictam, alicui artis perito oſtendat, videſ hic perfectionem picturæ miratur & oratione cõmendat, at ſi aliã longè excellẽtiorem proferat, excellentiſsimæ picturæ admiratione ſtupefactus, non iam verbis, quia in tantæ rei commendatione, verba omninò

Quare Euangeliſtæ de Virgini pauca ſcripſerunt.

B

C deficere videtur. Nutibus & ſignis corporis nẽpè eleuatione oculorũ, humerũ ſubmiſsione: tacendo ore, ſummã eius rei & extremã cõmendationẽ facere ſolẽt. Id ipſum etiã in 1. Gene. c. videre licet: Ibi creaturas, quas Deus ipſe faciebat, ſtatim cõmẽdabat, vidit lucẽ q̃ eſſet bona, &c. cũ formauit hominẽ tacet, licet in eo plures perfectiones poſuiſſet, ſic de Virgine tacuerũt omnes, quia maior eſt omni laude, nec laudare eã ſufficis. Sat ipſis, Virgini ſcilicet, atq; filio, totiq; tãdẽ vniuerſo fuit, hoc Spiritus ſancti problema ponere, nẽpè, de qua natus eſt IESVS, quod omnes Virginis prærogatiuas diuina arte in ſe cõprehendit: & ab eo tanquam è perenni fõte Deiparę excellẽtias haurire poſſumus. Mariæ ſiquidẽ tam eximia & ingentia bona, in eo quòd Dei mater facta eſt, cælitus contingerũt, vt illa

Genes. 1.

Spiritus ſancti problema omnes Virginis excellentias ineluſit.

D

cuiuſuis hominis captum excedãt. A Omnẽ enim honorẽ ac beatitudinẽ inde prouenire, quòd in vniuerſo humano genere, vnica perſona ſit cunctis ſuperior, cui nemo par, & quæ cũ cæleſti Patre filium cõmunem habeat, neminemq; de illa maiora prædicare, aut enũciare poſſe, etiã ſi tot ſit linguis præditus, quot floribus ac herbulis terra, quot prętereà cælũ ſtellis ornatur, ac mare arenis redundat, id exprimere non valere certum eſt. Quare illa ipſa, cum Deiparens effecta fuiſſet, ac rem tantam, quã in ſe ſenſerat, verbis explicare non poſſet, in vocem illam ardẽter eructaſſe audiuimus. Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctũ nomen eius. Nullis ſanè verbis, dignitas præſtãtiaq; poteſt explicari, quã Chriſti Domini & Dei noſtri vera & naturalis mater obtinet, ac promeretur, vt peculiariter beatam illam prędicent generationes omnium ſæculorum, & nationũ, & qui naſcentur ab illis. Etenim quæ pulchritudo, quæ virtus, quę nobilitas, quę gratia perfectior C eſſe poteſt, quæ Dei parenti nõ cõpetat, & in ea excellat? Sãcti quidẽ omnes quantũ vis virtutibus excelſis à Deo cõdecorati ſint, magnam ſibi gloriam vẽdicant, eo quod Dei ſedes dicantur & ſint. At verò Deipara virgo thronus Dei meritò cõpellatur, per thronum illum eburneum Regis Salomonis adumbrata. Solent enim Reges dum inaugurantur, & regni poſſeſsionẽ magna cum gloria aſſumunt, ſeu dũ totius Regni cõmitia Auguſta celebrant, in alto excelſoq; throno ſedere, cæteri verò Regni Principes inferius ſedẽtes, ſecũdum ſtatus dignitatẽ, ſeu adſtantes prout Regni cõſuetudo fert, omneſq; tandem tãti Regis maieſtatem, ſua præſentia magno ſplendore cõdecorare ſolẽt. Quantum Deiparæ Virginis dignitas & gloria

Luc. 1.

Deipara virgo per thronum illum eburneum Regis Salomonis adumbrata.

A gloria à cæteris Sanctis excellat, iã in throno Regis Regũ Chriſti ab æterno in magnã maieſtatis ſuę gloriã à Deo præparatam vides. Sicut enim thronus cęteris ſedibus excellit, & eminentior eſt, ſic Deipara Virgo, in omni virtutũ genere eminentiſsimo quodã modo longo interuallo cũctos ſuperat Sãctos. Sicut cedrus (ait Salomõ) exaltata in Libano, ſicut Cypreſſus exaltata in Syon, ſicut Palma exaltata in Cades &c. In plenitudine tandẽ Sanctorũ detentio mea. Quæ obſecro detẽtio? Vides orologiũ horarum index, dum in ſole ponitur vt horã indicet eius natura talis eſt, vt virgula illa calibe tacta, quieſcere minimè valeat, donec ad illam horę lineam à ſole cõceſam perueniat, ibi tandẽ eſt vera & fidelis detentio cũ ad illam peruenerit. Deipara Virgo non in quocũq; humilitatis gradu, ſed in ſupremo quieſcit, nec in quouis paſcientiæ genere, ſed in ſupremo, nec etiã in quolibet miſericor

Deipara Virgo, in omni virtutum genere cunctos ſuperat ſanctos.

Similitudo ex orologio ſumpta.

B

C diæ genere, ſed in excellentiſsimo quieſcit. Id ipſum de vniuerſis virtutibus dicere iuſtè poſſumus. Sic tandem fateri tenemur, quòd in plenitudine Sanctorum Virginis detentio fuit. Hinc eſt, quòd vniuerſa Hieruſalẽ cælẽſtis triũphans, & terreſtris militans, tantopere miratur de tanta Virginis gloria dicẽs: Quę eſt iſta, quæ progreditur quaſi virgula fumi, &c. & vniuerſi pulueris pigmentarij, quæ illa omnia, varia virtutũ genera eſſe nõ dubitãt Sancti teſtari. Peritis concionatoribus ex ijs pauca terigiſſe, ſat eſt. An ab homine vel Angelo ſublimius, & auguſtius quicquam ex cogitari quæat, quã id quod Sapiẽtia diuina ſuæ matri conceſsit. D. Thomas docere non dubitat, infinitatẽ quandã dignitatis, illi perſonæ, quæ Dei mater eſt, attribui oportere. Si enim quo altior eſt filius, eo dignior ma-

Cant. 3.

Deipara virgo per thronum illum eburneum Regis Salomonis adumbrata.

Infinita dignitas matri Dei ſecundũ Thom. 1. ſent. tribuenda eſt.

ter cẽſenda eſt, quis iure ambigat, A quin filij infiniti, auctoritas ac dignitas, ad matrem ipſam redũdet, ac honorẽ immẽſum illi cõciliet? Quę ſola cũ Patre æterno de Filio tẽpore partus dicere potuit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Iudicat & Dionyſius Richelus, eo quòd Maria veri omnipotentiſq; Dei mater vera facta ſit, tantã gratię plenitudinẽ in ſe continere, quantã nec ipſa quidẽ Virgo, niſi Dei cõtempletur eſſentiã, preſpicere poſsit. Et Cardinalis Cuſanus ſapienter monet, & B docet, q̃ eo ipſo quod matrẽ Dei illam eſſe aſſerimus, fatemur, omnes ad plenũ laudes, quæ de Sanctis omnibus in vniuerſum colligimus, nomine matris contineri, ac ſuperare omnes idcirco vulgares illos titulos quibus Maria Regina cælorum, mater Angelorum & hominũ iubiluſq; Prophetarũ appellatur, ad illam iure referri, & longè maiora. Quid multis? Inter omnia nomina quæ puræ quidem creaturę competunt, nullum eo maius, atq; excellẽ C tius, quam Dei matrẽ nuncupari.

Matrem Dei appellari nomen omnium excellentiſsimum.

Dionyſ. lib. 2. cap. 8. de præconio & dignit. Virg.

Cuſan. in dialogo de Anunc. Virg.

De qua natus eſt Ieſus. Hæc noſtræ Deiparæ Virginis primaria prærogatiua, quæ nunquã laudibus ſatis efferri poteſt, quo maiori in precio ab omnibus habeatur, conſiderare oportet, quòd tota ſimul ſantiſsimę Trinitatis maieſtas, ac operato, in hoc opere magis eluceſcit, quam in omnibus hactenus per tẽpus factis. Honoratur enim Pater æternus, D quum grati agnoſcimus, quod ipſe pro ſumma potẽtia ſua, vt mũdum perditum renouaret, fœmineũ ſinũ tanti muneris, atq; boni capacem reddiderit, vt ſibi in ſpõſam aſsumeret. Honoratur & Filius Dei, cũ im mẽſæ illius erga nos charitati gratias agimus, quod in vterum Virginis de ſinu Patris vltrò deſcẽderit, quodq; mortalẽ carnẽ aſſumptam vnà cũ anima hypoſtaſi ſuæ vniue-

Perſonas omnes diuinas eo quod Deiparam prædicamus honorificari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rit,ac vnitã ſupra omnia exaltarit, obidq; talẽ matrẽ elexerit. Honoratur & Spiritus ſanctus quum eius ſummæ bonitati acceptũ ferimus, quod in Maria Virgine, tanquam venerando ſacrario, ad cõmunem mundi ſalutem mirabiliter conceptum, atq; formatum fuit: vt illic ſacroſanctum diuinę incarnationis myſterium celebraretur, ac fœliciſſimo initio à Maria facto, toti mundo per eam manifeſtaretur.

Summa myſteria incarnationis diuinæ in Mariæ vtero peracta.

B *De quæ natus eſt Ieſus.* Ex æterno ſantiſsimę Trinitatis decreto, Deiparens facta eſt. Id quod fieri nõ poterat, niſi ſumma illa, & ne Angelicis quidem mẽtibus per veſtigãda myſteria, in Virgineo Mariæ vtero concurrerent, nempè infinitè diſtãtium immediata vnio, prę ſubſiſtentis perſonæ vera generatio, Diuinę ac humanæ naturæ hypoſtatica cõiunctio, infiniti circunſcriptio, & recens æterni productio, vt paucis multa, & ſcholaſtico quidem more cõplectar. Spectet ac miretur qui velit, pulcherrimam huius mũdi fabricã, atq; gubernationẽ: quicquid autẽ vel in cælo, vel in terra creatũ eſt, quantumuis amplũ, excellẽs, illuſtreq; videatur, ab hoc operevno & diuino, quod in Maria tã electo vaſe peractũ eſt, multis ſanè modis ſuperatur atq; obfuſcatur.

Mirabilius opus in Maria, quam in reliquis omnibus Deus fecit.

C *De qua natus, &c.* Cõſiderate obſecro, quòd nulla ſpectabilior nobilitas, quàm quę huic inclitæ parenti congruat, vſquam conſpicitur. Nam ſicut filiorum principum nobilitas, ad matrẽ redundat, regiaq; proles parentem ſuam reddit illuſtriorẽ, ſicut Berſabeæ docet exẽplum. Hæc enim ſtipendiarij militis primũ vxor, poſt à filio Rege Salomone ſic nobilitata eſt, vt regnãdi poteſtate & gloria publicè potiretur, atq; tum à Rege ipſo, tum ab Iſraelitis omnibus ſummo in precio haberetur: ſic etiã Deiparæ Virginis materna dignitas, tãto maior

3. Reg. 2.

D *Summa Mariæ nobilitas quòd Deiparens exiſtat.*

A ſatenda eſt, quanto Dei filius, cęteris creaturis eminentior exiſtit. Norũt Ethnici quoq;, inter parentem & filium ſummam & perpetuã eſſe neceſsitudinem, tantamq; huius propinquitatis manere vim, vt filius parenti, parem referre gratiam in omni vita nõ poſsit. An verò minor Chriſto cum matre ſua neceſſitudo interceſſit? qui præterquam quòd patrem cõmuni more non habuit in terris, certè in conceptione, haud minus quã quiſquam filius à B matre ſua percepit, eamq; idcirco & chariorẽ ſibi & deuinctiorẽ eſſe debere ſemper exiſtimauit. Ideò ſuper omnem Angelorũ dignitatẽ ipſam euexit. Sicut enim Paulus Chriſti dignitatẽ, eo quod Dei filius ſit ſuper omnes Angelos, oſtendit, dicẽs: Cui enim Angelorũ dixit De⁹, filius meus es tu? Ita quoq; matris Chriſti dignitatẽ, eo quod Dei mater vera ſit, cõprobare poſsumus. Cui enim vnquã Angelorum Deus C mater mea es tu? Nuſquã enim Angelos aprehendit ſed ſemẽ Abrahę. Ideò ſuper omnes Angelos meritò Deipara Virgo exaltanda venit.

Maximæ gloriæ eſt Chriſto neceſſitudo interceſſiſſe.

Hebr. 1.

De qua natus eſt Ieſus. Ænigma in extricabile videri poteſt, talem reperiri creaturã, de alterius oſſe genitam, quę viciſsim de ſua carne auctorem patremq; ſuum generet, nõ ab alio, quàm quẽ peperit, fœcũdatam, & quæ eidem ſimul, & filia, & ſponſa, & mater exiſtat. Ænigmata quoq; præclara Heſychius Hiero- D ſolymitanus Presbyter ponit. Peperit (inquit) & vterum nõ apperuit, concepit, & vuluã nõ corrupit: eduxit infantẽ, & vterum ſignatũ reliquit: lac ſuppeditabat, vbera tamẽ intacta cõſeruauit: portabat puerũ, pueri tamen patrẽ in mũdo non agnoſcebat: mater effecta eſt, quę minimè ſponſa more ſolito fuit: nutriebatur filius, & nõ inueniebatur pater.

In Mariæ partu virginitas mirabile.

Mirabile ea in Maria conjuncta.

A pater. Nec tacet idem Heſychius haſce venuſtas ſimilitudines. Ager fructum edebat, & fructus carebat cultore: meſsis reddebat, quæ ſemẽ non acceperat; currebat fluuius, & fons quacũq; ex parte clauſus erat, vt perſpicuum fieret, te matrem eſſe factam, & tamen non eſſe paſſam ea, quæ mulieribus accidunt.

Pulchræ ſimilitudines Dei matrem adũbrantes.

Maria ſanctiſſimæ Trinitatis cõplementum quomodo dici poſsit.

B Idem quoq; Heſychius in eadem concione, Deiparam Trinitatis ſanctiſsimę complementũ vocat. Hæc (inquit) vniuerſum Trinitatis complementum quando quidem & Spiritus ſanctus adueniebat, atq; hoſpitabatur & Pater obumbrabat, & Filius vtero geſtatus inhabitabat. Vides quãta & qualis eſt Deiparæ & Virginis dignitas? vnigenitus enim Dei filius mundi cõditor, velut infans, ab ea geſtabatur.

De qua natus eſt Ieſus. Hæc ſanè propria & primaria Mariæ prærogatiua eſt, eritq; perpetuo, quod verè proprieq; dicatur & ſit Deipara: vt definitum fuit in Concil. Epheſ. in Concil. Calced. & in. 6. Syno. Acti. C 4. & 11. & 7. Synod. Acti. 4. & 7. & in Concil. Latera. Can. 1. Vnde D. Bernard. Beatam Virginem Mariã Euangelicæ mulieri eleganter comparat, quæ tres farinæ mẽſuras, ſiue vt noſter legit interpres, tria ſata, modicè addito fermento commiſcuit, atq; contemperauit, vt tota deinde conſperſio in vnum ſimũl corpus confletur atq; vniatur. Etenim Mariam nobilem hanc eſſe mulierem oſtendit, quæ præſtantis fidei ſuæ fermento, id quòd alius nemo potuit, perfecerit, vt in ſuo vtero res naturę, Verbum, Anima & Caro perinde ac tria ſata, in vnitatem perſonæ Chriſti coniungerẽtur, & coniunctæ non diuellerentur. Planè beata (inquit) quæ credidit, quoniam perfecta ſunt in ea, quæ dicta ſunt ei à Domino. Perfecta autem non eſſent, ſi quominus iuxta ver-

De Bern. li. 5. ad Eugen. de conſideratione.

Matthæ. 13. c. 33.

Maria mulier fermentum in tribus farinæ ſatis commiſcens.

D

Luc. 1. c. 45.

Chriſtus vna ſemper perſona, etiam in morte perdurauit, etſi ſeparata eſt anima à ſeparatur.

bum Domini, eſſet fermentatum A totum & perpetuo fermentatum, vt nec diuiſione quidem facta carnis & animæ, à carne vel anima verbum diuideretur.

Ieſus quã vocatur Chriſtus. Eſt ſanè hoc I e s v s nomen, nomẽ illud Tetragrammaton, quod quatuor miſticis literis apud Iudæos ſcribitur Ieouah, Yoth, He, Vau, He, quæ voces ſuis punctis compoſitæ Yohe ſua efficiunt. Vbicunq; hoc nomen Iudæi inueniunt, haud quaquam illud proferre audent, ſed loco eius B hoc nomen Adonai, proferunt, nomen non vocale, nec ſcriptum, nec delebile vnquam, ſed reale, ſed permanens, ſed æternum, quòd eſt ipſe Deus ſaluator per eſſentiam. Sed quoniam diuina eſſentia, ſecũdum proprium eius eſſe, teſte Galatino, mẽte nullatenus excogitari poteſt, idcirco apud Iudæos nefas eſſe cenſetur, nomen ipſum ore pronuncia ri. At vt coacto ſenſu cum Hebręis, pulchra quadam vocis armonia cõſonemus, vt quod ipſi per Tetra- C grammaton obſcuro ſatis ſenſu, & penè vix intellegibile reddunt, præclariùs nos, velut iã reuelata facie Deum ſpeculãtes, magnis vocibus acclamemus I e s v s, ex illis quatuor literis vocabulum conſarrientes. Quod quidem nomen Dei eſt ipſiſſimum, & reale, quo Deus declarauit ſeſe mundo. Quod etiam nomẽ non fuit mundo cognitum vſq; dũ filius Dei veniret. Quando autẽ adD uenire decreuit, tũc primo fuit manifeſtatum, ac ſcitũ & Virgini declaratum per Angelum dicentem. Vocabis nomẽ eius I e s v m. Hic verò noſter Euangeliſta nomen declarat, ac inferiùs nominis declarationẽ cum miniſterio explicat, dicens: Vocabis nomen eius I e s v m. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Ieſus eſt nomen ineffabile Tetragrammaton.

Galati. lib. 2. cap. 1.

Quare nomẽ Tetragrammaton non proferatur.

Ieſus nomen eſt, quo Deus ſeſe ipſum mũdo declarauit.

Luc. 1. c. 31.

Maria primã fuit, quæ hoc nomen accepit.

Matt. 1. d. 20.

Eſt animaduertendũ, quòd I e s v s nomen,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verbū in mẽte Dei factum est nobis nomen.

A nomen, quàmdiu fuit in mente Patris nobis abscónditum, nõ fuit nomẽ, sed verbum, postea verò quàm incarnatum est verbum hoc, nomẽ factum est, augustum simul ac venerabile, cui meritò omne flectitur genu cælestium, terrestriũ, & infernorũ, quia non est aliud nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Id quod hoc modo nobis demõstrari potest. Cõceptus nostri intellectus, quo apprehenditur res in suo essentiali esse, verbum dicitur mentale, donec

Act.4.b.12.

B per vocem in notitiam hominũ veniat, quõ facto iam verbum, quod abstrusum in intellectu latebat, in vocem nominis vocabulum trãsit, à sui videlicèt notificatione, quod per eiusmodi vocem cæteris notificetur, ideoq; nomẽ vocale dicitur, aut scriptum, si scriptura notificetur. Dupliciter namq; nostri intellectus cõceptum, notum facere solemus, Voce, aut scripto. Sic D. Au-

Mentale verbum dupliciter exprimitur.

August.13.de Trinit.

C gustin. docet verbum patris, de essentia ejus ab æterno genitum, soli sibi fuisse cognitum, quo pater sese ipsum comprehendit, secundum totum pelagum, & suæ diuinitatis plenitudinem. Per hoc quoq; verbum, tanquam per artem, seu infinitam scientiam, ex tempore dixit, id est, creauit omnia ad extra, & per hoc ipsum idem verbum, nomẽ iam nẽpè, Iesvs, factum, Pater æternus se se mundo manifestauit, & voluntatem suam expresit, perinde ac nos

Verbum, Iesus nomen accipiens se ipsum & Patrẽ mundo manifestauit.

D per vocem mentis nostræ conceptũ manifestare solemus. Hæc enim vna ex causis est, quam Theologi incarnationis verbi assignare solent, nempè, Verbum illud æternũ in tẽporis plenitudine fuisse incarnatum, vt scilicet voluntas patris, per ipsum hominibus manifestaretur. Quę ea fuit vt omnes per ipsum salutem vitamq; æternũ consequerentur, quod per Ioannẽ manifestè

Ioan.6.c.40

testatur, dicens: Hæc est voluntas A
patris mei, qui misit me, vt omnis
qui videt filiũ, & credit in eum, habeat vitam æternam.

Iesvs, Nomen cũ profertur, mira quadam suauitate omniũ orã diuinitus repleri sentimus, nec sine graui ratione. Nam cum Messias il

Quare dulcis sit nomen Iesus.

le tãdiu desideratus, & expectatus ab omnibus sit, & hoc Iesvs nomẽ, inter alia Messiæ nomina sit illi magis proprium magisq; conueniens, cum Iesvm audimus, aut ore nominamus, salutem nostram, quã tãtopere desideramus, præsentissimã agnoscimus. Et quoniam Messias, & perfectus Deus, & perfectus homo, futurus erat, idcirco Prophetę ad insinuandam vtriusq; naturę ipsius veritatem, eum quandoq; Deũ Tetragrammatõ nomine, siue alio diuino nomine, quandoq; hominẽ seu alijs nominibus, humanam naturam designantibus, appellãt. Sed quia humani generis salus, non nisi

Nullum nomen magis proprium Iesu.

C per Deum humanitati hypostaticæ vnitum, fieri debebat, ideò hoc Iesvs nomẽ, quod Saluator interpretatur, inter cætera nomina ipsi Messię attributa, est illi magis propriũ, magisq; conueniens: cum non solũ vtramq; naturam diuinam scilicet & humanã, quæ in Messia ipso hypostaticè vniendæ erant, importet: verùm ipsam quoq; humani generis salutem, quam ipse operaturus erat, apertissimè insinuet: quod qui

Iesus nomen Messiæ soli competit, id quod ratione probat.

D dem nomen ab æterno, per æternã prædestinationem, à patre æterno illi impositum fuit, & postmodũ ab eodem Prophetis reuelatũ. Habacuc quasi Deo pro tanto salutis beneficio gratias agens, dicebat: Ego autem in Domino gaudebo & exultabo in Deo Iesv meo. Et Esdras in

Habac. 3. 18.

persona Dei patris loquens, sic aiebat: Reuelabitur filius meus Iesvs, cum ijs qui cum eo lætabuntur.

4. Esdr. 7. 28.

Et rursus ibidem sic etiam inquit.

A Et morietur filius meus Christus, & conuertetur ad me seculum. Testimonium hoc citat D. Ambrosius super Lucam. Quod autem Iesvs nomẽ Messiæ soli competat, ratione quoque probari potest. Si enim non nisi per Messiam humanum genus saluandum fuerat, nomenque Iesvs saluator interpretatur: consequẽs planè est, nemini alteri propriè nisi Messiæ hoc nomen conuenire posse. Quare concedere necesse est, hoc solum esse debuisse proprium ipsius Messiæ nomen. Alia

Ambrosi. super Lucam.

Iesus nomen Messiæ soli competit, id quod ratione probat.

Vide Galati. lib.3.cap.18.

B autem nomina, quibus etiam ab ipsis Prophetis appellatus est, ab ipsius saluationis sumuntur effectu, cum solùm aut principium, aut medium, aut finem nostræ saluationis concernant. Sed hoc nomen Iesvs totum nostræ salutis processum, principium scilicet, medium, ac finem sufficienter continet: quare & cætera omnia nomina in se concludit. Ideoq; magis hoc nomine, quã alio aliquo, Messias nominari de-

Nomina alia Messiæ ab effectu ponũtur ei.

Iesus nomen, nostræ salutis processum cõtinet.

C buit.

Iesus, qui vocatur Christus. Nomen Iesvs est nomen quidem illud de quo prædixerat Esaias. Et vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominabit. Nomen nouum vocar, eo quòd, si rectè perpenderis: nemini ante Messiam imponendum erat. Nullus enim vnquam extitisse, in sacris literis legitur, qui hoc nomine vocatus fuerit, quòd ideò potissimum factum fuit, vt

Isai. 62. a. 2.

Iesus, quare nomẽ nouum dicitur.

D inde palam ostenderetur, nemini illud nisi Messiæ vero saluatori, rectèque propriè competere potuisse. Fateor quidem tres hoc nomine Iesvs appellari à multis, nempè, Iesvs Naue, Iesvs Syrach, Iesvs Iosedech, quos figuram veri Iesv extitisse Doctores docent. Quemadmodum enim Iesvs Naue vir fortissimus, hostibus deuictis, filios Israël ad terram promis-

Tres quidam Iesus appellabãtur à multis, Iesus verũ figuram gesserunt.

sionis introduxit. Et Iesvs Syrach doctor sapientissimus, suis (vt legitur) temporibus sapientiam renouauit, ac Iesvs Iosedech Sacerdos sanctissimus, templum Domino ædificauit: ita Christus verus Iesvs, sua quidem fortitudine, hostibus humani generis superatis, fideles suos ad patriam cælestem introduxit. Sua verò sapientia ac veridica doctrina mundum illumina

A uit, ipsum ab erroribus expurgãs, & cælesti doctrina imbuit. Sua autem sanctitate sacerdos in æternũ ipse existens, spirituale templum, hoc est, Ecclesiam fidelium ex viuis & electis lapidibus constituxit. Nemo tamen illorum licet veri Iesvs figuram gesserint, nomine ipsius Iesvs appellatus est. In hoc enim (vt verum fatear) quam plurimi fallũtur putãtes, eos hoc met nomine fuisse nuncupatos, quod ex Hebraicarum literarum ignorãtia prouenisse certum est. Vnusquisque enim eorum, quos hoc nomine Iesv appellatos asserunt, nõ Iesuah, id est Iesvs vocatus est, sed Iehosuah, quod non esse idem nomen quod Iesuah, id est Iesvs, sed longè aliud ab illo, aliudq; significans, manifestum est. Nam Iesuah, siue Iesvs, idem est quod saluator, siue salus, seu saluatio, Iehosuah verò Deus saluabit interpretatur: vt ex ipso nomine clarè pateseceret, quòd saluare nulli eorum intererat, sed solius Dei proprium fuisse fateri tenemur, qui cum humanæ naturæ hypostatice vnitus esset, humani generis verus Iesuah, siue Iesvs, hoc est saluator est. Quare ipsi non Iesuoth, seu Iesvs, id est saluatores, vel saluationes appellati sunt, sed Iehosuah, hoc est Deus saluabit: vt inde palam innueretur, vnum tantum venturum fuisse saluatorem, qui Deus & homo futurus esset: & Deus

Licet Christi figuram expresserint, nõ tamen Iesus vocati sunt.

Magna differẽtia inter Iesuah & Iehosuah.

quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quidem vt saluare posset, homo verò vt pro humani generis salute, mortem obeundo, diuinæ iustitiæ satisfaceret, quæ ipsum satisfactorem eiusdem generis, cum præuaricatore esse, requirebat. Vide Petrũ Galatinum de archanis Ecclesię, libro. 3. cap. 18.

Petrus Galatin. lib. 3. c. 18

Qui vocatur Christus. Quod perinde est, ac si manifestiùs dixisset, non est illi nomen proprium Christus, proprium personæ nomen IESVS est, Christus verò dignitatis personæ nomen est. Accipitur hîc Christus pro singulari illo Messia, quem tũc temporis omnes Iudæi magno desiderio expectabant. Hinc est, quòd Iudæi ipsi quando eum Christum vocabant, id ipsum dicere intendebant, ac si Messiam illum appellassent. Inuenimus (inquiũt) Messiam quòd est interpretatum Christus: & alibi dicebant: Nunquid verè cognouerũt principes, quia hic est Christus? sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit nemo scimus vnde sit, cum venerit, dicit: quia sic à Iudæis expectabatur, tanquam aliquando venturus esset, nullum tamen Iudæi determinate venturum expectare poterant, præter hunc Messiam. Quando ergo Christum Iudæi appellabant, Messiam intelligebant, à quo omnem libertatem, omnemq; fœlicitatem expectabant.

Christus est nomen dignitatis personæ.

B Christus idem quod Messias.

Ioan. 1. f. 41.

Ioan. 7. d. 26.

C Iudei Christum appellãdo, Messiam intelligunt.

Est notandum, quam pulchrè vltima primis respondeãt: in initio capitis sic D. Matthæus exorditur: Liber generationis IESV Christi, filij Dauid, &c. absoluit genealogiæ seriẽ dicẽs: De qua natus est IESVS, qui vocatur Christus: vt intelligas eum esse, Alpha, &, Omega, nempè principium & finem se ipsum cõtestans, Deus enim est rerum omnium principium, idem & finis, à quo oriuntur, & in quem desinunt omnia. In principio generationis

D Vltima primis respondent.

IESVM Christum filium Dauid appellat Matthæus. Ioannes verò in sua Apocalypsi, eundem Dauidis radicem vocat. Quid hoc? nonne cõmodius, secundum hanc generationum seriem, dixisset de stirpe Dauid, quàm radix Dauid? minimè gentiũ: nam si dixisset, de stirpe, vel de semine Dauid, causam inuictissimæ suæ fortitudinis minus explicuisset, vnde videlicèt Christus Leo sit, & vnde vincendi potentiam in superabilem habuerit, eam tamen ostendit dicens, eum Dauidis esse radicem. Etenim secundum quod de tribu Iuda est, & de semine Dauid. Christus, Deus esse nõ potest, nec ex eò mortem profligauit, aut tartara confregit, nec à mortuis resurgere potuit. Magnificentius ergo & sublimius quiddam de eo dici debuit. Cum itaq; dicit Radix Dauid, magnificè loquitur de Christo, nam quę maior dignitas originis esse potest, quàm radicem esse eius, de cuius stirpe descendit. Ostendit sanè diuinitatis virtutẽ in radice esse. Si ad Christi carnem respicias, radix Dauidis Christus nõ est, quia arbor non potest radicem sustinere, sustinet quidem arborem ipsa radix. Proinde iuxta diuinitatẽ radix est, non autem secundum humanitatem, habet enim radix in Christo vniuersa, quæ Dauidi ipse cõcessit. Est enim Christus radix & causa omnium promissionum, quæ hactenus Deus ipse fecit, & in eo solo perfectè adimplentur, quæ de semine & throno Dauidis, multis scripturæ sacræ in locis, ipsi promittuntur. Est itaq; Christus Messias ille tantopere desideratus, qui tanquam verus Deus, radix Dauidis erat, tanquam autem verus homo filius Dauidis appellatur.

B

C

D

EXPO-

A

EXPOSITIO.

17 OMNES itaq; &c. His verbis D. Matthæus, totius generationis Christi recapitulationem faciens, quadraginta duas generationes annumerat, inter quadraginta duas diuersas personas, quas in tres tessaredecadas distinguit.

Quadraginta duas generationes Euãgelista numerat.

Prima quaterdena.

Prima quaterdena ab Abraham incipit, desinit verò in Dauid inclusiuè: ita tandem Abraham & Dauid connumeratis, quatuordecim erũt generationes. In secunda autem quaterdena, quæ incipit à Dauid, exclusiuè totidem sunt generationes. Dauid enim cũ ad primam quaterdenam pertineat, secunda in Salomone exordium accipiet, terminatur verò in Iechoniam, siue Ioachin Iosiæ filio. In hac quidem quaterdena tres Reges omitti nempè. Ochozias, Ioas, & Amasias, iam ante explicuimus, qui si ponerẽtur, à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis generationes, septemdecim essent, at cũ tres illos Spiritus sanctus intermittere decernat, quatuordecim supererunt generationes. Tertia quaterdena à transmigratione Babylonis incipit, à Iechonia, siue Ioachim Iosiæ nepote, qui primus ex hac progeniæ fuit, qui post captiuitatem, & in Babyloniæ transmigratione filium genauit. Et quamuis Iechonias ante trãsmigrationem, & Iechonias item post transmigrationem immediatè ponantur, non tamen est idem Iechonias: nam si idem esset, potiùs ad secundam quaterdenam, quàm ad tertiam conueniret, & iam tertia inciperet à Salatiele Iechoniæ filio: & tunc nisi tredecim essent generationes in hac tertia quaterdena, id quod esset absurdum, & Euangelistæ contrarium. Ideò nodum hũc facilè soluemus, si modo duos Iechonias fuisse dicamus, quorũ pater qui fuit ante transmigrationẽ, manet in secunda quaterdena, & in eo clauditur. Secũdus verò Iechonias, videlicèt filius eius, qui in Babylone fuit genitus, tertiæ quaterdenæ initiũ facit, & Salatiel secũdus erit, vltimus verò Christus. Cũ ergo sint quatuordecim viri in hac tertia progenie, Deipara virgo non numeratur, fœminæ enim in virorũ progenie minimè computantur, maximè quando vir cum vxore vna eademq; persona censentur, cũ non sint duo, sed vna caro. sic Ioseph cum Maria, licet copula nõ intercesserit, quia ambo veri coniuges erant, vna caro reputantur & numerantur.

B Duos Iechonias fuisse cõstat.

In hac tertia progenie Beata Virgo non numeratur.

C

In secunda quaterdena tres Reges omittuntur.

Tertia quaterdena vsq; ad Christum.

D

Est considerandum, quòd quatuordecim dicit generationes esse ab Abraham vsque ad Dauid, non quod quatuor decies dicatur ab Abraham vsq; ad Dauid vnus alium genuisse, cùm solùm (si rectè numeres) terdecies hoc dicatur, vnde propriè tantum sunt tredecim generationes: nam generatio propriè non est, nisi cum vnus alium genuit, sed quatuordecim dicit esse generationes,

Tredecim generationes sunt propriè loquendo.

TEXTVS.

17 OMnes itaq; generationes, ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim. Et à Dauid vsque ad trãsmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nes, quia quatuordecim sunt perso
næ generantes & genitę: quod con-
stat etiam ex verbo Hebraico, Ror,
quod propriè significat, tempus vi-
tæ hominis, nō autem ponit verbū,
Tholdoth, quòd supra positum fue
rat, quod magis natiuitatem signi-
ficat.

Notandum etiam est, quòd idcò
D. Matthæus in tres quaterdenas
Christi genealogiā diuidit, vt osten
dat, quòd sicut ab Abrahā vsque ad
transmigrationem Babylonis, bis
Iudæorum status mutatus est, binis
quaterdenis completis: ita quoque
tertiam illam status Iudęorum mu-
tationem, quæ ab eis post transmi-
grationem tātopere expectabatur,
per Messiam venturum, futurā, con
uenientissimè iam factam, post ter-
tiam ab Abraham tessaredecadam,
ipsumq; Messiam tūc nasci debuis-
se: ac proinde IESVM MARIÆ fi-
lium, qui tertiæ tessaredecadis illū
esse Messiam tandiu expectatū, cre-
dibile magis magisq; faciat. Dein-
de vt ostēderet, quòd sicut quatuor
decim fuerunt generationes, ab A-
braham vsque ad Dauid, in quo cœ
pit stabile & liberum regnum Iu-
dæorum esse, & deinde rursus qua-
tuordecim aliæ generationes, à Da
uide vsq; ad regni defectionem, nē-
pè Babylonicum exilium: ita quoq;
rursum, ab hoc tempore vsq; ad no
uam Dauidis regni restaurationem,
quatuordecim generationes nume-
randæ erant, quæ sanè restauratio
perfecta, Messiæ ad hoc expectato,
scilicet, Christo IESV MARIÆ fi-
D lio, reseruata erat. Ex quibus con-
stat, quare & Dauidem Regem vo-
cet, & mentionē Babylonicæ trans-
migrationis faciat, & tādem Chri-
stum IESVM in mundum venientē
ostēdat: vt statum, defectionē & re-
staurationē Dauidici regni, quā iā
pridē Prophetę promisserāt, & Ange
lus nūciauerat Virgini, declararet.

Tres statuum mutationes in populo Iudaico fuerūt.

Tertia mutatio in aduentu Christi facta fuit.

Luc. 1.

Notādum est præterea, id quod A
D. Chrysost. notat. Quare cum po-
tuisset Euangelista generationum
numerum breuiter explicare dicēs,
ab Abrahā vsque ad Christum, ge-
nerationes sunt. 42. generationes
ter præcidit, & in tres partes diui-
sit, per generationes. 14. Quia ter (in
quit) completis quatuordecim ge-
nerationibus, mutatus est Iudæis
Reipublicæ status. Ab Abraham
enim vsque ad Dauid fuerūt sub iu-
dicibus. A Dauid vsque à transmi-
grationem Babyloniæ, sub regibus. B
A transmigratione vsque ad Chri-
stum, sub Pontificibus. Hoc vult E-
uangelista mōstrare, quoniam sicut
semper ter completis quatuordeci-
mis generationibus, mutatus est ho
minum status, sic cōpletis quatuor
decim generationibus, nēpè à trās-
migratione vsque ad Christum, ne-
cesse est similiter hominum status à
Christo mutari. Quod & factū est.
Post Christum enim iam nō sub iu
dicibus multis, nec sub regibus mul
tis, nec sub Pontificibus multis su- C
mus. Sed omnes generationes, sub
vno Christo & Iudice, & Regē, &
Pontifice factæ sunt, quia trium il-
lorum statuum solus habuit digni-
tatem. Vnde quoniā & Iudices, &
Reges, & Pontifices, per ter, tres
Christi dignitates præfigurabant,
semper principia & primarij eorū
in figura fuerūt Christi. Primus Iu-
dicum Iosue. Primus Regū Dauid.
Primus Pontificum IESVS filius Io
sedech. Hos figuram Christi fuisse, D
dubitat nemo.

Fieri quoque potuit, vt D. Mat-
thæus in tres partes has generatio-
nes diuiserit, vt tribus gubernatio-
num statibus ob oculis positis, ani-
mo considerent (vt Chrysost. ait)
quā duræ ceruicis fuerint, & in exe
cutione præceptorum Dei cōtuma-
ces, postquam tot mutatis politijs,
nūquā populus sit melior effectus,
sed

A sed in eadem morū prauitate per-
manserit, adeò vt neq; cum ducum,
neq; cum Regum, neq; cum Sacer-
dotū potestate regeretur, ad studiū
virtutis accesserit, aduenientе iam
nouo statu de cælo, nēpè Christo
Iudice, Rege, & Sacerdote summo,
ad sanā rediret mentē, & tam insig-
ne beneficiū à Deo sibi concessum, A
vitæ emēdatione gratitudinē osten-
deret. Voluit itaque D. Matthæus
hac tacita reprehensione Iudæo-
rum nationē ad veram peccatorum
pœnitētiam reducere, & vnicum
ac singulare remedijū à Deo ipsis cō
cessum, quasi digito commōstrare.

EXPOSITIO.

18 CHRISTI *Autem generatio, &c.* Hactenus per ge-
B nealogiæ descriptiones ad Ioseph
vsq; deductas, sa-
tis manifestè Euā
gelista demōstra-
uit, Christum ex
Dauidis semine
originem traxis-
se. At verò ne quis
ex ea descriptio-
ne in suspitionem
veniret, quòd Io-
seph Christi pa-
ter naturalis fuis-
C set, vt omnē suspi
candi scrupulum
amoueret, conue-
nientissimo ordi-
ne ostendit, qua-
tuor. Primū Chri
stum non ex Io-
seph, nec ex virili
semine fuisse na-
tum, sed sola Spi-
ritus sancti virtu-
te: quod, Angeli-
co testimonio Io-
D sepho dato, vt il-
lum certiorem fa
ceret, ostendit. Se
cūdò, quòd is met
Christus, non so-
lùm à Virgine cō-
ceptus fuisset, sed
ex ea verus Deus
& homo natus,
ideò Isaiæ vatici-
nium, cap. 7. nempè, Ecce virgo cō- *Isai. 7.*
cipiet, & pariet filium, in mediū ad
fert. Tertiò, ostendit tandem Chri
stum esse natum. B
Quartò & vltimò
late ostendit eun-
dem Christum à
magis, tanquā ve-
rum Deum & ho
minem fuisse ado-
ratū. Dicit ergo
circa primum.

Deut. 24. d.

Quatuor hic Euangelista declarat.

TEXTVS.

18 CHristi autem gene
ratio sic erat. Cùm
esset desponsata mater e-
ius, Maria, Ioseph, ante-
quam conuenirent, inuē-
ta est in vtero habens de
Spiritu sancto. 19. Ioseph
autem vir eius, cùm esset
iustus, & nollet eam tra-
ducere: voluit occultè di
mittere eam. 20. Hæc au
tem eo cogitante, ecce
Angelus Domini appa-
ruit in somnis ei dicens:
Ioseph filij Dauid, noli
timere accipere Mariā
coniugē tuā, quod enim
in ea natum est, de Spiri-
tu sancto est. 21. Parietau
tem filiū, & vocabis no-
men eius IESVM: ipse
enim saluum faciet po-
pulum suum à peccatis
eorum.

Christi autem gene ratio sic erat. Diuer
so modo hīc gene
ratio accipitur,
quā hactenus Euā C
gelista accipere
cōsuetuit, superiùs
quoties generati-
onis mētionem
faciebat (si linguę
Græcè vim consi-
deramus) id ipsū
erat, ac si dixisset,
generationes hu-
mano more à stir-
pe deductas po-
no. Hic verò est
dictio, *Geniſis*, D
quòd est natiui-
tas. Sensus itaque
est. Quoniā Chri-
sti natiuitatem sci
re oportet, modū
eius iam explica-
bo. Ac si planè di-
xisset: Christi na-

Generatio quomodo accipiatur.

F tiuitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tiuitas, nõ se habuit eo modo, quo cæterorum natiuitates, de quibus hactenus dixi, sed nouo quodam, & inaudito modo, quem iam audietis.

Cum esset desponsata mater eius Maria. Non mater IESV, vt quidam legunt, sed mater eius. Nec enim sola Græca exemplaria habent, *Tis mitros afton*, sed vetustissima quoq; Latinorum exemplaria habẽt Mater eius; ad eum modum legit Origenes in Homilia, quę in officio Eccle

Origines.

B siastico pridie natiuitatis Christi legi consueuit, in qua varijs verbis explicat vim pronominis, eius, nec enim secus legit Chrysost. Homil. in Matth. 4. & post illum Teophilactus.

Chryss. hom. 4. in Matth.

Cum esset desponsata. Hoc vocabulum desponsata, vt colligitur ex c. 22. Exod. & ex c. 22. Deut. designat puellam viro promissam per spõsalia de futuro. Verùm hîc, & Luc. 1. accipitur pro fœmina viro coniuncta per matrimonium, quod verbis de præsenti constituitur. Sic quoq; in hoc capite dicitur, quòd Ioseph vir Mariæ erat, & Maria coniux ipsius. Hinc est, quod D. Thom. docet verum matrimoniũ fuisse inter Mariam & Ioseph, absq; vllo detrimẽto virginitatis Marię nam in matrimonio formaliter loquendo cõsensus in copulam maritalẽ non includitur; benè tamen ius & potentia ad copulam includi fatemur, potentia autem illa virginitati contraria nullo modo est. Cùm ergo Deipara Virgo perpetuæ virginitati suæ, ex eo quod Ioseph nupserit, non in minimo iniuriam fecerit, consentaneum Deo visum fuit, vt matrimonio copularetur, ob tres præcipuè rationes & causas. Prima est, ne cũ Diua Virgo absq; vllo viri consortio grauida videretur, tanquam mulier lasciua & fornicaria iudicaretur, & obloquijs maledicis detrahe

Exod. 21. Deut. 23.

C

D. Tho. 3. p. q. 29. art. 2.

Verum matrimonium inter Ioseph & Mariam.

D

Quare Maria desponsata fuerit.

Prima ratio.

retur à multis. Secũda est, ne Christus existimaretur ex malo concubitu natus. Tertia verò causa est, vt tam mater quàm filius obsequia Ioseph fidelissima haberent. Et qui plures causas videre desiderat, consulat D. Thom. 3. part. q. 29. artic. 1. Ex hac doctrina duo vtilissima sequi videntur. Primum est, quòd quando ipsa Deipara Virgo, Iosepho nupsit, Spiritus sancti afflatum sequuta, Diuinæ sese prouidentiæ commisit, certo sciens, se viri commertium non habituram vnquam, nec ex parte suæ, nec ex parte Ioseph, debitum exigendum in toto vitæ decursu. Hoc testantur verba illa, quæ Angelo nuncianti dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognosco. Ac si diceret: Verba credo, mysterium ignoro, modum quo id fieri possit, planè non intelligo, quoniam diuino afflata spiritu, animũ meum temq; obfirmaui, votoq; deuincta tum Deo omninò à viri congressu abstinere. Id quod etiam ex parte viri mei adimplendum secura sum facta, ita quod hæc voluntas vtrinq; Deo sacrata, violabitur nunquam. Secundũ est, quòd prouidentia illa diuina singularis, ab æterno Mariam disposuit vt Deipara esset, virginitatis puritate seruata, adeò vt à nemine violari posset, ob singularẽ illam custodiã, quam Deus erga illam habebat. Quod breuissimis verbis Angelus Virgini declarauit, dicẽs: Dominus tecũ. Ac si diceret: Mysterium omnium maximũ in te Deus omnipotens operari decreuit: nempè, Verbi diuini incarnationem. Et vt hoc per te fiat, hoc tanquam dicendorũ fundamentum accipe, Dominus tecũ. Ab æterno disposuit Dominus, quòd nunc temporis tecum operatur, ad vniuersorum vitam. Cõsuetum quidem est in sacris literis, vt prouidentia diuina assistens rebus humanis,

A Secũda ratio.

Tertia ratio.

D. Tho. 3. p. q. 29. art. 1.

Primum bile. Circa hoc nis vtilitas Ioseph ra.

Luc. 1.

D

A humanis, & quæ exoptatur vt assistat, hoc modo loquendi signatur. Sic enim dictum fuit Gedeoni: Dominus tecum virorum fortissime. Et Boz messoribus suis dixit: Dominus vobiscum.

Iud. 6.

Ruth. 2.

Antequam conuenirent. Istę dictiones, Antequã, siue priusquã, vt eleganter D. Hieron. ostendit contra Heluidium perpetuam Mariæ virginitatem negantem, non designãt euentum subsequuturæ rei, sed significat illud, quod tunc tẽporis res in se habet: Antequam conuenirẽt,

D. Hieronym. tom. 2. in Apol. aduer. Heluidium.

B idem est, ac si diceret, tunc nunquã cõuenerant, inde nõ sequitur, quòd posteà conuenerint. Sicuti dicere solemus, Iudex antequã cognouisset causam sententiam protulit. Dicere volumus, quòd Iudex absq; vlla causæ cognitione sententiam rulit, non enim significare volumus eum posteà causam cognouisse. Similiter cũ Euangelista dicit: Antequam conuenirent, &c. nihil aliud dicere voluit, quã inuenta fuit grauida absque vllo viri consortio. Si absq; viri consortio, à quo nisi ab Spiritu santo grauida facta fuit? nõ inde sequitur, quòd posteà viri cõsortium habuerit, sed potius contrarium: nam quæ à Deo fuit præuenta, & Spiritum sanctum viri loco habuit, qui posset tãto Domino iniuriam facere, virum super inducendo? nisi eam credamus iudicij omninò expertem.

Vide de hoc Abulens. paradox. 1. c. 20.

C

Inuenta est in vtero. Res illę quæ maximo desyderio quæruntur aut habere desideramus, seu illa quæ maximam vtilitatẽ nobis adferre possunt, inuẽta dicere solemus: sic mulier illa, quę dragmam tanto studio quærebat, cũ illam inuenisset conuocãs amicas & vicinas, magno cũ gaudio ait: Congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram. Et Matth. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondi-

D

Quæ maxime desiderantur inueniri dicuntur.

Luc. 15.

Matth. 13.

to in agro, quẽ cum inuenit homo A abscondit. Hoc etiam Ioseph contigit, ignorans enim fœlicitatẽ maximam ipsi concessam, thesaurum tandem diuinitatis, & fœlicitatis æternæ, nempè ipsum Dei filium, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, in vtero sponsæ suæ ad esse, ei inuenire tam magnũ thesaurum datũ fuit. Ipsa quoq; Deipara gratulabunda dicere poterat illud Pauli, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.

Quid Ioseph in virgine inuenerit.

2. Cor. 4.

De Spiritu sancto. Illa dictio, De, principium effectiuum & substantiale designat, vt eleganter D. Thomas docet: nam considerãdo Christi corpus, à Spiritu sancto ex purissimis eius Virginis visceribus effectum fuisse, principium effectiuum & substãtiale ipsemet Spiritus sanctus est, maxime cũ Christus ratione diuinitatis existentis, sit genitus à Spiritu sancto. Atamen dicẽdo de Spiritu sancto, particula illa, De, consubstantialitatẽ indicat, in quo differt ab illa particula, Ex, quæ latiorem habet significationẽ, solũq; ordinem, seu habitudinem vnius ab alio significat: vt elegantèr tractat D. August. lib. de natura boni, contra Manichæ. c. 26. & 27. Et licet in Græco habeatur particula, EK, quę optimè verti posset per particulã, Ex, vt vertit D. Ambrosi. lib. 2. de Spiritu sancto. c. 5. Tamen quia vulgata lectio habet, *De Spiritu sancto.* Et sic Ecclesia in Symbolo cõfitetur, *De Spiritu sancto* conceptũ. Ideò meritò cũ D. Thoma defendimus propositionem illam in rigore esse veram. Quia Christus simpliciter dictus suppositũ includit, & pro illo supponit, quod est consubstantiale Spiritui sancto. Nihilominus vt idẽ D. Thom. docet, Spiritus sanctus Christi pater dici non debet, secundum humanitatem, quoniã ille verè dicitur & est pater, qui filium in

De confusam talitatem indicat.

D. August. li. de natura boni contra Manichæ. c. 26. & 27.

D. Ambrosi. lib 2. de Spiritu sancto. c. 5.

D

In eadem. q. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A similitudinem eiusdem naturæ generat. Christus autem secundum quod homo est, eiusdem naturæ cũ Spiritu sancto non est.

Porrò illud, *De Spiritu sancto*, non potest coniungi toti sententiæ præcedenti: *Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto*: nam si Ioseph compertum habuisset Virginem vterũ gestare de Spiritu sancto, nulla hęsitandi erat ratio. Sed est pulchra D. Matthęi subiectio, & diuina anticipatio, qua tacitæ obiectioni respondet. Inuenta B est (inquit) in vtero habens. Verùm ne quis offendatur: intelligat eam vterum gestasse è Spiritu sancto. Sed quo tempore hoc contigit?

Antequã conuenirent. Hoc est inter spõsalia & tempus nuptiarũ, ante quam Maria induceretur, vt habitaret in domum Ioseph sui mariti, quanuis tũc temporis moris erat, sponsam cum sponso, magna cum honestate simul habitare, sicut generi Loth habitabant cum socero C suo, commisit tamen eam Ioseph parentibus, paupertate forsam coactus, vt eam per aliquot dies custodirent & alerent. Dum in hac esset custodia, salutata ab Angelo, de Spiritu sancto concepit, & in montana perrexit, vt Zachariam eiusq; coniugem inuiseret, vbi quasi menſibus tribus apud eos commorata est. Cum autem reuerteretur, & ab sponso de more salutaretur, obseruat vterum eius intumescẽtem. Qua de re miratus ac turbatus veD hementer, quòd nuptijs nondum peractis, grauidam videret, quam abijsse Virginem certo credebat, vt pote ignarus mysterij, quod, internuncio Gabriele, in Castis Mariæ visceribus fuerat diuinitus operatũ. Tunc, *Inuenta est in vtero habẽs de Spiritu sancto.* Ac si dicat. Reperta est grauida. Quemadmodum elegãter Latini dicũt. Gestat vterũ, pro eo quod est grauidam esse. ita Græci quoque dicunt habere in vtero. Quid autem haberet, Euangelista non explicat: quia tam magnum tamq; ab omni intellectu, tam Angelico, quàm humano, incomprehensibile erat, quod in vtero comprehendebatur, vt verbis exprimere nullo pacto auderet. Est ecliptica locutio, sicut Dauid: Parasti (inquit) indulcedine tua pauperi Deꝰ, quid parauerit omninò tacet, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Et ad Cain dixit Deus: Si benè egeris recipies, quid autem recepturus esset, tacetur: eo planè modo Euangelista loquitur, Inuenta est in vtero habens. Addit tamen de suo, dicens: *De Spiritu sancto.* Si hoc solùm Euangelista dixisset, Quòd inuenta esset in vtero habens, grauissimum forsam generasset scandalum in aure audientium, & ne vel in tantillo malè audiret purissima Virgo, statim omne scrupuli genus amouere voluit, dicens: *De Spiritu sancto.* In hoc verbo tota est vtilitas C libri huius (teste Ruperto) nempè, vt omnis legens aut audiens, credat, quia Christi generatio sic erat, quòd de Spiritu sancto Maria virgo, prius quam conuenirent, conceperat, Christi inquam generatio sic erat. Quod est dicere, Cuiuscunque cæterorum generatio sic fuit, vt nullus eorũ aliter generaretur, nisi conuenientibus viro & muliere, sicut naturæ vsus habet. Christi D autem generatio sic erat, vt antequam vir & mulier conuenirent, inueniretur mulier in vtero habẽs. Hoc est illud mirabile & in auditum, quod Hieremias præuiderat dicens: Et faciet (inquit) Dominus nouum super terram, mulier circũdabit virum. Hoc vnico verbo nempè, *De Spiritu sancto.* Et Matthæus & Angelus ora inuestigantium, quomodo Christus conceptus, formatus,

Anselmus.
Rabanus.
Eusebius emis.
Genes. 19.
Luc. 1. d. 39.
Psal. 67.
Rupert. Matth.
Tobiæ Euangelista ostendere videtur Christum ex Spiritu sancto genitum esse.
Hieron. 22.
Christus 4. Esdræ

A tus, auctus, natus? claudunt. Satis tibi est, quòd Spiritus sanctus hoc fecit, noli vltrà perscrutari. Iam si quæris, quomodo credam non ex virili semine Christum ortum? respondet Matthæus testimonio Ioseph, quòd ab Angelo acceperat: Accipe Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, De Spiritu sancto est. Si non credis Euangelistæ, crede Angelo, & crede matrito; in ore duorum stat omne verbum.

De Spiritu sancto. Iam vides vnde
1. Corin. 15. f. 47. B D. Pauli sententia, nempè, Primus homo de terra terrenus, Secundus de cælo cælestis, vim suam accipiat. Nam si primam Adæ spectes generationem, à qua originẽ traxerunt homines, & Christi nũc generationem altè mediteris, duplicem generationem fateri teneris: immo duplicem mundum iam conspicies. Duos, inquam, fecit Deus mũdos, alterum naturalem, quem oculis conspicimus, alterum verò spiritualem, atque diuinum, quem iam in Christo exordium fœliciſsimum summere videmus. Sicut enim duas ex Patre processiones fatemur, alteram per modum naturæ, qua processit ex Patre Filius, alteram per modum gratiæ & amoris, qua ex Patre & filio, Spiritus sanctus procedit: Ita & duo ab ipso Deo conditi sunt mundi. Alter in quo ipsa natura suam extulit vim, alter in
1. Cor. 15. D quo gratia diuina summo opere resplenduit. Iam prius vides, quòd animale & naturale est, posteriùs quod spirituale. Mundus igitur ille prior & naturalis, Patri, qui prima persona est in Trinitate, tribuitur, sic enim fatemur in Symbolo Fidei: Credo in Patrem omnipotentem factorẽ cæli & terræ. Fatemur quoq; per Filium tanquam per supremum artificem, omnia fecisse: Per quem (inquit Paulus de Filio loquens) fe-

Duos Deus condidit mundos, nempè naturalẽ & spiritualem.
Duplex à Patre processio.
Hebr. 1. d. 2.

A cit & secula. At cum Spiritus sanctus omnis gratiæ auctor sit, hinc iustò mundi gratiosi ei origo conceditur. Cum igitur Christus nos omnes in suo corpore comprehendat, tanquam in capite membra, ipse mundus est spiritualis. Ipse cum toto suo corpore mundus est nouus. Corporis igitur Christi generatio de Spiritu sancto facta, tanquam nouus mundus à Spiritu sancto factus, dici rectè potest. Sicut enim Pater per Filium veterem creauit mũdum, sic quoq; Spiritus sanctus per Filium, nouum effecit mũdum, B & à Christo noua creatura, Christianorum mundus exordium accepit.

Christus spiritualis mundi auctor.
Christianorũ mundus à Christo exordium fecit.

19 *Ioseph autem cum esset iustus, &c.* Ioseph cum Virginis sponsus, & filij Dei nutritius, ac putatiuus pater esset: Vniuersos mortales religione, pietate, iustitia, ac cæteris virtutibus superasse facilè ostendi potest. Nam quemadmodum in legitimam & veram matrem delecta est Virgo sacratissima, omni pura creatura præstantior, & excellentior: C ita in eius sponsum, vt pote à Deo electum matri suæ, omnem æqualitatem seruare voluit, & cum esset Ioseph IESVS creditus pater, & in sinu gestatus, nutritus, & sepissimè ab illo osculatus, haud dubiè nec pater, nec minus filius pasi fuissent, Virgini matri & sponsæ cõuenire, nisi omni virtutum genere cunctos mortales superasset. Multa tamẽ in mentem viro iusto veniebant, quæ D parrim Mariæ causam premerent, partim excusarent, quæq; iusti viri animum inter spem & metum fluctuantem non parum descruciarẽt: Cogitabat humanum videri lapsum, si Virgo in tali ætate, siue volens, siue coacta, cum tandiu à suis abesset, & peregre versaretur, à solicitatore improbo, vitiata fuisset. Et auxit illi suspicionem Mariæ si-

Ioseph anxietas qua accusare & excusare Virginẽ poterat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lentium, quæ ad ſe purgandum om
ninò nihil adferret: fortaſſe quòd
diuinæ confidens prouidentiæ, hoc
myſterium alio tempore, & nõ per
ſe, ſed per alium viro reuelandum,
ſuamq; innocentiam illi declaran-
dam eſſe ſperaret. Contra verò
æquior erat Mariæ Ioſeph, vt pote
vir humanus, non ſæuus, & candi-
dus, magis quam ſuſpicax, qui ab
impotenti illo zelotypiæ morbo,
per quem viri in vxores ſæpè graui
ter & iniuſtè multoties exaſperan-
B tur, graueſq; motus cõcitant, haud
quaquam ſe vinci pateretur. Eoq;
minus in ſuum induxit animũ ſpon
ſam adulterij vel crimine, vel ſuſpi
cione grauandam eſſe, quòd illam
ab optimis, optimè commẽdatam,
& probatam ab omnibus Virginẽ
accepiſſet, in cuius etiam vita &
moribus, non niſi admiranda pu-
dicitia, ſimul & eximia ſanctitas
eluceret. Abhorrebat igitur pius
animus ab ea perſuaſione, vt malè
C caſtam ſponſam crederet, quæ con-
tra Dei legem expreſſam, contra
honeſtatem publicam, cõtra fidem
ſponſo datam, contra ſpectatam ſiue prioris, ſiue præſentis vitæ inte-
gritatem, ſcortata fuiſſet. Sed & il-
lud fortaſſe ſecum animo reputa-
bat, Diuino numini nihil eſſe diffi-
cile, cuius virtute Sara & Elizabe-
tha, licet anus in fœcundæ, vterum
geſtare, & prolem ſuſcipere potuiſ
ſent, eandem ſummi Dei poten-
D tiam, nunc tanto magis in hac Vir-
gine poſſe operari, quo certius Pro
pheta Diuinus de paritura Virgi-
ne prædixiſſet. Cum his curis &
æſtibus animi, vir anxius torquere-
tur, nihilq; certi de re tanta diſinire
poſſet, cœpit tandem mediam ex
cogitare viam. Nam cum *Eſſet iu-
ſtus, & nollet eam traducere, voluit oc-
cultè dimittere eam.*

Cùm eſſet iuſtus, inquit: In Græco
habetur, Exiſtens iuſtus, quod idẽ
fere eſt, iuſtus hîc non accipitur, vt A
virtutem illam moralem dicat, qua
vnicuiq; ius ſuum tribuitur, nec
etiam vt primam illam virtutẽ, quæ
inter cardinales numeratur, appel-
lemus, ſed abſolutam ſuis omnibus
modis probitatem intelligit. Sic
enim Ariſtoteles. 1. Ethic. Iuſtitia
(inquit) eſt omnis virtus: hinc eſt,
quòd Euangeliſta Ioſeph iuſtum
vocat, vt pote qui generalem illam
iuſtitiæ virtutem, omnes in ſe com
prehendentem virtutes habeat. Eſt
enim ſcripturæ mos (teſte Chryſſo
ſtomo) eum iuſtum nominare, qui B
omnibus bonis cumulatus ſit, & cer
tè fuit erat Ioſeph iuſtus, qui zelo
ſuo affectui tam impotenti ita po-
tuit imperare, vt nec punire coniu-
gem, nec publicare voluerit. De
eius modi zelo laborantibus à Sa-
lomone dicitur: Plenus eſt zelo fu-
ror eius, &c. At Ioſeph non ſolùm
ex ſuſpicione, ſed etiam ex euiden-
tia tumeſcentis vteri, noluit Virgi-
ni inferre triſtitiam. Qua in re con-
ſiderandum eſt, quòd ſicut anté ſo- C
lis exortum, radij lucis orbem illu-
ſtrant, ita ante ortum Chriſti iam
Euangelij gratia fulget. Euange-
lium enim eſt, & ſupra legem, quòd
Ioſeph legi non obediat punienti,
ſed gratiæ parcenti. Lex enim ſic
præcipiebat. Si non eſt in puela in-
uenta virginitas, eijcient eam ex-
tra fores domus patris ſui, & lapi-
dibus obruent viri ciuitatis eius,
& morietur, quoniam nefas fecit
in Iſraël, vt fornicaretur in domo D
patris ſui, & auferes malum de
medio tui. Non exequutus eſt le-
gem, quim potiùs elegit offenſam
illam in Deum, & in ſe factam, quã-
tum in ſe erat, dimittere, occultè
eam dimittẽdo, quod ad perfectam
pertinet iuſtitiam.

Et nollet eam traducere. Circa ſig-
nificationem huius vocabuli magna controuerſia inter Doctores ſu-

Cur Ioſeph Mariam ſibi magis haberet commendatam.

Iuſtitia ſpecialis virtus eſt, omnes in ſe virtutes tinens.

Ariſtot. 1. Ethic.

D. Chryſoſt. hom. 4. in Matth.

Prou. 6.

Deuter. 20.

Traducere quid apud Græcos ſit.

Leuit. 20.

Leuit. 5.

Num. 25. d. 4

Magiſter ſentent. diſt. 27. in. 4.

Martia. li. 8.

Chryſoſt. id Matthæ. homil. 4.

Auguſt. in libr. verbis Domini. ſer. 16.

Idem Epiſtola. 54. ad Macedonium.

1. Reg. 1. [illegible] 13.

Genes. 1.

Luc. 1.

Eſa. 7. c. 14.

Rom. 6. d. 6.

A borta eſt. Quidam enim idem eſſe
dicunt traducere, ſecundum voca-
buli vim & energiam, quòd de lo-
co ad locum ducere, & iſto modo
Ioſeph nollebat eam è domo paren
tum ad propriam ducere ad coha-
bitandum, ſic enim antiquorum iu
ra loquũtur, ad hoc enim quòd ma
trimonium ſit legitimum, mulier
viro tradita eſſe debet, atque ab eo
traducta, hoc ipſum eſt, quod eam
propriè accipere quantum ad pote
ſtatem: hoc modo accipit Magiſter
B ſenten. diſtinctione. 27. in. 4. Quòd
autem hoc in loco ſic verbum tra-
ducere accipere oporteat. Ange-
lica reuelatio Ioſeph facta, nobis
oſtendit, manifeſtè dixit enim An-
gelus: Ioſeph filij Dauid, noli ti-
mere accipere Mariam coniugem
tuam: propter dubium quidem ip-
ſi ſubortum, eam accipere nole-
bat. Angelus verò, omni dubio ex-
cuſo, præcepit eam accipere in do-
C mum, nole igitur traducere id ip-
ſum erat, quòd nole eam intra do-
mum recipere. Timuit ſanè cum
eſſet iuſtus contra legem facere,
quæ grauidam & non à viro ſuo eij-
ciendam eſſe, & lapidandam cen-
ſet, timorem exculſit Angelus &
Mariam intra domũ accipere præ-
cepit.

Græci verò interpretes verbum
traducere id ipſum eſſe cenſent,
quòd in publicum edere & manife-
ſtare: nam, *Paradigmatiſe*, quod in-
D terpres vertit traducere, idem eſſe
conſtat, quòd publicè infamare,
quod ipſum etiam adverbium, oc-
cultè, manifeſtum facit: nam ſi oc-
cultè eam dimittere volebat, cer-
tum eſt ipſum noluiſſe publicè Ma-
riam infamare & ludibrio expone-
re. Quoties ſcriptura ſacra hoc ver-
bo, *Paradigmatiſe*, vtitur aliquam in-
famiæ notam alicui inuri oſtendit:
vt Paulus Hebr. 6. Rurſus filium
Dei crucifixentes, & obſtentui ha-

A bentes, Græcus ſermo habet, infa-
mantes. Et Numerorum. 25. Tolle
principes populi & ſuſpende eos,
Græcus ſermo habet, pone eos in
publicum ludibrium, vt cæteri cor
rigantur. Et Paulus item ad Col-
loſ. 2. c. 15. & expolians principatus
& poteſtates, traduxit confidenter
palam, triumphans illos in ſemetip-
ſo. Hoc eſt, eo modo, quo victores
triumphum celebrare ſolent in lu-
dibrium hoſtium, nempè vexilla
atque hoſtes è prælio deuictos, in
publicum edere, ſic quoque Chri- B
ſtus, prædam quam ex demonis fau
ce extraxerat, publicè manifeſta-
uit, & orbi vniuerſo oſtendit. Hoc
modo loquitur Martial. libro. 8. di-
cens: Multoque magis traduceris.
Aſſert Liui. lib. 2. ab vrbe. de volſcis
loquens: publico conſilio, ac voce
præconis à ſpectaculis exactis: Vos
(inquit) omnibus ciuibus peregri-
nis populis expectaculo abeuntes
fuiſſe veſtras coniuges, veſtros libe
ros traductos per ora hominum.
Itaque traducere, teſte Theophila-
to cum cæteris, idem eſt, quod infa-
mare, ſeu in publicum edere. Hila-
rius quoque verbum traducere, ſic
interpretatur. Noluit eam lege de-
cerni. Qua in re pietatem animum-
que candidum Ioſeph videre licet:
qui quamuis ſiniſtre ſuſpicaretur
de Virgine, cum eam comperiſſet
esſe grauidam, cui ſe non nouerat
eſſe commixtum, & ob hoc nihil
quàm adulterium poterat ſuſpica-
ri, noluit tamen eam lege deceer-
ni, nec publicè infamare. Quòd
re vera Ioſeph ſiniſtre ſuſpicatus de
coniuge fuerit, teſtantur Chryſ-
ſoſtomus, & Auguſtinus. Hinc
facilè colligere licet, quàm com-
mune ſit hominibus, ea quæ etiam
ab Spiritu ſancto ordinata ſæpè
ſunt, & mentem excedant humai
nam, in ſiniſtram opinionem ra-
pere. Nec mirum ſi Heli Annam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A temulētam suspicaretur orantem, postquam Ioseph Mariam ab Spiritu sancto fœcundatam, adulteram suspicabatur. Hinc quoq; discant, qui matrimonio iuncti sunt, non cuncta læta, & iocunda sibi in eo statu polliceri, quanuis initia sanctissima fuerint, nō semper gaudia comitantur. Quis credere potuisset, tan sancta sponsalia inter Ioseph & Virginem celebrata, tam amaro fele condiri & temperari, nempè æstu zelotypiæ iustum Ioseph deflagiari? Quis vnquam credere potuisset, tam Ioseph à Mariæ suspicione vexatum? Quis vnquam suspicatus fuisset, tam lætam Mariæ conceptionem, & dulcem impregnationem, absinthio amarissimo zelotypiæ temperandum? Videbat Ioseph Mariam pregnātem, & merore confectus, discessum meditabatur. Quid tristius Ioseph euenire poterat? Videbat Maria sponsum tristem & dolentem, ob vteri ipsius grauedinem, nec audebat mysterium propalare, ideò ipsa quoq; marito tristabatur, nec vllam tristitiæ sponsi medellam adhibere poterat. Nulla ergo in terris tam læta festiuitas, nulla tam dulcis societas, quæ à felis & amaritudinis labe euadere possit. Quidē non modo vexaberis ab extraneis, sed etiā à domesticis, & ab ijs etiam, qui tecum cor vnum & vna caro esse tenentur. Discant tandem coniugati, quibus misera hæc contingit sors vxoris adulteræ, exemplo Ioseph, quid in ea sint calamitate facturi non enim continuo zeli æstū exequātur, meditentur potius quid factu opus sit, & rei veritatem intelligere patienter expectent, antequam passione excæcati, infamiam sibi & vxori ac amborum familijs asciscant, & potius ad clementiam, quàm ad crudelitatem confugiant.

Nihil tam in vita iucundū quod non felis amaritudinem sentiat. B

Quid Ioseph. C

Quid vxorati zelo laborantes facere teneantur. D

Voluit occultè dimittere eam. Sunt A qui aliter pie sanè cum Origine & Bernardo sentiant, Ioseph summa erga sponsam reuerentia commotum, occultè illam deserere voluisse, quòd vir modestissimus existimaret se indignum illius contubernio, quam tot tantisque Dei dotibus ornatam suspiciebat, & in quam nulla vel in continentiæ, vel minimæ labis suspicio cadere posse videbatur. Bernardi verba sic habent. Quare Ioseph voluit dimittere Mariam? Accipe & in hoc non meam, sed patrum sentētiam. Propter hoc voluit Ioseph dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum à se repellebat, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Propter quod & Centurio à domo sua eum prohibebat, cum diceret: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Ita ergo & Ioseph indignum & peccatorem se reputans, dicebat intra se, à tali & à tanta non debere sibi vltrà familiare præstari contubernium, cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem. Sic igitur Ioseph animo secum reputasse, tacitèque dixisse videtur. Ergo ne cum illa domesticam agam consuetudinem, quæ tantæ grauitatis & exquisitæ puritatis, omnisque virtutis viuum, velut speculum & exemplar, se mihi ac omnibus admirandum potius quàm immitandum præbet. Fortasse de Spiritu sancto concepit, vt ego nec mariti, nec mancipij officium illi dignè vnquam possim exhibere. Præstat igitur discedere, quàm cum periculo illi cohabitare, in qua mirabilis Deus præstantiora, quàm ego exiguus assequar fortasis, operatur. Nihil ego mirum si ita de Ioseph pietate loquentes, simul cum Chrysostomo, in eius verba prorumpamus. O ineffabilis laus Mariæ!

D. Hieron. in Matth.

Theophilat. in Matth.

D. Basil. sermone de natiuitate Domini.

Dionysius Areiop. lib. 1. de cæleſt. Hierarch.

A riæ! magis credebat Ioseph castitati eius, quàm vtero eius, & plus gratiæ, quam naturæ. Hieronymus quoque eiusdem est sententiæ, dicens: Sed hoc (nempè quòd noluerit Ioseph iustus eam traducere) testimonium Mariæ est, quòd Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, zelat silētio cuius mysterium nesciebat. Theophilatus quoque dicit: Ioseph ideò noluisse traducere Virginem, sed voluisse eam occultè dimittere, quòd cognouisset eam de Spiritu B sancto concepisse, atq; ob id indignum se reputasse, qui eam haberet vxorem, quæ tantam haberet gratiam. D. quoque Basilius eo modo quo Theophilatus, hunc exponit locum. Diuus Dionysius libro. 1. de cælesti. Hierarch. eam dicit in Virginis vultu fuisse venustatem, grauitatem, atque maiestatem, vt in eam oculos vertētes, diuinitatis quosdam radios emicantes, facilè viderent, atque quid Diuinum in ea latere faterentur, ob quod summum quendam respectum & reuerentiam eam aspicientes conciperent. Quid mirum si Ioseph maiestatem vultus Virginis considerans, perterritus ad ipsius pedes prouolutus, cum Centurione dixerit: Domina non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Si idem Dionysio restante in obitu sacratæ Virginis. Petrus Ecclesiæ vertex, vnà cum cæteris miraculo quodam Di uino astantes, cum venerandum Virginis vultum Petrus videret, timore perculsus cecidit ad pedes eius, tali præsentia indignum se reputans. Quid ni Ioseph cum ipsa videret, & vitam per essentiam in suo vtero contineret, eodē timore perteritus quoque indignum sese tali consortio reputauerit, ideoq; discessum ab ea meditarit.

Quanta gratitas & maiestas in Virginis vultu.

Dionysius de obitu sacræ Virg.

20 *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, &c.* A Fidelis Deus, qui non patitur suos tentari supra id quod possunt, & facit cum tentatione prouentum. Non diutius permisit Deus Ioseph iustum in iniustam hanc suspicionem detineri, ne iustus ignorans iniustam rem faceret, ex intentione & voluntate iusta. Cùm ergo de dimittenda occultè vxore meditaretur, dum in hac esset cogitatione, ac ferme deliberatione, continuo ei Angelus apparuit in somnis, non tamen cogitandum est, quòd dum B Ioseph in illa esset cogitatione, Angelus ei adfuisset, eius enim cogitatio in perfecta vigilia erat, apparuit autem Angeli in somnis, sed quòd posteà quàm interdiu vigil hæc cogitasset, tum deinde in somnis Angelus ei apparuit. Græcus enim textus de præterita cogitatione loquitur dicens: Hæc autem cum ille cogitasset. Vbi vides Ioseph maximam prudentiam, cum summa mansuetudine coniunctam, C prudentia quidem Ioseph commendatur in eo, quòd non præcipiti animo cordis cogitationem executus est, patienter quidem expectabat remedium adhibere opportunum, quod in alterum differebat diem. Mansuetudinem patientiæ coniungebat, eo quòd nulli hominum suā suspicionem ac grauissimum animi dolorem, nec ei quidem quam suspectam habebat apperuit. Deus tamen, qui suos nunquam deserere nouit, opportunum ei adhibuit re- D medium: nam, *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.*

In somnis, Seu in somnijs, est quidem, Κατονας, in somnis. Sed in idem redit, non enim habentur in somnia, nisi tempore somni. Manifestum est ex scripturis sacris, Deum grauissima sua mysteria frequenter in somnis reuelare. Sic Iacob in somnis scalam illam, altis-

1. Corint. 10. 13.

Quā opportune Deus adest suis.

Cogitatio Iōseph in vigilia, apparitio autem Angeli in somnis fuit.

Ioseph prudētia cum mansuetudine coniuncta.

Deus mysteria in somnis reuelare solet.

Gen. 28. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A simi mysterij præsagium, vidit. Sic quoq; Pharao spicas, vacasq; præsagia futurorum conspexit. Sic etiam Nabuchodonosor arborem illam pulcherrimam, præstātissimi sui regni effigiem, Deus ostendit: & bene quidem in somnis reuelat Deus, tunc enim cum mens hominis, ab omni circa externas res distractione, quam patitur in vigilia, per exteriores sensus libera fit, ad recipiendum diuinas illuminationes aptior est, maximè de ijs rebus de quibus inter vigilandum sollicitè cogitauit. Hinc est quod Iob ait: Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines & dormiunt in lectulo. Tunc apperit aures virorum & erudiens eos instruit disciplina. Verumenimverò cum Deus per somnium aliquid vult reuelare, ita id agere solet, vt homo etiam intelligat, non esse falsum somnium, sed esse rem veram, C aut tale esse somnium, quod verè aliquid futurum portendat. Ita enim Abimelech, per somnium à Deo ad monitus de vxore Abrahæ, mox intellexit non esse falsum somnium, sed esse rem veram. Et Nabuchodonosor ac Pharao somnia illa, quæ interpretati sunt Daniel & Ioseph, talia esse intellexerunt, quæ futurum aliquid & rem aliquam veram præsignarent. Vnde Nabuchodonosor dicit, somnium perterruisse eum. Si verò Deus ijs, quibus sua in somnis reuelat mysteria, certos ac fideles interpretes non dederit, haud dubiè suspecta sint habenda talia somnia, quæ sine fido interprete, aut certa Dei inspiratione fiunt. Solet enim Satan sese in Angelum lucis transfigurare. Ita noster hîc Ioseph certior factus est, apparitionem hanc, & instructionem Angeli, verò à Deo esse, alioquin enim nullam verbis eius fidem adhibuisset. Sed à Deo reuelationem A factam fuisse, magis credere debebat, quod de ijs docebatur, quæ ipse animo secum versabat, atque eo magis quòd id, quod animo secum voluerat, nemini vnquam reuelarat: ideò credere cogebatur, quòd Deus, qui cordium est scrutator, inspector, & cognitor, secum misericorditer agens, reuelationem ipsi, acceptione dignissimam, fecisset.

Vbi considerare oportet Diuini numinis prouidentia singularis, B voluit Dominus, vt Ioseph de Mariæ virginitate ad tempus dubitaret, quatenus eius dubitatio multos in fide confirmaret, & vnius infirmitas alijs egris vel in fide nutantibus, firmitas ac quasi medicatio quedam esset. Vnde Ioseph Thomæ Apostolo rectè comparatur, quòd ambo in aliquam fidei dubitationem prolabi permiserit Deus, vt per hunc quidem Dominicæ resurrectionis, per illum verò Mariæ virginitatis, credulitas, in multo- C rum cordibus magis magisq; corroboraretur, sicut Gregorius Magnus testatum reliquit.

Ioseph fili Dauid, noli timere, &c. Quamuis Angelus de suspitione falsa ipsum arguere potuisset, quia tamen rationi & honori Diuino pariter atque humano consona erat suspicio, blandis eum sermonibus agreditur, dicens: Ioseph filij Dauid, noli timere, &c. Filium Dauid vocat, vt ad memoriam reuocaret D promissionem ipsi Dauidi factam de Christo ex eius semine nascituro, implēdam iam fore: & licet tam diu Deus suas promissiones differat, non tamen tardat, sed oportuno tempore adimplet. Quis tunc tē poris fuisset in orbe, qui Dei promissiones Dauidi factas & longam temporis delationem in adimpletione recoleret, videreq; Regium Dauidis

Semen Dauid exhaustum, videbatur tēpore Ioseph.

A Dauidis semen, ferme exhaustum, adeò vt pauciss imi, & illi quidē ex infima plebis sorte relicti viderentur, quis non iam meritò suspicari poterat promissiones illas gloriosas Dauid factas, irritas omninò & nullas esse? Videas in hac genealogia statuā illam, quā Nabuchdonosor viderat ad viuum effigiatam: ibi videre licet caput aureum, & pedes luteos. Cœpit Matthæus à Patriarchis, Regibus, atque Principibus, & tandem in opifice & fabro

In genealogia Matthæi. Danielis statua depicta.

B lignario finem facit, vt cum Platone iam fateri cogaris. Nullum vnquam extitisse sceptrum, ligonis expertem, nec contra ligonem ad quem non aliquando Regni sceptrū pertinuerit. Quis non suspicaretur si tenuissimum Ioseph statum videret, promissionem illam semini Dauid à lōgo tempore factam irritam futuram? Nouit tamen Deus suo tempore hominum animos erigere, & promissis stare, ideò vt non

C modo Ioseph animum, sed & omnium Messiæ aduentum expectantium erigeret & cōfirmaret, filium Dauid Ioseph vocat. Item filium Dauid Iosephum vocat (teste Ruperto in Matthæum) quia Dauidis iustitiam sequutus est. Sicut enim pater ipsius Dauid, maluit exulare quàm vti permissione legis dicentis. Diliges proximū tuum & odio habebis inimicum tuum, Tradiderat Dominus in manu eius Saul odientem, & persequentem, & nūc

Rupertus in Matth.

Ioseph filium Dauid vocat, quia Dauid iustitiam sequutus est.

D ait Abisai, perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Ait ille: Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descēdens perierit, propitius mihi sit Dominus, ne extendā manum meā in Christum Domini. 1. Reg. 26. & post hæc surrexit Dauid, & abijt ad Achis Regem Geth, & habitauit tunc Dauid in Geth.

1 Reg. 26.

Quomodo iste iustus Ioseph, occultè demittere eam voluit, quam habebat desponsatam, nisi proficisceretur in regionem aliquam, sicut fecit Dauid, & sicut propter aduersos casus fecerunt plerique alij? *Noli* (inquit) *timere*. Excutit Angelus ex corde Ioseph timorem, quem conceperat, ne Deum offenderet, adulteram in domo foues, qui cum esset vir iustus, nolebat illam intra domum recipere, sed potius occultè dimittere. At Deus ipse per An- B gelum Ioseph præcepit, ne hac in re Diuinæ offensæ timorem haberet, sed ad priorem animi tranquillitatem rediret. Ac si dicat: Tantum abest, vt illam è domestico conuictu debeas semouere, vt nūc etiam reuerentius tibi veniat adjungenda. Ex quibus verbis apparet, vt Abulensis colligit, quòd verbum il Iud, & nolet eam traducere, intelligendum veniat, de receptione in domum ad cohabitandum, post- C quam Angelus iam illi contrarium eius, quod decreuerat, præcipiebat, nempè vt illam in domum & in potestatem suam reciperet: nam si in eius domo fuisset, non Angelus ei dixisset, accipere Mariam coniugem tuam.

Abulens. in Matth.

Possumus etiam dicere, quòd ille timor, quem Ioseph habebat, & Angelus ab eo amouere suis voluit verbis, nō ex eo fuit, quòd Virginem suspicasset malè seriatam & D adulteram, sed ob reuerentiam potius (vt dixi) quam Virgini, vt parerat, exibebat, sese indignum tali ac tanto consortio reputans: nam timor non suspitionem committatur, sed potius turbationem & timorem, quem ex turbatione acceperat, excutit Angelus, dicens: *Accipere Mariam coniugem tuam.* Consuetudo scripturæ sacræ est, teste Hieronymo, vt sponsos viros, & sponsas appellet vxores, sic Euangelista

Universidad de Deusto
Biblioteca

A geliſta Ioſeph virum Mariæ ſæpè vocat, & Mariam ſponſam & vxorem appellat, iam enim antea dixerat: Cum eſſet deſponſata Maria Ioſeph. Et Lucæ 1. Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam Virginem deſponſatam Ioſeph. Hic autem coniugem dicit, vt ipſum certiorem faciat, quòd à nullo fuerit cognita viro, ſi ea quæ vxor eſt à proprio viro non eſt cognita, nec iuſtè niſi præcipiti iudicio, ſuſpicari poteris ab alio oppreſſam fuiſſe.

B *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Reddit rationem, quare metuere non debeat, quaſi diceret: Tu quidem metuis eam tibi adiungere, quòd cum concepiſſe eam, & tamen non ex te ſcias, ex alio viro per adulterium concepiſſe putes: Verùm ego tibi affirmo eius conceptum ſicut nõ eſt ex te, ita nec ex alio eſſe viro, ſed de Spiritu ſancto, qui vt vxoris caſtitatem non temerauit, ita longè ſanctiorem reddidit, vt meritò ob tantam vxoris tuę

C dignitatem, & eam accipere & gaudere ſupra modum de tua fœlicitate debeas. Quare non humanum lapſum, ſed diuinum illapſum huic adſcribas Virgini, quæ tibi ſponſa dicata eſt, & cuius vterum intumeſcentem admiraris.

Quare Chriſtum in Virgine natũ Euangeliſta dicat, potius quam conceptum, notatum myſterium.

Quod enim in ea natum eſt. Mirum ſanè videtur, quòd Euangeliſta dicat natum in ea Chriſtum eſſe, cum faciliùs dicere potuiſſet, conceptum eſt. Nonnulli ſic interpretantur natiuitatem hanc, vt dicãt, hoc explicari pro formatione & conceptione humanitatis Chriſti. Natum enim dicitur, id etiam quod quocunque modo eſſe cœpit. Alij verò altius myſterium nobis explicant, nam intelligunt ideò potius dictum, quòd natum eſt in ea, quàm quòd conceptum eſt in ea, vt ſignificaretur, corpus Chriſti ſtatim à ſua conceptione perfectè fuiſſe formatum & animatum. Id enim proprie natum dicitur, quòd formam ſuam eſſentialem acquiſiuit. Ita Baſilius & Ambroſius, pariter & Chryſoſtomus, locum interpretãtur. Hanc Chriſti natiuitatem Hieremias præuidens dixit: Nouum fecit Dominus ſuper terram, mulier circundabit virum. Hinc eſt, quòd ſacri Doctores duplicem in natura humana, Chriſti natiuitatem ponunt, alteram in vtero Virgineo, alteram verò extra vterum. De prima nunc habemus: quod enim in ea natum eſt. De ſecunda ſtatim dicturus eſt Angelus, pariet autem filium.

De Spiritu ſancto eſt. Spiritus ſanctus, ſi benè perpendas ex ſacris literis, tũc maximè incepit ex hoc inſigni opere ſic appellari. Ante hac quidem, ſi ſacram conſulas ſcripturam, idem met Spiritus, Spiritus Dei, ſiue Spiritus Domini dicebatur, nec facilè in veteri Teſtamento reperies hoc inſigne vocabulũ, id quod eleganter Rupertus notat, nempè Spiritum ſanctum vocari, C præterquam in vno loco. Vbi Dauid ait, Spiritum ſanctum tuum, ne auferas à me. Nec ipſe ſic abſolutè Spiritum ſanctum dixit, ſed tuum addidit, ſicut in cæteris ſcripturis legalibus, ſiue propheticis, nuſquã abſolutè Spiritus ſanctus, ſed relatiuè ſcribitur (vt iam dictum eſt) Spiritus Dei, ſiue Spiritus Domini. Ab hoc loco ferè primum ſonuit in auribus noſtris, hoc reuerendum & inſigne vocabulum, proprium atque abſolutum Spiritus D ſanctus. Vbi Angelus & ad Mariã, Spiritus ſanctus, ait, ſuper ueniet in te. Et ad Ioſeph: Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Quam ob cauſam? niſi quia (quod cum magna reuerentia cogitãdum eſt) maximè ex hoc opere, quod in Maria operatum eſt, elaruit hîc

Spiritus

In opere Incarnationis Spiritus Domini, Spiritus ſanctus appellatus eſt, quia ſanctitatis perfectũ mundo exordium dedit.

A Spiritus Domini, quod verè ſanctus ſit. Hæc Rupertus. At cum Angelus hanc mirabilem verbi incarnationem, in virgineo Mariæ vtero, Spiritui ſancto omninò tribuere videatur, quæri meritò poteſt. An ipſemet Spiritus ſanctus ſolus ſit actiuum principium (vt ſcholaſticorũ verbis vtamur) incarnationis Chriſti? Cui quæſtioni Theologi facilè reſpondent dicentes: quòd non ſolùm Spiritus ſanctus

An Spiritus ſanctus principium actiuum ſit incarnationis Chriſti. B mirabilem Chriſti incarnationem operatus fuerit, ſed tota ſimul ſanctiſſima Trinitas, quæ ad primi parentis Adæ creationem conuenerat, ad ſecundi Adæ generationem quoq; adeſſe neceſſarium omninò erat. Nam cum ſantiſſimæ Trinitatis operationes (vt omnium Theologorum axioma commune eſt) indiuiſæ ſint ad extra, eo quòd omnes

Incarnationis Chriſti myſteriũ à tota ſanctiſſima Trinitatis operatione fuit factũ. C tres illæ perſonæ, per vnicam eadẽque operationem, ſingulas operentur res, quia ſunt vna eademq; natura, quæ illarum operationũ principium eſt. Ideò miraculum omniũ excellens, quod in Chriſti conceptione fuit factum, à tota ſimul Trinitate operatum fuiſſe fateri oportet, nec vllo modo potuit perſona vna, alia non operante, operari. Sic ergo propriè de mirabili Chriſti conceptione loquendo dicimus, quòd non eſt ſolùm de Spiritu ſancto Chriſtus, ſed de tota Trinitate conceptus, ſiue de natura diuina,

Ioan. 4. c. 24 D quæ Spiritus ſanctus vocatur, quia Deus Spiritus eſt, ipſe per Ioannem teſtante: & etiam eſt ſanctus, quia ipſe Deus nihil contaminatum habet, ſed purum & ſanctũ quicquid in ipſo eſt. Sic tandem idem eſt dicere, Chriſtum de Spiritu ſancto eſſe conceptum, ac ſi Angelus dixiſſet, opere diuino à tota Trinitate Chriſtum fuiſſe conceptum. Vbi aduertendum eſt, quòd tunc propriè dicimus aliquid per Spiritum ſanctũ eſſe factum, quando totius naturæ A vires, ad talem tamq; excellentem operationem, natura ipſa peruenire non poteſt. Quando ergo dicimus aliquid per Spiritum ſanctum factum, id ipſum eſt ac ſi manifeſtiùs diceremus, opus hoc eius naturę eſt, ad quod natura ipſa pertingere nullatenus poteſt. Hic ſanè videtur Euangeliſtæ Matthæi ſenſus cum diceret: Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non enim D. Matthæus voluit Angelum introducere diſtinguentem, inter Spiritus ſancti operationem, & aliarũ B diuinarum perſonarum. Hic quoq; ſcripturæ ſacræ ſenſum eſſe cõſtat, quoties de Spiritu ſancto mentio fit, niſi ſimul aliæ explicentur perſonæ, vel illarum aliqua, tunc enim Spiritum ſanctum notionaliter ſeu perſonaliter accipere neceſſarium eſt. Vt Marcus, & Matthæus dicunt de Baptiſmi forma. Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ibi enim Spiritus ſanctus, pro perſona accipitur.

Opus à Spiritu ſancto factum dicimus quando totius naturæ vis illud pertingere nõ valet.

Marc. 16. d. 22. Matth. vlt. d. 29.

Verumenimverò cum omniũ ſanC ctorũ Patrũ, omniumq; Doctorũ tam antiquorum, quàm modernorum, concors ſententia ſit, vt hîc & in multis alijs ſcripturæ ſacræ locis, Spiritum ſanctum perſonaliter accipiãt, abſit vt ego vel latũ (quod aiunt) vnguem ab ipſis diſcedam. Ideò Spiritum ſanctum perſonaliter accipiendo dicimus, quòd licet Spiritus ſanctus ſolus, non operatus fuerit Chriſti conceptionem, ei tamen excellentiſſima huius myD ſterij operatio, ob res inſignes rationes merito aſcribitur. Prima propter incarnationis ipſius cauſam, quæ ex parte Dei conſideranda venit. Eſt enim Spiritus ſanctus amor Patris atque Filij. Cum ergo incarnationis opus, ex maximo Dei amore, quem erga nos habuit procedat, Chriſto ipſo teſtãte.

Incarnationis Chriſti myſterium Spiritui ſancto tribuitur. Primo propter paternum amorem.

Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.3.b.16. A Sic(inquit) Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: hinc est, quòd per Spiritum sanctũ, qui Dei amor & dicitur & est, hoc insigne incarnationis Christi opus factum esse dicamus. Secundò, ex parte naturæ assumptæ, hoc etiam conuenire dicimus. Nam quando conceptio dicitur facta per Spiritum sanctum, manifestè ostenditur, quòd natura humana à Dei filio assumpta in vnitatem personæ, ita

Secundò. Ratione singularis vnionis ab Spiritu sancto facta.

B per Spiritum sanctum vnio illa mirabilis facta est, vt planè manifestũ faciat, id debere attribui, non quidem meritis nostris, nec propter dignitatem humanæ nostræ naturæ, sed propter solam Spiritus sancti gratiam, quæ sanè Spiritus sancti propriissima est, eiq; soli hæc gratia tribuitur. Hinc est, quòd Paulus

1.Corin.12. a.4. ait: Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem Spiritus, ac si dicat, diuersæ sunt Spiritus sancti operationes,

C verũm vna quæq; illarum, sicut ab Spiritu sancto virtutem, ita & denominationem sortitur. Ideò incarnationis opus, quòd Spiritus sancti gratia fit, Spiritui sancto soli tribuitur. Tertiò, hoc opus incarna-

Tertiò. A fine incarnationis, quia per eam verè sanctificantur fideles.

tionis, Spiritui sancto soli datur, quia ipsi soli competit ex termino & proprio incarnationis fine. Nam Christi incarnatio ad hoc termina ta est, vt homo ille qui in Virginis vtero cõcipiebatur, sanctus & filius

D Dei esset, sic enim Virgini Angelus pollicebatur dicẽs: Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Luc.1.d.35. Vtrumq; quidem eorum Spiritui sancto tribui manifestissimum est, per ipsum enim homines in dignitatem filiorum Dei ascribuntur, & filij Dei efficiuntur. Quod manifestè Paulus ostendit: Quoniam estis (inquit) filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Per Spiritum sanctum quoque, sancti omninò efficiuntur,

Ad Galat.4. a.6. hæc enim sanctificãdi virtus, Spiri A tus sancti propria est. Paulo testante qui ait, Prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, &c. Sicut ergo alij homines per Spiritum sanctum spiritualiter sanctificantur: ita vt filij Dei per adoptionem & nominentur & sint. Ita quoq; Christus per Spiritum sanctum est in ea sanctitate conceptus, vt filius Dei naturalis esset, & crederetur in illa humana natura.

Rom.1.d.4

Est prætereà considerandum, quòd in hac sacrosancta filij Dei B conceptione, singulis tribus diuinis personis aliquid appropriatur. Patri enim tota concepcio auctoritatiuè tribuitur, quia respectu Filij summa est in Patre auctoritas, eo quòd Filius à Patre sit. Hanc quidẽ auctoritatem Filius erga Patrẽ agnoscebat sæpissimè, atque ideò id totum, quod filius faciebat, tanquã à Patre missus ad id operandum, fatebatur sese facere. Opera (inquid) quæ dedit mihi Pater vt perficiam C ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me: quia Pater misit me. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me. Et Paulus: Misit Deus Filium suũ factum ex muliere, factum sub lege, &c. Filio in hac mirabili conceptione tribuitur ipsa humanitatis nostræ assumptio, ipse enim solus in vtero Virgineo carnem accepit, omnes quidem tres personæ hanc humanitatis tunicam fecerunt. Fi- D lius tamen solus ea indutus est. Spiritui sancto in hac Filij Dei conceptione tribuitur ipsa feminis formatio. Sicut enim in humana generatione, virtute feminis humani corpus formatur, ita Spiritus sancti virtus, id ipsum expurissimis Virginis visceribus effecit, quòd virile semen in ventrem mulieris facit, id igitur totum, quod semen humanum

Mirabile incarnationis opus Spiritus sanctus intra materna viscera operatus est.

humanum fecisset, Spiritus sancti A virtus perfecit. Ideò maior certè similitudo est in hoc ad Spiritum sanctum, quam ad Patrẽ, vel ad Filium, quia hoc mirabile opus, Spiritus sanctus intra materna viscera operatus est solus: quod Angelus testatur dicens: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Hoc est, fœtus formatus in ea, non per vim & virtutem seminis virilis organizatus & formatus est in ea, sed

Quare de Deipara Virgine dicitur: Quod in ea natum est?

B per Spiritũ Dei, qui sanctus est, & Spiritus sanctus vocatur, Spiritus quidem sanctus supernaturali operatione, nullo naturali agente mediãte, sed tanquã huius excellẽtissimi mysterij principali agente, seu tanquam rei instrumenti vicem gerenti, temperauit, digessit, atq; formauit, ex ipsis Virginis visceribus, purissimum Christi corpus, ita vt perfectè organizatum in ea fuisset. Sicut enim ignis lignum cõburens, & incineres conuertens, natu-

Similitudo.

C rali ignis actione id operatũ esse videmus. Si verò Deus ipse sua potẽti virtute lignum cõbureret, & incineres redigeret, super naturali virtute factũ fuisse fateremur. Sic in Deipara Virgine dicere & fateri tenemur, quod id ipsum quod ad filij procreationem naturale erat, nempè virile semẽ, super naturalis Spiritus sancti virtus, in almo Virginis vtero effecit & adimpleuit.

Quare Ioseph ei dixit, Pariet tibi filium, sicut de Ioanne Zachariæ dictũ fuit

D 21 *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum, &c.* Pariet, Non dixit tibi pariet filium, quemadmodum Zachariæ dixerat. Non enim Ioseph o Diua Virgo peperit, quia ex illo minimè concepit, sed de Spiritu sancto, qui effecit vt cõceptum filium ad vniuersi orbis salutem pareret. Vnde Isai. (inquit) Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Pariet (inquit) vt Deiparam veram Dei matrem omnibus hæreticis in-

Chrysost. in Matth. Luc.c.1.3. Isai.c.9.6.

uitis ostendat, quæ & ipsum Dei fi- A lium genuit & peperit: *Et vocabis nomen eius Iesum.* Ac si dixisset: Licet puer i pater non sis, patris tamen officium & curam erga puerum tibi rẽ debes. Ad patrem quidẽ spectat nomen filio dare & imponere, hãc curam, vnà cum diuersis aliis, quæ ad filij ac matris obsequium pertinent, tibi à Deo demandatas esse crede. Nec existimare debes, Virgi-

Deipara Virgo Patris officium gessit.

nem à te esse dimittẽdam, quasi eius cõsortio indignus iudiceris, potius tamen parere debes, & illis in omni- B bus ministerium promptissimum exhibere teneris.

Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim, &c. De IESVS nomine licet satis dictum esse putarim hoc capite numero. 16. circa verba illa: *De qua natus est Iesus.* Verùm nonnulla in præsentiarũ adnotare libet. In primis in veteri Testamẽto, Tetragramaton Deus vocari voluit, quod certè erat, idem etiam nomen quod in sua essentia habebat Deus ipse. In-

Tetragramaton cõ essentiæ diuinæ nomen.

carnatus autem hoc nomen, non C amittere voluit, sed in aliud iucundius nobis nomen commutatum esse illi decreuit, nẽpè IESVS. Nam in veteri quidem Testamento, eo quod ipse Deus tãquam mũdi creator cognoscebatur, & quòd is esset qui omnibus esse dabat, ipse per se solus existens, ab esse nomen, quod ipsi per suam essentiam pertinebat, accepit. In nouo verò Testamento, quoniam cognosci voluit, tãquam mundi Saluator ac Redemptor à sa- D lute nominatus est. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sic enim id quod Isaias ait: Vocabitur tibi nomen nouum intelligẽdum venit, tum quia nouo modo impositum illi est, tum etiã quia noua ratione ipsi conuenit. Non enim quisquam ante hac, tali ratione sic appellatus est IESVS, quòd saluum aliquem vnquam fa-

Isa.62.a.2.

Iesus vocatus quia ab officio Saluandi agnosci voluit.

Iesus nomen nouum quare dicatur.

Nemo vnquã à peccato saluauit, nisi solus Iesus.

ceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ceret à peccatis suis. Ethimon est dulcissimi, & sacratissimi nominis IESV (quicquid perfidus Osiander deblateret) quo ostendit, infantem nasciturum, verum esse Deum: cuius peculiare munus est, peccata abolere. Isai. 43. Iob. 14. Matthæ. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ioan. 5. Ideoq; in ijs verbis consideratione dignissimũ est, quòd Angelus nõ solũ dicit, saluum faciet populũ, sed id etiã quod supra humanę naturæ vires esse manifestum est adiecit, videlicèt, à peccatis eorũ. In quo diuinissimo opere includuntur vniuersa illa mala, quæ nobis obuenire poterãt ex peccato, necnon vniuersa bona, quę ab ipso Deo expectare licebat. Nam saluum quidẽ Deus ipse faciet populum suum, non ab hostibus potissimum visibilibus, quos nobis etiã tacentibus, & inquiete nostra persistentibus, Deus facillimo negocio superat, atq; prosternit. Vos tacebitis, inquit Deus per Mosen, & Dominus pugnabit pro vobis, nisi interdum ipse Deus ad exercitiũ nostrũ eos manere permittat. Sed populum suum in libertatem vẽdicat à peccatis, hoc est à potestate tenebrarum, à demonis tyranide, à quo captiui tenebamur, ad ipsius voluntatem, à miseria æternæ mortis, à laqueis inferni. Liberos tandem nos ab omni miseria reddet, nam omne malum, & omne miseriarũ genus, non aliunde quam à peccato nobis prouenire certissimum est. Liberati igitur à peccatis, serui autẽ facti Deo (teste Paulo) habebimus fructum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Ab his quidem præsentibus & futuris bonis, quę in ijs Paulinis verbis includuntur, per peccatum excludebamur. Peccato ergo è medio sublato, vniuersa à nobis mala potenti Dei virtute expelluntur, & vniuersa nobis bona conciliantur ab ipso Deo, & magnis accessionibus conferuntur.

Isai. 43. Iob. 14. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ioan. 5.

In nomine Iesu includitur vniuersa mala, quæ per peccatum nobis euenire poterant, & vniuersa bona, quæ per gratiam contigerunt nobis.

B

Exo. 14. c. 14

C

D

Rom. 6. d. 18. & 22.

A *Iesus nomen, quid significet promissum.*

Vocatus est IESVS, quod est Iehouah, nomen planè ineffabile, id est, qui stat promissis, qui cũ sit, facit & nos esse, & re præstat ac exibet, quę verbis est aliquãdo pollicitus. Hoc est autem omninò ineffabile & propter hoc ineffabile nomen habet, quod tam sanctè, tantoq; studio, fidem & veritatem Dei colat, cum hominibus, fœdifragis, diligẽtibus vanitatem & quærentibus mendacium, de quibus Dauid. Verumtamen vani filij hominum mendaces, filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum: hoc est ipso mendacio mẽdaciores, & ipsa vanitate inaniores. De hac ineffabili Dei clementia, quòd stet ipse Deus promissis factis, non Angelis sed hominibus, fecit ipsa miserabilioribus, miratur Isai. cap. 40. Vbi agnita hominum nequitia, quę meritò poterat ipsum Deum à suis pollicitationibus retardare, ac homines poterant sibi adscribere vniuersa mala, quæ iustissimè patiebãtur, & diuinarum promissionũ defectum, suis imputare peccatis, ne omninò in desperationis baratrum prolaberentur, sic ait: Consolamini, consolamini populę meus, &c. Consolationis causam adfert, dicens: Quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas ipsius, susceptit de manu Domini duplicia, pro omnibus peccatis suis. Duplicia, scilicet bona, nẽpè gratiã & gloriam: loco extremorum supplicioriũ, quibus propeccatis tenebãtur. Et post aliquot periodos ait, Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnes caro, quòd os Domini locutum est. Gloria Dei reuelata est, id ipsum quod Ioannis dixit: Verbum caro factum est. Qua in re omnes mortales fidelitatem, & firmitatem, diuinorum promissorum apperta luce videbunt, & agnoscent, quod

Psal. 61.

Isai. 40.

Ioan. 1.

A quòd os Domini loquutum est, qui mentiri nõ potest: & quo magis ac magis Propheta in admirationem raperetur, & ad diuinam pietatem prædicandam excitaretur, vocem sibi dicentem audiuit: Clama. Ac si dixisset: Clamoribus reple vniuersum, vt intelligant mortales quanta decreui facere, & pro quibus. Quid clamaui, id est, exequi officiũ paratus sum, at quibus verbis, qua oratione tanto mysterio digna, id explicare valeam ignoro. Dic ergo:

B Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos agri: ac si apertius dixisset. Cùm tanta sit mortalium miseria, & tam nihili sint omnes, vt qui in maxima honoris potẽtiæ, & diuitiarum gloria fulgeant, hi omnes iam tam sint miseri, vt tanquam flos agri & fœnum, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, natura comparẽtur, & tanquam herbæ, quæ à feris etiam & brutis animantibus impunè conculcantur, & nihilominus cum sint demẽtes superbia turgent, & cum ipsimet tot sese flagitijs, atq; sceleribus contaminauerint, conspurcauerint, atq; corruperint, adeò vt iure esset formidãdum, ne hominum sordibus atque perfidia deterritus Deus, ab assumendæ carnis proposito, atq; consilio abstineret. Verbum tamen Domini manebit in æternum. Id est, stabit adhuc promissis, quibus nunquã hactenus ex bono & æquo genus humanum stetit: seruabitq; pacta conuenta, quæ nunquam à mortalibus bona fide seruata sunt: &

D tandem Deus ipse homo fiet, tempore à Patre præfinito, quę vna res, vniuersas Diuini numinis pollicitationes complectitur: quia verbum Domini manet in æternum. Ab hac firmitate nomen accepit Iehouah: nẽpè, IESVS, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Inter nomina Diuina tria potissimum designantur, videlicet, El, Seddai, & ineffabile Iehouah. El, fortitudinem. Saddai, opulentiam omnium bonorum, & animum propensissimum, ad omnia illa effundẽda mortalibus, significant. Iehouah verò, quod est nomen ineffabile, eum significat, qui promissis stat, & opere præstat, quod pollicetur (vti iã diximus). Apparuit ergo Dominus Patribus in Deo, El, exhibẽs se illis adeò fortem, vt exigua manu clarissimas illas victorias aduersus hostes reportauerit, quas recensere nimis longum esset. Ostẽdit se B Saddai, hoc est opulentissimũ, maximis diuitijs suos locupletãdo, sed quid? Hæc omnia effari poterant, & humanum captum non excedebant. Verùm nomẽ meum, Adonai, non manifestaui eis. Exod. 6. Ob reuerentiam nominis Iehouah, substituebãt Hebræi, Adonai. Ac si dicat: Multa pollicitus fueram illis, de numerosa prole, de possessione terræ Chanaam, &c. & re quidem præstiti omnia, verùm ineffabile beneficium non ostenderam eis, ostẽdi tamen eis, quando propter nos homines & propter nostram salutẽ, descendit de cælis, & homo factus est, & vocatus IESVS fidem Dei liberabit.

Homo pro quo tãta Dei præstitit, quid sua natura fit.

C

Tria nomina diuina explicantur.

Exod. 6.

Item, In his Angelicis verbis, Ioseph reuelatis, humanam pariter & Diuinam Christi naturã Angelus manifestat. Humanã quidem in eo, quod dicit: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, & pariet autem filiũ. Fuerũt nõ pauci hæretici qui negare ausi sunt Virginem Deiparam non esse matrẽ Dei, sed Christi non esse, *Theotocon*, hoc est Deigenitricẽ, sed, *Christotocon*, id est, Christi genitricẽ. Hanc vocem Nestorius excogitauit primus. Contra quem patres in Concilio Ephesino suam contra Nestorium dederunt sententiã: & quia huius nostri instituti

Virgo Maria vera Dei mater est.

D

Nestorius.

Concil. Ephe.

G

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tuti non eſt hanc, & multorũ nouatorum eam ſectantes, hæreſim reſellere, videat qui voluerit doctiſsimũ Patrem Caniſiũ, ſanctiſsimæ Iesv ſocietatis, in lib. de Deipara Virgine, lib. 3. cap. 3. qui tàm ex ſacra ſcriptura, quàm ex patribus, necnon ex ſacris Concilijs, probat & oſtendit Virginem ex hoc loco matrem Dei meritò appellari. Humana ſiquidẽ Chriſti natura in Virgineo vtero perfectiſsima fuit, in eo namq; fuit vera humanitatis organizatio, perfecta animatio, & factus eſt tandem perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtẽs, Spiritus ſancti virtute. Hìc verificari poteſt illud Iſaiæ. 4. In illa die aprehenderunt ſeptem mulieres virũ vnũ. Alegoricè loquẽdo, mulieres ſeptẽ ſunt ſeptem Spiritus ſancti gratię dona, quæ virũ vnũ nempè Chriſtum mira virtute complexata ſunt: in nullo quidem hæc Spiritus ſancti dona ita perfectè effuſſa ſunt ac in Chriſto, ſicut Iſai. teſtatur dicens: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis: & repleuit eũ ſpiritus timoris Domini. In verbis itaq; Angelicis: Pariet autem filium, Chriſti humanitatem deſignat, eamq; talem tantiſq; donis ornatam, vti filium Dei decebat habere. Diuinam quoq; naturam Chriſti Angelus oſtendit, dicens: Ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorũ. Solius enim Dei eſt (vt dixi) peccata dimittere. id quod A Phariſæi etiam docebant: Quis eſt hic (inquiunt) qui etiã peccata dimittit? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Iob quoq; id ipſum teſtatur, dicens: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nõne tu qui ſolus es? Et Iſaias: Dominus (inquit) iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Diuinam inſuper eius naturã oſtendit etiam Angelus, dicẽs: Populum ſuum: Populus quidẽ à Deo ipſo ſaluandus non eſt Iſraëliticus tantum, ſed omnium credentiũ populus, ad finem vſq; mundi. Regnũ (inquit Dauid) regnum omniũ ſęculorum, & dominatio tua à generatione in generationem. Et Ioannes: Non tantum (inquit) rogo pro eis, ſed pro ijs qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt vnum ſint mecum. Is enim populus, qui ab omnibus prophetis dicitur ſaluandus, & redimẽdus, ab eis quoq; vocatur populus Dei, quare cum hic idem ille populus dicatur, & ſit populus Iesv, conſequitur Iesvm Deũ verum eſſe. Nec ratione tantum diuinitatis, ſed & etiã humanitatis, vniuerſus credentium populus dicitur eſſe Iesvs, nempè quòd eum acquiſiturus eſſet ſibi, & redẽpturus prętioſo ſanguine ſuo, & in proprium ſuum regnũ vendicaturus. Hinc eſt, quòd Hieremias etiam dicit. Et hoc eſt nomen, quod vocabũ eũ Dñs iuſtus noſter, vel Dñs iuſtitia noſtra.

Caniſi. de Dei pa. Virg. lib. 3. c. 18.

Iſa. 4. d. 1.

Iſa. 11. d. 2.

Luc. 7. B.

Iob. 14. d.

Iſa. 33. d.

Pſal. 144. 13.

Ioan. 17.

Vniuerſus populus credentium eſt, non tantum ratione diuinitatis, ſed etiã humanitatis.

D Hiere. 23.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

22 HOc autem totũ factum eſt, vt adimpleretur, quod dictũ eſt à Domino per Prophetã dicentem:

22 *Hoc autẽ totum, &c.* Habet hoc plurimum ponderis, ꝙ Euangeliſtæ res à Chriſto geſtas dũ exponunt, in more habent ad comprobandum eũ eſſe ſemen benedictum, & Meſsiam patribus olim promiſſum, atque per Prophetas multis antea

Iſa. 7. c. 14. A antea ſęculis prænuntiatũ: promiſſiones atq; vaticinia prophetarum adſcribere, & in memoriã reducere. Ita hìc D. Matthæ. poſtquã Angeli verba retuliſſet, teſtãtis de Virgine, quòd virtute Spiritus ſancti cõcepiſſet, atq; illam pariturã filiũ, qui ſaluum facturus erat populum à peccatis, ſtatim ex ſuo adijcit Iſaię vaticinium. c. 7. dicens: Hoc totũ factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo, &c. Hanc obſeruationẽ hoc loco præmiſimus, vt quoties ſacros Euãgeliſtas videris Teſtamẽti veteris teſtimonia adferentes, duo tibi ad ſalutẽ neceſſaria proponas. Vnum vt fidem tuam de Chriſto & in Chriſtum conceptam, animoq; ſemel impræſam ſerues, ijſq; promiſsionibus animum perpetuo munias. Alterum, vt argumentũ tibi efficaciſsimum proponas, quo Iudæos, alioſq; Chriſti nominis hoſtes, confundere poſsis, nẽpè vt ad Prophetarum oracula, & ſcripturæ ſacræ teſtimonia confugiendo, omnia tua dicta collimare ſtudeas, ita vt inde omnem vim atq; auctoritatem aſſumant.

B

C

D

Euangeliſtæ quoties vaticinia adferũt fidem confirmant credentium, & Iudæos deuincunt.

Vt non cauſalitatẽ ſed cõcomitãtiam, ſeu conſecutionem ſæpe dicit.

Hoc totum factum eſt, &c. Quando Euangeliſtæ hoc modo loquuntur, dicentes factũ fuiſſe hoc, vt impleretur illud: Non ſic accipiendũ putes, ac ſi dicere velit, quòd omnia illa, quę hìc facta referuntur, fuerint facta propter hoc, quod Iſaias vaticinatus fuerat, non enim natus eſt Chriſtus de Virgine, nec ob id vocatus eſt Iesvs, quia Iſaias illud prædixerat, ſed quia Deus ſic fieri ante ſęcula voluit. Manifeſtum quidem eſt, res nõ eſſe propter verba, ſed verba potius propter res: vt patet extra. de verb. ſignific. c. intelligentia. Intelligentia (inquit) verborum, ex cauſis dicẽdi aſſumẽda eſt, quia nõ res ſermoni, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Eſt ergo verborũ ſenſus, Hoc totũ factum eſt, &c. Quod Chriſtus ex Virgine naſceretur, & Iesvs vocaretur, factũ eſt, vt Dei voluntas impleretur, quã ſic diſpoſuit implẽdam, vt ſalutem noſtram procuraret, & quia voluntas illa æterna Dei nobis occulta erat, decreuit vt Prophetæ voluntatis diuinæ interpretes, antequam fierẽt nobis ea manifeſtarẽt, vt quãdo facta fuiſſẽt, crederemus. Sic enim Chriſtus Apoſtolis dixit: Hoc dico vobis antequam fiat vt cum factũ fuerit credatis. Vnde in his verbis: Hoc totum factũ eſt vt impleretur, &c. Vt, non ponitur ibi cauſaliter cum nullam cauſalitatẽ dicat, ſed potius cõmitatiuè accipiendũ eſt: ac ſi manifeſtius dicat. Quando hoc totum factum eſt, nẽpè quòd Chriſtus de Virgine natus, & Iesvs vocatus, tum impletũ eſt, quod dictum fuerat per Prophetã: Ecce virgo in vtero habebit, &c. Hęc obſeruatio tenenda eſt in multis alijs ſcripturæ ſacræ locis, vbi eandem dicendi formam inueneris.

Prophetæ vaticinantur ea quæ Deus ab æterno facere diſpoſuerat.

Ioã. 14. d. 29.

23 *Ecce virgo in vtero habebit, &c.* Inter vniuerſa Scripturæ ſacræ loca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iſaiæ Prophetia de Virgine, quæ paritura erat, maximas lites contra fideles excitauit.

A vix vllum reperies, qui maiores excitauerit quæſtiones, aut maiores aduerſarios, tam Iudæos, quàm hæreticos Iudaizantes, ſuſtinuerit, ac hæc Iſaiæ prophetia. Satanæ quidē ſtudio & arte factū eſſe putò, vt tot hoſtium miriades contra hunc locum inſurgant: nam cū in hoc loco noſtræ Chriſtianæ religionis fundamentum firmum & ſolidum habeamus, iacto in terra fundamēto Satanę, facillimum erat vniuerſam Eccleſiæ Chriſtianæ fabricam deſtruere, & miſerabili ruina deuaſtare. At verò nullus hoſtium impetus,
B quātumuis crudeliſſimus, vel in minimo potuit ſtabilem hāc veritatē, inualidā facere. Quia verò tanti momenti hæc prophetia Chriſtianis omnibus eſt, eam diligēti examine tractare non grababor.

Iudæorū opinio circa Iſaiæ vaticinium de Virgine paritura.

Iudæi ſanè vt ex tota hac ſentētia Deiparam Mariam excludant, confingere non verentur, hoc totum dictū fuiſſe de vxore Achaz, Ezechiæ matre, vel de ipſa Prophetæ coniuge. Quām hoc ridiculum ſiet, manifeſtū faciemus, antecedentiā & conſequentiā conſiderantes, quæ ſi cæci Iudęi, iuſta Dei punitione excecati cōſiderare voluiſſent, non tam inſano furore veritatē hanc eneruare tentaſſent. Conſideremus ſano affectu ex præcedētibus & ſequētibus, & facilè inueniemus aliquid lōgè ſublimius promitti ab ipſo Deo, quā quod ad Ezechiā, vel ad Iſaiæ filiū naſciturum referri poſsit. Quis obſecro corū Emmanuelis nomen, ne
D dicam officiū, dignè vel indignè promereri potuit, nec vnquā accepit? teſtatur hoc Origines, dicēs: Si Iudæus pergat hærere verbis, dicens ad Achaz dictū: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo. Rogamus quis fuerit natus Achaz temporibus, de cuius natiuitate dicatur Emmanuel, quod eſt, Nobiſcum Deus? Nā ſi nullus inuenietur, manifeſtū eſt,

Origen. lib. 1. contra Cælſum.

Iſaiæ dictum Achaz pertinere non potuit.

id quod Achaz dictū eſt, promiſſum A
eſſe domui Dauid, eo quòd ſcriptū ſit, ex ſemine Dauidis natū ſaluato remiuxta carnem. Quin & ſignū ipſum in profundum & in altum dici tur dandū, quoniā qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos vt impleret omnia. His conſonat Euſebius Cæſarienſis, qui cauillantes Iudæos ſequenti oratione caſtigat. Si Iudæi hęc ad Ezechiā referant filiū Achaz, & dicant, hunc eſſe, qui patri ſuo oraculo promittatur futurus, videant quomodo no-
B biſcum Deus fuerit Ezechias, aut B
quodnam ſignū ſua maieſtate dignum Deus in illo oſtēderit, ſed nec certamen vllum. nec labor in illius ortu exhibitus eſt. Prætereà Ezechias planè excluditur in prophetia ratione tēporis Hęc enim, ipſo iam tum patre regnante, futura canebātur. Ezechiam verò antequā regnū acciperet Achaz, genitū eſſe cōſtat. Quòd ſi ad hunc minimè referri poteſt prophetia, multo minus ad aliū quempiā illorum, qui apud Iudæos prophetiæ tempore extiterunt, præ C
ter quam ad ortum eius, qui verus Emmanuel eſt.

Argumentātur prætereà Iudæi. Si de Virgine propoſitus eſſet ſermo, Bethula hoc loco dixiſſet Prophetа, quòd ea vox Hebraicè Virgo dicatur, ſed non eſt hac voce vſus, ſed alia, nēpè, Alma, quo nomine adoleſcētula non itidē virgo ſoleat ſignificare. Verumenimverò in vtraq; voce falluntur & fallunt, non tā imperiti, quā impudentes mendaceſq; D
Iudæi. Etenim ſi de Bethula diſputatur, nomen hoc adoleſcentē mulierē, quāuis aliquando corruptā iudicat ſcriptura: quemadmodū Alma, Virginē puellā ſeu adoleſcētulam, quæ nunquā fuerit vitiata deſignat. Proinde Moyſes de Rebecca ſcribens Virgine, quæ ad hauriendam aquā egrediebatur, prius quidē eā

Bethulam

Quomodò in ſacris literis, Bethula, & Alma accipiatur.

Bethulam Hebraicè nominauit, ſed A
ea voce non cōtentus, vt pote quæ non modo Virginē, ſed corruptam etiam adoleſcētulā exprimit, etiam Almā ipſam vocabit, adijciens Vir non cognouerat eam. Vbi vocē Alma, quam hoc loco Iſaias ponit, bis repetitam inuenies, & quidem ſine vllo additamēto, minus vt liceat dubitare, Hebræis per vocem, Alma, Virginē accipi. Et Deut. Lex ponit raptorem Alma, hoc eſt, puellę Virginis. Venit enim Alma, ab Alam, quod eſt abſcondit, vt dicatur non
B Virgo quæ anus eſt, ſed quæ eſt adoleſcentula, & à virorū conſpectu ſeclusa. Iā verò quod ad vſum & proprietatem vocis Bethulæ ſpectat, ſi Scripturæ fontes conſulamus, ab Ezechiele ſcriptū hoc reperiemus. Ibi ſunt fracta vbera & ſubactæ mā mæ pubertatis earum. Quo loco Bethula ſcribitur, & ſermo eſt de meretricibus, quæ licet adoleſcentiam non dum exceſſerant, vt ad viri congreſſum vix aptæ videri poſſent, tamen in proſtibulo quæſtū corporis
C impuriſſimè faciebāt, tantū abeſt, vt ea vox ad Virgines propriè referatur. Tſi apud Ioēlem exrat quoq; ſententia. Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virū pubertatis ſuę. Vbi Bethulę nomen repertū eſt, nō pro alia Virgine, quàm quæ adoleſcētula, vel puella nupſerat ſuo interim orbata marito, vt cum iam defunctū lugeret, ac ſuum acerbū dolorem lugubri etiā veſte teſtaretur.
D Perquirant autem, ſi velint, Iudæi, euoluantq; Propheticos libros omnes, de voce quidē Alma, nihil tale nobis oſtēdēt, quale nos de voce Bethula ſimul & Alma ex ipſis Prophetici teſtimonijs demonſtrauimus.

Vox Bethula, non de ſola Virgine dicitur.

Exec. 23. d. 3.

Ioēl. 1. b. 8.

Iudæi malè à Septuaginta interpretibus diſcedant.

Vt verò Iudæi magis magiſq; ſuā defenderēt perfidiam, eo ſeſe vertere audēt, vt ſeptuaginta duos Rabbinos doctiſſimos & ſelectiſſimos viros, quos nos ſeptuaginta, dumtaxat, cōmoditatis gratia interpretes A
appellamus, ſpernere nonvereātur, quorum ſanctiſſimę interpretationes, vſq; ad ſummā Ethnicorum admirationem per omnia cōſonas, & velut eodē dictante Spiritu, à ſingulis conſentienter præſcriptas fuiſſe. Qua de re noſtri quoque & veteres Theologi, Iuſtinus, Irinæus, Tertullianus, Hilarius, Auguſtinus, alijq; plures quorum verba citare ſupersedemus, haud obſcurè teſtantur. Quidē quod Apoſtoli, & Euangeliſtæ quum ſcripturā veterem citant, B
Septuaginta interpretū verſione libenter vtuntur. Nec ſolū Hilario, ſed alijs etiā peruetuſtis Patribus, fuit omninò perſuaſum Ortodoxos, ab hiſce grauiſſimis & certiſſimis docēdi auctorib⁹, fideliſſimiſq; interpretibus haud quaquam diſcedere oportere. Quid obſecro habēt duriſſimæ ceruicis homines, quod iuſtè contra illos, velut ſuſpectos Chriſtianæ veritatis teſtes, excipere poſsint? qui cum annis ferè trecētis Chriſti ætatē præceſſerint, & in Iudaiſmo ſummi fuerint diuinæ legis profeſſores, de præſenti quidē controuerſia ignorarunt, omniq; odio & prauo affectu vacui, Prophetam Iſaiam candide non aliter quā ipſi, duce Spiritu ſancto ſentiebāt, ſunt interpretati. Septuaginta verſio ſic habet, *Idou i parthenos*, hoc eſt: Ecce Virgo. Intelligunt hoc loco Diuina voce promitti, non adoleſcentulam tātum ſiue iuuenculā, ſed quod maioris eſt momēti, Virgi
nem excellētem, ſimulq; prolē fœcundam, vt quæ ſaluo pudore cōciperet, & pareret filiū, non qualemcunq; quidem, ſed qui amplisimo Emmanuelis & nomine, & muneri pro dignitate reſpondere poſſet. Quem ſenſum niſi nobis Iudæi concedant, & ipſi Prophetæ tribuant, præſentem locum honeſtè tueri, & congruè interpretari, quicquid

Iuſtin in epiſtola aduerſus gentes.

Irin. lib. 3. aduer. Valent. c. 24. & 26.

Tertul. in Apologetico.

Hilarius in Pſal. 2.

Aug. lib. 18. de ciuit. Dei. c. 42. & 43. & li. 2. de doctrina Chriſti. c. 15.

Hila. in pſal. 2. & 118.

Quā præclarè ſeptuaginta interpretes.

Cogūtur Iudæi Septuaginta interpretibus conſentire.

Demōſtratio ex Iſaiæ verbis, quòd non niſi Virginem paritura prædicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A demum machinẽtur profecto mini mè poſſunt. Fingamus enim Deum poſtquã ſignũ aliquod & prodigiũ futurũ regi Achaz, imò & orbi promiſerat, hoc tantũ indicaſſe, quẽad modum iſti contendũt, puellam aliquam cũ viro congreſſurã, & ex eo filiũ habiturã eſſe. Hocine ſignum ſiue prodigiũ tã amplis promiſsis, quæ antecedũt, tantaq; ſummi Dei promittẽtis maieſtate dignũ eſſe putemus? Pete (inquit) ſignũ à Domino Deo tuo, in profundũ inferni, ſiue in excelſũ ſupra, ſignũ, inquã, veritatis, vt cũ ſignũ acceperis, credas futura quæ dixi, Deuſq; magis glorificetur. Vbi rex impius Achaz, velut hãc vero Deo gloriã, inſigno edẽdo inuideat. Deiq; verbũ contẽnat, ſe nihil peritурum ſuperbe reſpondit. Verũ nec regis obſtinatio, nec populi indignitas, potuit impedire, quò minus diuina bonitas ſe magis magiſq; proderet, ac oblatã prius benevolentiã, non Iudæis tantũ, ſed orbi profuturã confirmaret, verbiſq; perſpicuis exponeret. Propter
C hoc (inquit) dabit Dñs ipſe vobis ſignũ: Ecce Virgo cõcipiet & pariet filiũ. Signũ profecto quale ab infimis infernorũ, vſq; ad ſublimia cælorũ, maius excogitari nõ poterat, & hoc infideli Achaz promittit & præſtat. An nõ Iudæi ſummo Deo notã vanitatis inurũt, dũ audẽt fingere ſignũ hoc eximiũ, naturale fuiſſe, & adeò cunctis naſcẽtibus naturale, vt ne ſigni quidẽ nomẽ promereatur? Cũ Deus ad ſigna aut miracula venit, nõ niſi ardua, inuſitata,
D illuſtria euidẽtiaq; ſigna, modo per ſe, modo per ſuos miniſtros edere ſolet, quę omniũ mentes hominũ in maximam admirationem inducãt. Hinc illa ſigna clariſsima, quę Moyſes aduerſus Pharaonẽ: & Elias cõtra Prophetas Baal: & Eliſeus in mortuis ſuſcitãdis, præpotẽre Deo auxiliante, patraſſe legũtur. Erit ne obſecro minoris momenti ſignum iſtud in totius orbis ſalutem exhibitũ minimè gentium. At huius Prophetię dignitas tũ ex parte Prophetæ, tũ ex parte Euãgeliſtæ, tũ etiam ex rei dignitate penſanda eſt, & Iudęis omnibus opponẽda. Hic locus quidẽ non à quouis Propheta, ſed à maximo illuſtriſsimoq; Propheta Iſai. qui meritò à D. Hieronymo Euangelicus nuncupatur, eo quòd Euãgelica myſteria clariſsima luce perſpexerit, atq; explicauerit. Totiq; Iudaicæ ſynagogæ tanto fidentiùs hunc locũ opponemus, q̃ Matthæus Iudæus ſimul & Euãgeliſta, illũ ipſum in medũ adducat, ex eoq; palam demõſtret, nõ aliũ Iudęis Meſsiã niſi IESVM Mariæ Virginis filiũ expectandũ eſſe, de quo Deus per Prophetã ſic dixerat, atq; promiſſerat: *Ecce Virgo in vtero habebit & pariet filium, &c.* Aut ſicut apud Iſaiã habet Hieronymus: Ecce Virgo cõcipiet & pariet filiũ. Alij vt ad Hebræã lectionẽ potius accedãt, ſic ad verbũ reddunt: Ecce virgo pregnãs C & pariẽs filiũ: vel quod perinde eſt, ſicut Vatablus & Pagninus trãſferunt: Ecce virgo pregnans & fœta. Durius culè dixit Mũſterus, impregnata pariet: pro quo alij legũt, Virgo grauida pariẽs eſt filiũ. Nõnulli verò, Ecce virgo illa concipiens, & pariẽs eſt filiũ. Præclara certè & aureis literis exprimẽda verba, quæ ſi Græcè iuxta translationẽ Septuaginta virorũ ſingulatim expendas, non alia eſſe dixeris verba, quã illa D quibus Gabriel Angelus Mariã eſt alloquutus: Ecce cõcipies in vtero & paries filiũ. Septuaginta viri dixerunt, *Idu i parthenos*, id eſt: Ecce virgo. Angelus dixit, Ecce tu. Septuaginta viri dixere, in vtero accipiet. Angelus dixit, Concipies in vtero. Septuaginta dicunt, Et pariet filiũ. Angelus dixit, Et paries filiũ. Septuaginta viri dixerunt: Et vocabis nomen

Signa Dei magna ac illustria sunt.

Exod. 7. 8. 9. 3. Reg. 18. 4. Reg. 4. & 13.

Ex tribus ver. Isaiæ colligit Prophetiæ dignitatem.

D. Hieron.

Varia translationes Isaiæ.

D. Hieron.

Vatablus.

Pagninus.

Munſter.

Septuaginta interp.

Luc. 1.

A nomẽ eius: Angelus id ipſum dixit. Vocabis nomen eius. Itaq; Angelus ſigillatim ex verbis Iſaiæ, iuxta translationẽ Septuagintà virorũ lætum illũ nunciũ, ſacrę Virgini detulit. Sacra Virgo autẽ, agnouit ſe ſalutari prophetia illa Iſaiæ. Cũ enim expectaretur eo tẽpore Meſsias, omnibus notiſſima erat hæc prophetia, nec dũ ſacræ virgini, & huc ſpectaſſe videtur eius reſponſum, cũ enim Angelus dixiſſet (pro Ecce virgo cõcipiet, vel pro Ecce virgo in vtero capiet) Ecce tu concipies in vtero, vt quòd Propheta Virgo dixerat, Angelus dixerit tu, vt declararet illã eſſe eã Virginẽ, quæ prædicta eſſet ab Iſaia. Reſpondit ipſa: Quomodo fiet iſtud, quoniã virum non cognoſco: Vel ſcio me Virginẽ eſſe, qualis prædicta ab Iſaia, paritura filium Dei, quæro autẽ modũ quomodo iſtud fiet? Denũciata eſt ergo ſacratę Virgini, ſuis verbis Iſaiæ prophetia, &
C cũ ſibi poſſe competere, quòd virgo eſſet, intelligeret, quæſiuit modũ. Et cũ omnia verba Prophetæ recitata eſſent ab Angelo, tantũ vox illa, Virgo, eſſet ab eo prætermiſſa, eò quòd ad ipſam Virginẽ Angelus verba faceret, ipſam illã vocẽ, quam reticuerat Angelus, tanquã rem notã ei, ipſa de ſe prædicat, Virgo ſum, ſed honeſtius, quoniã virũ non cognoſco, deeſt, ſum quidẽ virgo, vt poſſem illa eſſe, quæ ab Iſaia prædicta eſt, ſed
D quæro à te modũ, & ſtatim Angelus modũ ſubiũxit: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Hãc noſtrã expoſitionem Ambroſius cõfirmat, dicẽs: Legerat hoc oraculũ Iſaiæ Maria, ideò credidit hoc futurũ. Nõ iam tibi ex cæcatæ Iudææ adfero concordẽ illã omniũ patrũ Græcorũ & Latinorũ ſententiã, vt Iuſtini, Irinęi, Origenis, Epiphanij, Euſebij, Baſilij, Tertulliani, Cypriani, Lactãtij, Hieronymi, qui omnes magno conſenſu cõprobant, ad matrẽ Virginẽ Mariam, quę pura Chriſtum concepit ac peperit, præſens vaticiniũ pertinere. Audias cæleſtes illos teſtes, alterum a Deo miſſum, vt hæc explicaret. Alterum Spiritu ſancto repletũ, nempè Angelũ, Prophetę verba non exponẽtem modo, ſed denũciantem ei, ad quam ipſa prophetia directa, & in quã impleta eſt. Audias quoq; Deiparã Virginẽ, quæ ab Spiritu ſancto obũbrata, ineffabilem Dei fauorẽ & gratiã in ſe ſuſcepit, ac de ſe ipſa Iſaiæ vaticiniũ prænũciatum fuiſſe cognouerat: & niſi frõs tibi ferrea fuiſſet, ex Scripturis ſacris facilè colligeres, hanc eandẽ Deiparam Virginem, Alma, vel Haalmah illam à Propheta denunciatã fuiſſe: nam vt Hebraicę linguę peritiſsimi obſeruarunt, hãc inſignem vocẽ, Alma ſeu Haalmah, in ſacris libris, cũ litera ſiue articulo, He, non ſæpius quãter inueniri, quemadmodũ Gen. 24. Exo. 2. & in
C hoc dicto Iſaiæ, ſemper autẽ eadem dictione intactã Virginẽ, quæ cũ viro rem nõ habuerit ſignificari. Quã virginitatis laudem, eo magis in his Propheteæ verbis Meſsiæ matri aſſignare debemus, quòd omnium gratũ Græci Latiniq; patres, vt iam oſtendimus, ac adeo vetères Rabbini eandem veritatẽ libenter agnoſcant, & cõprobent euidenter. Nec myſterio vacat, quòd Iſaias nõ ſimpliciter Alma (vt Galatinus notat) ſed præpoſita litera ſcribitur, quæ articuli vim
D habet: perinde ac ſi dicat, Ecce virgo illa cõcipiet. Hoc ſanè myſteriũ interpretes Septuaginta, vt diximus, notarũt, qui propterea nõ *Parthenos*, ſed *Idu i parthenos*, locũ Grecè reddiderũ. Quæ ſacra dictio cũ præpoſito articulo, qui apud Hebræos, He, nũcupatur, vix reperitur niſi in tribus Scripturæ ſacræ locis iã citatis. Sed hãc quoq; lucẽ Iudæi reſpuũt, quos tanta ſtupiditas occupat, vt Virginẽ illam

Angeli verba Isaiæ vaticinium in se cõtinebant.

Virgo Angeli verba audiens, verba etiã Isaiæ esse intellexit.

In salutatione Angelus ostendit Virginem eam esse Virginem, de qua Isai. prophetauerat.

Deipara Virgo Isaiæ prophetiã ad se pertinere intelligebat.

Ambros. in. 1. c. Lucæ Iustin. in dial. logo cõt. Tryphon. Irin. lib. 3. cõtra Valen. Orige. lib. 1. cont. Celſ.

Epipha. Hæres. 77. Euſeb. lib. 7. de demonſtr. Euang. c. 1. Baſil. Hom. de pum. Chriſt. generat. Tertul. lib. de carne Chriſti, & lib. aduer. Iudæ. Cyprian. lib. 2 aduer. Iudæ. Lactan. li. 4. de vera ſapien. Hieron. in. c. 7. Iſai. & libr. 1. aduer. Iouian.

Alma, ſeu Haalmah in tribus ſacræ ſcripturæ locis eum literam, He, ſcribitur. Gen. 24. Exod. 2.

Galat. lib. 7. de arcanis Catolicæ veritatis. c. 15.

Iſai. prophetia. c. 7. cũ articulo, He, ſcribitur, ac ſi dixiſſet, Ecce virgo illa per emphaſim dicta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam peculiarem, eximiam, vereq; ſingularem, quæ Meſsiam immò & Deum in mundo filium edidit, non poſsint agnoſcere & profiteri.

Circa nomen Emmanuel dubia.

At proteruus & obſtinatus Iudæus argumentari pergit dicēs. Si Chriſtus is eſſet filius, de quo Propheta vaticinatus eſt, eo nomine vocatus fuiſſet, quo eum Propheta appellandum prædixerat, nēpè Emmanuel, ſed nō eſt hoc nomine compellatus, immò IESVS ab Angelo & parentibus, & ab omnibus vocatus, igitur

Quomodo Virginis Mariæ filius, ab Iſaia dictus Emmanuel.

B Prophetæ vaticiniū ad ipſum minimè ſpectat. Fatemur libenter Chriſtum IESVM vocatum, qui Latinè dicitur, ſalutaris, ſeu ſaluator, quia cunctis Gentibus, quod ad ipſius volūtatem attinet, Salutifer venit, ſed Propheta declarauit hoc nomine Emmanuel (inquit Lactātius) quòd iſte Virginis filius erat Deus, qui ad homines in carne vēturus eſſet. Emmanuel enim ſignificat, Nobiſcum Deus, ſcilicet, quia illo per Virginē nato, confiteri homines oportebat, Deum ſecum eſſe, id eſt, in terra, & in carne mortali. Vnde Dauid in

Lactan. li. 4. de vera ſapiētia. c. 12.

Pſ. 84. d. 12.

Pſal. Veritas de terra orta eſt, quia Deus in quo veritas, terrenum corpus accepit, vt terrenis viam ſalutis aperiret. D. quoq; Cyrillus hanc etiam quæſtionem mouet. Cur cum Matthæus Iſaiæ prophetiam recitaſſet, quæ Emmanuelem nominādum dixiſſet, poſtremò non Emmanuelē, ſed IESVM appellaſſet? Cur etiam

Cyril. tom. 1. concilio. c. 2.

D apud D. Lucam, cum Gabriel ſacrā Virginē ſalutaſſet his Iſaiæ verbis, ita vt ſigillatim omnia verba poſuerit, & nihil prorſus ex Propheta mutarit, excepto quòd hāc dictionem, Virgo, omiſerit, quòd ad ipſam Virginem verba faciebat, cur, in quam, his poſtremis verbis mutarit prophetiam? Nam pro vocabis nomen eius Emmanuel: dixit Angelus, Vocabis nomē eius IESVM. Hāc quoq; quæſtionem Chryſoſtomus mouet,

Chryſ. in 1. c. Matth. hom. 5.

& multa diuinitus tractat. Necnon Theophilatus. At verò eorum ſolūtio non mihi per omnia placet, quia omninò Iudæis facere ſatis non poſſunt. Euthymius adhuc magis ſcopum tetigit, qui ſic reſpōdet Iudæis. Nomine nullus vocauit Chriſtum Emmanuelē, re omnes, quia credentes eſſe Deum, & hominem, confitebantur Deum eſſe nobiſcum, quod Emmanuel ſignificat. Nobiſcum Deus. Nam Deus homo factus conuerſabatur inter homines, hic enim mos eſt Prophetis, vocationes & nomina appellare, ſecundum futuras actiones, ita puer hic appellatus eſt, Cito prædare, cito expoliare, nō quòd hoc nomine vocatus ſit, ſed quòd hæc fecerit. Chryſoſtomus quoq; ab effectu (inquit) appellatur Emmanuel, eſt enim (inquit) ſcripturæ mos, euentum rerum ponere nominū loco. Quid enim eſt aliud. Vocabunt nomen eius Emmanuel, niſi videbunt oculi mortalium Deū in-

C ter homines verſantem? Hoc quidē annotatione dignisſimum eſt, quod non tantum in Emmanuelis nomine ab euentu rei ſic appellari dicimus, ſed in ſacris literis multa nomina ſic ab euentu rerum poni, compertiſsimū eſt. Hinc eſt, quòd D. Baſilius dicat: Voces ipſas, ſyllabas & literas in ſcriptura ſacra myſteria prę ſe ferre magna & nomenclaturis ipſis ſignificari myſteria. Archangelum Gabrielem, qui hunc nūcium apportat

D ſacræ Virgini, incarnationis Dei magni, nō ſolum verbis, quæ annunciat Virgini, ſed nomine ipſo: hoc magnū ſignificare myſteriū incarnationis Dei omniporentis conſtat. Quid enim eſt aliud Gabriel, quàm Verbū caro factum eſt? Geber enim homo eſt, El, Deus. Vnde Gabriel, homo Deus, Verbum, Deus, caro factum. Significauit id Proclus Epiſcopus in homilia quadā aſſidēte Neſtorio Conſtantinopolit. his verbis. Reuerere

A

Theophilact. in Matth.

Euthym. in Matth.

Nomina ſignificant actiones futuras.

Iſai. 8. d. 1.

Chryſ. hom. 5. in c. 1. Matthæi.

Gabriel ſonat homo Dei fortis.

Proclus in homil.

A rere nomen Archangeli, qui nuncia tionem illam lætiſſimam apportauit Mariæ, qui Gabriel eſt appellatus, dictus Gabriel, id eſt, Deus & homo. Geber enim homo eſt. El, Deus, nomine ipſo ſignificans, nuncium quem apportat, quoniam iſte, quem euangelizat Chriſtus, Deus & homo erat oriturus, nomēclatura ergo ipſa miraculū ſignificat, &c. Vnde Actione. 4. Synod. Nicænæ 2. Tom. 2. Concil. Stephanus diaconus recitat hiſtoriam, ex libro de martyrio

Syno. Nicæ. 2. Actio. 4.

Stephanus diaconus.

B Procopij Martyris. Neaniam quendam nomine, locaſſe inſigni artificio Marco, crucem fabricandam, quæ cum elaborata eſſet ſumma arte, extitiſſe tres in ea imagines. Prima Emmanuelis cruci ſuffixi. Hebraica dialecto inſcripto nomine Emmanuelis, & vtrinq; in ſummitate brachiorum crucis, Michaëlem & Gabrielem, & cum Marcus artifex vellet expūgere à latere vtroq; factas imagines, ſibi timens, exſicata eſt illi manus. Extitere ergo miraculo, Emma-

C nuel ſuffixus cruci, id eſt, inter nos Deus; & ex altera parte brachiorū crucis, Michaël, ille qui Apoc. c. 12. præliabatur cum dracone, quando facta eſt ſalus & poteſtas Chriſti, & quādo vicit, propter ſanguinem agni, id enim ſignificatur nomine Michaël, hoc eſt, Quis ſicut Deus? Mi, quis, ca, ſicut, el, Deus? quæ nomenclatura pugnam cum draconē ſignificat, qui morte Chriſti eſt ſuperatus à Michaële: & id ſignificauit cū

D extitiſſet in altera parte crucis, nempè victoriam factam in ſanguine agni ab Angelo, qui dicebatur, Quis ſicut Deus? In altera parte crucis extitit Gabriel, id eſt, Deus homo factus eſt. En tres nomenclaturas habentes vnaquæq; ſuum peculiare myſterium. Vides quòd ex euētu rei Emmanuel ſit vocatus. Quòd ſi Iudæi impudēter repugnent (ait Chryſoſtomus) ſic eos interrogabimus.

Apoc. 12. b. 7

Michaël, Quis ſicut Deus interpretatur.

Chryſ. hom. 5. in Matth.

Quomodo ergò Propheta dicit, Vocā nomen eius, velociter expolia detrahe, cito prædare, & non fuit his nominibus vocatus è hequaquam, (inquit) habebimo quid reſpondeāt. Prætereà multis nominibus in ſacris literis eſt Chriſtus appellatus, videlicet, Semach, cito prædare, Emmanuel, IESVS, quę omnia nomina, vt docet Iuſtinus, non diuerſa, ſed eadem ſunt, cum eadem Chriſtum varijs nominibus nuncupent. Vnde Chryſoſt. Multis (inquit) præterea miſsis nominibus Chriſti, vnod vtitur nomine, cum dicit, Vocabis

B nomen eius IESVM, quòd præſenti negocio vtile erat & conueniens, Ipſe enim (inquit) ſaluū faciet populum ſuum. Emmanuel ita q; fuit vocatus ab effectu habitationis nobiſcum, vt certo nobis pollicerentur omnia bona nobis euenire cum illorum quī Deum ſecū habent, quid eſt quod timeat? ſub vmbra alarum eius protectus, nihil ei nocebit aduerſitas, ſi nulla ei dominentur iniquitas. Sub vmbra (inquit Dauid) alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Securiſsimus & ſi hoſtium cuneos in ſe armatos conſpiciat, quieſcere poterit ſub eius protectione. Qui habitat in adiutorio

C altiſsimi in protectione Dei cæli cō morabitur, importat enim nobis hoc Emmanuelis nomen ſolatium, & aduerſus vniuerſos hoſtes protectionē ſingularem, IESVS verò nomen integram ſolutionem de rigore iuſtitiæ Patri æterno factam, &

D æternæ ſalutis remedium nobis importat.

Sileant ergo Iudæi, & intelligant ſic Iſaiam eſſe interpretādum, vt D. Matthæus & Angelus explicuerūt, certoq; credant Propheticum hoc dictum ad nullum alium poſſe pertinere, præterquam ad Chriſtum & ſanctiſſimam eius matrem, eamq; in concipiēdo & pariēdo Emmanuele,

Iſai. 8. d. 1.

Varia Chriſti nomina.

Iuſtin. in dial. cō aduerſus Typhonem.

Chryſ. hom. 1. in 1. c. Matthæi.

Emmanuel, ab effectu ſic vocatus.

Pſal. 16. c. 8.

Pſal. 90. d. 1.

Emmanuelis nomen ſolatium adfert.

Ieſus ſolutionem Deo factam imperat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sublimius & augustius orbi exhiberi miraculum, quàm quod possint intueri. Habemus igitur non solum ex Isaia verbum promissionis, sed etiam ex Matthæo diuini operis exhibitionẽ, partusq; Virginis ita constantem, vt frustra imputi & furiosi canes, qui sẽ tamen germanos Abrahæ filios mentiũtur, oblatrẽt, suoq; more mordeant. Vtinã verò isti vel tandem sapiãt, ac sanctissimi viri Symeonis imitentur exemplum, qui suũ tandẽ castigauit errorẽ. Is enim homo iustus & timoratus, priusquã Iesvs infantẽ in tẽplo Hierosolymitano amplecteretur, & pro vero Messia publicè proclamaret, cũ redẽptionẽ Israël expectaret, in dictũ Isaiæ locũ incideret, vt nobis fideles historiæ referũt, sed antea humani aliquid passus, & à demone fortiam tẽtatus, qui pietati bonorũ inuidet, valdè miratus fuit, ne dicã offensus, quòd Propheta Virginẽ pariturã diceret, eamq; talẽ ac tantũ filium, vt
C Emmanuelẽ nominaret, & esset, ac si ea res nihil probabilitatis, vti multis tũc tẽporis videbatur, haberet, ipsumq; humanæ mẽtis captũ excederet, nec rationi veræ fidei consentanea res esset, vt summũ negociũ redemptionis totius Israël, in mulieris volũtate maneret. Verũ cũ in hac esset mẽtis cogitatione eleuatus, & totũ Deo anxiè cõmitteret negocium diuina bonitas, vt hũc illi scrupulũ
D eximeret, Responsum ad orationes scilicet, quas Deo intimo affectu fundebat, dedit, & clemẽter promisit fore, vt ipse diem non obiret extremum, nisi Prophetæ vaticinium re ipsa compleri, & Virginis filium suis offerri oculis cerneret, quemadmodum Lucas summo cum illius gaudio factum esse testatur. Extat hæc historia, quam diximus, apud Nizephorum Callistum, & Gregorium Cedrenum.

Hactenus Iudæorum errores circa Isaiæ auctoritatẽ refellimus brevius A quàm fieri potuit, si quis verò plura desideret, legat rescriptũ Episcopòrũ Synodi Telenen. ad Syriciũ Papam, To. 1. Concilĩ. in decretis Syrici Papæ, vbi inueniet multa notatu digna. Iam ad germanã auctoritatis Isaiæ expositionẽ accedamus, ne ab instituto nostro lõgè ab fuisse videamur. *Ecce* (inquit Matthæus) *in vtero habebit*. Hieronymi vulgata versio sic habet, *Ecce virgo concipiet*. Septuaginta verò interpretes sic verterũt, *Ecce virgo in vtero accipiet*. Non caret sanè mysterio, quòd Septuaginta viri nõ B dixerint concipiet, sed accipiet. Id quod D. Ambrosius videtur significare, nã concipiet, videbatur præferre cõgressum viri & fœminæ, aut cõgressum duorũ, quò factũ arbitror, vt Septuaginta reformidarint hoc verbũ, quod omnibus fœminis cõmune est. Quãuis id non reformidarit D. Lucas, quòd exprimebat cõcepisse Mariam & de quo conciperet. Ait enim nunciasse Angelũ, concipiendum Dominũ de Spiritu sancto, qui modus cũ in Propheta non C exprimeretur, hoc loco maluisse arbitror Septuaginta dicere, capiet, quàm concipiet. Vbi autem in locis alijs hoc verbum in conceptu aliarum fœminarum vsurpant Septuaginta viri, semper additur, vir, de quo fiunt grauidæ.

Est prætereà notandum, quòd D. Matth. loco accipiet, quo verbo vsi sunt Septuaginta posuit, habebit, ex quo verbo exoritur ingens illa dubi D tatio, vt putat Erasmus, quæ nõ tam dubitatio est, quã admirabilis mysterij significatio. Erasmus ergo in adnotatione circa illa Matthæi verba: *In vtero habebit*. Hieronymus (inquit) enarrãs hunc locũ Matthæi, legisse videtur, *Habet*, præsenti tempore. Propheta quia futura prædicit, & significat, quid futurum sit scribit, accipiet. Euangelista verò, quia non de fu-

Symeonis error qualis fuerit. Luc. c. 2. d. 26.

Symeõ quid de re responsum à Deo accepit

Nizeph. lib. 1... 11. Gregor. Cedre. in Compendio historiarum.

Rescriptum Episc. quorundã Synodi Telenen. ad Syricium Papam.

Ambros. lib. 3. de incarnatione Domini ad cratum.

Hiero. in Matth.

Quod Isai. c. 7. Vaticinatus fuerat de futuro Diuus Matthæus de præsenti posuit.

Augustin. sermone de tempo. 18. De Natiuit. Domini sermone. 15.

Ephe. 4. b. 8.

Psa. 67. b. 19

Irinæus lib. 4. c. 40.

de futuro, sed de præterito narrans historiã mutauit accipiet, & posuit, habet. Sic enim legendũ est, vt optimè docet Erasmus, Proinde mẽdo se scriptũ est, in codicibus excusis Hieronymi ab imperito librario, habebit, sed Hieronymus sua tẽpestate docuit legi, *Exei*, id est, habet, vt optimè docet Erasmus. Sic antea Augustinus docuerat. Cõmostrat enim Matth. quã futuram prædixerat Esaias Virginem illam esse, quã Angelus salutarat eisdem Isaiæ verbis, ideò dixit: Ecce virgo in vtero habet. Est quidẽ lectio admirabilis, & admirabilis quoq; ratio cur verbũ mutarit Euãgelista, quod docet etiã D. Hieron. & simile factũ ostẽdit à D. Paulo: nã cum in Psalmis legeretur: Ascendẽs in altũ captiuam duxit captiuitatẽ, accipiet dona in hominibus. Paulus q; res erat completa, mutauit verbũ futuri in verbũ præteriti, atq; adeò plus etiã, nã accipiet, mutauit in dedit. Sic quoq; D. Matth. mutauit, habebit, cuius loco habet dixit: Nec illud obstat, quòd alterũ verbum non mutauit, pariet scilicet, impeperit, non enim pepererat cũ hæc Angelus annunciabat: sunt enim verba Angeli & Matthæi significantis in Maria completam esse prophetiam: vt optimè notat Irinæus.

Et vocabunt nomẽ eius Emmanuel. D. Hieron. in sua vulgata Isaiæ textũ sic vertit, *Et vocabitur*. Septuaginta verò viri sic vertunt, *Et vocabis, &c.* D Et D. Matth. dicit, *Vocabunt*. Vnde quæso tanta diuersitas? licet magna videatur differentia, re benè cõsiderata nulla est in re. diuersis tamẽ rationibus hoc possuere verbũ. Vbi prius aduertendũ est, quòd illa coniunctio, Et, pro ornamẽto ponitur apud Hebræos. Hebraica veritas habet, *Vocabit*, vel *Vocabis*, in fœmenino genere. Septuaginta viri cõuenientes cũ Hebræis fatẽtur apostrophiẽ ad Virginẽ sacrã factã esse illis verbis secundæ & fœmeninæ personæ: ac si dicat. Ecce tu Virgo prægnans, & pariens filiũ, vocabis nomen eius Emmanuel. Quod autẽ in Esaia noster textus habeat, *Et vocabitur nomẽ eius*, mendum apparet, quod à scriptore aliquo irrepserit occasione huius loci, cui videbatur alioqui discrepare locus Isaiæ. Nã Hieronymus in suis cõmentarijs, latis testatur se vertisse. *Et vocabis nomen eius*, si cut etiã in illius contextu habetur. Secundũ Matthæi explicationẽ verbũ illud, *Vocabis*, vel *Vocabit*: in He- B braica veritate, videtur debere referri, non ad Virginẽ, sed ad Hierusalem, Syon, aut Domũ Dauid ad quam ibi Propheta, vt Origines testatur, alloquitur. Sic enim in sensu coincideret, quod hic dicit Matth. Vocabũt, nẽpè fideles, nomen eius Emmanuel, ac si diceret: & tu Syõ, vel Hierusalem, vocabis nomẽ eius Emmanuel. Hũc sensum indicat D. Hieronymus in cõmentarijs. Quod si verò in Hebraica veritate verbũ, C *Vocare*, referatur ad Virginem dicẽdum D. Matthæũ ideò mutasse verbũ, *Vocabis*, in *Vocabunt*, ad indicandũ, quod mater pueri nõ dicitur ibi vocatura filiũ Emmanuel, quasi illud nomẽ ab ea imponendum esset illi, sed quod talis esset agnoscẽdus à matre, qualis ab alijs fuit cognitus, quare rectè sensu nõ mutato dixit: Et vocabunt nomẽ eius. Origẽ. & Chrysost. contendunt legendum esse, *Vocabũt*, multitudinis numero, D & ita habent vetustissima quædam exẽplaria. Attamen (vt diximus) D. Hieron. ait in Hebræo haberi vocabis in singulari, vt apostrophe fiat, à Propheta Spiritu Dei correpto, ad Virginem post tot sæcula parituram, quòd magnam vim habere videtur. Id quod etiam Petrus Galatinus lib. 3. de arcanis fidei in Thalmud inuentis, cap. 18. obseruat. Nã VeKarath

Vocabis nõmen eius Emmanuel, Ad Virginem, & ad Hierusalẽ referri potest.

Origin hom. 2. in Esai.

Hieron. in cõmen. Esai.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A VeKarath, idem est, ac si dicat: & vocabit ipsa, scilicet mater Virgo, filiũ suum Emmanuel. Nostra (inquit) editio habet: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel*: sed Hebraica litera sic prorsus dicit, VeKarath. Quod lõgè melius veritati fidei nostræ congruit. Nam ex eo, quòd vocabit ipsa nomen eius Emmanuel, Propheta ostẽdit, Messiam ipsum non habiturum hominẽ patrẽ, qui ei nomen imponeret. Patres enim apud Hebræos ferè semper, & non matres filijs nomina imponere solebãt: vt & ex veteri Testamẽto multis in locis apparet, id quod etiã ex Ioannis Baptistæ natiuitate cõprobatur. Cùm ergo Propheta nominis impositionem, quæ ad patrẽ proprièpertinebat, ad solam matrẽ referat, apertè indicare voluit, Messiã in terris talem futurum, qui patrem non agnosceret nec haberet, qui ei nomen imponeret. Quod etiam Gabriel Angelus insinuare voluit, cum Deiparæ Virgini dixisset: Vocabis nomen eius IESVM. Vocabis enim dixit, & nõ vocabitur, vt vnà cũ Propheta palàm se cõueniſſe ostẽderet.

Patres nomine filijs imponere solent.

Virgini proprium erat filio nomen imponere.

Angelus cum Propheta cõuenit, circa nominis impositionem.

Considerandum etiã est, quòd litera Hebraica, quæ habet ipsa vocabit, ideſt, ipsa Haalma vocabit nomẽ eius Emmanuel, ad huc grauissimũ mysteriũ ostendit: nam Virginis suprema dignitatẽ declarat. Nomen certè naturæ est Emmanuel, nomẽ verò naturæ minimè ab ore hominũ imponi potest, sed ab ipsa met natura vnde fluit, Christi autem natura ex Virgine fuit. Vnde fit, quòd filius ille, quem Haalma paritura erat, futurus erat Emmanuel, id est, Deus humanitati vnitus, ideò Propheta dicit: quòd ipsa vocaret eũ Emmanuel, ac si manifestius dixisset, ipsa sola datura est illi hanc proprietatem, seu naturã, vt sit Emmanuel, id est, Deus & homo. Ipsa siquidẽ B. Virgo sola virtute Spiritus sancti vocauit Deũ hoc nomine Emmanuel, id est, fecit vt simul esset Deus & homo, ipsum carne vestiẽdo, ipsa ergo quod fecerat declarare poterat, & Emmanuel vocare. Rabbi Salo dicit, quod Isai. in illis verbis: Et vocabit nomen eius Emmanuel, æquè intelligi potest de Haalma & de Spiritu sancto: nã manifestũ est, quòd apud Hebræos, Spiritus sanctus scribitur & pronunciatur sub nomine generis fœmenini: vt D. Hiero. notat in. 7. Miche. c. dicere ergo, ipsa vocabit: nẽpè vel ipsa Haalma, vel ipsa vocabit, scilicet, Spiritus sanctus: & licet Hebræus iste minimè de Christo hanc Isaiæ auctoritatẽ intelligat, tamen Deus calamũ direxit, vt elegantẽ hanc secundũ Catholicos expositionẽ daret. Intelligit ergo, si de Virgine Deipara loquamur, quòd erat dandum Christo hoc nomẽ naturæ, vt simul esset Deus & homo. Quod quidem B. Virgo efficere debebat, & præterea declarat hîc Hebræus, quòd Spiritus sanctus hoc etiam operaturus erat, nam vtrũq; comprehendit secundũ suam expositionẽ hæc Esaię prophetia: Ipsa vocabit. Nam quòd Deus simul esset & homo, ipsa Haalma & Spiritus sanctus simul operaturi erãt. Ideò Angelus ait: Spiritus sanctus superueniet in te.

Emmanuel nomen naturæ.

Potest etiã hoc nomẽ Emmanuel aliter interpretari, respectu Virginis, nẽpè quod ipsa sola certitudinaliter sciebat illũ esse Emmanuel: ac si dixisset, vocabis eum apud te met ipsam, nobiscum Deus, quia letabũda & guadens, humano generi toto corde gratulabatur, & mente tantum beneficium reuoluebat, quòd Deus ipse iam nobiscum erat. Hãc cordis altam meditationem considerabat D. Lucas, dicens: Maria autẽ conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. D. quoque Ioannes ostendit, Virginem in miraculo

A raculo nuptiarũ hanc cõsiderationem habuisse, nẽpè nobiscum esse Deum cũ ministris dixisset: Quod cunq; dixerit vobis facite, firma fide credens postulatis ab ipsa nõ defuturũ. Hoc Emmanuelis, nomine tandem vocari voluit, tum vt sciamus promissiones suas Deum non tardare, cũ etiam vt nobis certa fide polliceamur, non modo bella atrocissima, verùm vniuersa mala è nostris ceruicibus excutienda per aduentũ sacratissimũ eius, qui vt omnia mala à nobis auerteret, è Virgine nasci, & nobiscũ esse voluit. Per illam enim Hierosolymæ libertatem, quã per hoc signum Deus promittebat, totius generis humani libertatem nobis pollicebatur. De Emmanuelis nomine satis dictum esse puto.

Quare Emmanuel vocari voluit Christus.

B

24 *Exurgens autem Ioseph à somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, &c.* Fides sanctissimi Ioseph magna cũ obedientia coniũcta, his verbis cõmendatur, qui Angelum tantũ per somnium admonentem, & rem tam incredibilem & nouam affirmantẽ, tam cito credidit & obediuit. Patet hinc etiam quanta fuerit Virginis probitas, vt Ioseph statim, quòd in somnis accepit, de illa credebat, nec argumenta in contrarium disquirebat, aut suspicabatur iam in tãtam Virginẽ inueniri posse: & sic Ioseph statim è somno excitatus, nullas trahens moras, surrexit, & Angeli mãdatũ exequitur, & Mariam cõiugẽ accipiẽs in suum contubernium, & in indiuulsam vitæ consuetudinẽ.

Ioseph fides, cum obedientia coniuncta.

C

Virginis probitas comprobatur ex fide, quã exhibuit Ioseph Angele.

D

25 *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum.* Quòd D. Ioseph Mariam nõ cognouerit, interpretantur nonnulli, quòd ex cõditione dignitatis, & excellẽtię Virginis, non poterat illam Ioseph agnoscere, nec planè intelligere quantæ dignitatis, ac excellentię erat, nã à conceptione filij, vsq; ad partum ipsius, inextimabilis erat Virginis dignitas, erat enim toto sęculo dignior: nam eum quẽ vniuersus orbis capere minimè potest, intra sui uteri angustias Beatissima Virgo perfectissimè cõtinebat. Si hoc modo textum intelligamus nullum nobis facesset negociũ dictio illa, Donec, At, hũc literæ sensum non esse constat: nam si de Virginis dignitate sermo fuisset à Matthæo institutus, nõ vtiq; dixisset: Ioseph non cognouit eam, cũ nullus nõ tantum hominũ, sed nec Angelorum, nec etiam Archangelorũ, Virginis dignitatẽ capere poterat. Quis enim potest infinitum comprehẽdere, nisi is solus, qui sua natura infinitus est? at Deipara Virgo tantę dignitatis erat, vt Dei maiestatẽ infinitam specialiter in se cõtineret, ideò nulla creatura, nec ipsa Virgo suam dignitatẽ cognoscere poterat perfectè, non ergò mirum, quòd Ioseph eam non cognouerit. Ideò dicẽdo, quòd Ioseph non cognouit eam, ostendi potest, quòd de hac cognitione accipi non posset, nec ante, nec post partum.

Virginis dignitatẽ Ioseph non cognouit Deipara peperit.

Alij interpretantur de cognitione Virginei vultus. Testantur quidem multi, quòd quãdiu Maria Christũ in vtero portauit, vultus ipsius tãta tamq; glorifica claritate fulgebat, vt Ioseph nequaquam in eam aspicere potuisset, nec vultum eius agnoscere, inuallidi quidem eius oculi erant ad tantæ lucis fulgorem cõtemplandum. Colligere hoc volũt, pièmagis quàm propriè nonnulli Doctores ex claritate & fulgore, quem Moyses ex consortio sermonis Dei contraxit, non enim poterant filij Israel intendere in faciem Moysis, propterea quòd facies eius esset cornuta, nempè quòd radijs micaret, & quando oportebat eum ad populum verba facere, vellamine vultum cooperiebat. Si Moyses inquiunt, ex Dei consortio talem

A *Deipara Virgo à cõceptione filij, vsque ad partum ipsius, quãtæ dignitatis fuerit, quã post partum non amisit.*

B *Nullus Angelorum, aut Archangelorum Deiparæ Virginis dignitatem intelligere valebat, nec ipsamet Virgo.*

C

Deipara Virgo tãta in vultu claritate fulgebat post Christi conceptionem, vt etiam Ioseph non cognouisset eam.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A talem ac tantam gloriæ claritatem accepit, quanto magis Deipara Virgo, quæ in suo vtero tãquam in limpidissima lanterna totum Diuinitatis lumen cõtinebat, præ Moyse claruit? Pia quidem ac deuota hęc cõsideratio est, verùm literalẽ sensum minimè tangit. Ideò Abulensis expositionem hanc multis refutat argumẽtis. Nam scripturæ sacræ mos est, quãdo de cognitione viri ad fœminam loquitur, de carnali cognitione intelligi: sic Gen. 4. Adam cognouit vxorem suam. Et 1. Reg. 1. Elcana cognouit vxorem suam. Et 3. Reg. 1. de Abisai dicitur Rex autẽ non cognouit eam.

Abulensis in 1. Matth. c.

Gen. 4. d. 1.

1. Reg 1. c. 19

3. Reg. 1. d. 3.

B Et quia literæ cõtextus de carnali cognitione verba facit, Heluidius rusticanus homo, & vix primis imbutus rudimentis, impudentissimè audet, perpetuã Virginis puritatem deturpare, dicens: Deiparam Virginem in conceptu & partu, Virginẽ quidem agnoscere, sed post partum viri admisisse cõgressum, ac sanctæ

Helvidij hæresis, contrà Virginẽ Deiparam.

C virginitatis florẽ amisisse. Ad pestilentissimũ hunc errorem texendũ, varia scripturæ sacrę loca in mediũ aducit, ac in primis hunc Matthæi locum tanquam vallidissimum scutũ quo sese muniat, anteponit. Cauilatio ex Matthæi verbis structa sic habet: Ioseph nõ cognouit eam donec peperit filiũ suum primogenitũ. Cùm hîc de carnali congressu agatur, satis constat, quòd ante par-

D tum Ioseph Mariã minimè cognouerit, sed quòd post partum cognouerit, duplici testimonio Euangelista probat. Primo enim dicit, Donec, ergo cognouit posteà. Tum secundo, etiam primogenitũ peperit, sed primogenitus non dicitur, nisi respectu cæterorũ fratrum. Cõstat ergo plures Mariã genuisse filios, quos ex alijs Euãgelij locis Christi fratres appellatos inuenimus.

At Mariæ causam aduersus om-

A nes Heluidianę sectæ fautores defendere, eosq; mendacij conuincere, apud æquos præsertim Iudices, difficile nõ erit. Peccant quidẽ atrociter impuri ac nefari isti homines, in purum ac sanctum Iosephum in primis, cũ eum malè castũ ac impurum in summa etiã senectute constitutũ (teste Epiphanio) faciunt: Peccant & in Deiparam Virginem, negantes eam, nec nomine quidẽ Virginis post partum dignã esse, postquã proles habuit. In ipsum quoq; Christum peccant & contumelioſi B sunt ij, qui in matre purissima ipsius, maculam hanc grauissimã cõfingunt. Quæ omnia absurda ab ipsis commentata breuius quàm fieri poterit diluemus.

A Ioseph Virgini Mariæ nec non Christo iniuriosi sunt Heluidiani.

Epiph. Antidicom.

Quam grauem in sanctissimũ Iosephum calumniam somnient, quis non videt? Ipse enim qui potuisset ab Euãgelista tale ac tantũ testimonium iustitiæ adipisci, si aliquo libidinis incẽdio flagrans, sacrosanctũ illud Diuinitatis templũ, quod cer-

C to sciebat à summo Deo mirabiliter electum, plenissimè in habitatũ, amplissimè sanctificatũ, & æterno Dei filio vnicè cõsecratum, violare ausus fuisset? Deinde quæ stupiditas & peruersitas eorum est, qui fatentur cũ Matthæo Iosephum ante Virginis partum, à cõplexibus abstinuisse, post Christum verò natũ adeò in continentem Iosephum faciunt, vt adferere non vereantur ipsum ad rem vxoriã tam sanctã Vir-

D ginem solicitasse? Quasi verò ille tã fuisset mentis inops, & Diuini timoris omninò expers, vt matrẽ Domini, in qua summũ illud & cęleste arcanũ venerabatur, ad carnale cõmercium vsurpare non vereretur. Auderet ne Ioseph debachari & cõtumelia afficere corpus sanctum, in quo habitauerat ipse Deus? aut eã quam tanquam cælestem thesaurũ suæ fidei concreditum tantopere

Argumenta quæ Ioseph ab Heluidiani calumnia purgant.

Matth.

Primum

Secundum

A susceperat, violare ausus fuisset? Quæ impietas est viro iusto, tantum ac tam graue crimen impingere? Hinc est, quòd Ambrosius ait: Nec Ioseph vir iustus in hanc proruisset amentiam, vt matri Domini corporeo concubitu misceretur. Non modo in Ioseph, sed etiam in Virgine Deipara, supra modum cõtumelioſi sunt Heluidiani, qui fingunt eam post partum, nec Virginis quidem nomine dignam esse, & perpetuum Virginitatis votũ Deo semel emissum, nescio quo in sanouſu

Ambro. de institu. Virgin. c. 5.

Mariæ quoq; contumelioſi sunt Heluidiani.

B consilio, reuocandum putarit, tanquam si voti pertæsa inuerecũdè dixisset: Et si Virgo Christum concepi & peperi, tamen nunc demũ contra fidem Deo datam, Virgo nequaquam persistam, sed seruatum hucusq; cœlibatum deseram. Virtutem enim cognoscere, & cùm Iosepho rem habere allubescit. Quid absurdius à perfidis fingi potuit de Virgine, ad sacrosanctũ illud electa my-

C sterium, quæ licet in omni virtute progressus maximos fecisset, in studio puritatis supra quã dici potest excellentissima fuit. Testatum hoc nobis reliquit D. Lucas, cum enim ab Angelo fuisset salutata, atq; dicto Esaiæ Prophetæ tamque illi soli spectanti Dei mater declarata, au-

Lucæ 1.

direq;: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomẽ eius IESVM. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. Post tanta ac tam præclara elogia de filio,

D quem conceptura erat, ab Angelo denunciata, & à Deo ipsi Virgini promissa, tanquam si hæc eximia pro nihilo reputasset, dum modo virginitatis votum perfectissimè seruaret, modum perquirens quo duo ista, nempè Virginitas & fœcũditas inuiolabili nodo iungerentur,

Mariæ singularis prudentia in seruando Virginitatis voto.

ait: Quomodo fiet istud quoniã virum non cognosco? Ac si dixisset: Virginitatem, quam Deo promisi, inuiolabili fide perpetuò seruabo, nec vllis promissis ab hac integritate diuellar vnquam, si me Virginem illam a Deo per Prophetam præuisam declaras, modum mihi explica, quo virginitas intacta, cum iure materno permanere possit. Spiritus sanctus (ait Angelus) superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi? Quis igitur nisi cæcus, vel omnino impius arbitretur, quòd vi

A

Mariam in suspicionem adducere, quod post partũ casta non manserit nefarium est.

B complexum & carnale commerciũ, vel amarit illa, vel sustinuerit, quę plena Spiritus sancto carnalem affectum omnem exuerat, quæ suũ corpus ad summam puritatem cõpararat, quæq; nitidissimum velut domicilium atq; hospitiũ, soli Deo ad summũ mysterium voluerat exibere? Absit vt Christianus animus, Heluidianis delirijs præbeat locũ, & suspicetur vnquam Deiparam à partu deteriorem effectã, & excellentis gratiæ plenitudine aliqua ex

C parte destitutam, adeoq; mulierem mente & corpore turpiter violatam fuisse. Quãobrem Epiphanius istorum impientissimum ac flagitiosissimum dogma vocat, qui sanctam hanc & beatam semper Virginem insigni afficiũt contumelia, quòd tradant, illam post maximam Dominici Aduentus dispensationem, carnale cum Ioseph cõmercium habuisse. Hanc enim præ nobilem illã esse Lęnam, quæ pro huius præstantissimi animalis consuetudine

D semel pariat, nec secũdum partum admittat, Christũ verò Leonem de tribu Iuda dictũ, & ab hac ipsa Lęna matre progenitum esse Epiphanius docet. Qui sic ait: Quomodo audẽt impetere impolutã Virginẽ, & quę digna facta est habitaculum fieri filij Dei, & ad hoc electa est, ex multis millibus Israël, quò vas & habitacu-

Epipha. cõt. Antidocomaharc. 78.

Maria Lęna semel pariens, iuxta Epiphanium esse ostendit.

Apoc. 5. d. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitaculum dignum eſſet inſignũ ſolum partus.

In Chriſtum Heluidiani blaſphemi omnino ſunt.

In ipſum quoq; Chriſtum, blaſphemi omninò fuerunt Heluidiani dicentes: ipſius matrem Ioſephi cõgreſſum ſæpè admiſiſſe, ac multos ex ipſo filios procreaſſe: Omens in ſana quo te proripis dementiæ! Venerandum ne hoc ſacrarium, quod Sãctus ipſe Sanctorũ ſua præſentia tot menſibus habitarat, ſimulq; cõſecrarat, maritali complexu vel vſu vllo libidinis debuit aut potuit dehoneſtari? Eſt quidem cum Sãctis omnibus per gratiam Deus, ſpecialiter tamen Mariæ dicitur: Dominus tecum. Cùm qua vtiq; tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolũ voluntatem, ſed etiam carnem ſibi ſic coniungeret, ac ſic de ſua, Virgineiſq; ſubſtantia, vnum Chriſtũ efficeret, vt Bernardi verbis vtamur. Tantum abeſt vt Chriſtianus animus, Heluidianis delitijs aurẽ præbeat. Errauit ergo ſumma illa Sapientia, non meliorem ſibi Matrem eligens, quæ diu continens eſſe vellet & poſſet. Errauit in alijs mille Virginibus exornandis tam ſtudioſus, in hac verò vna cõſeruanda negligens, quæ talem tantumq; Virginis theſaurum Deo Angeliſq; gratum, ſibi à mortali viro eripi pateretur.

Luc. 1. a 28.

Bern. hom. 2. de B. Virg.

Errauit in hoſpicio apparando, cùm in cautus ad illam diuertit, quę ſummam inhabitantis Dei gratiam dulcedinemq; Spiritualem deguſtans, ad ea quæ carnis ac libidinis ſunt, adeò ſeſe abiecit, vt quod, Spiritu duce & authore, cœperat in carne demum conſummaret. Errauit tandem maiorem ſui ſepulchri, quã materni corporis rationem habere volens, quum mortuus quidem ſepulchrum, in quo nullus alius vnquam conditus fuerat, vel poſteà condendus erat, ſibi ſoli vẽdicarit, viuus autem in eo vtero recubuerit, qui Ioſeph viro ad multos procreandos filios debebat eſſe cõmunis. Longè plura dici poſſent, in deteſtationem huius peſtilẽtiſsimi erroris, ſed ne expoſitoris limites prę terire videamur, ad argumẽta, quæ ex textu nobis aduerſarij obijciunt reſpondere libet. Dicũt enim Euãgeliſtam pro ſe habere, cum dicat: Non cognouit eam, donec peperit filium. Licet iam Heluidio maximè concedamus, hunc ſermonẽ de coniugali eſſe congreſſu, quod Epiphanius conſtanter negat, tamen vox, donec, ad certum tempus, hoc loco & ſæpè alibi, non eſt aſtringenda. Nec enim ſuſpicari fas eſt, quòd Ioſeph ſponſam à partu cognouerit, quam ante partum non attigit: ſed indicat Euangeliſta, quòd neq; ante partum, nec poſt partũ, ideſt, nunquam Virgo mater cognita fuerit, quoniam vox, Donec, ſecũdũ idioma Scripturæ ſacræ, tempus nõ determinat, vt inquit Euthymius, nec tẽpus aliquod definitum includit, Chryſoſtomo teſte, quem & ſequitur Theophilatus. Illud itaq;, *Eos of*, Donec, vel vſq;, ſiue vſq; quo, pro nũquam, in Scriptura ſummi ſolet, nec enim tẽpus determinatum ſemper ſignificat, quo aduenientе aliud fiat, vt ex multis Scripturæ locis cõſtat. 2. Regũ. 6. dicitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius, vſq; in diẽ mortis ſuæ. Paulus propheticũ de Chriſto dictum confirmans: Oportet illum (inquit) regnare donec ponat omnes inimicos ſcabellum pedum eius. Et Chriſtus ipſe: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. Et Dauid: Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. In quibus omnibus locis, donec, perpetuitatem declarat. Ita quoque in D. Matthæum argumentatur præterea, Chriſtum Mariæ filium primogenitũ dici & eſſe.

Luc. 23. g. 53

Primoge-

Primogenitus autem reſpectu cæterorum fratrum nũcupatur, hinc eſt, quòd ſecundo & tertio genitos Mariæ filios fuiſſe concludat Heluidius. Sed obſeruare debebat nugator, nõ modo primum inter fratres genitum, ſicut Rubẽ filium Iacob, ſed & primum ſolumq; genitũ, & antequam nullus alius ab ijſdem parentibus editus eſt, in Scripturis primogenitum appellari. Chriſto autem nomen hoc propriè competere, ſiue illum à patre, ſiue à matre genitum libeat contemplari. Solus enim idem ab æterno naturalis eſt filius Dei Patris, omniſq; creaturę primogenitus à Paulo nũcupatur, quoniam ante omnem omnium rerum creationem genitus fuit. Idem verò cum homo eſſe voluit, Mariæ factus eſt primogenitus, quia primus & ſolus eſt ex illa natus, nullũ vt fratrem habeat, ex eadem matre naturaliter procreatum. Attamen ſicut pater Deus, præter vnum naturalem filiũ, alios quoq; filios obtinet adoptatos, qui paſsim filij Dei in ſacris literis appellantur, ita de Maria dici poteſt, quòd Chriſtũ filium vnum habens primogenitum ac naturalem, filios multos numeret adoptatos, quorum mater & ipſa vocetur. Inter hos ille dilectus excellit diſcipulus, cui Chriſtus ipſe de Maria dixit: Ecce mater tua. Nec deſunt, qui Ioãnem Baptiſtam etiam Mariæ filium dicant, ſpiritualem ſcilicet, quando quidem illa parentes eius inuiſens, magnam præbuit cauſam, vt idem vtero matris incluſus, baſptiſmo Spiritus imbueretur. Retineamus ergo, quod à Theophilato dictum legimus. Chriſtus & primogenitus eſt, vt primo natus, & vnigenitus, vt non habens alium fratrem. Id quoq; Origenes eleganter prodidit. Marię filius nemo (inquit) fuit, niſi Iesvs, & omnis verè Chriſtianus Mariæ filius eſt.

Gen. 49. 23.

Primogenit⁹ in ſcripturis quomodo accipiatur.

Heb. 1. b. 6.

Chriſtus primogenitus multos habet fratres eoſq; Dei & Mariæ filios.

Theophi. in 1. c. Matth.

Origc. Tom. 1. Ioan.

Magnum tandem ſibi præſidium Heluidius ex Euangelij locis facit, vbi fratres Domini vocantur nonnulli, quos à Maria genitos poſt Chriſtum contẽdit Heluidius. Vbi verum eſſe declarat, quod nobiliscius Antagoniſta Hieronymus dixit, hominem hunc imperitiſsimum eſſe; qui toto ſcripturarũ pelago de relicto, ad iniuriam Virginis ſuam rabiem contulerit. Ignorat igitur phraſin ſcripturæ familiarem, iuxta quam conſobrini, cognati, contribules, licet communem parentem non habeant, fratrum etiam nomine compellantur, quem admodum Abraham, & Loth, Iacob, & Laban, quum minimè germani fratres eſſent, ſe mutuo tamẽ fratres appellarũt. Hinc Leo Magnus tradidit. Fratres intelligas appellatos cognatione non affectu: gentis priuilegio, nõ natura. Omitto cætera, ne hoſtem iam prudẽ poſtratum atq; confractum, vano ſtudio perſequar, aduerſus quem Epiphanius, Hilarius, Ambroſius, Damaſcenus, præclarè certarunt, ſed nullus maiorem de illo triumphũ, quam Hieronymus reportauit.

Hiero. lib. de Maria Virgine, cont. Heluid.

Fratres Domini qui dicãtur?

Genes. 13. & 29.

Leo Epiſt. 83 ad Monach. Epiph. cont. Antid. hæreſ. 78. Hila. l. c. Matthæ. Ambr. lib. de inſtit. virg. c. 5. & 6. Damaſ. li. 4. fidei Orthod. cap. 15.

Finis capituli primi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT SECVNDVM.

EXPOSITIO.

1 *VM Ergo natus esset Iesus.* Iam Christi reuelationem miraculosam, Euangelista nobis ostē dit, ac simul docet, in quorum gratiam & vtilitatem Ser-

B uator apparere dignatus fuerit, & quibus illius salutis ac tanti beneficij spes, firmissima esse posit. Huius tanti beneficij memoriam nobis Euangelicus sermo proponit. Sūmus namq; rerū omniū Dominus,

1. Tim. 6.

Psal. 17.

C qui à nemine nisi à se ipso perfectè cognosci potest: ille qui lucem habitat inaccessibilē, ille qui posuit tenebras latibulum suum, quòd à nulla creata mente fine eius luce videri potest, ille inquā (cuius cognitio bonorum omnium initium, visio autem consummatio fœlicitatis est) discussis tenebris latibuli sui, & tenebrarum nostrarum

D caligine absterſa, se ipsum & agnoscendum, & diligendum, & venerandum, mortalibus præbuit. Quis igitur pro dignitate hanc tantam Dei nostri bonitatē amplificare quæat? Quid nobis alia eius beneficia contulissent, nisi hoc prius beneficium præcessisset? Quid nobis Christi cōceptio, quid natiuitas, quid vita, quid mors, quid resurrectio, & ascensus in cælum profuissent, si hæc ipsa mysteria ignota nobis essent? Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas est in vtriſq;? At sapiētia nostra, sicut, & iustitia, Christus est: quid ergo tantus hic B thesaurus profuisset, si incognitus delituisset? Manifestatur autē hic thesaurus vniuerso orbi notissimis efficacissimisq; testimonijs. Stella testatur, Magi fatētur, Herodis atque Hierosolymitanorum turbatio C declarat, maximū autem testimoniū à Sacerdotibus, Scripturæ sacræ oraculo innixi, peribetur. Vt interim fileamus testimonium Zacharię, Symeonis, Annæ, & Pastorum, de quibus D. Lucas agit.

Christus mortalibus se ipsum præbet agnoscendus.

Ecclesia.

Quibus monijs manifestatur Christus.

TEXTVS.

1 CVm ergo natus esset IESVS in Bethleē Iudææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam. 2. Dicētes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

In Bethleem Iudææ. Locum pariter & tempus, quo Christus natus est, Euāgelista proponit, non solū propter historiæ certitudinem, sed vt ostēdat ex prophetijs, quas Iudęi in summa veneratione habent, Messiam certissimè iam venisse. Ponit locum propter Micheæ prophetiā, tempus verò Regni Herodis alienigenæ, propter prophetiā Iacob Patriarchæ, vt tādem ipsis Iudæis quibus cum negocium est, ex eorum prophetijs ostendat euidēter, tempus

Locus & tempus Christi nascendi.

D

A pus iam venisse, quo Christus ab ipsis expectatus nasceretur in Bethleem. Hæc sanè Bethleem Ephrata prius dicta fuerat, ab vxore Caleb, quæ ibi sepulta fuerat, sed cū fames per vniuersam terrā grasaretur, depopulata remansit, successu verò tē poris magna in ea frugum vbertas fuit, eaq; talis vt veluti horreum ad iacentium regionum esset, ac proinde, quę antea Ephrata vocabatur, iā tunc Bethleem, hoc est, Domus panis nuncupata est. Locū Bethleem

B nominaturus adiecit, Iudææ. Græca enim exemplaria sic habent Iudææ, ad distinctionē alterius Bethleem, quæ fuit in Galilæa, in sorte Zabulon, vt patet Iosuæ. 19. Parum est si Iudæ, vel Iudææ dicamus. Sicut hic Iudææ additum est, ad distinctionem alterius Bethleem: ita cum dicit in diebus Herodis Regis, additum est nomen, Regis, ad distinctionem huius Herodis, ab alio Herode Tetrarcha, superioris Herodis filio, qui

C non Rex totius Iudææ, sed quartæ partis Iudææ princeps fuit constitutus, qui & Ioannem decolauit, & Christū illusit. De his duobus, atque de tertio Herode Agrippa, qui Iacobum occidit, & Petrum in vinculā coniecit, qui percussus ab Angelo consumptus à vermibus expirauit. De hoc videre licet Philonē in sua Chronographia. Qua in re notandū est, quòd eo tempore quo

D Iudæi in Babylonica seruitute fuerūt, ibi sceptrum & dominiū quoddam, in tribu Iuda fuit, sed non regnū, nec passi sunt Babylonij eos vlterius regnum more solito possidere. Immò postea in libertatē pristinam Iudæi reducti, non Reges, sed gubernatores habuerūt, vsq; ad Herodem hunc Ascalonitam, qui cum Iudæus non esset, regnū obtinuit, cuius Clauum, impiè & tiranicè tenuit. Id quod inferius ostēdemus.

Quare Bethleem Ephrata dicatur.

Bethleē Domus panis.

Iosuæ. 19.

Quis Herodes iste fuit.

Philo in Chronographia.

In diebus Herodis Regis. D. Mat-

A thæus hæc verbōrū priphasi Iudæis probare intendit, & tāquam digitō cōmonstrare eis, tempus ad Messiæ aduētum à Prophetis designatum, hoc ipso tēpore natiuitatis Christi ad impletū iam fuisse, ac proinde teneruntur ipsum in proprium & naturalē Regem accipere, iurare, & in omnibus obedientiam exhibere: id quod in primis alienigenam Herodem Regem nominando declarat. Nam inter Prophetas, qui locuti sunt de aduentu Messiæ ipsius tēporis aduentū declarando, primus Iacob Patriarcha fuit. Qui volēs filijs suis alta mysteria eorū, quæ futura erant prædicere, inter alia de tribū Iuda, de qua (secundū omnes) Messias erat descensurus. Hæc verba in extremis vitæ agens, tanquā si testamentum condidisset, ait: Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Huius loci interpretatio grauissimas difficultates habet, eo quòd C Iudęi verū Messiam negare nitūtur. Ideò in huius auctoritatis expositione, Dominū Paulum Burgēsem libēter sequar: quia nemo omnium interpretū, eorum quos hactenus vidi, elegantius prophetiā hanc Iacob interpretatur. Et licet in vulgari nostra trāslatione, vt diximus, habeatur, est tamen in Hebræo aliter, namvbi nos legimus, Donec veniat qui mittendus est. In Hebraica lectione dicitur, Donec veniat Sylo. D Deus bone quàm varia & stulta, cō tumaces Iudæi cōmentantur circa hanc prophetiā, quò à lucis veritate oculos claudere sine manifesto rubore posint. Fatemur nos in Hebræo sic planè haberi, Donec veniat Sylo, sed quid Sylo significet, aliter ipsi mentiētes, aliter nos vera docētes interpretamur. Sylo nomē loci proprium esse testantur, vbi fuit aliquādo tabernaculū Domini & arca

Genes. 49. b. 10.

Paul. Burg. in Script. p. ii. D. 3. c. 2.

Diuersi modi Iudæi interpretantur dictum Iacob.

Sylo quid significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Testamenti, vt habetur.1. Reg.10. Vnde prophetiam hãc sic interpretãtur. Non auferetur dominiũ, seu præsidentia vel primatus, qui fuerat in tribu Iuda, tẽpore Iosuę & Iudicum, vsq; dum veniret Sylo, nempè quãdo Saul fuit in Regẽ inunctus, tempore illo quo tabernaculũ Dei fuit in Sylo: & quia Saul de tribu Beniamin erat, ideò in Sylo, de tribu Iuda ad Beniamin tribũ, sceptrũ (inquiunt) erat translatũ. Pulchra scilicet interpretatio, ac si, vel parũ in sacris literis versati non videant,

B multris falacijs hanc interpretationẽ involutam esse, nam tẽpore quo Saul fuit inunctus, area Domini iã erat amota de Sylo, & in Cariatharim deducta, vt constat ex.1.Reg.7. Item parum post vnctionem Saul, Dauid fuit inunctus in Regem, qui fuit de tribu Iuda, & ex tunc Reges de illa tribu successerunt, qui poterat tunc sceptrum de Iuda auferri? & qui poterat de Saul verificari id quod sequitur: & ipse erit expeta

C tio gentium, cum ad Saul minimè hoc pertineat?

Sunt qui prædictã auctoritatẽ referant ad Hieroboã, qui Rex Israël de tribu Effraim fuit. Nam per eũ tribus decem ablatæ sunt à tribu Iuda, & Hieroboam adhęserũt, quod ex.3.Reg.historia.c.12.constat. Sic huius prophetiæ sensus erit. Nõ auferetur sceptrum de Iuda, nẽpè sceptrũ Regni, Dauid & successoribus concessũ donec veniret Hieroboã,

D qui coronandus erat in Sylo. Quàm falsa sit hæc prophetiæ interpretatio, quis non videt? Nam per Hieroboam nõ fuit ablatũ regnum de Iuda, sed potius firmũ, & per successionẽ hæreditariã in ciuitatẽ Hierusalem sterit, quæ est metropolis vbi erat tẽplũ & arca Domini, & vnctio sacra, quę propria erãt & essentialia in Israelitico Regno. Tũ etiã, quia congregatio illa facta per Hieroboam non fuit in Sylo, sed in Sichẽ. A Addes etiam, quòd ad Hieroboam nullo modo pertinere poterant verba sequentia, & ipse erit expectatio gentium.

Accedamus iam proprius ad vim illius dictionis Sylo. Circa hanc quoq; dictionẽ multi Iudæorum à vera intelligẽtia aberrare solẽt, nã cum Sylo interpretetur missio, seu missus, secundũ hanc trãslationem sunt multi qui dicant, hanc Iacob prophetiam tẽpore Nabuchdonosor impletã, qui propter grauissima populi Iudaici peccata à Deo missus fuit, ad terrã Iuda destruendam, & Iudæorũ Regem auferẽdum, vti cõstat ex.4.Reg.c.vlt. Sic tãdẽ prophetiæ erit sensus. Non auferetur sceptrũ de Iuda, &c. Donec veniat, qui mittendus est, nẽpè Nabuchdonosor cui fuerũt gẽtes aggregatæ, quia imperũ ipsius valde dilatatũ fuit: vt constat ex Hiere.c.25. Quã futiles euasiones quærunt Iudæi talia commentãres! Nam quo pacto

C prophetia illa ad Nabuchdonosorẽ pertinere poterat, qui nec de tribu Iuda, nec de linea Iacob venire poterat? Sed vt proprius ad veritatem prophetiæ accedamus, videamus iã interpretationẽ literæ germanam, quã nec Iudæi ipsi negare possunt. Hæc dictio Sylo, est aliquantulum obscura & difficilis, verũ recurrendũ est hoc in loco ad interpretationẽ Caldaicã factã per Aquilã, quã translationem nullus Iudęorum est

D ausus contradicere: vti manifestè fatẽtur Rabbi Salo. in multis locis, & Rabbi Moy. Ægyptius in suo lib. de directione, & multi alij. Ipsa enim translatio sic habet. Non auferetur habens potestatẽ de domo Iuda, nec scriba de filijs filiorum eius, vsq; in sęcula, donec veniat Messias cuius est regnũ, & ipsi congregabũtur gentes, seu populi. Hæc in prædicta translatione, ex qua manifestè habemus,

A habemus, quòd hîc Patriarcha de Messia loquatur. Hanc Chaldaicã translationẽ Rabbi Salom, multiq; alij Rabinorum sequuntur. Id quod magis adhuc explicare vidẽtur verba, quæ Iacob filijs suis præposuit

Genes.49. ante suam prophetiã: Cõgregamini (inquit) vt annunriem, quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Nouissimi dies sunt ne dies Saul? sunt ne dies Hieroboãs? sunt ne dies Nabuchdonosor? non certè, sed

Rabbi Moy. Gerun. Messiæ dies. Sic enim Rabbi Moy.

B Gerũdiensis in sua expositione ait: Nouissimi dies sunt dies Messiæ, quoniam Iacob significabat illa tẽpora in verbis suis, cum dixit: Donec veniat Sylo, & ipsi congregabũtur populi. Nouissimi enim dies, dies Messiæ sunt. Hæc ille. Idem ille magnus Rabbi Sahadias, in sua translatione Arabica, quæ cõmuniter legitur in partibus Africę. Idem Rabbi Kimhi, in suo lib. qui dicitur Sarasim, vbi agit de dictionũ significatione: dicit expresè, quòd per

Nouissimi dies, Messiæ dies sunt. Rabbi Sahadias in translat. Arabica. Rabbi Kimbi in libro Sarasim.

C dictionem Sylo, significatur filius eius, & est prophetia de Messia. Sũt etiam alij multi Rabbinorum, qui hoc ipsum sentiunt.

Non dum Iudæi infestare Catholicos cessant, circa tempus quo Iacob prophetia adimplera fuit, dicere enim nõ verẽtur, quòd licet hæc prophetia de Messia intelligatur, non tamẽ Messias ibi Propheratus, tempore Herodis Regis venire po-

De tempore quo Iacob prophetia fuit impleta. D terat, sed longè ante, nempè ante tẽpora Machabæorum, per quos sceptrum de Iuda fuit ablatũ, & ad eos deuolutum. Machabæi enim vt manifestum est, nõ erãt de tribu Iuda, sed de tribu Leui, erant enim Sacerdotes, qui totũ populum gubernarũt, vltra centũ annos ante Christi aduentũ vt patet per Iosephum, & alios Historiographos. Ex quibus tẽpore venire debuit (inquiũt) Messias, & non tempore Herodis. Argumẽtũ hoc, in quo maxime Iudęi nituntur, nullius certè momẽti est, si certas & fidelus historias considerare volumus. Fatemur quidẽ Machabæos Sacerdotes fuisse, & per cõsequens de tribu Leui, erant etiã quoq; de tribu Iuda, secundũ lineã maternam, id quod satis erat, vt per gubernationem eorũ sceptrum de Iuda nõ esset ablatum. His omissis ad perfectã prophetiæ Iacob intelligentiã veniamus. Duo erant magni momẽti in populo Iudaico, quæ

B dignitatem & glóriam maximã super vniuersas orbis nationes ostendebãt. Vnum erat, regnũ perpẽtuo in Iuda duraturũ. Alterũ verò, collegiũ seu consistoriũ seniorũ, quod Sãhedrin dicebatur, cõstituũ quidẽ à Deo. Num.11. tẽpore Moysi, nẽpè vt 70 seniores populi Israël coadiutores essent in gubernatione populi cum ipso Moyse, ad quos pertinebat de omnibus iudiciũ ferre, & populus ad ipsos circa controuersias omnes subortas iure accedere tenebatur, & secundum eorũ

C præscriptũ facere. Deut.17.b.8. Hic quidẽ Sanhedrin à tempore Dauid sub Regibus, & ducibus Iudæ, in Hierusalẽ residebat. Tempore verò Babylonicæ captiuitatis, in ipsa Babylonia, ibi iudicia inter eos quoq; ferebant. In reditu autem, qui tunc temporis erant ad Hierusalem sunt reuersi. Et durabat etiam eorũ potestas tanquam à Deo collata, etiã non existente Rege, seu duce de Iuda, sicut capitulipotestas, vacãte sede durat. Ita quoq; Sanhedrin pote

D stas etiã tempore Machabæorũ duravit, immò vsq; ad tẽpus quo Herodes omnes Rabbinos, seu collẽgij magistros nequiter interfecit, sicut in lib. Sãhedrin Hierosolymitano, in cap. de Iudi. pecuniarũ: & in lib. Abodazara.c.1. habetur. Tunc non modo fuit ablatũ sceptrũ de Iuda, sed etiam Scriba de filijs eius vt in

Machabæi Sacerdotes fuerunt. Duo in populo Iudaico magni momẽti erant. Primum regni perpetuitas. Secundum Sãhedrin. Num.11. Deuter.17. b.8. Sãhedrin Hierosol. Abodazara cap.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A totum Iacob prophetia adimpleta ostendatur. Id quod D. Matthæus tanquã verus Spiritus sancti interpres, significare voluit, & explicitè Iudæis manifestare his verbis: *Cum natus esset Iesus, &c. in diebus Herodis Regis.* Ex quibus manifestè patet, q sceptrum de tribu Iuda, non fuit tẽpore Machabæorũ ablatum, sed tẽpore Herodis, quo tempore verus Messias Christus Iesvs fuit natus. Sic enim prophetia Iacob manifesta & clara nobis manet, secundum quã duo fuerunt è tribu Iuda ablata, diuersis tamẽ tẽporibus, licet nõ multum ab inuicem remotis. Vnũ sceptrum Regni. Quia Herodes Ascalonita cum esset, non solũ alienigena, sed etiam seruus de domo Machabæorũ, & de facto regnasset in Iudæa & Hierusalẽ. Timens ergo q cũ regnum ei nõ ex iure cõpeteret, sed contra Diuinã legem dicentem: De medio fratrũ tuorum pones super te Regẽ, nec poteris ponere super te alienigenã. Sic Regnum vsurpauit. Et etiã videns, quòd temporis successu, aliquis de stirpe Dauid consurgere potuisset, & iure eũ de regno expellere, omnes quos quos de regio genere potuit ad manus habere, crudeli gladio interficere mãdat, nam infanticidium fecit, nõ vt tantũ à Magis Regẽ Iudæorũ Christũ Iesvm declaratũ, occideret, sed vt si qui etiam alij de genere regio inuenirentur, in Bethleem Iudææ inuenirentur, in Bethleem Iudææ abimato & infra hac occasione etiã interficerẽtur. Et sic tandem sceptrũ à tribu Iudæ omninò deficeret, & Herodes cum sua posteritate futura, illud in perpetuum occuparet. Sceptro ergo ablato modo prædicto, Sanhedrin nẽpè Doctores, seu scribæ, qui residebant sub Herode, ob odiũ forsam contra ipsos cõceptum, eo quod in sua congregatione Herodiem mandato facta, libenter & ingenuo animo veritatẽ profitentes, circa Messiæ aduentũ & natiuitatis locum, dixerunt Christũ in Bethleẽ Iudææ nasciturũ, id quod scripturę sacrę testimonio confirmatũr. Qua in re illos cũ propẽdissimos ad aliũ Regẽ cõfitendũ viderat, interficere eos omnes, ne quid tale populo declararẽt, sua tyrannica auctoritate præcepit, vnitantũ parcẽs. Tunc tẽporis propriè fuit ablatus scriba de tribu Iuda. Hæc habentur in lib. Bauabathra. c. 1. & in lib. Sanhedrin Hierosolymitano, & in lib. Aboda zara præcitatis. Patriarcha ergo, ista cognoscẽs dixit: Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, primam ablationẽ prædictam ad titulũ Regni pertinẽtem præsignans. Consequenter dixit: Et scriba de filijs eius, ablationem secundã nempè Sanhedrin designans, quæquidẽ duo à Iacob Spiritus sancti lumine illustrato præuisa fuere, eaq; omnia Herodis tẽpore adimpleta esse constat. Hoc Leo Ponti. serm. 3. de Epipha. cõsiderãs sic ait. Huius ineffabilis misericordiæ manifestatio facta est, Herode apud Iudæos regiũ ius tenẽte, vbi legitima Regũ successione cessante, & Pontificũ potestate destructa, alienigena obtineret principatũ, vt veri Regis ortus illius prophetiæ voce probaretur, quæ dixerat: Non auferetur, &c. Herodes erat Ascalonita, non Iudæus. Ambros. in Luc. quoq; Fertur enim (inquit) q Idumæi latrones, Ascalonẽ ingressi, Antipatrũ inter alios abduxerũt captũ. Is igitur imbutus mysterijs Iudęorũ, Hircano Iudæę Regi amicitia copulatur, quẽ pro se ad Põpeium Hircanus direxit: & quia legationis fructu potitus est, propter eã gratiã partẽ Regni affectauit. Occisso autẽ Antipatro, filius eius Herodes, ex Senatus consulto Regno Iudæorum præfectus est. Ex quibus liquèt nullam illũ cũ Iudæis affinitatẽ habuisse. Id quod noster Euãgelista

Sceptrum Iudeorum non fuit ablatum tempore Machabæorum, sed tẽpore Herodis.

Deuter. 17. c. 15.

A listã Matthæus, eodem ipso quo Iacob Spiritu sancto afflatus videns, prophetiæ fidelẽ interpretẽ agens, dixit: *Cum natus esset Iesus in diebus Herodis Regis.*

An sceptrum & iudicandi potestas in Iudæa, vsque ad Christum permanserit.

His habitis adhuc restat ad exhactam huius loci D. Matth. interpretationẽ explicandã, vnum quærere nẽpè. Quomodo sceptrũ hoc & iudicãdi potestas, vsq; ad Iesvm Christi Domini nostri tempus in Iudæa durauit, ipsoq; veniente cessauit, & ad ipsum vniuersi regni potestas deuoluta est? Ex dictis iam satis constat duas potestates in Iudæa fuisse.

B *Duplex potestas in Iudæa.*

Altera penes Reges & Iudices, qui in Iudæa temporis successu fuerũt. Altera verò erat penes Sanhedrin, nempè circa. 72. iudices, qui populi legislatores in Hierusalẽ fuere. Primam hãc potestatem Reges Iuda à tẽpore Dauid, vsq; ad Babylonicam captiuitatẽ in Iudæa habuerunt, vt ex. 3. & 4. Reg. lib. facilè cõstare poterit. At verò post captiuitatẽ quãdoq; penes duces, quandoq; penes Reges potestas hæc fuit. Postquam enim singulari Regis Cyri gratia à captiuitate misera Babyloniæ, in libertatẽ cooptati Iudæi fuere. Zorobabel, Salatielis filius, primus dux eorũ fuit, qui vnà cũ Iudæis è dicta captiuitate in Iuda & Hierusalẽ cũ gaudio ascenderũt, Esdr. c. 2. Vnde Propheta Aggæus. c. 1. sic ait: Factũ est verbũ Domini in manu Aggæi Prophetæ ad Zorobabel filiũ Salatiel ducẽ Iuda. Et iterũ: Suscitauit Dominus Spiritũ Zorobabel filiũ Salatiel ducis Iuda. Iosephus lib. 11. Antiq. c. 4. dicit, hunc Zorobabelẽ de tribu Iuda fuisse. Vt D. Matth. in sua Christi genealogia ostẽdit. Fuit enim filius Salatiel, filij Iechoniæ, qui fuit filius Ioachin Regis Iuda, vt latè. 4. Reg. 24. & 1. Paral. 3. pater. Posteà summũ principatũ Sacerdotes habuerũt, teste Iosepho. 11. & 12. lib. Antiq. qui de tribu Iuda erãt, &

C *Zorobabel dux eorũ fuit qui e Babylonica captiuitate ejecerunt.*

Esdr. 1. Aggæi 1.

D *Ioseph. li. 11. Antiq. c. 4.*

4. Reg. 24. 1. Paralip. 3. Iosepho. 11. & 12. li. Antiq.

in prædicto dominio Regum & ducum Iuda successerunt, nẽpè Mathatias Sacerdos, Iudas Machabæus & fratres eius, & alij ab hoc Mathatia descendentes, vt patet. 1. lib. Machab. & Ioseph. 13. li. Antiq. qui omnes de tribu Iuda originem traxerunt, quia ex linea materna eos de tribu Iuda fuisse ostenditur. Exo. 6. Vbi habetur, quòd Aaron habuit vxorem Helizabet filiã Aminadab & sororẽ Naason filij eiusdẽ Aminadab, qui, Matthæo testãte. c. 1. erat de tribu Iuda. A qua Helizabeth, Eleazar, & Thamar Sacerdotes descenderũt. Exo. 6. A quibus duobus sacerdotibus omnes sacerdotes originẽ traxerunt. 1. Paralip. 24. Non enim poterant Sacerdotes esse, nisi ex genere Aaron, vti cõstat Exo. 28. Numer. 3. Ex quibus certè patet, q tribus Iuda & tribus Sacerdotalis erant inter se commixtæ à tempore Aaron, & sic patet ab eo tẽpore omnes Sacerdotes ex tribu Iuda descẽdisse, & per cõsequens Machabæi, qui de tribu Sacerdotali erant. Vnde certo certiùs colligimus, quòd sceptrum & potestas, semper super Hierusalẽ & Iudęam cõmunata fuerit, licet sceptrũ locum mutauerit. Nam in captiuitate illa Babylonica Ioachin Rex, ab Euilmerodach Babyloniorũ Rege, Nabuchidonosoris filio, in sũmo Regis honore fuit habitus. Posuit enim thronũ eius super thronũ Regũ, qui in Babylone cum ipso erant: & semper, quandiu vixit, in cõspectu eius vescebatur: & à Rege annona sibi necessaria cõstituta fuit, vt patet ex 4. lib. Reg. c. vlt. Vnde constat, quòd licet Rex vna cũ populo in Babylonẽ captiui ducti fuerint, non tamẽ sceptrũ & dominiũ Iuda, in illa captiuitate cessauit. Generalis enim vsque ad Christi Aduentũ illa Iacob Prophetia fuit. Nõ auferetur sceptrũ. &c. Id quod etiã Deus populo Iu-

Machab. 1.

Ioseph. li. 13. Antiq.

Exod. 6.

1. Paral. 24.

Exod. 28. Num. 3.

Vide D. Thõ. 3. par. q. 31. in Resp. ad 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. gum.

4. Reg. c. vlt.

Genes. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deuter. 28. d. 36.

dæorũ prædixerat. Ducerq; te Dominus & Regẽ, quẽ cõstitues super tẽ, in gentẽ quã ignoras tu & patres tui, & seruies ibi diis alienis, ligno & lapidi, haud dubie de hac captiuitate comminabatur Dominus.

Rex Cyrus Iudeos in libertatem vindicauit.

Ab illa tãdẽ captiuitate per pium Regẽ Cyrũ libertati sunt Iudæi, & statim prędictus Zorobabel dux eorũ cõstitutus fuit, & post eũ summi Sacerdotes & Machabæi, sceptrũ potestatẽ & dominiũ in Iudæa legitimè obtinuerunt, vsq; ad Herodẽ, quẽadmodũ latè ostendit Iosephus,

Ioseph. in libro. 12. 13. 14 & 15. Antiq.

B quo tempore Christus Iesvs natus est, quem verum Regem verũq; Christum, Iacob Patriarcha præuiderat, & Sylo vocauerat.

Bit etiã cõsiderandũ, q; hæc Iacob prophetia à Spiritu sancto dictata, in qua dicit: Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, nõ sic accipiẽda est, ac ũ sẽper Reges Iudæ futuri essent vsq; ad Christũ, nullo alio gubernationis modo in Iudæa mutato, non certè hoc Patriarcha dicere voluit, sed explicare rem eo modo quo futura erat. Vnde manifestum est per sceptrũ, intelligere voluisse dominium

C

Quid per sceptrum Iacob intelligatur.

quoddã seu potestatẽ & superioritatẽ, quã super Iudã, tam Reges, quã duces, seu Sacerdotũ principes, habituri omnes erant, tẽpora ad inuicẽ succedentia, vsq; ad Christi aduẽtum. Id quod ex supradictis factum fuisse manifestè constat. Sicq; tandem quæstioni propositæ, in qua quærebatur an sceptrum hoc vsq;

D ad Christi aduentũ duraturi? Satis planè factum esse puto, adeò vt Iudæis, qui Messiã indefesso labore adhuc spectant, tergiuersationis locus non supersit.

De secũda verò potestate, nẽpè de 70. Iudicibus, seu de Sanhedrin Iudæorũ, in quo sceptrum eo tempore manebat, ex supradictis in expositione prophetię Iacob manifestum reliquimus, Herodẽ vniuersos legis Rabbinos neci dedisse; quò tandem A totius populi Iudaici sapiẽtia, dignitas, & auctoritas, simul cũ Regia eius dignitate iniquè vsurpata, perirent. Sic etiã Christo summo Magistro & Doctore veniẽte, Rabbinorũ auctoritas, & totius Sanhedrin potestas, omnino cessauit, nõ tamen statim à Christi natiuitate, sed non diu post. Quanto autẽ tempore pòst Christi aduentũ extiterit, diuersi diuersa sertiũt, quidã sex annos ponũt post Christi natiuitatẽ. Nõnulli

B adfirmare nõ dubitant, quadragesimo anno ante rẽpli Hierosolymitani deuastationẽ, per Titũ & Vespasianũ factã, Sanhedrin omninò ab Herode per summũ scelus fuisse extinctũ. Occidit enim crudelissimus Herodes totã Machabæorũ domũ, ne aliquis ex eis successor ad possessionẽ regni Iudæ aspiraret, & tandẽ omnes Rabbinos, penes quos erat potestas Sanhedrin, vno solo remanẽte, cui oculos seruare fecit, interfecit, quò liberiùs regnũ Iudæ per ty-

C rannidẽ vsurparet. Sic tandẽ Christo Iesv veniẽte tã Regni potestas, quã Sanhedrin, hoc est iudicãdi potestas, omninò perijt, & Christo veniẽte, iam lapis ille paruus de mõte abscissus omnẽ mũdi confrigẽs potentiã in montẽ magnũ, nẽpe in potestatẽ suprematã cæli & terræ creuit, in regnũ quòd in æternum non dissipabitur & in æternum stabit. Sicut enim Christo Iesv morien-

D te legalia omninò cessare debuerunt, ità quoq; ipso Iesv in Bethleem Iudę nascẽte, sceptrum & dominiũ Iudæ omninò cessare oportẽbat, alioquin Iacob prophetia adimpleri minimè potuisset. Vt igitur hanc in ortu Christi exequutioni mandatam fuisse ostẽderet, & regnum, & Sanhedrin potestates iam defecisse. D. Matth. breuissimis verbis magnã mysteriorum materiam apperiẽs, ait: *Cum natus esset Iesus, &c.*

Ex

A Ex his verbis manifestè ostendit, Christum Iesvm iure hæreditario sceptrum & clauũ regni Iudæorũ à natiuitate habuisse, ad cũq; deuolutũ legitima successione, quoniam ex familia Dauid erat, à quo linea recta per Regiã prosapiã genus suũ ducebat. Id quod in. 1. c. D. Matth. iam ostẽderat, demõstrãdo Christũ per patres naturales, sicut D. Lucper patres legales descendisse. Huius

D. Hiero. in 1. Matth. c.
D. Chrys. homil. 2. in Matthæ.
D. Augustin. lib. 2. de cons. Euang.
Damas. lib 4 fidei Ortho.

B sententiæ sunt D. Hiero. D. Chrysost. D. Augus. Damasc. & alij multi patres sapiẽtia & sanctitate præclari, & licet executioni iura regni exequi more Regũ temporaliũ, noluit, quia iusticuro eius minimè cõueniebat, directũ tamẽ dominiũ habuit, quod habere sanè oportebat, vt Iacob vaticinium & Angeli grauissima ad Virginẽ promissio impleretur. *Erit* (inquit) *magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus sedem Dauid, &c.* Vt ergo in legitimã

C Regni possessionẽ intraret, in inauguratione Regni. Reges illos Orientales ad obedientiam illi exhibendã venire fecit.

Ecce Magi. Longã nonnulli rexere solent quæstionẽ inquirẽtes. Qui nã Magi isti fuerint, quos Euãgelista nõ alio nomine cõpellat, quam Magos, quos quidẽ Christiana religio, maximè suspectos habere solet, ac cũ ipsos Christianæ Philosophiæ apicẽ tenere videamus, qui nã ipsi

D fuerint, ingenius quã fieri possit exponemus. Duplicẽ Magię differẽtiã esse cõstat ex Cælio. Altera quã Græci Goẽtiã vocant, quæ infamis est, ac immũdorũ spirituũ cõmercijs initiatur, incãrationibus enim atq; carminibus, nefariæ curiositatis arte cõpositis, res ignotas inquirere, & facilè eas inuenire demonstrat. Huius scientiæ professores fuerunt, Iannes, & Mõbres, qui restiterunt Moysi in Ægypto, Balaam, Aramæus, Simõ, & Elimas Magi, quorũ nomina execrãda ponũntur. Altera xero, quæ magis proprie Magia nũcupatur, quæ mihi aliud sit, nisi rectè cõsideres, quã naturalis philosophiæ apex, quã sapientissimus quisq; merito excipit, veneratur & colit, vt quæ alior sit sanctiora; philosophia, ex qua insignis prodijt Iarchas, illorũ claritas. Magus quidẽ Persarum lingua nõ alius vocatur, & vt quã

Celius Rodogil. 3. c. 42.

2. Ad Tim. 3. Num. 22. Act. 8. & 13.

divinæ rerũ interpres & cultor ad Persarum nationũ enim & gentium varietate, ij qui sapientia, ac scientia eximij erãt, ingenia sortiebantur propria. Quos nos quidẽ doctissimos agnoscimus, sapientes vocamus, cognoscentia Græci sophos, Iuuenalis Philosophos, Galli olim Druidas, Indi Brachmanos, Æthiopes Gimnosophistas, Chaldæi, qui Persica lingua vtebantur Magos appellabãt. Huius præclarissimæ scientiæ auctorẽ sacrificia Zoroastre Oromasij filiũ. Plato quidẽ apertissimè testatur, non aliud fibi videri Zoroastris Magiã, quã diuinorũ scientiã atq; cultũ. Hac scientia vt idẽ Plato testatur filij Regum, Persarũ accuratè imbuebantur, vt ad mundanæ Reipub. imaginẽ suã, & ipsi Rempub. administrare dessiderẽq; condiscerent. Hinc est, quòd etiã Cicero nemine apud Persas regio potiri fastigio dicit, qui prius Magicã non imbuerit scientiam. Ex quibus omnibus manifestè cognoscimus, q licet Magi isti, qui ad inuisendũ adorandũq; Christũ stella excitati venerũt, Magica scientia calluerint, vt Ambrosi. Hieron. Chrys. & Cyprian. fatẽtur, nõ tamẽ eos diuinatricẽ Astrologiã illã, quã sceleratæ sacræ manifestè damnant, exercuisse dicemus. Non enim malefici & incantatores erant, sed præclarissimi viri, qui naturalis Philosophię culmẽ assecuti sunt. Complectitur enim Magia, teste Plinio, tres artes, nempè Physicam, Metaphysicã, & Astrologiã. Cum ergo Euãgelista

H 5 viros

Vide Augus. Rebiensis Episcop. in scholijs Psal. 131.

Magus quid sit apud Persas.

Plato in Alcibia.

Tullius in libro de Diuinat.

Ambrosius. Hieronym. Chrysost. in Matth. Cypri. serm. de nat. Christi. Leui. 20. & 20. Isai. 47. Hierem. 10. Plinius lib. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B viros hos Magos appellet absolutè, intelligas oportet. Persicos illos sapientes voluisse significare, quos certè hîc significatos intellexissent Cicero & Plinius, si hæc scriptura ad manus eorum deuenisset.

Magos Reges fuisse ostenditur.

An verò Magi isti Reges fuerint, licet Euangelica nobis nõ explicet historia, possumus tamẽ ex multis argumẽtis eos Reges fuisse cõprobare. Nã, teste Cicerone & Plinio, nemo inter Persas & Caldæos regia potiri dignitate valebat, nisi prius Magica sciẽtia fuisset imbutus. At cum sapiẽtissimi ij Magi ad summũ Philosphiæ apicẽ iam venissent, vt Regẽ regũ natũ fuisse profiterentur: manifestũ erit, non quoslibet Magos, sed sapientissimos illos, qui ob eminentẽ scientiæ claritatẽ Regno potiebãtur, ad summũ Regẽ adorandũ properasse. Nã si ab alio Rege nomine suo, ac totius regni missi fuissent, scriptura sacra, aut historia auctentica, nobis indicasset. Propria igitur auctoritate hos venisse Reges ad Christũ certissimũ est, qui cũ proprio fungerẽtur munere in re grauissima, nẽpè in obsequio, & obediẽtia nouo Regi nomine vniuersi populi Gẽtilici exhibẽda, Reges eos fuisse, quorum obsequijs regio illa pareret, cõpertissimũ esse censemus. Petr. Galat. li. 8. de Arcan. fidei in Talmud inuentis. c. 3. probat, olim prædictũ fuisse à Prophetis; & traditũ ab eorũ interpretibus Iudæis, quòd Reges Gẽtiũ ad Messiã cũ muneribus adorandũ venturi essent. Reges autẽ illos fuisse caterua Sanctorũ testatur, nimirum, Tertullia. Athanas. Cyprian. Hiero. August. Druthmarus, Theopil. Albert. Mag. D. Tho. Nicolaus Lyran. & recentiores multi immò omnes Catholici, cũ ex lõga Ecclesiæ traditione sit receptũ. Et secundũ Ecclesiæ traditionẽ impletũ est illud Psal. 71. Reges Tarsis & insulæ, &c. Et illud Isai. Ambulabũt Reges in splendore ortus tui. Inferius hæc de re plura sumus dicturi.

Petr. Galati. lib. 8. de arcanis fidei in Talmud inuẽtis. c. 3. Tertull. lib. cont. Iudæos. Athana. q. 2. cont. Iude. Cypri. in lib. de Bap. Christi. Hieronym. in Psal. 71. August. serm. 43. ad fratres in eremo. Druthmarus. Theophilat. Albert. Mag. D. Thom. Nicol. Lyra.

Ab Oriente venerunt Hierosolymam. Cypri. serm. de stella & Magis, ad Arabiam hoc refert. Augustin. de mira. Sac. scrip. c. 4. lib. 3. ad terrã Euilath. Leo & Orig. ad Mesopotamiã, quidam ad Ægyptũ, sed hæc Hierosolymis meridionalis est, Potior autẽ pars illos ex Chaldæa venisse asserit, rationẽ habentes, tum doctrinæ illorum, tum nominis: seu & Balaami, à quo traditionẽ stellæ accepisse narrãtur. Adde, quòd & è Mesopotamia, & terra Euilath, & Euphrates, & Aram, Chaldæam definũt. Et olim Chaldæi etiã ex Apolinis oraculo, simul & Hebræis, maior quã cæteris nationibus rerũ, diuinarũ cognitio delata est. Sic enim scribit Iusti. Mar. in Apologe. cont. Gentili. dixisse. Soli Caldæi sapientiã sortiti sunt, simul & Hebræi. Licet ex Oriẽte Magi venerint, nõ tamẽ inde intelligere cogimur eos ex vltimis terræ finibus venisse. Nã & Balaã ab Oriẽte se venisse dicit. De Arã (inquit) adduxit me Balac Rex Moabitarũ de montibus Orientis. Rex verò Moabitarum in Caldæa, quę nõ adeò lõgè à Hierusalẽ diffita est habitabat. Hinc fit vt facilè credam Magos decimotertio die post Christi natiuitatẽ aduenisse, quod quidẽ manifestũ est, quia puerũ in Bethleem inuenerũt, nã vltra id tẽporis Christus in Bethleem nõ fuit, vt Luc. testatur. Nec Euãgelista docet eos in Bethleem venisse, vt morarẽtur ibi, sed vt tantũ profiterentur in ciuitate sua. Quod autẽ Magi ab Orienre tam paucis diebus Hierosolymam venerint, ratio est, quòd regio illa dromedarijs abũdat, quos vno die stadiorum mille iter confícere, scribit in vita Apollonij Philostratus. Aristoteles quoque testatur eos celerius currere, quam Niseos

Cypri. serm. de stella & Magis. Augus. de mira. Sac. scrip. c. 4. lib. 3. Leo. Origen.

Num. 24.

Luc. 2.

Philostra. vita Apol. Aristot. Histor. mirabil.

A Niseos equos. Et sic totũ illud quicquid erat itineris, tredecim dierum spacio conficere facilè potuerunt. Probat hoc historia Iacob. Cùm enim eum Labã fugientem, ex Mesopotamia, Iudææ versus persequeretur, septimo die consequutus est eum ad montẽ Galaad, qui est principium Libani. Etagebat quidem secũ Iacob greges vxores, ac paruulos, Laban autem, non ante diẽ tertium, fugã generis deprehenderat.

B Non ergo oportet, varias itineris rationes excogitare: nam Caldæa regio, est Iudææ propinqua: illique Orientalis, inter Babylonẽ & Arabiam, Tygrim & Euffratem. Quam describunt Plini. lib. 6. c. 28. Strabo. lib. 16. Volateranus lib. 11. Geographiæ. Huius partem Mesopotamiã vocari docet Stephanus Acto. 7. & Plini. eãdem prouintiam Chaldaicæ regionis partem vocat, ex qua oriũdus fuit Balaam, erat enim Arameus. De Aram (inquit) vocabit me Rex Balaac. Hæc contra Placũ Illyricum in sua prima Cẽturia, necnõ cõtra Osiandrũ in sua armonia, paucis adnotare voluimus. Est pretereà historiæ Euangelicæ contraria eorũ assertio. Nã Matth. aduerbio excitandi hoc loco vsus fuit, dicẽs: *Ecce Magi &c.* indicãs sanè rerũ cõsequentiã & propinquitatem. Cũ natus esset Iesvs, *Ecce Magi*, quæ verba nullam vel certè non tam lõgã intercessisse moram tẽporis ostẽdit. Vt Gen. 24. Nec dũ intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. Deinde Magi Virginem cũ infante in Bethleẽ inuenerũt, vbi quadraginta diebus mãsit, nẽpè ad purificationem vsq;. Accedit, quoq; communis Ecclesiæ vsus & traditio, quæ die decimotercio à Christi natiuitate festum celebrat, sentitq; Magos eo tẽpore ad Christum venisse, Nisi eã rem nati pueri facultati viribusq; tribuere velimus, qui Magos ad sese, tã breui die rum spatio perdutere potuit. Interim fideles adiscãt quòd. Nescit (inquit Ambrosius) tarda molimina Spiritus sancti gratia. Certè quãdo efficaci diuinæ gratiæ impulsu, corda tanguntur, quid nõ audent? quid non tentant? omnia quæ tuis aspera, dura, atq; impenetrabilia videãtur, despiciunt, rumpunt, & celeri cursu tranſeunt, donec ad eum quẽ toto corde requirunt, peruenire valeant. Trahe me post te (dicebat ipõsa) & curremus in odorẽ vnguentorum tuorum. Prodigia enim stupẽda, quæ tempore natiuitatis Christi mundus vidit, odorifera Dei vngẽta sunt, quorũ fama multi Euãgelio ceruicẽ suppoſuerunt. Ac si gratias agens Ecclesia dixisset: Tãta est suauitas miraculorũ tuorũ, vt etiã gentes, quæ te non nouerũt, amore tui capiantur teq; perquirant. Dionysius Areopagita. c. 4. lib. de Eccl. Hier. non ab hac interpretatione differt. Iesv (inquit) nomẽ, Oleum est effusum. Christus enim appellatur vnctus, & ipse eximiẽ fragrãs, repleat diuina voluptate participes. Est enim fons suauẽ olẽtiæ, emittẽs diuinos halitus in pias animas. Magna certẽ huius odoramenti vis est, quæ in stabulo & stercore latẽs, vsque ad Orientẽ tantæ suauitatis fragrantiã emisit, vt Oriẽtales Reges, ad sese adduxerit. Cũ videamus iã Magos ad Christi cognitionẽ vocatos, facilè videre licet, quod inqualibet facultate, ac professione honesta, qua quis secundũ suum statum sese ipsum exercet, nunquam de futurã occasionem, per eam Christũ inueniendi, si modo Christum agnoscere vere cupiat. In sua namq; professione Pastores, simul atq; Magi persistebãt, quos Deus per Angelos, ac per stellã ad se perducere decreuit. Petrus quoque & Andræas frater eius, vnà cũ duobus Zebedæi filijs, dum

Gen. 24.

Ambrosi. in Luc. c. 2.

Genebrar. in Can.

Dionys. Areopag. c. 4. lib. de Eccl. Hier.

Christus eos vocat ad se quos in sua professione honesta videt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dum artem suam piscatoriã exerce
rent à Christo vocati sunt.

Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.
Persici isti sapiẽtissimi Reges, licet
in multis sapientiam, fidem, fortitu
dinẽ & inuicti animi constantiam
ostendere potuerunt, nulla tamẽ in
re clarius has omnes virtutes quàm
his in verbis declararũt. Sapientiũ
enim more, omnium grauissimum
negocium, paucissimis verbis pro-
ponunt, dicentes: *Vbi est qui natus est
Rex Iudæorum, &c.* Quibus sanè ver-
B bis licet vnum quærere videantur,
nẽpè locum vbi tantus tamq; potẽs
Rex natus sit, qui tãto cum imperio
eos ad sese venire cõpulit. Alterũ
tamen affirmant, & protestãtur, vi-
delicet eum esse iam natum Regem,
non ex numero eorũ quos mundus
habere solet, sed eum quẽ iam mul-
tis sęculis à Iudæis expectatum esse
certo certius sciebant, quem iam re
C ĉta fide profitebantur nõ Iudæis tã-
tum, sed gentibus esse natum. Ex va
ticinio quidem Balaam totum orbẽ
ei subiiciendum non ignorauerunt,
hinc est, quòd non de communi ali-
quo Rege, sed de eximio illo tãdiu
ab ipsis exoptato Messia interro-
gant, id quod articuli Græci vis ex-
primit, & declarat, *Tu estin otexthis
basilef iudions*, hoc est: Vbi est ille na-
tus Rex Iudæorum. Quę sanè verba
Regis eminentiam ostendentia, du-
D plicem sensum habere manifestum
est. Primum, si simpliciter verba in-
telligamus, perinde est, ac si ma-
nifestius dixissent: *Vbi est ille Rex Iu-
dæorum, qui iam natus est?* Secundo
verba hæc significare volunt, Regẽ
hunc de quo iam quærũt, natum es
se Iudęorũ Regem, hoc est talẽ eum
esse Regem, qui non ab hominibus,
aut populi suffragijs in Regẽ eligen
dus esset, aut in legitima vngendus
ætate, & à populo ad omnia ei obse
quia exhibenda iurandus, sed qui iã
cælesti virtute sit inuctus, & à Deo
Rex inauguratus, & à populo Iu- A
dæorũ iam pridẽ expectatus, & ouã
ter exceptus esse debuisset. Vides
quanta cũ sapientia de Messiæ rẽg-
no philosophentur Magi? Nec mi-
rũ esse debet, nam à sacrorũ vatici-
niorũ copiã, haud dubiè habuerũt,
ex cõsortio Iudæorũ, qui annis. 70.
inter Babylonios sunt peregrinati.
Equorũ numero quã plurimi, Cy-
ri beneficio vti nolluerunt, qui eis re
ditum, lõgo illo post liminio, in pa-
triã cõcedebat. Verũ inter Caldęos
manentes, magnã rerum sacrarum B
cognitionẽ eis cõferre potuerunt.
Videas obsecro iam eorũ fidẽ atq;
constantiã. Nam & si videant Hero
dẽ Hierosolymorũ regnũ occupã-
tem, non tamẽ verentur aliũ eiusdẽ
regni Regem declarare, quia suspi-
cari minimè poterãt alicui Iudæo-
rum, nec ipsi etiã Herodi incognitũ
esse, Iudęorũ Regem iam esse natũ.
Nec etiam dubitabant tanti Regis
natale, cęlestibus signis ipsis nõ fuis
se promulgatũ, ideo certissimũ fo- C
re credebant, vt eum quẽ multis re
tro sæculis tan fraganti desyderio
expectarant, & tanquam verũ salua
torem credebant, nõ magna cũ læti
tia omnes Iudæos, & Proselytos es
se recepturos, atq; de tam ineffabi-
li sibi cõcesso beneficio iam omnes
loquerẽtur. Hoc certè Diuinæ gra-
tiæ efficaciæ merito adscribi po-
test, quæ vt nõ solum de nouo Rege
iam nato eos instruxit, sed ad inqui-
rendũ cõmouit, & verbis quibus de
co interrogarẽt suggessit, ita quòq; D
& is met infans natus effecit, vt om
nibus post habitis, nec præsentem,
quantumuis crudelẽ ac tyranũ, time-
rent Regem, nec aliud quid præcio
sius haberent, quã nouum, nouoq;
ordine genitũ Regẽ inuenire, ado-
rare, atq; sese suaq; omnia ipsi hila-
riter offerre. Ideo cũ Propheta me
rito dicere poterant: Quæsiui vultũ
tuum Domine, vultum tuum Do-
mine

A mine requirã, suggesserat enim illis
Deus, quanta securitate fruerentur
ij, qui in absẽdito faciei eius feruã-
tur. O Beati (exclamat Chrysostom.)
Magi, qui ante conspectũ crudelissi
mi Regis, priusquã Christum cog-
noscerent, Christi facti sunt confes
sores! Omnes Diuina gratia inter-
cludit vias, quibus poterat Satan ho
rum iter impedire. Non longũ iter,
non grauissimas expensas, non soli-
citudo rerũ domesticarũ, seu rerum
publicarum, non hostium cuneos,
quos forsam obuios offendere pote
B rãt, non regna extera, aut Reges in-
cognitos peragrare, nõ Regẽ tyran-
nũ, Herodẽ nempè, in regno Iudæo-
rũ inuenire, nõ neces varias quas si-
bi ascisscebãt: alium Regem in ipsius
regno acclamando timebãt, sed Di-
uina gratia muniti, has omnes & lõ-
gè plures difficultates superabant.

Hinc discant omnes, qui Christia-
nam Philosophiam profitẽtur, mo-
dũ, quem omninò seruare eos opor-
tet, si ad Deum ipsum peruenire cõ-
cupiscunt, vt omni aduersariarũ re-
rũ timore post habito, Diuini amo-
ris virtute muniti, donec ad Deũ ip-
sum perueniant, non quiescant. Quã
graues olim filijs Israel difficultates,
ne ab Ægyptõ egressi, iter terram
promissam instituerẽt remorabantur: & quàm mirabili prouidentia
Deus Opt. Max. omnibus illis occur
rerit, mecum perpẽde. Causari enim
poterant, & dicere. Mare vastissimũ
nos circunstat, & in manus hostium
nos tradet. At mare Diuinæ virtuti
cessit, & fugienti populo iter tutum
per liquidum præbuit. Sed instabũt
atergo hostes insequentes? At colũ-
na nubis sese mediã obtulit, tutaq;
fecit terga præcedentium. Sed in ari
do squalẽciq; deserto quid edemus?
Terra enim nec arari potest, nec se-
ri. At propane terreno, Dominus
panem cæli dedit eis, panem Angelo
rum manducauit homo. Sed ita ne
in pane & aqua tantũ perpetuo no- A
bis victitandum est? At tamen pro-
pter hoc, pluit Dominus super eos,
sicut pulueręm carnes, & sicut are-
nam maris volatilia pennata. Sed
dux (inquient) nobis deerit in terra
inuia, quam nullum vnquam homi
nis vestigiũ præsit. At ipse Domi-
nus miro modo in columna nobis
per diem, & ignis per noctem, viam
pergentibus ostẽdebat. Deniq; sic
deduxit Dominus populum suum,
vt ductor eorum Moses de ipso di-
xerit. Portauit te Dominus Deus
tuus in omni via, per quã ambula- B
sti, sicut portare solet, pater filium
paruulũ. Non enim satis esse puta-
bat, filium dicere, nisi paruulũ addi
disset, cuius solent parentes maiori
solicitudine curã gerere. Si ergo tã
multa auxilia populo suo, quem in
terrã Chananæorũ adducebat, Do
minus contulit, qualia obsecro cõ-
ferret eis, quos iam ad cęlestia regna
perducere nititur, ad quod vnũ eos
precioso suo sanguine redemit: præ-
sertim cùm hoc iter quo in cælum C
tenditur, nemo vnquam hominum
sine ope singulari Dei vllo modo cõ
ficere possit? Præterea, si hæc Deus
beneficia populo ingratissimo con
tulit, qui cũ tot vndiq; Diuinis mu-
neribus fuisset cumulatus, vitulum
fabricauit & coluit, cui clarissima
illa beneficia, quibus à Deo dona-
tus fuerat, acceptum ferebat: quid
quæso faciet ijs, qui fidẽ piè colunt,
quiq; spem suam opesq; omnes in
vno illo posuerũt? Discant iam te- D
nelli Christiani, qui iter suum ad
Christũ instituere animo semel of-
firmarunt, omnem laboris magni-
tudinem cõtemnere, Deus ipsis mi-
ra virtute aderit, Deus illos in terrã
rectam dedncet, Deus comitabitur
eos, & dux itineris erit, ita vt cum
Dauid decantare possint. Si exsur-
gat aduersum me prælium in hoc ego
sperabo, vnam petij à Domino hãc
requiram,

Magi sapientiam, fidẽ, & fortitudinem singulariter ostendunt.

Magi non de quouis Rege, sed de singulari illo Rege nato inquirunt.

Magi antequam Christum agnoscerẽt Christi confessi sunt cõfessores.

In Magorum fortitudine, quid fideles facere teneantur docemur.

Omnes difficultates Deus removet ab ijs qui ipsum sequuntur.

Psal. 77. c. 24. & 25.

Psal. 26. b. 3.

Labores contemnere debent Christũ quærentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A requirã, vt in habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini & viſitem templum eius, &c.

Vidimus enim ſtellam eius in Oriente. Eius (inquiũt) non quidẽ dicũt ſe vidiſſe ſtellam quãdam nouam in aëre, quæ nouum Regem natum ipſis reuelabat. Sed vidimus ſtellã eius, & cum articulo Græco, *Ton aſtero*, hoc eſt illam ſtellam. Qua in re duo conſideranda veniunt, Primum, ſtellam hanc ita eius eſſe, vt etiam ſi ipſe ſit Dominus ſtellarum, & omnibus eis nomina vocet, hæc ſola ſtella ad effectum natiuitatis eius tantũ formata eſſe dicatur, tanquam à Deo peculiariter facta, vt Regẽ nouum Iudæorum natum declararet. Vnde D. Maximus ait: Bene eius dicitur, quæ ſpecialiter eius deſignabat aduẽtum. Cæterę quidem ſtellæ factæ ſunt, vt mundi tempora curſuſq; diſtinguerent: hæc verò prodire iuſſa eſt, vt ipſius mundi Dominum, & regni cælestis adeſſe tẽpus, oſtenderet. Et mirabatur quidẽ terra, quòd nouam ſtellam videret in cælo, ſed plus mirabatur cęlũ, quòd nouum ſolem videbat in terra. Alterũ eſt, quòd ſerio conſiderare oportet, quia dicendo, *Eius*, oſtendebant, multis retro ſæculis ſtellã hãc ſpiritu prophetico præuiſſam fuiſſe, quam cum viderẽt eam eſſe, quã ex antiqua traditione expectabant, nõ dubitabant eſſe ipſius. Sicut autem his verbis: *Vidimus ſtellam eius*, ſatis ſignificatum fuiſſe conſtat, Magos ex ortu nouæ ſtellę intellexiſſe ortum Chriſti, ita quoq; hinc colligere licet, ſtellam hanc Chriſti natiuitatem prorendentem, non fuiſſe primum ipſis magis reuelatam, nec ipſis prius de hac ſtella factã reuelationem, ſed antiquam fuiſſe reuelationem hanc, ac à parentibus & maioribus Magos accepiſſe, exoriturã nempè nouam ſtellã, quæ Regis Iudæorũ maximè ortum mõſtraret. Quæruntq; itaq; de Rege Iudæorum, non de qualicũq;, ſed de eo quẽ iam multis ſæculis ſciebãt à Iudæis expectatum fuiſſe, cui ex vaticinio Balaam totum orbem ſubijciendum, non ignorauerunt.

Vidimus ſtellam eius. Stellã in regione ſua cõſpexerãt, & ex ipſius aſpectu, facilè agnoſcere poterant eam nõ eſſe ex illis, quas à primordio rerũ firmamẽto cæli Deus affixerat, ſeu ex ſeptẽ illis Planetis in cęlo notiſsimis, neq; ex eis, quæ apparẽtes aliquid ſignificãt, ſiue prænũtiãt, variaq; nomina ſortiũtur, nec etiã ex illis ſtellis, quas cõmuni voce erraticas vocamus, quarũ omniũ ortus, in tertia regione aëris ex calidis, & ſiccis fumis incenſis, ſubſtantiã capiunt. Nõ ſanè ſtellam eius generis illi viderant, ſed nouam certè & inſolitã, ad terram vergentẽ, & plurimũ relucentem, à cæteris in multis diſcretã. Primũ, loco (vt diximus) ac ex ſitu ipſius, quia nec in firmamento cum ſtellis minoribus erat, nec in æthere cũ Planetis, ſed in aëre vicinas terræ tenebat vias, alioquin enim nec dux vię eſſe potuiſſet, nec domũ, in qua erat cũ matre infans, demõſtrare. Secũdo ex motu, nam cum cæterę ſtellę moueantur motu diurno ab Oriente in Occidẽtem, hæc mouetur à Septentrione verſus Meridiẽ. Talis eſt ſitus Hieruſalem verſus Bethleem. Tertiò, quia cæteræ ſtellæ ſuum obſeruant motum regularem, à quo nõ aberrant, ſed hæc ſtella accõmodat ſe Magis iter facientibus, nõ celerius properat, nontardius ſubſequitur, non declinat à certa via, ſed quaſi fax quædã ratione prædicta Magis præluceat, & deduceret ad eum ipſum locũ quo tendunt, monſtratq; eum quem toto pectore videre exoptant, quo oſtenſo ſtatim euanuit. Quarto, ex ſplendore ipſius, nam reliquæ

Quare ſtella dicatur, Eius.

Pſ. 146. d. 4.

D. Maximus in ſerm.

Gen. 1. b. 16.

Stella quæ magis apparuit antiqua reuelatio fuit.

A reliquæ ſtellæ motu fulgent, interdiu radijs ſolis oppreſſæ latitant lumine caſſæ, at hæc ſtella Magorum comes, nihil obfuſcatur Solis radijs, ſed interdiu lucem clariſsimã fundit. Quinto ex tempore apparitionis eius. Prout enim opus erat apparebat, & rurſum occultabatur, nec certo ſtatutoq; tẽpore reliquorum aſtrorum more ſeſe cõſpiciendam exhibuit. Sexto ex ipſius ſtellæ quiete, ſteriſſe eam teſtatur Euangeliſta, *Supra vbi erat puer*, cum omnes cæleſtes ſtellę, continuo moB ueantur motu. Septimo tandem ſignificatione, nam nulla alia ſtella præter hanc ſignificauit vnquam, Meſsiam promiſſum, eſſe natum, quod Diuus Matthæus indicare voluit, dicit enim: *Vidimus ſtellam eius*, quæ ſcilicet illius tanti Regis ortum declarauit. Quem enim è cælo tanta cum gloria declaratum viderant, dubitare non poterant eum iam eſſe natum. Proinde Sancti iſti reges, cum nouo apparentis ſtellæ ſpectaculo, haud dubie ſingulari reC uelatione Diuinitus accedente, cognouerunt filium Dei in Iudæa eſſe natũ, memores prophetiæ Balaam eius Prophetæ dicentis: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſraël, & percutiet duces Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth, & erit Idumæa poſſeſsio eius. Stella itaq; hæc ſignum inſolitum erat, quo cælitus honorabatur Rex mundo incognitus, quæ ſicut foris Magos illuminabat, atq; ad Chriſtum ducebat, ita quoq; intus Diuinã illuminationem ipſi ſentiebant, qua non modo ſtellam hanc noui regis indicem agnoſcebant, ſed ad viſendum etiam ipſum puerum animos eorũ impellebat. Sic vt & Cyrus Rex cęlitus admonitus fuit, vt tẽplum reædificaret, & populum à captiuitatis iugo abſolueret. Ira quoq; Magi cæleſti ſigno permoti, templum nempè gentium Eccleſiam, ædificare cœperunt, & à iugo Saranæ gentes liberare. Stellam hanc, lucem quandam cæleſtem, & diuinam inſpirationem atq; attractionem deſignare quis non videt? Quod ſi Deus hanc lucem ſua pietate non miſerit nobis, nihil profectò externa prædicatio, immò nec ſcriptura ipſa ſacra, prodeſſe nobis poterit. Quot enim Iudæorum Chriſtũ prędicantem audierunt? Quot legis peritia inſignes ſteterunt, qui infidelitate obdurati, Chriſtum accipere B noluerũt? Quare hoc? quia lux hæc cæleſtis eis non affulſit. Hæc eſt illa damnatorum querela: Errauimus (inquiunt) à via veritatis, &c. lux iuſtitiæ non illuxit nobis & lumen intelligentiæ non affulſit nobis. Nemo enim venit ad Chriſtum, niſi à Patre tractus, & nemo poteſt dicere Dominus Iesvs, niſi in Spiritu ſancto.

Et venimus adorare eum. Venimus, præteriti tẽporis eſſe Græci certiſsimè docẽt. Eſt enim, *Ilthomen*, quaſi ſi inſtitutũ iter iam confeciſſent. His quidem verbis certitudinem ſuam ac perſuaſionem inſinuant, nempè quòd tam ex interna luce, quã ex externa ſtella, ſint omninò certi iam facti, hunc Iudæorum regem eſſe natum, cumq; talem eſſe, qualem Iudæi immò & gentes expectabant. Ipſe enim erit (dicebat Moſes) expectatio gentium: ideò adorandi eum gratia venire fatebãtur. Verbum, *adorare*, licet in ſcriptura D ſacra pro veneratione, quam maioribus exhibimus, communiter accipiatur, nam Hebraica dictio correſpondens ſemper verbo noſtro adorandi, ſimpliciter ſignificat proſternere ſe coram alicui humi reuerentiæ cauſa, quæ veneratio antiquitus regibus, nec non etiam priuatis hominibus, exhiberi ſolita fuit. Magi tamen Diuinitatem latentem

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Num. 24. c. 17.

Secundo.

Tertio.

2. Paral. vlt. d. 22.

Quarto.

Stella Magis viſa quid deſignet.

Illuſtratio interior neceſſaria.

Sapien. 5. a. 6

Ioa. 16. c. 4 d 4

1. Cor. 12. d. 3

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tentem in rege nato, illuminatione Diuina adorandi verbo protestati sunt, nõ ignari fœlices eos futuros, qui talem regem sibi propitium haberẽt. Quod si hæc Diuinitatis persuasio non ipsos ad adorandũ permouisset, quorsum tam longũ tantisq; periculis plenũ iter arrepuissent? Multi iam pridem reges in Iudæa nati fuerant, vt lõgus genealogiæ Christi contextus testatur, nusquam tamen Persicos reges ad ipsos adorãdos venisse legimus, quia pares immò lõgè inferiores sibi eos arbitrabantur: at verò Persici isti reges diuino impulsu permoti, ad nouum Iudæorum regem adorandum, tanquam ad cælestem regem, cui omnia genua cęlestia, terrestria, & inferna meritò flecti debent, properant. Non ad Herodem regẽ magnum adorandum, licet sceptrũ regni tenebat, venerunt, sed ad paruulum puerum, regem Iudęorum iam iam natum venientes, dona & obsequia promptissima parãt, eaq; eius generis, vt Deum & hominem eisdem muneribus profiteantur. Postquam munera Deo digna, ipsius diuinitatem humanitatẽq; protestantia, ex suis asportarũt regionibus, vbi stellam viderant, manifestũ relinquimus ipsos, ante lumine fidei intus illustratos, qua & corde crederent ad iustitiam, & ore simul cũ donis oblatis, confessionem facerent ad salutem, quam certè intrepido corde fecerunt, dicẽtes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum. Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

Magno cum salutis nostræ prouentu diligens Magorum studium immitari nos oportet. Nato quidẽ Saluatore, Magi, qui longè disiti erant, ad Christum veniunt properantes, vt intelligas quanta tibi ex eorum profectione concedatur audacia accedẽdi ad Christum. Nam si peccata tua te ipsum à Deo tuo distantissimum fecerunt & alienissimum, at Saluatoris natiuitas sat tibi ad spem certissimam concipiẽdam esse debet, quòd si veneris certo certius admitteris. Immò culpa tua maxima est, si hæc locorum distantia tibi impedimento sit, quominus venire non audeas. Quid obsecro inuita iniquius esse poterit, quã vbi Deus ipse caro sit, quòd putida caro Deum fieri non velit? Venit enim de lõgè ipse Deus (nẽpè à summo cælo) vt homo fieret, tu etiã de longè, videlicet ab ipso inferno venis, & propera vt Deo cõiungare. At dices, fateor me in regione vmbræ mortis, in regione longinqua diu habitasse, & cum Magis in errore vexisse, & cũ Prodigo illo omnem substantiam dissipasse, sed quæ vnquam mihi stella apparuit cum Magis, aut quem impulsum vehementem cum prodigo sensi, vt relicta lõginqua peccati regione ad Christũ properarem? Quæ insania maior ista tibi euenire poterit? Si Christus est omnibus natus, iam nõ etiã tibi Deus stellam illam splendidam & matutinam produxit? Illuminat enim ipse omnem hominem venientem in mundum. Immò meritò suæ natiuitatis, huius lucis radijs fiũt copiosiores. Quod si hactenus non tibi apparuit, instantissimè ora vt appareat. Deus iustè postulatis non deerit. Vbi verò apparuerit, Hierosolymam, nempè ad Ecclesiam accelera, vbi Sacerdotes pietate insignes inuenies, qui in itinere viræ te instituere non cessabunt, donec ad Christum tibi natum deducant: cui magno cum gaudio te tuaq; omnia offeres. Adeamus & nos cum fiducia ad thronum gratiæ eius, &c.

EXPO-

EXPOSITIO.

1 AVDIENS *Autem Herodes Rex, &c.* Additum est Herodi hìc & in principio capituli nomen Regis, ad distinctionem huius Herodis, ab illo qui sub eodem nomine apud Iudęos præfuit Galilææ, sine Regis nomine. Meritò quidẽ turbatur Herodes, vehemẽter timens, ne ipse & filij sui regno noui istius Regis aduẽtu pellerẽtur. Cõscientia enim perculsus cum alienigena esset, timebat sibi maximum imminere periculũ, tum ex proprijs, quos sibi ob tyrãnidem quã in eos exercebat, habebat infensos, ob idq; suspicabatur eos cum periculo etiã vitę defectionem ab ipso facturos, & nouo Regi enunciato hilari animo obediẽtiã præstaturos, & ad arma capienda in eum fore promptissimos. Deinde non poterat nõ sibi persuasum habere, nihil à viris tantæ auctoritatis ac dignitatis, pariter atq; sciẽtiæ, temerè tentatum, nec eos tam procul in aliena patria, alienoque regno quæsituros, quòd nõ sua multum interesset. Ideò meritò suspicari poterat, hos Reges eò venisse, vt cum nouo Rege fœdus inirent, & simul coniunctis copijs, igne & ferro ipsum cum regno vastarent. Nõ ergo sine causa Herodes magno timore turbatur, timebat enim regni iacturam facere, vt potè alienigena, qui vi Iudæis imperaret, ac pessimè de ipsis fuisset meritus. Deniq; non ignorabat id temporis Iudæos Christum expectare, qui ipsos (vt olim Moses) esset liberaturus. Hinc non mirũ si timuerit, ne orta cõtra se seditione, regno pelleretur.

Quid Herodes timeret, & quanta sibi imminere mala suspicabatur.

TEXTVS.

3 AVdiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. 4. Et cõgregãs omnes principes Sacerdotũ & Scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. 5. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudę. Sic enim scriptum est per Prophetam. 6. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.

Hinc diuersum modum recipiẽdi Christum facilè colliges. Pij audito non modo sermone de Christo, sed illuminatione interna tacti, nihili magis in votis habent, quàm vt per varios casus, per variaq; discrimina rerum Christum quęrant, nec corpore aut animo quietem habeãt, donec ipsum inuenerint. Per noctes, nẽpè per varias tribulationes, sponsum quęrebat spõsa. Nec à custodibus ciuitatis percussa ab inquisitione cessabat. In lectulo meo (inquit) per noctes quæsiui quẽ diligit anima mea, &c. Per noctes, nempè nocturno tẽpore, nocturno enim tempore, sic nos gerere cũ Deo debemus, vt ipsum summè dilectum somniemus, cogitemus, precemur, iuxta illud Apostoli. 1. Ad Thessal. cap. 5. Siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum eo vitã tranquillam agere debemus, nã filij (in quã) lucis sumus. Igitur nõ dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus.

Diuersi diuersis modis Christum recipiunt.

Cant. 2. d. 2.

I Per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Per noctes (inquit Genebrardus) intelligi afflictiones, per lectum ſedem Eccleſiæ, per ciuitatem, vicos & plateas, loca illa in quibus fidelis Chriſti doctrina viget. Per cuſtodes crudeles & importunos. Paſtores cæcos & indoctos, aut etiam peſtilentes ingenio doctrina & moribus, quos falſos Prophetas Dominus vocat, intelligi, à quibus omnino cauere debemus, & ſanctos Magos imitari, qui in odorem Chriſti currentes: varijs ſeſe cõmiſſerunt periculis, & Herodem & cæteros
B Chriſtum non quęrentes, omiſſos faciunt, nec ceſſant donec Chriſtũ, quem tanto amoris feruore quærebant, inueniant. At mali audito ſermone de Chriſto ipſis nato, turbantur, & neſcio quid nõ machinantur vt ipſum extinguant Chriſtum. Nõ enim omnes eodem modo Chriſtũ accipiunt. Varia ſemper hominum de Chriſto fuit opinio, minimè enim omnibus amabilis apparuit. Sicut enim ſol ex ſe cũ amabilis ſit, oculis ægris odioſus eſt. Sic quoq;
C ſol ille mundi, videlicet Chriſtus,
Ioan. 8. b. 12. qui de ſe ipſo teſtatur: Ego ſum lux mundi, nõ omnibus amabilis fuit, non enim ob ſolis defectum, ſed ob animi ægritudinem quã in ſe habebant. Licet quidem ipſe Chriſtus propter peccatores venerat, ipſi tamen illum internecino odio proſequæbantur, dilixerunt enim tenebras magis quam lucem, erãt enim
Ioan. 3. c. 19. eorum mala opera. Omnis qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguãtur opera eius.
D Hinc eſt, quòd nec Herodes, nec Iudæi, Chriſtum venientem recuſaſſent, ſi opera eorũ ipſos non arguiſſent. Vnde Iſaias Chriſtũ vocat lapidem offenſionis, eo quòd Symeone teſtante, poſitus ſit in ruinam &
Isa 8. c. 14. in reſurrectionem multorum & in ſignum cui contradicetur. Primus, qui huic cæleſti ſigno contradixit,
Luc c. 34. Herodes fuit, qui ſuis nequitiæ teliſeum deijcere niſſus fuit, cui comitantur omnes, qui veritati manifeſtatæ reſiſtunt, eamq; extinguere conantur.

Conſiderare quoq; oportet cauſam, quam habuit Herodes, vt ex Chriſti aduentu tantopere turbaretur. Ea certè ſola ambitio ac regnãdi cupiditas fuit, quæ tanquã peſtis mortifera reſpublicas inficere & labefactare ſolet. Hæc & Caim induxit, vt Abel fratrẽ ſuum occideret,
B Hæc Core, Dathan, & Abirõ, &c. cõmouit vt aduerſus Moſen murmurarent. Hæc vt Abſalon patrem ſuum Dauidem perſequęretur effecit. Hæc vt Athalia ſeptuaginta filios gladio interficeret adexit, quò ipſa ſola regnaret. Hæc Pilatum induxit vt Chriſtũ crucifixeret. Hãc fugiamus oportet, ſi Chriſtum regẽ inuenire exoptamus, immoderata enim cupido innumerabiliũ penè malorũ lerna exiſtit. Quid enim vniuerſum genus hominũ magis, quam quorundam temeritas & am
C bitio peſſumdedit? Alexander Macedo dum ſolus mundi imperiũ ambiuit, mundum penè à ſedibus imiſ euertit. Iulius Cęſar qui ab adoleſcentia ſua imperium populi Romani occupare moliebatur, in varijs, quæ geſſit pręlijs, innumerabilium penè hominum ſe cæde cruentauit. Impijſſimus hic Rex Herodes in audita immanitate, pueros omnes qui erant nõ modo in Bethleem ſed in omnibus quoq; finibus eius, à bi
D matu & infra, incredibili regnandi cupidine percitus interemit. Vides ergo quanta mala furens ambitio pariat, vt ex prole matrẽ, & ex fructibus arborem agnoſcas?

Et omnis Hieroſolyma cum illo. Mirũ eſt Hieroſolymitanos turbatos aduentu eius, quem tanto affectu tantiſq; votis & ſuſpirijs, iam pridem exoptarunt, & qui gaudere potius quam

Hieroſolyma quare turbabatur ex bono ei exhibito.

A quàm turbari debebãt, in turbatione maxima ſunt, ex beneficio omniũ maximo à Deo ipſis exhibito, & à Magis promulgato. At ſano modo hæc turbatio intelligẽda eſt. Non enim omnes qui Hieroſolymã incolebant, ex timore turbabãtur, non quidem Symeon iuſtus, nõ Anna prophetiſſa, nõ omnes qui expectabãt redemptionẽ Iſraël, timore perculſi turbabãtur, ſed potius intimo corde gaudebant. Hinc eſt,

Non turbati ſunt Hieroſolymitani omnes ex Chriſti aduentu.

B quòd licet Euangeliſta vniuerſam ciuitatem nobis turbatam oſtẽdat, non tamẽ eadem turbatione omnes quatiebantur, aliter enim ac aliter turbati ſunt, iuſtorum enim turbatio, alterius generis fuit quam malorum. Iuſti turbabãtur ex gaudio intimo, quem cõceperant, eo quòd digni habiti ſunt, ſalutare Dei proprijs iam oculis cõſpicere. Mali verò turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, omnis ſapientia eorũ deuorata eſt Herodi ac Principibus, qui
C regni gubernacula tenebant, cõpetit id quod Moſes in ſuo cantico ait: Tũc cõturbati ſunt principes Edõ, robuſtos Moab obtinuit tremor, &c. Item: Quoniam ecce Reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnũ, ipſi vidẽtes admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos: ibi dolores vt parturientis in ſpiritu vehementi conterens naues Tharſis. Proinde cum audis omnem Hieroſolymorum ciuitatẽ turbari, hiperbolicam locutionem accipe, nempè pro maiori
D parte ciuium Hieroſolymitanorũ. Nam cum omnes gaudere potius deberẽt, ea tamen fuit carnalis eorum cæcitas, vt multi eorũ partim timore Romanorũ, ne fortè opprimerẽtur huius noui Regis occaſione, partim quòd applauderent Herodi, ci ;; amici eſſent, ſimili turbatione turbabantur qua Herodes. Huic ſenſui magis conuenire vide-

Exo. 15. b. 15.

Pſa 46 b. 10

Hiperbolica locutio.

Amici Herodis ſimiliter turbantur.

tur, id quod ab Euãgeliſta additum A
eſt. *Cum illo*, quaſi velet ſignificare, ſimilem ciuium meſſe per turbationẽ, vt Herodi applauderent, qui amici tamen eius ſimulabant: iam non tanti faciebant Regem tamdiu expectatum, quàm Herodem quem præſentem habebant. Simile quiddam filijs Iſraël contigiſſe legimus, qui cũ ſumma olim contentione à Samuele Regem flagitaſſent, vbi tamen Regem cælitus deſignatum viderunt, eumq; elegantis formę, atq; corporis proceritate regiam maieſtatem
B præſeferentem haberent, eundem multi eorum qui Regem antea flagitauerunt, contempſerũt, nec ei munera pro more obtulerũt, quin potius exprobantes dixerunt: Nũ ſaluare nos poterit iſte? Vox filiorum Belial eſt iſta. Sic quoq; Iudæi erga ſuum nouiſſimum Regem ſe habuerunt, nam quem antè ardentiſsimis võtis exoptarunt & poſtularũt, præſentem iam contempſerunt. Quod quidem aqua illa è Bethlemitica ci-
C ſterna hauſta deſignat, quam cũ Dauid ſitienter expetiſſet, poſteà tamẽ trium fortiſſimorum virorum periculo, per medias hoſtium acies irrũpentes, allatam, bibere noluit, ſed in terram effudit. Ad hunc modum Iudæi Bethlemiticum infantẽ fontem omnium bonorum perennem, quem tantopere deſyderarunt, cum præſentem cernerẽt, obcæcatis animis repudiarunt. Hac turbatione oſtenditur quanta mala pariat Regis iniqui gubernatio. Secundũ iu-
D dicem populi (ait Salomõ) ita & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis tales & inhabitantes in ea. Itẽ, Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. Tyranno imprimis adulantur. Deinde bonum vltro oblatum à Deo, impudenti animo reijciunt, & Herodianam tyrannidem vna cũ infidelitate induunt, ipſis enim humana

1. Reg. 10. d. 27.

2. Reg. 23. b. 15.

Regis iniqui gubernatio grauiſsimum malum.

Eccle. 10. d. 2

Prouer. 29. b. 12.

A mana potentia plus incussit terroris, quàm potuit apud eos Diuina promissio adferre consolationis.

Scribæ & Pharisæi turbabãtur, quia ipsis iudicium imminere sciebant.

Turbabantur cum Herode Rege Scribę & Pharisæi, penes quos totius Hierosolymitanæ ciuitatis gubernatio residebat, quia sibi mali conscí erant, & benè de hoc nouo Rege iudicantes, sciebant æquissimũ in eos venisse iam iudicem, qui contẽpta externæ iustitiæ larua, aduersus eos, sese ipsum iustitia erat præcincturus, de eo enim prædictũ sciebant. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctoriũ renuum eius, Non secundum visionem oculorum iudicauit, &c. Et quia Scribæ & Pharisæi in senatu suo, vniuersam ciuitatẽ referebant, ideò Euangelista ait: *Et omnis Hierosolyma cum illo.* Ipsis enim turbatis, vniuersa ciuitas turbabatur ex istis, qui Herodi applaudebant. Hæresis illa Herodianorum prodijt, vt Genebrardus notat in suo Chronicon lib. 2. fol. 209. Qui Herodem Christum in lege promissum esse dicebant, & posteris eius regni Iudaici, perpetuitatem pollicebantur. Tertullianus de præscrip. Epiphanius in Panario. Hieronymus in Matth. Verùm in lib. Baal Arue. Hæc hæresis alijs tribuitur. Dicit enim sic Herodes Rex adduxit Græcos ex deserto, & educauit eos in loco culto, & fecerunt sectam, vocatiq; sunt de nomine ipsius Herodisiotę, insinuat eos de gente Hebræorum non esse, sed ex Græcis. Fortasis sunt illi, quos Iustinus cum Typhone vocat Græcanicos.

Isai. 11. d. 5.

Genebrar. in suo Chronic. lib. 2. fo. 209

Tertullia. de præscrip. Epiphan. in Panario. Hieron. in Matth. Lin. Baal Arue.

Iustinus cum Typhone.

4 *Et congregans omnes principes Sacerdotum & Scribas populi, &c.* Principes Sacerdotum qui ad hanc primã de Christo factam Synodum, congregati sunt, ii forsam fuere, qui Principes illarum. 24. familiarum Sacerdotalium legitimè successores fuerũt eorum, quos Dauid elegerat, vt principes Sanctuarij, & principes Domus Dei essent, de quibus legitur: Diuisit autẽ eis Dauid, hoc est, filijs Eleazar principes per familias sedecim, & filijs Ithamar per familias & domos suas octo. Hic ordo in officijs exercẽdis à Dauid cõstitutus & filijs Aaron traditus, nec dũ perierat, constat enim Zachariam Sacerdotem Ioannis Baptistæ patrem, de vice Abię esse, hoc est, de familia ipsius, Tãta erat Sacerdotum multitudo eo tempore ad quotidianum ministerium, vt inter se cõfunderentur, & vt hanc confusionem euitaret Dauid, & ordinate omnia in domo Dei, sicuti maximè decet, fierent omnes Sacerdotes in. 24. familias redegit. Constituitq; vt vicissim familiæ, vnà deseruirent hebdomada. Singulis enim Sabbatis noui Sacerdotes ad ministerium accedere tenebantur, vt manifestè ostenditur in. 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 23. Crediderim, saluo semper meliori iudicio, Principes illarum viginti quatuor familiarum ad hanc cõgregationem vocatos: nam nõ dixisset Euãgelista de vno aut altero Sacerdote: *Et congregans omnes principes Sacerdotum.* Vbi etiam est aduertendũ, quòd summus Sacerdos, seu omniũ Sacerdotum princeps, vnus tantum apud Iudæos esse debebat. At verò Herodis auaritia effecit vt sacerdotium, Eusebio teste, & venale esset, & inter duos diuideretur. Itaq; sub Herode cœpit Pontificatus esse venalis, etiam si iam duo essent summi Sacerdotes non de illis dixisse omnes, sed de viginti quatuor principibus familiarum Sacerdotum.

Prima Synodus facta de Christo.

Vbi etiam est aduertendũ, quòd ad Herodis vsq; tempus semper in tribu Iuda collegiũ Sanhedrin permansit, quod sanè consilium erat Regiorum consiliariorum, penes quos erat totius regni auctoritas à Deo instituta. Herodes autem videns

Herodes quo tempore Sanhedrin interfecit.

A dens hoc collegium suis regnandi cupiditatibus esse omninò contrarium, circa trigesimũ annum à quo regnum iniquè ocupauit, per maximam vim & tyrannidem illud planè sustulit, eosq; omnes vno tãtum relicto interfecit, & alios ex proselytis legis peritos substituit, quo Iudæa consilio destituta, maiori cum poteſtate ab ipso possideretur, ac mox posteà Iudæi grauissima tyrannide fessi, quã sub eius imperio eatenus exercuit, eum licet inuiti in legitimum suum Regem susceperunt, & iuramentum fidelitatis ipsi posteriśq, ipsius præstiterunt. His ergo tẽporibus natus est Christus, qui primo anno quo Herodem iurarunt, Philone teste, natus est. Cum iam Iudęa collegium Sanhedrin nõ haberet, vt multi cẽsent, & cum negotium hoc grauissimum magno indigeret cõsilio, congregat Herodes omnes principes Sacerdotũ & Scribas populi, quos ex illis proselytis legis peritos esse certũ est. Fieri etiam potuit, vt cum principibus Sacerdotum conuocarẽtur, etiam Annas & Cayphas, seu illi qui tũc temporis summi Sacerdotes erant, & principes Sacerdotum, à D. Luca appellantur. Dicere autem hos duos Sacerdotũ principes solos ad concilium vocatos, non multũ confert ad dignitatem negotij tractandi, ideò cum res tanta, grauissimo multorum indigeret consilio, asserere nõ veremur, cum illis summis Sacerdotibus, principes quoq; viginti quatuor familiarum Sacerdotalium, qui tũc erant, vnà conuenisse. Huius sententiæ est Abulensis in Matth. qua de re longam quæstionem texit.

B

Philone & Thalmud.

Qui fuerint Sacerdotum Principes quos Herodes congregauit.

C

D

Abulens. in Matth.

Scribæ in sacris literis in duplici sunt differẽtia.

Et Scribæ populi. Scribæ in sacris literis induplici sunt differẽtia, si rectè cõsiderare volumus. Quidam enim dicuntur Scribæ, non quòd simpliciter scriberent, aut publici tabelliones essent, sed erat genus quodam hominũ, quos Hebræi hoc nomine compellabant, quorũ professio erat Prophetarũ libros euoluere, & ex ipsis dubia proposita responsa prębere. Quemadmodum enim apud Romanos Aruspices erant, qui ex libris Sybilinis respõsa populo dabant, ob quam scientiã in magno pretio habebantur, ita quoque apud Hebræos interpretes Diuinarum scripturarum Scribę appellabãtur. Hinc est, quod eos, quos Matthæus & Marcus Scribas vocant. D. Lucas legis peritos appellat. Hebraicè enim Sepharim dicebantur, quo nomine sunt appellati, non à scribẽdo, sed à Sepher, quod est liber, ita vt sint Sepharim, quasi librarij, ab euoluẽdis enarrãdisq; libris sacris. Talis fuit Esdras, de quo legitur: Et ipse Scriba velox in lege Moysi. Hoc est, librarius seu literatus dexter in interpretanda lege Moysi. Aut dicti sunt Sepharim, à verbo Saphar, quod est euoluere, narrare, & nunciare, quasi illorum officiũ esset, scripturas populo annuntiare & exponere. Quidam etiã dicuntur scribę, quos Græci, *Gramateis* appellant, quod nomen significat Scribam publicum & Cancellarium, cuius officium erat publica scripta atque decreta seruare, eademq; si poscerentur lectitare. Sic & Saraias dicitur Scriba Regis Dauid: & Sobna Scriba Regis Ezechiæ. Ex vtroq; Scribarum genere forsam ad hanc Synodum cõuenere, vel saltim Scribę in lege doctissimi, qui ex Prophetarum oraculis quęsiti ab Herode, satisfacere ei abũ de possent. Quibus omnibus ab Herode Rege fuit quæstio grauissima proposita: *Vbi Christus nasceretur*, non rogat Herodes, An Christus sit natus, hanc enim quæstionem iam manifestam sibi fecerant Magi, assimãtes Regem Iudęorum esse iam natũ.

Aruspices qui erant.

Sephãrim qui dicebantur.

1. Esdr. c. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herodes agnoscit Regem illum esse natum.

A Nec poterat Herodes suspicari, viros tantæ auctoritatis & sapientiæ, tam longũ iter arripuisse, tot laboribus periculis atq; expensis obnoxium, nisi certiores iam facti fuissent natiuitatis tanti Regis. Proinde Magorum testimonium de Christo iam nato, tantæ efficatiæ ac virtutis apud Herodem fuit, vt de hac noui Regis natiuitate haud minus dubitauerit, quàm ipsi Magi. Ideò id ipsum, quod Magi dubitabant, nẽpè, *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.*

Herodis dubitatio, non de Christo iã nato, sed de loco fuit.

B Herodes licet dissimili affectu inquirit, & scisciatur, vbi Christus nasceretur. Nec dixit, vbi Christus natus fuisset, nam ipsi respõdere verè potuissent, se nescire, sed rogat. Vbi nasci deberet, secundum oracula Propheratum. Hoc enim est, *Vbi Christus nasceretur.* Hoc scisciabatur, id est, frequẽter nunc ab vno nunc ab alio quærebat, & tandem Synodum cogit.

Mecum iam mysteria, quæ ad Dei gloriam, ex hac Synodi congregatione reuellãtur, pie Lector cõsidera, Herodes Magorum testimonio fidẽ adhibuit, quæ tàm potens fuit, vt huius pueri metu, etiam si potentia cunctos Iudæos superaret, vehemẽter turbatus fuerit, quam turbationem vtiq; non habuisset, nisi fides nati pueri cor ipsius vehementi impulsu concussisset. Effecit etiã fides in illo, vt sua turbatione totam Hierosolymam quoq; turbaret, & vndiq; sapiẽtes Sacerdotes, & Scribas ad concilium conuocaret, & locum natiuitatis noui Regis inquireret. Vides quam fœliciter fides processerat in Herodem, nam postquã iam intellectum à Magis illustratũ habuisset, magis magisq; per diuina oracula illuminari exoptabat. At affectus bonus, & à Deo illuminatus, ipsi omninò defecerat: nam praua intentione in perniciem Christi cuncta faciebat. Vnde facilè accipies, parum aut nihil potius, ad salutem conducere, intellectũ illuminatum habere, nisi & affectum quoq; inflãmatũ habeas. Si linguis hominum loquar (ait Paulus) & Angelorum, charitatem autem non habeã factus sum velut æs sonans aut cymbalũ tiniens: non enim prodest multa scire, nisi quę rectè scimus, opere exequamur. Seruus enim sciens voluntatẽ Domini sui, & non faciens plagis vapulabit multis. Non quidẽ in sermone est regnũ Dei, sed in virtute. Nec omnis qui dicit: Domine Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis est. Immò vbi affectus non est inflãmatus, scientia maioris cęcitatis occasio est. Exemplũ iã hîc in Herode ac in vniuersa hac Iudæorum Synodo, qui Christũ natum sciebant, & alios de loco natiuitatis vbi inueniẽdus esset instituebant, ipsi verò nihil minus cogitabãt, quàm Christũ quærere ad adorandum. Iam vides in Magis & in Iudæis diuinæ iustitiæ abyssum stupẽdũ, nam in ipsis incunabulis incipit paruus puer iudicium & iustitiã facere, ad hoc enim se veniſſe testatur. Ego (inquit) in iudiciũ veni in hunc mundum, vt qui non vident videãt, & qui vidẽt cæci fiant. Mira res! Tenebræ quidem erant super faciem vniuersę terrę. Et vt Isaias testatur, tenebræ operiebant terram & caligo populos, nempè Gentilium, qui omnes cęci vocabantur & erant, Iudæa verò lumine illustrata, excæcata manſit. Super te (inquit) orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Sed à quibus? non certè à Iudæis, sed à gentibus. Ambulabunt gentes (inquit) in lumine tuo, & Reges nempè Magi in splendore ortus tui. Postquã enim ortus est ille sol, qui illuminat omnes gentes, ipsi Iudæi (proh dolor) miserè excæcati sunt. Excæcauit eos malitia ipsorũ, adeò

C *Herodes testimonio Magorum, credidit.*

Fœliciter fides in Herode processerat.

D

Herodes intellectum illustratum habebat affectum verò prauum.

A adeò vt præsentẽ lucẽ illã verã, quã omnes scripturæ ostẽdunt, ipsi videre illã nõ possint. Quod gẽtes nosq; vnà cũ illis videamus, bonitatis diuinæ est, q; ipsi excæcati permaneant, scueritatis eiusdẽ est. Cauere igitur oportet, ne in id ipsum incredulitatis exẽplũ incidamus. Et ex cõsequẽti in grauiorẽ pœnã corruemus, nã si naturalibus ramis non pepercit Deus, quanto minus nobis parcet? nobis (inquã) qui illũ nõ carne velatũ, sed toto orbi miraculis & prodigijs manifestatũ agnouimus? Tunc lapis paruus Christus erat, excisus de mõte sine manibus, iã verò mons factus est magnus, vniuersam terrã implẽs. Si impingẽtes in lapidẽ paruulũ obtenebrati sunt, quanto amplius qui in montẽ magnum impingẽt, grauiori cæcitate puniẽtur? Iudæi lapidẽ humilẽ non videtes impegerunt, & miserè ceciderunt, quid spei erit ei, qui non iã lapidẽ sed mõtis magni ruinam super se cadentẽ nõ videt? Grauius itaq; nobis iudicium præsto est, quã ipsis Iudæis, si Christum nõ agnoscimus, & quærimus, & adorantes ob temperamus.

Iap. 2. d. 22.

Hebr. 4.

Rom. 11.

B

Dan. 2.

Herodes prudens fuit concilium cõgregando.

C

Deinde in Herode cõsideranda est prudentia, qua vsus est in re tanta, si prudẽtia perfecta dici potest, quę sine charitate est, non enim præcipiti consilio proprio, vti voluit, in veritate inquirenda, quanuis turbati animi ingeniũ esse soleat omnia cõfundere, & susq; & æque curare, quæ recta sunt recto ordine facere. At Herodes perfectæ prudẽtiæ indicia ostendens, noluit suo iudicio rẽ hanc grauissimam definire, sed coacto consilio omniũ Principum Sacerdotũ & Scribarum, ad quos potius pertinebat de rebus diuinis iudicium ferre, ipsorum sententiæ ac definitioni parere decreuit. Intellexerat, licet turbatus, id quod Salomon dixerat: In multitudine sapientum sanitas orbis terrarũ. Nam vt optimè D. Thomas docet, ad scientiam alicuius rei certitudinẽ tria requiruntur. Creditur enim multitudini, auctoritati, & literatis. Auctoritas & doctrina in Pontificibus & Scribis copiosa fuit, & cum omnes simul congregati legitimè fuerint, multitudo non deerat. Ab Herode discant iam hæretici multa, quę Catholica nunc & semper seruauit Ecclesia, nẽpè grauissimas in primis difficilesq; quæstiones ad œcumenica referri deberi cõsilia, sic Herodes fecit concilium grauissimorum congregando. Discant quoq; hęretici, quantum Sacerdotum dignitas (etiam si mali sint) ad fidei veritatem inquirendam valeat. Postquam Deus illos suæ veritatis assertores fecit: Labia (inquit Dominus per Malachiam) Sacerdotis custodium scientiam & legẽ requirẽt ex ore eius. Herodes hanc Dei legẽ ne præteriret, Principes Sacerdotum congregat cum Scribis. Non enim ab aulæ suæ ministris, nõ ab aliquibus de cõmuni plebe, veritatem rei inquirit. Pudeant iam hæretici ministros instituere absq; vlla auctoritate, sartores, cerdones, coriarios, panicidas, homines tandem idiotas ex infima plebis fœcę: quibus omnem, docendi populũ Euangelicam legem, facultatem tribuunt, atq; ipsi blateriones, si contra Pontifices, si contra omnem Ecclesiasticum ordinem, si cõtra vniuersa Ecclesiæ sanctissima Sacramẽta, si cõtra vniuersa Sanctorũ merita, si contra sacrosancta Cõcilia & Ecclesię traditiones, si contra omnem religionem & pietatem ex ambone impudentissimè debacchati fuerint, tunc tandem munus suũ probe eos functos fuisse mirabiliter gloriantur, & ab hæreticis audientibus miris encomijs applauduntur. Hinc est, q; Roboam maximã regni partẽ amisit, quod iuniorũ consilia secutus, seniorũ

Thomas in Matth.

Tria requirũtur ad certitudinem faciendam de re grauj.

A Sacerdote veritas requirenda.

Malach. 2.

Quales ministros & concionatores hæretici instituant ad docẽdum populũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A monita sprevit. Contrariũ omninò fecit Herodes, qui à viris & dignitate & auctoritate, cũ scientia coniuncta, veritatẽ legis Diuinæ inquirit.

Herodes instituit Reges & docet quanto studio teneantur in sana doctrina populum instituere.

Item ab Herode nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis orbẽ cõsyderãtes, quãto studio Rex iste Magos, se ipsum, & vniuersum populũ, instituere in veritate (nec dũ cognita) nitebatur: cõciliũ enim grauissimũ congregari summa diligẽtia curat, ad veritatẽ, quã omnes tenẽtur scire, declarãdam. Propriũ sanè regũ est, populum à Deo sibi cõmissum, in sana ac vera doctrina cõtinere & gubernare, atq; nihil potius ipsis esse debet, quã Dei negotia diuinũq; regnũ promouere, & in religione ac pietate amplificare. Et in hoc sanctissimo studio, si pij Reges intenti sint, omnes certè eius subditi, eiusdẽ pietatis studio, quãtũ in eis fuerit, adiutrices manus, si vndiq; ex vniuerso Regno colligi potest, sub grauissimi peccati pœna præstare tenẽtur: nã qui vitã exponere pro fide tutãda lege diuina fũt astricti, longè maiori ratione temporalia exponere bona pro fide, pro Republica, omninò tenentur, adeò verũ est hoc, vt religionis & fidei Ecclesiæ Catholicæ Romanæ obseruãdæ gratia, quæ supra omnia habẽda est, quicquid pecuniarũ in expeditione belli sucepti, pro fide hac tutãda largiri omnia tenentur, & in hac pietate tandiu perseuerare, quandiu hæretici aduersus Catholica Regna, hæretica sua venena

D. Thom. in tract. ad Ducisam Brabã.

B

D spargere non cessant. Nec ergo Catholica Regna ab hæreticis inficiãtur: Reges Catholici vnà cum suorum Regnorum subditis, igne atq; ferro, nulli parcentes expẽsis, hæreticorum impetus vastare tenentur. Hæc ex mẽte D. Thomæ & omniũ Theologorũ sunt. Proindè nec audienda est illa Numæ Pompilij sentẽtia, nuper ab impio Machabællo in lucem reuocata, qui Atheos cum sit, Atheon potius quã Christianũ Principem formare non veretur, mendaciter affirmans, nõ alia prorsus ratione religionẽ inductã fuisse, quàm vt populus timore contineretur. Vnde colligit, Principẽ vbi occasio tulerit, se religionis vinculo absoluere posse, & nouam profiteri Deus bone, horreo certè audire ea, quæ tã impudẽter his exulceratissimis tẽporibus, à perditissimis hominibus inter Christianissimos, quondã efutire non verentur. Hic pernicios⁹us Atheos, nihil Principes ob oculos versari volebat, quã suã, non Dei causam, nec regni vtilitatẽ. Vides qualẽ Principẽ Machiabællus format, qui maioris faciat proprij sceptri dignitatem, quã ipsius Dei. Quam doctrinã vtinã non iam multi ex germanis Principibus his temporibus secuti fuissent. Nũ quã Oraniæ, seu Auriacus Princeps tantã militũ copiã in inferiori germania aduersus Catholicũ Regem Philippum collegisset, nisi ad aurã insipientis populi religionẽ mutasset, idq; fecit non vt Dei, sed vt propriam causam promoueret. Diuersa omninò à Machabællo Lactrãij Firmiani sententia est, qui summũ hominis bonũ in sola religione vera cõsistere multis grauissimisq; rationibus probat, & ij qui ab omni metu sese liberare studẽt, facilè religionẽ contemnere docet. Hæc eius verba sunt. Qui ergo philosophi volũt animos omni metu liberare, tollunt etiã religionẽ, & orbant hominẽ suo proprio ac singulari bono, quod est à recte viuẽdo, atq; ab omni humanitate disiunctum: quia vt Deus cuncta viuẽtia subiecit homini, sic ipsum hominẽ sibi. Nam quid est, cur ijdẽ ipsi disputent, eo dirigẽdã esse mẽtẽ, quò vultus erectus est? Si enim nobis cælũ spectãdũ est, ad nihil vtiq; aliud, quã ob religionẽ.

Si

Machabæus libro de falsa philosophia.

Lactan. de falsa sapientia.

A Si religio collitur, nulla nobis ratio cũ cælo est. Machabællus hic verus Satanæ minister sua noua philosophia, quid aliud in orbe efficere tentauit, quã verã religionẽ à suo antiquo statu, nẽpè à Christo, firma perpetuitate institutã, lequissimo vento mouere, & ad populi nutũ, Reges, qui veræ religionis tutores, à Deo instituti sũt, verã religionẽ in falsam cõmutare. Amplissimus hìc nobis locus de vera religione, & de officio veri principis tractãdi, sese nobis offert, sed ne ab instituto legitimi expositoris discedamus, ijs super sedẽ dũ cẽseo, vt ad Herodis officiũ reuertamur. Licet Herodes non Dei causam promouere cupiebat, rectè tamẽ in inquisitione veritatis, ad suã suiq; populi vtilitatẽ, necnon & ad Magorũ desyderium processit. Id q facere omninò tenẽtur Reges, quãdo in rebus grauissimis ad religionẽ maximè cõcernentibus, difficultas sub orta fuerit, tũc dubia ad concilia sapientiũ referenda sunt, vt inde veritas cũctis innotescat. Concilij autẽ auctoritatẽ nõ habet, sine principe Sacerdotũ, & sine Scribis; hoc est Põtifice, seu eius legatis, & viris doctrina, ac prudentia præstãtibus, sine quibus cõsultatio fieri nõ debet. Hi omnes, nẽpè Episcopi Sacerdotũ principes, & Scribæ, id est, Doctores, cõcilij mẽbra, unt, absq; ipsis sanè legitimũ conciliũ fieri nõ potest. Definitio verò cõcilij nõ ad Reges, aut ad plebẽ, sed ad Summũ Pontificẽ, diligẽti rei examinatione facta, pertinere certissimũ est. Hoc est, q Vincentius Lyrinẽsis in suo aureo libello contra hæreses manifestè ostẽdit. Irinæus quoq; & Tertullianus asserũt, quòd si quid ambiguum resoluẽdũ erat, cõsulebãtur olim matrices Ecclesiæ, qualis est & fuit Romana: vtiq; ad instar antiquæ Hierosolymæ, cuius synagoga cæteris prælata erat. Sic nunc Herodes

Quid Reges teneantur facere in rebus grauioribus Regni.

Concilium generale, cuius auctoritate cogendum sit, & qui sint cõcilij mẽbra.

Vincentius Lyrin.

Irinæus li. 3. c. 3. cont. hær.

Tertul. lib de præscriptionibus contra hæreti.

ad synagogã principum Sacerdotũ & Scribarum huius negotium rectores, quid Ecclesiæ pastores facere teneantur docet.

¶ *At illi dixerunt ei, in Bethleem Iudæ. Sic enim scriptũ est per Prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda &c.*

¶ *At illi dixerunt &c.* Licet Sacerdotũ principes atq; Scribæ depraua tã erga Christũ mentẽ habuerint, prauè de eo multa interpretãtes, sua tamẽ fideliter hac in parte, Deo sic ordinãte, fungebãtur officio, veritatẽ ipsam declarando; id quod proprij muneris Sacerdotũ ac Scribarũ est. Vnde Sapiẽs ait: In multitudine sapientiũ sanitas orbis terrarũ. Veritas sanè silẽtio inuolui non debet, sed fideliter cũctis, quanuis inuitè accipiatur, explicanda est. Videbãt enim Principes, Sacerdotũ ac Scribæ, Herodẽ alienigenã esse ac impiũ Regẽ, cui fidei mysteriũ & Prophetarũ oracula ex parte eclare poterãt, cũ suspicarẽtur, veritatis antidotũ in venenũ odij & liuoris ab eo cõuertendũ. Viderantq; ipsum turbarũ & vniuersam cũ illo Hierosolymã, ne omnia maximis adhuc etiã perturbationibus fœuerẽt, potẽrãt quidẽ (sed malè) vt Principis, & populi animos sedarẽt, veritatẽ vel silentio inuoluere, vel paliare, vel certè longũ tẽporis spatiũ ad omnium grauis imã quæstionũ hanc per sacram scripturã discutiendã arq; diffinièdã postulare. Verũ nihil minus ipsi fecerũt, sed proposita quæstione à Rege, confestim, *Dixerunt &c.* Discãt jam veritatis interpretes fidele ministeriũ, quod erga Principes & vniuersum populũ exhibere tenẽtur, fideliter præstare, dũ ex ore eorũ veritas inquiritur. Licet enim ante Regẽ infidelem impiũ atq; tyrannũ, steterint Sacerdotum principes, fidei tamen veritatẽ quam profitebantur & credebant, paliare noluerunt, sed candide ac sincere, &

Sacerdotium munus est veritatem declarare.

Sap. 6.

Principibus veritas nõ est celanda.

I 5 constan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A constanti animo eam testificare voluerunt piaculum omnium grauissimum esse putabant secus facere, ergo in re fidei, statim in fracto animo veritas ante Principum & populorum præsentiam, profitenda est.

Scribæ & Pharisæi in duobus peccarunt.

6 *Et tu Bethleem terra Iuda.* Licèt principes Sacerdotũ & Scribæ probe munere & officio suo functi fuerint, veritatem in sacris literis contentã explicando. Duplici tamẽ nomine, à Doctoribus sacris culpantur. Primò, D. Hieron. maximè eos omnes arguit negligẽtiæ, ob locum Michææ Prophetæ ab ipsis citatum,

D. Hieron. in c. 6. Michæe.

B eo quòd minus cũ ipsius Prophetæ verbis conueniat. Nõ enim solũ est in verbis diuersitas, sed etiã contrarietas videtur esse manifesta. Hîc quippè dicitur: Bethleẽ ne quaquã minima in principibus Iuda. In Michæa verò, interprete D. Hieronymo, dicitur: Et tu Bethleẽ Ephrata, id est, quæ antea Ephrata vocabaris, parvulus es in millibus Iuda. Ideò teste

Mich. c. 5.

Genes. 35.

C Hieronymo D. Euangelista Matth. Michææ testimoniũ eisdẽm verbis, quibus ab ipsis principibus Sacerdotũ & Scribis citatum fuerat, scripsit, quò magis eorum obscitantiã & negligentiã erga diuinæ scripturæ lectionem argueret. Verùm si rem atentius consideremus, vt multorum sententia fert, non sunt tantopere principes Sacerdotũ & Scribæ culpandi, cum tam ipsi quàm D. Matthæus ita adduxere testimoniũ,

D quo modo tũc legebatur in æditione Syriaca, quæ tunc temporis, magis quàm Hebraica passim vrebantur omnes. Possumus quoq; nõ incomodè dicere, tũ Principes Sacerdotum & Scribæ, quàm Sacer Euãgelista, non tam ipsa verba Prophetæ, quàm proprium sensum reddere voluisse: nam vtrumq; is profectò eũdem sensum habet. Si verba illa, Parvulus es, per interrogationem proferamus, qua negatio includitur. Idem enim est dicere, Parum est vt

A sis inter principes Iudææ? quemadmodũ Septuaginta interpretes verterunt, & dicere, ac si rei põsum daret. Sicut Matthæus ait: Nequaquã minima est inter principes Iudææ, & ne in re ã multis plus æquo discussa ac vẽtilata, sermonẽ protrahamus, germanũ huius prophetiæ sensum, secũdũ Euthym. adferamus. Perinde enim est, ac si dixisset: Tu Bethleẽ & si minima, vilis, & contempta habearis, reliquis Iudææ ciuitatibus cõparata, ne quaquã tamen verè minima es inter principes vrbes Iudææ. Nam quemadmodũ olim ex te mihi prodijt in typo Dauid, vt totius Israël esset Pastor & Rex. Ita rursum ex te, mihi proditurus est, & alter Dauid, qui nõ more Regũ sequẽtiũ Dauid, & Salomonẽ, tãtũ præsit tribui Iudææ, sed regat & pascat vniuersum populũ meũ Israël, hoc est, vniuersos ex omnibus gẽtibus collectos, quorũ primitiæ & typus fuerũt tũc duodecim tribus Israël,

Euthym. in Matth.

B

C nũc verò Magi tanquã totius gentilitatis primitias sese offerũt Deo.

Secũdo, is, qui sub nomine Chrysostomi, autor est secundi cõmentarij super Matthæum. Principes Sacerdotũ & Scribas arguit negligentiæ, seu potius malitiæ, eo quòd in prophetiæ testimonio ab ipsis citato, data opera omiserint prophetiæ partẽ: nempè, Et egressus eius à diebus æternitatis. Quàm si Herodi declarassent, facilè eundem forsam potuissent, ab impia sua cogitatione extinguẽdi Messiã, reuocasse. Verũ à culpa hac facilè eos purgari posse manifestũ est: nã illa verba quibus Messiæ æternitatẽ ostẽdunt, proposita quæstioni parũ tunc temporis inseruire videbãtur: nã quæstio non de Messiæ diuinitate, sed de natiuitatis loco proposita fuerat. Et illa omnia, quæ circa vtrãq; naturã diuinã & humanam intelligenda erant, ex

Principes arrogãtiæ Scribæ gunatur Chrysost. malitiæ.

prophetia

A prophetia per ipsos citata, benè perspecta, facilè colligere poterãt. Sic enim dixerunt: *Et tu Bethleem terra Iuda, &c.* Hanc sanè prophetiam, iuxta vetustorum Talmudistarum glossas, Principes Sacerdotum & Scribæ intelligentes, explicuerunt. Sic enim antiquissimi ipsiorũ Rabbini interpretati sunt: Et tu Bethleem Ephrata, & si in milibus Iuda minima sis, quia tamen primus Rex Iudæ, id est Dauid, ex te ortus est, Messias etiam qui vltimus erit, ex te mihi egredietur. Et rectè (inquit) egredietur mihi, vt ipsum ex humano femine generari non debere, ostenderet. In hoc etiam geminam eius naturam (teste Galatino) diuinam, scilicet & humanam, mira breuitate insinuauit, cum enim dixit, Ex te, nempè ex Bethleem, eius humanitatem demonstrauit. Cum verò ait, Mihi, ipsius Diuinitatem innuit. Mihi enim (inquit) ac si diceret. Is homo qui ex te egredietur mihi, hoc est, Diuinitati meæ vnirí dignus erit. Quod manifestius expressit, dicens, Et egressus eius ab æterno, à diebus sæculi. Egressus quippè hoc in loco lingua Hebraica, sicuti & Latina, pluralis est numeri. Sensus ergo est, Egressus, id est processus huius dominatoris, siue Messiæ, duo sunt. Vnus ab æternitate, quo secundum Diuinitatem à patre processit: alter à diebus sæculi, quo secũdum humanitatẽ à matre prodijt. Quod vtiq; cum illo Athanasij dicto optimè cõuenit. Deus est ex substantia patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia matris in sæculo natus. Hanc eandem sententiam eisdem etiã verbis tenet Rabbi Hecrados, quem magistrum nostrum sanctũ Hebræi vocant. Longè tamen facilius ex verbis sequentibus Messiæ Diuinitas declaratur. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Nam

Galat. lib. 4. cap. 13.

Duplex Christi natura in prophetia Michææ declaratur.

C

Athanas. in Symbo. fidei.

D

Rabbi Hecradon.

cum Messias iuxta hanc prophetiã ab æterno egressus fuerit, & nõ esset à quo posset egredi ab æterno, nisi à Deo, sequitur quòd ab æterno est Deus, cum nihil sit in æterno nisi Deus: vt eleganter notarunt D. Hieronymus, & Nicolaus Lyranus & D. Augustinus in lib. 18. de Ciuit. cap. 30. & Marsil. in lib. de Religione Christiana, cap. 27. *Qui regat.* Pro regat, Græcè est, *Poimenei*, quod potius est, reget, significat quoq; pascere. Quemadmodum pastor gregẽ sibi cõmissum pascere solet. Quanquam Græca vox, non omnino respondeat Hebraicæ, quæ dominationem magis significare videtur. Verùm vtrumq; complectitur, vt in illa prophetia Michæas ostẽdat Messiæ officium proprium esse, regere cum potestate æquitate & iustitia, & pascere populũ sibi cõmissum cũ misericordia ac liberalitate. Vtrũque nobis Christus præstitit. Suis enim Diuinis legibus ita populum gubernauit, vt cœlestem potius, quã terrenum sibi regnum efficeret, &

A

D. Hieron. Nicol. Lyranus.

D. Augustin. in lib. 18. de Ciuit. c. 30. Marsil. in lib. d. Religione Christ. c. 27.

B

Regere idem est, quod pascere.

C tanquam potentissimus gubernator, populum suum à peccato, morte, diabolo, & inferno vindicauit. Pauit quoq; nos pascuis cœlestibus, & sacratissimo suo corpore nos saginauit. Talia veri Regis officia, Reges Christiani erga populũ sibi cõmissum exercere tenentur: nempè leges salutares cõdere, easq; sua auctoritate & potẽtia inuiolabiles in Republica seruare, in obedientes punire. Obedientes verò, & legum

Messiæ officium est, regere & pascere.

Regis Christiani officiũ quale esse debet.

D obseruatores, sua Regia liberalitate præmijs afficere. Hanc Michææ prophetiam Iudæi deprauare nitũtur, dicentes de Zorobabel intelligi debere. Nos verò è diuerso dicimus, Zorobabelẽ non in Bethleem, sed in Babylonia natum esse. Ideò ad illum pertinere minimè potest. Hæc circa Michææ prophetiam dicta sufficiant.

Iudei Michææ prophetiam de Zorobabele intelligi affirmant.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

Herodis diligentia in inquærendo Christum.

7 *TVNC Herodes, &c.* Verbis explicari nō potest, summā diligētiam quam Herodes in inquirēdo Christo posuit. Nullū nō mouit lapidē vt ipsum Christū, quem Magi quærebant, ipse quoq; inuenire posset. Nō vulgari studio ac diligentia de loco, & solo natalis ipsius inquisitionem fecerat, eamq; non à suis aulicis, & adulatoribus ministris, sed ab illis qui ex officio tenebātur notitiam & scientiam habere, de his omnibus quæ ad Messię aduentum spectabāt: nempè à Principibus Sacerdotum & Scribis. A quibus etiam nō satis fidebat, nisi ex scriptura sacra id ostenderent, cuius testimonio fidem, licet inuitus, adhibebat. Nec contētus adhuc eius modi testimonijs Scripturæ & Sacerdotum contestantium veritatē: quia malè meritus de Iudæis erat, non satis ipsis fidebat, ideò Magos ad se vocare decreuit, idq; secreto & occultè, ne forsam Iudæi fraudem, quam facere animo conceperat contra Christum, suspicarentur, & Magos prę-

Theophilat.

monerent. Vel cum Theophilacto etiam dicere possumus, quòd clanculo eos vocare voluit, propter Iudæos, qui tanto desyderio Messiæ aduentum expectabant. Suspicabatur enim Herodes, quòd audientes eius aduentum Iudæi, magni facturi essent puerum illum, & diligenter curaturi, vt seruarent eum, tanquam liberatorem suum, & omnium fortunarum vnicum assertorem. En habes in Magis & in Herode diligentiam indefessam conquirendi Christum, diuersam tamen. Herodes enim puerum anxiè quærebat ad mortem. Magi verò ipsum requirebant ad vitam. Herodes more peccatorum duplici corde, modum inueniendi Christum, duabus ingrediebatur vijs, nempè hi prochrisis via, fingens se vele Christum Regem adoratum ire. Et corde peruerso, gladium, quo ipsum interficere posset, parando. Magi autem in simplicitate cordis, fide illuminati, charitate feruidi, ipsum Christum ad adorandum, & perpetuis inseruiendum obsequijs requirunt. Herodes ambitione turgidus, Regnum sibi perpetuum pollicebatur, si modo inueniret, & neci tradderet infantem. Magi verò humilitatis virtute clarissimi, coronas suas ante cunabula infantis prosternere, & perpetuam obedientiæ summissionem fidemq; vouere, toto pectore anhelant. Sed quid ex hoc dispari studio inquirēdi Dominum consequutum sit, exitus ostendit. Nam Herodes licet Magorum diligētiam ad Christum inueniendum, vtilem sibi fore putaret, sua tamen spe, longè se frustatum inuenit. Quare crudelitate seuiens, inter innocentum miriades, infantem

TEXTVS.

7 TVnc Herodes clā vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. 8 Et mittens illos in Bethleem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & quum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

infantem Christum se inuenturum non dubitabat, ideò omnes ad vnū crudelissimis interficit gladijs, quò certiorem de infante Christo victoriam reportaret. At vniuersa eius studia irrita & vana fuere, nam nulla via, nulla arte, nullaq; quantumuis inopinata vnquam crudelitatis diligēria adhibita, infantem ad necem quæsitum inuenire potuit. Magi verò qui studio pietatis Dominum anxiè quęrebant, statim ipsum magno cum gaudio inuenere. O quam bonus est Dominus, sperantibus in eum, animæ quærenti illum, quærentibus, inquam, illum in veritate! Varia sunt quidem hominum studia, quibus sub sole laborant, & Dominum requirentes pauci sunt. Quidam enim Herodem immitari non verentur, qui Christum ad necem potius quam ad vitam requirunt. Quid, obsecro, qui tāto studio auaritiam colunt, turgidam ambitionem sectantur, iræ feruore inebriantur, carnis voluptatibus turpissimè inuoluuntur, & omnia tandem peccatorum genera sicut aquā bibunt. Quid (inquam) aliud facīūt quam filium Dei per summum scelus interficere, longè crudelius quā Herodes? Nam Christum nunimè inuenit Herodes, ij verò qui vitijs se ipsos contaminarunt, Christum denuo cruci afixere impudērer & crudeliter audent. Vnusquisq; vitium quod sequitur, tanquam Deū inquirendum sibi proponit, quod si inueniat, non Deum vitæ æternæ assertorem, sed mortē potius æternam, sibi ipsi conciuit. Atq; ideò Christum Dominum in simplicitate cordis, cum Magis studiosè quærere oportet, qui facilè inuenitur ab ijs qui in veritate quærūt illum: Cum quæsieris Dominum Deum tuum inuenies eū, si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Et idem Dominus per Hieremiā: Quęretis me & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Roboā quia animo ficto Dominum quærebat, quantis fuit malis implicatus? Fecit (inquit) scriptura malum, & non præparauit cor suum vt quæreret Dominū. Regi verò Asa, quam benè cessit, quia Prophetæ Azariæ consilium sequutus est, quòd tale fuit. Audite me Asa (inquit Azarias) & omnis Iuda & Beniamin, Dominus vobiscum quia fuistis cū eo. Si quæsieritis eum inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, deinde exponit miserias grauissimas, quas Israël passus erat, ob neglectum Deum. Transibunt (inquit) multi dies in Israël absque Deo vero, absq; Sacerdote, absque Doctore, & absq; lege. His omnibus malis obuiādis nullū supererat consilium, quam vt quærerent Dominū. Quumq; reuersi fuerint (ait) in angustia sua, & clamauerint ad Dominum Deum Israël, & quæsierint eum, reperient eum: Vos cōfortamini, & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Quod consilium sequutus Asa Rex, forti infractoq; animo abstulit Idola de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus, quas ceperat montis Ephaim. Et ad verū Dei cultū vniuersas has Israel ciuitates redactas, fecit vt cōgregatis in Hierusalem earum habitatoribus, vbi mactatis victimis perpetuū omnes iniere fœdus, vt quærerēt Dominū Deum patrum suorū in toto corde & in tota anima sua. Si quis autem (inquit) Rex nō quæsierit Dominū Deum Israël, moriatur, à minimo vsq; ad maximū, à viro vsq; ad mulierem. Omnesq; astātes voto iuramentoq; sese vltro obligarunt, id perpetuò faciendi. Hinc factū fuit, vt ex inde bella cessarent, & lętissima pacis quiete per circuitum vniuersi

Hierem. 29. c. 13.

2. Paralip. 12. d.

2. Parali. 15. a. b. c. d.

Nihil vtilius quam Dominum quærere ad obtinda vniuersa mala regnorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regni stabilitatem conciliat, quærere Deum ex corde.

uersi gauderent. En vides quantum ad Regnorum stabilitatem conducat, Deum in toto corde perquirere. Magi Dominũ Deum fideli corde quærentes, non Regna amiserũt, sed Regem regum adorantes, Regnorum stabilitatem cõsequuti fuere. Herodes verò qui regni stabilitatem sibi pollicebatur, si infantem, quem quærebat, inueniret & occideret, & regni iacturam & vitæ infœliciſsimum exſitum, ſibi conſciuiſſe hiſtoriæ nobis manifeſtant. O quam pręclarè Esdras dixit: Manus Dei noſtri eſt, ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate, & impetiũ eius, & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui de relinquunt eũ!

1. Esdr. 8. d. 22.

Clam vocaris Magis. In vniuerſa hac hiſtoria nõ legimus, Euangeliſtam Matthæum hos Magos Reges compellaſſe. At verò Eccleſiæ traditio (quam multi labefactare nituntur) eos non modo inſignes fuiſſe Philoſophos, verùm etiam Reges oſtendit. Idq; veriſimum eſſe, his Sãctorum Patrum teſtimonijs manifeſtũ apparet. Hieronymus in. 2. cap. Danielis ſic ait: Conſuetudo autem & ſermo cõmunis Magos pro maleficis accipit, qui aliter habẽtur apud ſuam gentem, eo quòd ſint Philoſophi Chaldæorum, & ad artis huius ſcientiam, Reges quoq; & principes eiuſdem gentis, omnia faciunt. Vndè in natiuitate Domini Saluatoris, ipſi primùm ortum eius intellexerunt, & venientes in ſanctam Bethleem adorauerunt puerũ, ſtella deſuper oſtendente. Hæc Hieronymus. D. Chryſoſtomus ſcribens de Iudaris, ſic ait: Oportebat namq; eos continuo ſentire, quantum ſibi eſſet additum dignitatis, de tãti ſcilicet natiuitate Regis, qui Persarum ad ſe Reges ortu ſuo triũphante, trãxiſſet. Theophilatus quoq; hos Magos Perſicos Reges appellat: Oportebat (inquit) gaudere potius quòd Rex ſuus à Perſidis Regibus adoraretur. D. Anſelmus ſic ait: A Sabba fluuio. Sabæa regio dicitur, iuxta quam Arabia eſt, vnde iſti tres Reges fuerunt. Itẽ Chriſtianus Druthmarus tale de ipſis teſtimonium exhibet. Fuerũt autem de genere Balaam iſti tres Reges, & de tribus regnis fuerũt, de terra Euilat, vbi effoditur aurum optimũ, ſicut dixit Moſes, & vicini Perſis, vnde dicit Iuuencus. iuuat Perſis pertẽdere greſſum. Tot ſunt antiquorum & iuſtiorum Patrum teſtimonia, vt vix numerari poſſint, quominus ad longum eorum ſentẽtias adferre. Regnarunt etenim Magi, ante Darium, & magnum illud Perſarum, Medorumq; Imperiũ direxerũt. Itaq; cum ex illis partibus Magi iſti prodijſſe videantur, concludunt per multi illos Reges eſſe. Et vltra iam citatos auctores, ſunt Tertulianus, Athanaſius, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus, Albertus Magnus, D. Thomas Aquinas, Nicolaus de Lyra. Dionyſius Carthuſienſis. At dices nemo hiſtoricorũ eſt qui hos Magos Reges eſſe affirmet. Fateor. Verũ Eccleſiæ traditio, maioris facienda eſt, maximè cum ſcripturas ſacras adferant Sancti, quas in Magis impletas fuiſſe credimus: nempè illud Pſalmi. 71. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabũ & Sabba dona adducent. Et illud Iſai. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui: quæ à primis etiam temporibus in Epiphaniæ ſolennitate canit & proponit Eccleſia. Dicis præterea, quòd regale nomen generoſum, non Euãgeliſta tacuiſſet, cum ad gloriã regni Chriſti non parum conducat, maieſtatem oſtendere & Reges ipſum adoraſſe, & obedientiæ ipſius vota dediſſe. Fateor quidem Regis nomen ab Euangeliſta ſuppreſſum, non

Aduerſus Lutherum & Illyricum & cẽturiatores omnes, qui negant hos Magos Reges fuiſſe.

Hieron. in Dan. c. 2.

Chryſ. in Matth. de opere in per.

Theophi. c. 2. Matth.

non certè ſine cauſa, id factum puto: quod exiſtimarit Matth. Euangelij teſtimoniũ, quod pauperibus potius quam regibus dare conceſſum eſt, Pauperes enim euangelizãtur regio apparatu cumulandũ non eſſe, quòd Magorum, id eſt, ſapientium grauitas ampliſsimè Chriſti dignitatem ornauerat. In veritate quidem occulta confirmãda, regia appellatio obſcura erat & occioſa, Magorum autem vox, nempè ſapiẽtiũ prælara & oportuna. Accedit ad hoc, quòd illis temporibus quibus Magi ad Chriſtum adorandum venere, Perſarum Reges eligebantur ex ijs, quos in ſcientijs præſtantiores inueniebantur inter eos. Solebant quondam propter eximiam ſuam ſapientiam Regibus Perſarũ ſemper aſtare ſapientes, ſine quorũ conſilio nihil in regno gerebatur, nec ſtatuebatur vt ex lib. Eſther cõſtat. Vbi ſeptem illi ſapiẽtes, qui ex more regio ſemper aderant Regi Perſarum Aſſuero, quorum cõſilio cuncta feciſſe dicitur, ſciẽtes leges ac iura maiorum. Duces Perſarum ac Medorũ vocantur, quos & ipſos Magos fuiſſe certum eſt. Ex horum poſteà ſapientum numero vnũ ad regni ſceptrum tenendum eligebãt. Amianus lib. 23. poſt miranda quædam de Magis enarrata ſic ſcribit. Ex hoc Magorum ſemine ſemper poſt mortem Cambyſis regnũ iniſſe Perſidos, antiqui memorãt libri, docentes eos Darij factione oppreſſos. Cicero quoq; lib. 1. de Diuinatione, ſic circa finem ait. Omninò apud veteres, qui rerum potiebantur, ijdẽ auguria tenebant. Vt enim ſapere, ſic diuinare regale ducebãt, vt teſtis (inquit) eſt noſtra ciuitas in qua & Reges augures, & poſteà priuati eodem ſacerdotio prẽditi Rempub. religionũ auctoritate rexerũt. Et in Perſis augurant & diuinãt Magi, qui congregantur infano commentandi cauſa, atq; inter ſe colloquendi. Quod etiam ijdẽ vos quondam facere Nonis ſolebatis. Nec quiſquã Rex Perſarum eſſe poteſt, qui non ante Magorum diſciplinam ſciẽtiamq; perceperit. Hactenus ille. Ex quibus cõſtat Perſarum mos eſſe, regiam dignitatem ſapiẽtibus deferre. O fœlix nimium regnum, vbi ſapientes ad regnum promouẽtur! Quàm multi in orbe Chriſtiano ſunt, qui exiſtimẽt ſcientiã atq; ſapiẽtiam ſtudio acquiſitam, minus Reges decere, ne tanto labore principum vita opprimatur. Gothica prorſus ratio. Suos enim reges Gothi non propter ſapientiam, ſeu rerũ cognitionem, ſed propter ignorantiam, mirantur, ſi modo emẽdicata aliorum ſcientia & experiẽtia, ſubditos in æquitate & diſciplina contineant. Ac ſi lõgè melius & ad rectam regnorum gubernationẽ, & propriæ conſciẽtiæ ſecuritatem non fuiſſet, Principes in ſtudijs potius quam in otio & torpore nedixerim in laſcibia educare. Plato in Alcibiade, ſeu de natura hominis, ita regum filios educare ſcribit, vt 14. anno puerum ſuſcipiãt hi, quos regios pædagogos appellant. Sic Philippus Macedo, magnum illum Ariſtotelem Alexandro filio præceptorem deſtinauit, ſic quam plurimi Reges nulla alia in re maiorem adhibebant diligentiam, quàm vt ſuis filijs præceptores in omni ſciẽtiarum genere doctiſsimos, & omnium virtutum ſplendore clariſsimos inuenirẽt. Quatenus eos quos natura principes genuerant, virtutibus ac ſcientiarum ſtudijs, clariores facerent. Vt ſic tandẽ, quemadmodum ait Plato: Beatę ſint illę ciuitates, in quibus aut Reges philoſophantur, aut Philoſophi imperant. In electione Principum ac Regum apud Perſas ille eligebatur ex omnibus, qui cæteris ſapientior, iuſtior,

Ad veritatem Chriſti regni comprobandam plus facit ſapientia quam maieſtas.

Ad Regnum Perſarum ſapientes eligebantur.

Eſther. 1. c. 13.

Amianus lib. 23.

Cicero lib. 1. de Diuinati.

Rex Perſarũ nemo eſſe poterat, qui Magorum diſciplinam nõ haberet.

Principes qualiter ſint educandi.

C *Plato in Alcibiade.*

Philip. Macedo.

Alexandro eius filio Ariſtio. præceptorem dedit.

Plato.

Perſarũ Rex quas cõditiones habere debebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iustior, temperantior, atq; fortior erat. Sic tandem magna cum gloria eum sibi præficiebant Regem, quem sapientissimum, iustissimum, temperatissimum, atq; fortissimum agnouerant, hinc factum fuit, vt eo tẽpore summa contentione ciues, in scolendis virtutibus filios educarent. Non enim rectè quis imperare poterit, nisi ijs quatuor virtutibus fuerit exornatus.

Diligenter didicit ab eis tempus stellæ, &c. Hîc, teste Druthmaro, deficit
Druthmarus in Matth. B historia, quia non narrat quid ipse ad eos dixit, vel quid ipsi de stellæ tempore responderint. Sed ex eo, quòd Herodes paruulos iussit occidi à duobus annis & infra, volunt colligere quòd dixerint, quia annus esset ex quo stellam vidissent. Et inde accepisse vnum annum, & alium expectasse in reuersione eorum, mera imaginatio absq; fundamento est. Quidam autem dicunt, quòd post annum vnum & duodecim dies aduenerunt ad Christum,
Druthmarus in Matth. C nec hoc probabile est. Et quidam dicunt & meliùs, quòd cum dromedis in duodecim dies venerunt, post quam stellam viderunt. Est autem dromada genus camelorum, minoris quidem staturæ, sed velociores, vnde & nomen habent à velocitate. Nam, *Dromos*, Græcè, cursus & velocitas appellatur. Vnde & naues veloces, dromones appellant. Centum enim miliaria & eo amplius, in vno die dromeda currere dicitur.
D Hæc Druthmarus. Ex qua sentẽtia facilè colligi potest, non miraculo factum fuisse, vt intra decimotertio dierum spatio à nato puero, secundum Ecclesiæ traditionem, quę maximi faciẽda est, Magi venerint, cum Persia à Hierusalem 300. prope miliaribus distare dicatur, ad quod iter absoluẽdum dromedarij sufficere poterant. Constat etiam Magos in Bethleem ante Purificationem Virginis venisse. Postquam A enim completi sunt dies purgationis Mariæ, nẽpè quadragesimo die Hierosolymam venere parẽtes. Ex quibus constat non rectè eos sentire, qui dicunt: Magos ad hoc iter se se accinxisse vno aut altero anno, antequam Christus nasceretur, & stellam eius prius apparuisse quàm Christus natus esset. Quemadmodum sentit is, cuius sunt homiliæ super Matthæum nomine Chrysostomi, & Augustinus in sermone de Epiphania nostram confirmat sententiam. Quod manifestè probatur B ex verbis, quibus Magi de puero rogarunt, dicentes: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellã eius in Oriente.* Vnde constat eos ex apparitione stellæ intellexisse Iudæorũ Regem natum esse. Præterea Euangelista non longam temporis morã designat, à tempore quo Christus fuit natus, & stella ipsis apparuit, ad tempus vsq; quo Hierosolymã venerunt. Dicit enim, *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ. Ecce Magi ab Oriente, &c.* quasi diceret, statim atq; C natus est, Magos adfuisse. Dictio enim, *Ecce*, statim aliquid fieri indicat, vt Genes. 24. Nec dum intra se verba cõpleuerat, & Ecce Rebecca egrediebatur. Et Luc. 1. Et Ecce cum inducerent puerum parentes eius. Simeon, &c.

Ite & interrogate diligenter de puero. Vides fastum & arrogantiam tyranni? opera Magorum vri desiderat, ad Dei odium corde cõceptum D explendum, & tamen absq; vllo respectu illos discedere mandat. *Ite* (inquit) si non tanti momenti viri essent, vt eos certè Persarum Reges agnosceret, traditionem cõtra illos facilè machinatus fuisset. Verebatur tamen comitatum splendidum, quod ipsi secum aduxerant, vt verbis ipsos cõtemnens. Non illos Reges appellat, vt moris est exteros Reges,

A Reges honore afficere, sed prodigẽs ampullas, & sexquipedalia verba, ait: *Ite & interrogate, &c.* nec dicit solum: *Ite & interrogate*, sed dicit *Diligenter*, seu vt Græci habent, exa-
Herodes puerum prius interficere voluit, quam populus natiuitatem eius sciret. minate. Nec dicit, renũciate nobis, sed mihi. Volebat enim prius puerum interficere, quàm populus Iudaicus natiuitatem eius sciret. Humana astutia volebat Diuinũ mutare consilium. Nam cum noui & naturalis Regis natiuitatem didicisset tum per scripturas sacras, quas
B principes Sacerdotum & Scribæ ipsi declararant. Tum etiam stellæ signo de cælo exhibito, & à Magis testificato, in quibus apparet Iudęorum ac gentium prædicatores veritatem illi declarasse: ipse tamen talpa cæcior, suis consilijs, diuinæ se posse resistere voluntati, & suo furore diuinum consilium perturbandum putauit. Et quò magis negotiũ ex voto succederet, deuotionẽ, quã erga puerum iam natum non habebat, simulabat, vt Magos arte deluderet. *Cum inueneritis* (inquit) *renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Simulata sanctitas (ait Ber-
C *D. Bernard.* nardus) duplex iniquitas. Deotionem humilemq; obedientiam erga Christum, Magis predicat versipeles Herodes, cum illos ad adorandum infantem remittit, id ipsum se se facturum bona fide pollicetur, dicens: *Vt & ego veniens adorem eum*; ac si diceret, vos præcedite humiliq; corde ipsum adorate, ego verò
D subsequar ipsumq; adorabo. Notãdum hîc venit in verbis Herodis, illum non tanto honore infantẽ prosequutum, vt regem ipsum vel semel vocarit, quanuis Magos audierat ipsum Regem appellantes, atq; ipsemet humilem adorationem se ipsi exhibiturum dicat. Nõ enim ait interrogate de Rege hoc, sed de puero hoc, contemptibile vtens vocabulo; ex quo facilè colligi potest,

Herodes contẽptibile vtitur nomine erga Christũ, puerum compellando illum.

A *Psal. 54. d.* rat, ipsum minimè posse Regis nomen de alio quàm de se audire, minusq; proferre. Vnde satis insinuauit, quàm grauiter contra illum insaniret, licet adorationem simularet. Videas iam Herodem vnum ex eorum numero esse, de quibus Dauid prædixerat: Moliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula: Qui loquuntur pacem cũ proximo suo, mala autem in cordibus eorũ. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionem ipsorum. Primus & ante signanus Herodes est eorum, qui
B *Sub blãdo sermone odium latet.* blando sermone vtentes, odij venenum spirant. Nihil minus quam id ipsum, quod Ioab cum Amassa fecerat, perficere nitebatur Herodes, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Pacificis quidẽ verbis & amicij simulato animo Ioab ad Amassam accẽsserat, finges amplexus & oscula, dum ergo in faciem ipsi oscula offert. Salue frater dicens: pugione à tergo ipsum
C crudeliter confodit, nec secundum vulnus apposuit. Pari quoq; crudelitatis animo Herodes in Christum seuiebat, idq; animo se factutũ conceperat; vt dum puerum adorando Persarum atq; Hebræorum more, oscularetur, tunc crudeli gladio ipsum confoderet, ira vt secundo vultnere opus non esset. Quot obsecro Herodum milia versantur in orbe, qui loquũtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorũ,
D qui verbis pacificis proximi negotium tractare videntur, & crucem & mortẽ ipsius, potius quam vitã, parant? Nihil certè magis Deus odio prosequitur, quàm eiusmodi simulationes. Sex sunt (ait Sapiens) quę odit Dominus, & quatto numero ponit: cor machinans cogitationes pessimas. Huiusmodi enim simulatores sæpè puniuntur statim à Deo, dum capiuntur in consilijs,

Simulatores quã sint peruersi.

Prouer. 6. b.

Simulatores statim puniuntur à Deo.

K quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quibus cogitant: malitiæ muscipulam, foueam, & laqueos contra simplices studiosè parat simulator: at verò iusto Dei iudicio incidit ipse in foueam, quam fecit, & in laqueũ cadet in id ipsum. Peribit (inquit Isaias) sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudẽtium eius abscondetur. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis cõsilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc B vestra cogitatio, Quasi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo nõ fecisti me, & figmentum dicat factori suo, non intelligis. Vides quàm graphicè simulatores depingat Isaias, nam putantes se esse sapientes, stulti facti sunt, viuacissimum intellectum, de quo maximè gloriantur simulatores, iusto Dei iudicio, amittũt. Consilium quod à Deo abscondere stultè nituntur, statim magna cum eorum A ignominia aperitur, &c. Ab eiusmodi hominibus liberari exoptat Dauid, dicens: Saluum me fac Domine, quoniã defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Huic pessimo Herodi similes sunt per multi, qui prætextu religionis, religionem euertere conantur, & ad instar Iudæ osculo filium hominis tradunt. Quis non intimo corde doleat, videns (proh dolor) non paucos in orbe, quos politicos vocant, qui cum verè athei sint, qualis erat Herodes, ea tantum ratione Catholicam B professentur religionẽ, vt illius prætextu populi Christiani in Catholica fide nutriti gratiam nanciscantur, & Regni gubernacula occupent; quò facilius aliquando religionem (sicut antea diximus) subuertere possint.

Isai. 29. c.

C

EXPOSITIO.

C

Et Ecce stella quam viderant in Oriente, &c. Diuino lumine illustrati Magi Hierosolymam venere, vt verbo & exemplo, Herodem Regem, Principes Sacerdotum & Scribas, & vniuersam Hierosolymam, ad quærendũ nouum Regem ipũs promissum, ab ipsis, & inter eos in salutem omnium natum excitarent: vt sic, disponente Deo, nullam potuissent prætexere excusationem, quòd ipsis veritas non fuerit, & verbis humanis, & testimonio cælesti, & Scripturæ sacræ testimonio manifestato. Ordinauit quidem Deus, vt ipsi instituerẽtur à Magis, ad eorum maiorẽ damnationem, si veritati manifestatæ, & certissimis ijs testimonijs cõtestanti obedire cõtempsissent. Sperabãt forsam Magi ex Hierusalem quã plurimos itineris sui socios habituros: in primis Herodem, qui tã diligẽte studio locum, vbi Christus nasceretur, scisciabatur. Deinde Principes Sacerdotum & Scribas qui

Magi Herodis, & Sacerdotũ, & Scribarum Magistri.

Deum tamen Ecclesiæ suæ non de futurũ certa fide speramus.

TEXTVS.

9 QVi cum audissent Regem, abierunt: Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos vsq; dum veniens staret suprà vbi erat puer. 10. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.

D

D

A qui ex sacra Scriptura ipsis locum ostenderant, & cum religionem cultumq; Diuinum profiterentur, nõ dubitabant Magi eos promptissimo animo, feruentissimoq; corde, ad Regem adorandum venturos. Sperabant quoq; populum Hierosolymitanum, nõ iturum modo, sed celeri cursu properaturũ, eo quòd Regem tanto tempore, summoque desyderio expectatum iam eis videre daretur, ad ipsum itaq; inuisendum, adorandum, & obsequia prõB ptissima offerendum, eos esse commitaturos, nõ dubitabant. Verùm enimverò Rex Herodes, cum Hierosolymam vniuersam turbatissimam videret, licet maiori ex parte lætitia interna gauderent, quòd brevi, à tyranno Principe, in libertatem se reducendos sperarent: elegit sibi potius manere, & inter se tumultuãtes reprimere, quàm eiusmodi absentiam facere. Considerabat pariter inopportunam fore necem infantis, quam moliebatur, anC te Magos, qui eum defendere poterant, exequi. Ideoq; & ipse Hierosolymis mansit, & alios omnes manere coegit, Magis verba dando, & ad iter inceptum eos calide exhortando. Non certè mirum est, quòd Herodes, qui & Gentilis erat, & regni sceptrum tenebat, Christum nõ quæreret: sed principes Sacerdotũ & Scribę, qui sacras scripturas perpetuo tractabant, eaq; populo interpretabantur, quiq; Messiã ipsis D promissum, constãti fide credebãt, & populo contestabantur, qui etiã ex Danielis prophetia, tempus iam esse completum agnouerant, qui vniuersum rãdem chorum prophetarum, & Patriarchã Iacob in primis, vaticinãtes audiebant, Messiã eo tempore nasciturũ, quo alienigena Iudęorum regnum vsurparet. Qui videbant Israëliticum populũ, sub crudeli tyranno opprimi: Qui indies libertatẽ expectabãt, eamq; A populo pollicebantur, qui videbãtiã reges magno sidei feruore, signo cælesti edoctos, ad adorãdum eorũ regem properasse, qui locum vbi omni dubio procul natus erat ipsis Regibus communi omnium cõsensu indicarunt, quòd illi, qui tot tantisq; nominibus, Regem Deum & hominem quærere tenebantur, vt illum sibi propitium haberent, & eum populo ex officio ostendere & proponere, ac manifestare debebãt, tanquam proprium Regem, proB priumq; Messiam, vnicumq; salutis omnium assertorem, ac redemptorem. Quod illi (inquam) tanto tempore, atq; tam concordia domi desiderant, vt nec pedem moueant ad requirendum tantum bonum, tamq; in enarrabile beneficium, quod cæteris cõquirendum ex Scriptura sacra proponunt: dolendum sane est, & intimo corde gemenda hæc eorum misera iactura. O quàm benè huius C populi statum lamentabatur Isaias! dicens: Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, alienati sunt retrorsum, super quo vltrà percutiam vos addentes prævaricationem? Omne caput languidum & omne cor merens à planta pedis, vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Vide mecum obsecro, quantis remaneat populus implicatus peccatis, ac miserijs: eo D quòd caput, nempè Herodes, adeò languidum sit, vt crudelem tyrannidem in ipsum, quem sibi tàm signo cælesti, quàm Scriptura sacra Messiam, nempè Deum & hominẽ declaratum, exercere studeat. Hinc huius populi malum. Nam Rex insipiens (ait Sapiens) perdet populum suum. Et ibi, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector ciuitatis, tales & inhabitan-

Quod Sacerdotes & Scribæ Christum non quærant, dolendũ est.

Isai. 1. b.

A Rege malo populi malitia oritur.

Eccle. 10.

Ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitantes in ea. Si Herodes vel pe-
dem mouisset ad quærendum Do-
minum, quid non Sacerdotes, quid
non vniuersus populus faceret? ca-
tervatim certè confluerent omnes.
At vbi non est gubernator, vniuer-
sus populus corruit. En vides caput
supra modum languidum. Cor ve-
rò, videlicet Sacerdotes, qui populi
cor meritò dicuntur & sunt; quo-
niam sicut ex cordis integritate &
salute, corporis vita dependet, ita
quoque ex integra Sacerdotis vita
arque doctrina, populi integritas
conseruatur. Sacerdotes (inquam)
quàm fuerint invalidi, cæci, & om-
ninò stupidi, quis non videt? Si er-
ga populum sani cordis officium
exercerēt, vniuersum populum sua
doctrina suæque virtutis exemplo
commouere debuissent, vt Rege ter
reno contempto, domo ac propria
ciuitate relicta, vniuersis etiam ter
renis conculcatis bonis, Deum sibi
omniū bonorum fontem per quire-
rent, & cum Dauid anxio corde eo-
rum vnusquisq; diceret: Quando ve
niam & apparebo ante faciem Dei?
Verùm Sacerdotum malitia effe-
cit, vt populus malo eorum exem-
plo imbutus, maler sub tyrannico
imperio agere, quàm proprium Re
gem venientem ad eos omnibus bo
nis affluentē quærere, & inuenire.
Meritò quidem per Hieremiā Pro
pheram de ipsis conqueritur Domi
nus: Tenentes legem ne scierunt
me, & pastores præuaricati sunt in
me; Quam obsecro excusationem
prætexere poterunt, quando Do-
minus dixerit: Vbi est grex qui da-
tus est tibi, pecus inclytum tuum:
quid dices cum visitauerit te Domi
nus? O vtinam inter nos eiusmodi
pastores non inuenirentur! Qui pri
mi in rebus Diuinis exercendis es-
se deberent, & nec (proh dolor) vl-
timi sunt. Qui alios arroganter Dei
commonstrant iter, ipsi verò ire nō
curant. Qui alios sacris institutis
informant, & illi deteriores esse vi-
dentur. Qui prædicant non furan-
dum, furantur. Qui alios in fide con
firmant, primi sunt qui vacillant.
Qui charitate feruentiores esse de-
berent, omnium tepidiores sunt.
Qui toti Diuinis immersi videntur;
ij turpissimis voluptatibus impli-
cantur. Qui habitu & professione
terrena omnia negarunt, & vltimū
vale illis dixerunt, ij magis terrena
saprunt, & in dies magis ac magis
mundi negotijs inuoluuntur. Væ
illis (ait Amos) qui vinum damna-
torum bibebant in domo Dei sui.
Et Sopho. 1. Visitabo super om-
nem, qui arroganter ingreditur su-
per limen, qui complent domum
Domini Dei sui iniquitate & do-
lo. Item Oseas sic ait: Audite hoc
Sacerdotes, quia vobiscum judi-
cium est, quoniam laqueus facti
estis speculationi, & quasi rete ex-
pansum subter Thabor. Thabor
electio, seu puritas significat: ac si
dicat, quid aliud vestris concioni-
bus, licet probatissimis, si vitę actio-
nes diuersæ sunt, facitis, quam re-
te super electos, ac pios expande-
re, quò illaqueati à dęmone capian-
tur.

Et ecce stella quam viderant in Oriente, &c. Ex hoc loco manifestè appa-
ret, stellam non fuisse ad Hierusa-
lem vsque, vniuersi itineris ducem,
sed eam tantum in Oriente vidisse,
qua vissa, adeò commoti sunt (vel
per Angelum in figura stellæ appa-
rentem, vel per Spiritum sanctum,
qui vt Apostolis in linguis appa-
ruit, ita Magis in stella, teste Theo-
phylato & Augustino) vt sufficien-
ter edocti, & de Christi natiuitate
instructi, Hierosolymam, tanquam
ad Regni caput, venerint, iudican-
tes nulibi eos Regem, quàm in Hie-
rusalem, posse reperiri. Quod si eam
sanctissimi sui itineris comitem ha-
buissent,

Sap. 11.

Sacerdotes cor populi.

Psal. 41. 43.

Hiere. 2. b.

Hiere. 13. f.

Sacerdotes malos arguit.

buissent, hoc proculdubio Magi,
ad certiorem rei euidentiam, & ma
ioris miraculi incrementum, in eo-
rum interrogatione dixissent. Sed
hoc solum dixerunt: *Vidimus stellam
eius in Oriente*, tantum igitur in Ori
te primò viderunt. Et sic Euangeli-
sta nunc ait: *Ecce stella quam viderant
in Oriente*. Non quidem necessariū
fuit, vt stella ipsos in itinere co-
mitaretur: nam vbi visa fuit in O-
riente (agente hoc sine dubio inspi
ratione Diuina, in eorum cordibus
infussa) fide certissima crediderunt,
Iudæorum Regem fuisse natum,
qui non Iudæorum tantum, sed
etiam gentium Deus erat, eumque
in Iudæę finibus natum declarabāt.
Quod satis esse videbatur, nam ip-
si iter in terram Iudæam nouerant,
ideò opus stellæ ductu eis non erat.
Tantum eos scire oportebat, vbi
nam infans ille, qui similis nobis fo
ris apparuit, lateret. Ideò Hieroso-
lymam (saluo meliori iudicio) absq;
stellæ ductu venerunt. Egre-
dientes autem Hierosolymam Ma-
gi continuo stellam, quæ in Orien
te apparuit, viderunt. Stellam illis
subtraxerat Deus, vt Hierosoly-
mam venirent, ibique Iudæorum
concionatores fierent, & vicissim à
Iudæis docerentur & ipsi, stellæ te-
stimonio Magi infantis natiuita-
tem testabātur Iudæis. Testimonio
verò Scripturæ sacræ Iudæi ipsos
Magos institutos remiserunt: vt
sic duplici testimonio, stellæ scili-
cet, & scripturæ, firmarentur. Ste-
llam quoque absconderat Deus, vt
Magorum solida fides tentationi-
bus probaretur, & robustior fieret.
Non enim vulgaribus tentationi-
bus Hierosolymis conuertiebantur
Magi, cum in primaria regni vrbe,
non solum quod tanto desyderio
quærebant, non inuenientes, sed ad
nomen eius omnes Iudæos contur-
batos, & animo cōsternatos vidis-
sent, & quem quærebant; planè il-
lis esse incognitum vidissent: sic tan
dem meritò potuissent intra se co-
gitare, se omninò ab stella fuisse de-
lusos. Tempus iam erat, vt fidelis
ille Dominus, qui suos tentare non
patitur, supra id quod possunt, sed
facit cum tentatione prouentum,
vt probatam illorum fidem magis
magisque corroboraret, & quasi
præmio quodam comprobaret ste-
llam iterum eis ostendendo. Sic in-
terdū nobiscum facere solet Deus,
nam consolationes, quas Deus ipse
mentibus immittere solet, quibus
anima quodā modo (vt verbis spon
sæ vtar) liquescit, & lætitia inenar-
rabili fruitur, interdum subtrahit
& negat, & earum loco tentatio-
nes graues immittit. Sic enim spon
sa ait: Anima mea liquefacta est,
vt dilectus locutus est. Quæsiui &
non inueni illum, &c. ac si dixisset:
Dum vocem illam dulcissimam,
qua sponsus ad intima cordis dile-
ctæ sponsæ loqui solet, audirem, ex-
trame fui præstupore valdè attoni-
ta & obstupefacta, & totis connā-
tibus ostij mei pessulum aperui.
Hei mihi, quia verterat se se, & abie
rat, & quod adhuc deterius est lo-
co illius Custodes inueni, qui me
acriter percusserunt, & vulneribus
crudeliter afecerūt, & insuper pa-
lium meum tulerunt, ne quid habe-
rem, quò vulneribus meis coope-
rimentum adhiberem. Est hîc con-
siderandum, quòd ipsamet sponsa
Cantic. 3. Citius dilectum spon-
sum offendit, etiam si iam ab ea de-
clinarat: nempè, statim seu paulu-
lum, cum pertransisset custodes, sta
tim (inquit) illum inueni, quæ à
custodibus nihil mali passa est. Hic
verò tardius, & post diuturnam
quæritationem. Hic quoq; grauis-
sima mala à custodibus perpessa est.
Vnde videre licet, quantū eos op-
portcat pati, qui ad secūdam iustifi-

*Stellæ cōspe-
ctum quare
Deus subtra-
xerat Magis.*

*Primo, vt Ma
gi Christi na
tiuitatē præ-
dicarent Iu-
dæis.*

*Secundo, vt
Scripturæ sa
cræ testimo-
nio instituerē
tur Magi.*

*Tertio, vt ten
tationibus
probarentur
Magi.*

1. Corin. 10. c. 13.

Cōsolationes animæ interdum subtrahit Deus, tentationibus probandæ.

Cant. 5. b. 6.

Cant. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cationem à Deo vocati sunt. Nam secunda iustificatio, maiori connatu & studio eget, lõgè maius quàm prima. Immò prima est meterè gratuita, & absque illis præcedentibus operibus. Ideò Cantic. 3. sese de repente obtulit. Hic verò minimè, vt ostendat quanta nos oporteat pati pro nomine eius. Non tamen sine causa: nam huiusmodi tribulationibus cupit nos in humilitate permanere, ne gratiæ magnitudo vltrà quàm par sit nos extollat. Hoc in D. Paulo videmus. Ne magnitudo (inquit) reuellationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphicet. Nunquam etiam D. Petrus sese ipsum tàm infirmum agnouisset, nisi in grauissima illa negatione se vidisset coniectum. Soletetiã Deus consolationes suas subtrahere, vt feruentiori desyderio animus illas concupiscat & postulet, & si recuperare contigerit, gratiores Deo simus quàm antea, & diligentiores in conseruando, ne forsàm nostra culpa amittamus. Apparuit quoque Magis iterum stella, antequàm Bethleemiticum hospitium ingrederentur, ne iterum cogerentur de nato in Bethleem puero, ipsis adhuc Bethleemitis incognito, solicitè inquirere. Ex qua sanè inquisitione fieri poterat, vt puero manifestato, aliquis impio Regi procedere eum pergeret, vel vt ei adularetur, & obsequium præstaret, necem illi intentaret. Oportebat etiã, vt Magis stella iterum appareret, & eos antecederet, & supra domum, vbi puer erat staret, ne vilitate loci indigni tanti Regis dignitate, humilitate & extremæ paupertate matris offenderentur. Si stella illa non efficacissimum testimoniũ perhibuisset, illum paruulum, Regem illum esse, quem tanto studio atque feruore ad quærendum, & adorandum venerant: cui obsecrò fidem adhibuissent? non certè vili stabulo, non certè præsepi sordido, non certè pannis vilissimis, quibus erat inuolutus, non certè maiestati matris, non certè comitatui regali. Stella tamen effecit, vt omnia indignitatem Regiam proclamantia, ipsa sola tanquam voce præconia acclamaret. Hic est Rex Iudæorum, huic Regi omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Viuat Rex in æternũ. Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, hoc est adorabunt & orabunt ipsum semper, vt de bonis ipsius accipere mereantur.

Gauisi sunt gaudio magno valde. Gauisi fuerant Magi dum in Oriente stellam tanti Regis præsagium, vaticinium, ac testimonium firmissimum viderent. At verò modo suprà quàm dici potest gaudium primum superauit, quia fidelissimum præcursorem inuenerant, qui certo testimonio confirmabat, eorum spem tot laboribus cõtestatam minimè frustratam esse, ideò non frustrà tanti itineris labores subijsse, nec tam graues expensas graris expendisse, idque maximi gaudij materiam augebat, quòd cum Hierosolymis rem quodammodo desperatam vidissent, vbi nihil fuit, quod non sufficere posset ad eorum fidem labefactandam, præter testimonium, quod Principes Sacerdotum & Scribæ ex Scriptura sacra exhibuerunt. Verùm de illo, tanquam gentes, quæ Scripturæ sacræ testimonijs asuefactę non fuerant, poterant dubitare, videntes Sacerdotes, qui in verbis sacris inrarant, non tanti facere testimonium tanta solennitate ab ipsis declaratum, vt ad Regem illum quærendum mouerentur. Stella tamen vniuersos illos timores tanquam nebulas sparsit,

Cant. 3.

2. Corinth. 12.

Matth. 26.

Cõsolationes animæ à lustis solet Deus auferre, vt animo feruentiori eas desyderent.

Quarto, stella apparuit ne in Bethleẽ iterum de Rege quæreret.

Quinto, stella apparuit Magis, ne vilitate loci & matris paupertate scandalizarẽtur.

A sparsit, quare meritò, *Gauisi sunt gaudio magno valde.* Vbi notãdum est, q Euangelista non explicat quãtum, quámq; insolitum gaudium concepere Magi, dum puerum, quem tanto desyderio quærebant, inuenerunt: ex his tamen verbis id dicere poteris. Nam qui dixerat Magos videntes stellam primo gauisos esse, & secundo gaudio (quod apud Hebræos magnam emphasim habet, vt illud: Desyderio desyderaui. Et peccatum peccauit Hierusalem) & tertio, *Magno*, quarto & vltimo, *Valde*, quæ obsecro verba supererant Matthæo, quibus hoc supræmum gaudium exprimeret? certè nulla. Hinc colligere possumus, quanto nos repleat gaudio, Diuina illa Spiritus sancti lux, dum mẽtem tenebris peccatorum, aut saltim nebulis tentationum offuscatam illustrat. Gaudio summo conscientiam replet, quod summum certè est, quia gaudia terrenæ huius vitæ dolorum potius initia sunt quàm gaudiorum. Extrema enim gaudij luctus occupat. De quibus verè dici potest illud Iob: Gaudium hypocritę ad instar puncti. Gaudium verò animæ Spiritus sancti radio illustratæ, fructus est, vt (inquit Paulus) eiusdem Spiritus. Et gaudium stellæ eiusdem conditionis fuit, quod plenum & perfectum vocatur à Christo. Gaudium vestrum plenum sit. Gaudium sanè tale quod res huius sęculi quantumuis aduersæ, auferre non possunt. Pari ratione Magi eiusmodi gaudio exhilarati nulla aduersa timuerũt. Scientes Deum eorum causam & ducatum agere, in quo omnem spem tanquam anchoram fixam, atq; tutam habebant. Hanc lucem humilimis precibus à Deo postulemus, quam si concesserit, ter quaterque fœlices nos existimare possumus. Illam sequamur, nec dimittamus, donec introduxerit nos in locum matris nostrę, & in locum genitricis Dei, vbi ipse Deus inuenitur, inuenitur autem ab his, qui vero corde quærunt ipsum.

Iob. 20. a. 5.

Gal. 5. d. 22.

Ioann. 16. c. 24.

Hebr. 6. d. 19.

Cant. 3. b. 4.

Diuina illuminatio, quanto gaudio repleat mentẽ.

Proverb. 14. b. 13.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

11 ET intrantes domũ inuenerũt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 12. Et responso accepto in somnis ne redirẽt ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Domum ad quam Magi intrarunt nõ erat diuersorium, sed domus.

11 *Et Intrantes domum, &c.* Non iam in stabulo Mater cũ filio erat, quia confluẽtium multitudo ad censum cæsari persoluendum in causa fuit, vt hospitium intra domum non haberent, & vix in angulo stabuli, vbi Regem cæli & terræ peperit, & declinauit eum in præsepio, quia nõ erat ei locus in diuersorio, locũ inueniunt. Digressa iam hospitum multitudine, intra domum seu diuersorium, matri & infanti, locum hospites libenter dederunt, vbi secundum legis consuetudinem, vsque ad purificationem manere possent. Magi igitur intrantes domum inuenerunt puerum, nempè thesaurum to-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tius cæli & terræ. Niſi dicere velimus, per domum, ſpeluncam, ſeu ſtabulum Euangeliſtam vele intelligere ad maiorem Magorum deuotionem, & fidem explicandam. Vbi inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Græci habent, *Tidion*, hoc eſt, Puerulum ad maiorem infantiæ explicationem, & maximi myſterij declarationem. Ac ſi dixiſſet: Inuenerunt puerulum adeò tenuem & inuecilem foris, vt in nullis à cæteris, qui naſcuntur infantibus, abſimilis eſſe videretur, & m illo ſic conſpecto Magi magna intellexere myſteria latere. Viderant enim proculdubio, non ſolum intellectualibus, ſed & corporalibus oculis aliquid ſuper naturale in puerulo iſto latere, videlicet, quendam Dei formæ fulgorem in vultu ipſius. At interius eos quoque inſtruxit Deus, vt crederent omnem exteriorem paupertatem & abiectionem in puero, eiuſque matre, non eſſe humanæ neceſsitatis, ſed Diuinæ diſpenſationis, & licet puerulum debilem infirmumque videbant, in ſete ipſos experiebantur eum magni roboris ac fortitudinis eſſe, poſtquã ſola ſtellæ ipſius claritate ſic fuerunt ab ipſo deuincti, & in eius ſeruitutem redacti, vt nulla intercedente mora, longiſsimum arripuiſſent iter ad illum quærendum, & obedientiam ſummam ipſi præſtandum: Iſaiæ quidem prophetiam in ſe ipſos compleram iam eſſe teſtabantur, qua dixit: Voca nomen eius, Accelera, ſpolia detrahe, cito prædare: Iſai.8.a.3. Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci & Spolia Samariæ, coram Rege Aſſyriorum. Iam certa fide credunt Magi, quòd hic puerulus quàm primum ex vtero Virginis matris in hunc mundum apparuit: Vniuerſum mundum ſub tyrannica dæmonis poteſtate agentem, ſaluum facere cœpit: nam Iudaicum populũ per paſtores, quos angelica vocatione ad præſepium adduxit, ad ſalutem vocauit, ipſos quoque Magos tanquam: populi gentilis primitias, ex longè diſtantibus prouintijs, magna celeritate perduxit, vt ſalutem, à poteſtate diaboli liberati, conſequærentur æternam. Hæc & multa alia in puerulo iſto agnouerunt. Pudeat nos Chriſtianos tam parum de Deo ſentire, cum in his paganis tantum conſpiciamus feruorem. Quid obſecro Gentiles iſti habuerunt, præter vnam ſtellam, & vnam Scripturæ ſacræ ſententiam? Nos verò non vnam ſtellam, ſed clariſsimum illum mundi ſolem, lucem illam veram illuminantem omnem hominem, ad idq; venientem in hunc mundum. Adeò quidem manifeſtè, vt inexcuſabilis ſit omnis homo, ſi clariſſimo iſto ſole nõ illuminetur: lux venit in mũdum & (proh dolor) dilexerũt homines magis tenebras quàm lucem, &c. Nos non vnam tantum Scripturæ ſentẽtiam habemus: Sed vniuerſam ſacram Scripturam, nobis à Deo reuelatam, qua quotidie à Deo inſtituimur de omnibus ad ſalutem neceſſarijs, vt per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Meritò ergo intimo dolore pectus noſtrum tundere debemus, & plangere, quòd tamdiu tanto lumine cæleſti illuſtrati, tantis Scripturæ ſacræ teſtimonijs ac doctrinis edocti, nullum ad huc feruorem habemus, nec tàm magnificè, vt decet, de Deo toto corde ſentimus. Magi iſti ſurgent in iudicium contra nos, quia illi vnica ſtella illuminati, vnica Scripturæ ſacræ ſententia edocti, tantum breui profecerunt, vt fidem Catholicam

In Græco. Puerulũ eſt.

Iſai.8.a.3.

Rom.1.

Ioan.

Rom.13.

A cam inter gentes prædicantes, fidei noſtræ viri plantatores ſint. Nos verò luminaribus cunctis cæleſtibus illuſtrati, tot Scripturis Prophetarũ admoniti, deteriores quotidie efficimur, & non tabeſcimus? *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Diuina hoc diſpenſatione factum fuit, vt mater tantum cum filio inueniretur à Magis. Nouerant forſam ex Sybilinis oraculis puerum, quem quærebant, ex Virgine naſciturum, & ne ſi Ioſeph vidiſſent cum Virgine, eo conſpecto, ſuſpicarentur communem infantis eſſe generationem: ideò ipſum ſolum cùm matre inuenire Deus ordinauit. Solum puerum quærebant, & ſimul matrem inueniunt, quod myſterio non vacat, vt qui Regem cæli inuenire deſyderant, Reginam matrem omnium bonorum diſpenſatricem, ſibi ad futuram non dubitent, cuius etiam interuentu, multa de puero, cui fundi non erat facultas, ex ipſius puriſsimo ore acciperent intelligerentque. Inuenerunt puerum cum matre, qui cum Patre omnia creauit, qui etiam ad huc puerulus, portat omnia verbo virtutis ſuæ. Inuenerunt puerulum paruæ ætatis, eum qui æternus eſt, & in quo nos omnes ab æterno Pater prædeſtinauit & elegit. Inuenerunt infantem eum, qui Dei ſapientia eſt, qui linguas infantium facit diſertas, cuius gloriam omnes creaturæ prædicant. Inuenerunt paruulum eum, qui cælum & terram gloria ſua implet. Inuenerunt pauperem eum, cuius eſt terra & plenitudo eius. Inuenerunt humilem eum, quem Angeli expauescunt, cuius nutui omnia obtemperant. Hijs forſam gratiſsimis colloquijs ad notitiam infantis mater Maria Magos exceperat, & filij naturam prædicabat Diuinam, ne vilis ſtabuli habitatio eos offenderet, nec lactãtis infantis debilitas turbaret, nec pauperies matris Reges ſcandalizaret.

Magi contra Chriſtianos in iudicio reſurgent.

Ioſephum nõ inuenerunt Magi cũ Maria & quare.

Reginam matrem inuenit qui cæ't Regẽ inquirunt.

Heb.1.a.3.

Ephe.1.d.5.

Rom.13.

Iap.10.d.23.

Hierem.21.

Pſal.23.a.1.

Hæc externa viliſsima non curantes, *Procidentes adorauerunt eum.* Adſunt Magi (inquit Hilarius) inuolutum pannis adorant, & poſt illam inanis ſuæ ſcientiæ arcanam operationem, poſito in cunis genu flectunt. Sic per Magos cunarum ſordes adorantur, ſic vagitus per Angelorum Diuina gaudia honorantur. Et Sanctus Leo Papa de huius adorationis fructibus, elegantiſsimè loquens, ſic ait: Iſta diligentia ſagacis officij, vſque ad videndum puerum perſeuerans, futuri temporis populis, & noſtri ſæculi hominibus ſeruiebat: vt ſicut omnibus nobis profuit, quod poſt reſurrectionem Domini, veſtigia vulnerum in carne eius Thomæ Apoſtoli explorauit manus: ita ad noſtram vtilitatem proficeret, quòd infantiam ipſius Magorum probauit aſpectus. Viderunt itaq; Magi, & adorauerunt puerum de tribu Iuda, de ſemine Dauid ſecundum carnem, factum ex muliere, factum ſub lege, quam ſoluere non venerat, ſed adimplere: Viderunt, & adorauerunt puerum, quantitate paruulum, alienæ opis indiguum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſsimilem, quia ſicut fidelia erant teſtimonia, quæ in eo maieſtatem inuiſibilis Diuinitatis aſſererent, ita probatiſsimum eſſe decebat, Verbum carnem factum, & ſempiternam illam eſſentiam filij Dei, hominis veram ſuſcepiſſe naturam: ne vel ineffabilium operum ſecutura miracula, vel excipiendarum ſuplicia paſſionum Sacramentum fidei ex rerum diuerſitate turbarent, cum iuſtificari omninò non poſſent, niſi

Hilari.lib.2. de Trinit.

Leo ſerm. de Epiphan.

Rom.1.d.2.

Gal.4.d.4.

Matth.5.c.17.

Ioan.1.b.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui Dominum IESVM Christum, & verum Deum, & verum hominem credidissent. Hæc Leo. *Prouidentes adorauerunt eum.* Orientales duo erga suos Reges obseruare soliti erant, Vnum, quòd qui eorum Regem conuenire volebant, prius proni in terram magno cum humilitatis respectu ipsum salutabant, adorabantq;. Alterum erat, vt nunquam ad Regem adorandum vacui venirent, sed cum muneribus: hanc suæ regionis consuetudinem Magi seruarunt. Regem enim quęsitum & inuentum, humilissima cordis demissione, corporisq; humi abiectione, adorarunt, & secundum dignitatem personæ, quam adorare venerant, dona atulerunt. Iuuencus de Euangelica historia, elegantissimis carminibus hoc refert, dicens:

Orientalium mos erga suos Reges.

Iuuencus de histor. Euangc. lib. 1.

Et postquam puerum videre sub vbere matris,
Deiecti, prono texerunt corpore terram:
Submissiq;, simul mox mystica munera promunt,
Aurum, thus, myrram, Regiq;, Deoq;, hominiq;
Dona ferunt.

Nec ante adorationem qua puerum adoratione latriæ, tanquam Dominum maiestatis, Regem cælestem, & omnium Saluatorem adorarunt, longam & magnam inquisitionem de eius natura fecerunt: nam antequam de patria exirent, Spiritus sanctus illos perfectè instituerat. Sic enim Leo Pontifex ait: Vndeij viri cum proficiscerentur de patria, qui nondum viderant IESVM, nec aliquo contuitu eius, quòd eum tàm ordinatè venerarentur, hanc deferendorum munerum seruauere rationem, nisi quia præter illam stellæ speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius, eorum corda perdocuit, vt priusquam labores itineris inchoarent, eum signari sibi intelligerent, cuius in auro Regius honor, in thure Diuina veneratio, in myrrha mortalitatis confessio deberetur? Et hæc quidem quantum ad illuminationem fidei pertinebat, potuerunt illis credita, & intellecta sufficere, vt corporali intuitu non inquirerent, quod plenissimè visu mentis inspexerant. Hanc eandem sententiam elegantissimè Sanctus Eprhem habet, contra eos qui filij Dei naturam scrutari volunt, integrum contra eos librum scribens, sic ait: Attende, O infœlix! Magos illos, qui de remotis teriæ partibus ad adorandum nuper editi Regis infantiam aduenerunt: Non ibi Regem inuenerunt in purpura iacentem, non diademate lucentibus gemmis intexto insignitum caput, sed infantem inuolutum vilibus pannis in præsepio repererunt, & continuo, *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera*, cum gaudio cordis. Vide excelentissimam Magorum fidem. Offendunt in vili præsepio iacentem Regem cælestem, sanctum, nuper pro salute totius Orbis incarne natum: Inuenerunt (inquam) in præsepio, nec tamen vltrà inquirere pergunt. Quid enim angusto præsepio vilius? Inter tot vilia, nullum Regis indicium cernentes Magi, nihil de illius maiestate dubitant, nihil pannorum vilitate mouentur, nec geniti naturam curiosè rimantur. Ipse autem infœlix ad Patris dexteram conspicis vnigenitum filium, omni subnixum maiestate Regem consedere Patri, atque cum ipso laudari, & audes illum temere scrutari? Non expaueseis miser, non stultè terreris? Qui te ipsum nescis, creatorem explorare præsumis?

Leo in serm. de Epiphan.

Ephrem.

Quis

A Quis talem non execretur audaciam? Deus & Dominus vnigenitus Patris, in excelsis ad Patris dexteram residet, Angeli, Archangeli, Cherubim & Seraphim cum metu & tremore adstant illi, præsis deorsum cum herrore reuerentes obtutibus. Cinis autem ac puluis in terra sedens scrutatur opificem? Cherubim prope solum glorię sub alis suis contegit faciem, nec in illam maiestatem infigere lumina sustinet, homo autem terrenus & luteus, qui semetipsum & mortis suæ
B tempus ignorat, Dominum omnium conditorem præscrutatur? Non igitur mortali, homo Diuinam naturam, nec mysteria & Sacramenta Diuina præscrutari audeat: nam scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Sed quod Ecclesia docet, & fide credis humilimè adora. Obmutescant iam hæretici, qui audent affirmare, atque impudenter docere, Christum in Eucharistiæ Sacramento minimè adorandum, quia de hoc (inquiunt) expressum in Scriptura sacra non habemus præceptum. Si certa fide tenes, Luthere, Deum ipsum sub velaminibus latere, quare Deum, quem credis, non adorabis? quia, inquis, expræssum præceptum non habes? habes perpetuam Ecclesiæ traditionem, habes & Magorum exemplum pariter & doctrinam. Chrysostomus pluribus in locis, ex Magorum adoratione Christum in Eucharistia adorandum esse colligit. Hilarius quoq; sic ait: aliud intelligitur, aliud videtur, aliud oculis, aliud animo conspicitur. Parit virgo, partus à Deo est, Infans vagit, laudantes Angeli audiuntur. Panni sordent, Deus adoratur. Ita in Eucharistia, panis species conspicitur, sed Christi corpus, ipse etiam Christus Deus & homo adoratur. Ita quoque Chrysostomus: Hæc (inquit) mensa vicem explet præsepis, in quo natus est Christus. Nam & hic ponitur corpus Dominicum, non quidem fascijs inuolutum, sicut tunc, sed vndique Spiritu sancto conuestitum. Et idem super Epistolam primam ad Corinth. Hoc corpus (inquit) in præsepi reueriti sunt Magi, & viri impij & barbari, tu non in præsepi, sed in altari, non mulierem quæ in fascijs teneat, sed sacerdotem præsentem, & Spiritum sanctum superposito sacrificio abundè desfusum vides. Gregorius etiã Nazianzenus, ne externa consideremus docens, sic ait: Cur tu ad id quod oculis cernitur, impingis, nec spectas id quod animo, & intelligentia percipitur? fascijs quidem inuolutus est: verum sepulturæ fascias, resurrectionis excussit. In præsepio reclinatus est, cæterum ab Angelis celebratus est, & à stella proditus, & à Magis adoratus.

Audiendi non sunt Lutherus & sequaces, qui dicũt Christum in Eucharistia nõ ad adorandũ, sed ad comedendum datum.

Chrysost. in hom. de sancto Philogonio.

Idem homil. 24. Primæ ad Corinth.

Gregor. Nazian. Orat. 3. de Theologia.

C *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Hoc est apertis thecis vbi thesauri repositi fuerant, & seruati ab eo rempore, quo ex proprijs regionibus discesserant. Secundum iudicium, quod de nouo Rege statim ac stella ipsis apparuit, fecerunt, & fidem, quam Deus ipsis infundere dignatus est de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, dona illi offerenda parãt. Nec enim parua esse decebant ipsi, de quo tàm magnificè iudicabant. Vt autem hoc Euangelista notaret, dicit: *Apertis thesauris suis*, non enim thesauros vocamus, nisi summam magnam ditissimarum rerum, cuius pretium vix æstimari poterit. Hac in parte non passum in sententiam Reuerendissimi Iansenij ire, quem libentissimè ob raram eius eruditonem, & antiquam amicitiam

Chrysost. in variis locis.

Hilari. lib. 2. de Trinit.

Rom. 1. d. 2.

D *Dona Magi pararunt in propria regione secundum fidem, quã de Christo ibi conceperant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A amicitiam nec vulgarem inter nos, in plurimis sequor, maximè in hac Matthæi expositione. Nam dicit Magos fortasse non intellexisse, quid his donis speciatim protenderetur: nam ipsemet fatetur, & quidem doctissimè, Magos alia quædam de puerulo hoc sensisse, quàm vel de eo audierant, vel in eo viderant id, quod fecit primum stellæ indicium. Deinde & splendor quidam Diuinus, qui animas illorum illustrabat. Quid obsecro

B splendor illi Diuinus fuit, quàm Spiritu sancti gratia, qua fide certissima illuminati continuo fuerũt, ac stellam viderunt, vt Christi naturam agnoscerent, & corde firmo, & fide non ficta crederent, ore confiterentur coram Principibus & Regibus, & filijs Israël Hierosolymis commorantibus, & tandem exteriori dohorum protestatione, quod de puerulo credebant & confitebantur, testarentur ante Christum, & matrem, & vniuersos Angelos astantes. Si tanta claritate Magi illustrati fuere, quare non etiam illustrarentur, vt dona quærent & offerrent, quæ magis naturæ, ac personæ conuenirent? Antequam igitur ex patria egrederentur, dona certè pararunt, quibus fidem protestarentur opere, eorum quæ de ipso puerulo corde credebant. Verbo itaque opere, atque muneribus Magi professi sunt Christum esse verum hominem, verum Regem, verumq; Deum. Verbo quidem, quia dum dicunt: *Vbi est qui natus est*, humanitatem eius manifestè fatentur. Cumq; adijciunt, *Rex Iudæorum*, Regiam eius potestatem cãdidè declarant. Dum verò annectunt: *Et venimus adorare eum*. Diuinitatem eius constanti animo testantur.

Venientes autem in Bethleem procidentes, & humi prostrati dona offerunt, nempè aurum, thus, & myrrham, Diuinam & humanam, & Regiam potestatem declãrantes. Thus Deo, Myrrham homini, Aurum offerunt Regi: quia (teste Hilario) quod erat in substantijs proprium, non erat in persona diuersum. Qui eos sic adduxit, eos hæc munera offerre docuit. Si bene cõsideramus res gestas à Magis, facilè inueniemus eos longè maius sacrificium Hierosolymis obtulisse, quàm nunc Deo in Bethleem obtulerunt. Ibi enim sacrificium laudis Deo maximè gratum obtulere, cũ puerulum, quem non dum viderant, animosa fide Deum, hominem, & Regem, ante tyrannum Regem protestabantur. Adeò constanti animo, vt potius omnia tormentorum genera subire parati essent, quàm ab hac confessione, vel in minimo discedere. In hospitio autem Bethleemitico, aurum, thus, & myrrhã, offerunt ipsi Deo, nemine contradicente, tyranno absente. Nonne longè maius & Deo magis acceptum est, si quis se ipsum pro fide offerat, quàm externa dona quantunuis pretiosa sint dare. Hinc Dauid Dei nomine, sic ait: Audi Israel, Deus Deus tuus ego sum, Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in cõspectu meo sunt semper: non accipiam de domo tua vitulos, &c. Immola Deo sacrificium laudis, &c. ac si apertius dicat. Antiqua illa veteris legis decreta & sacrificia, populli illius fidem testabantur. At verò tempore nouæ legis & Euangelicæ regenerationis, aliter populus Dei contestatam faciet fidem. Non verearis (inquam) ò homo te à me reprehendi, nisi cruentis mihi litaueris sacrificijs, illis iam plenus sum. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi, holocaustomata vestra, non mihi iam sunt accepta, nouus inceptandus est

Act. 9. c. 15.

Verbo opere ac muneribus Christi naturã Magi professi sunt.

Hilar. super Matthæum.

Magi homines maius sacrificium in Hierusalem Deo obtulerunt, quam in Bethleem.

A est cultus, cuius summa, amor est, ex fide de corde puro procedens, non cruor, aut timor vt olim. Immola Deo sacrificium laudis, &c. Hæc est summa, concluſioque totius acerui & oneris sacrificiorum, vt serio quis considerans Dei bonitatem, atque erga omnes mortales dilectionem, illum, quem tam largum & effusum in erogandis muneribus cernit, admiretur, amet, quærat, illumque solum ante omnia expetet, cui & se, & sua tutò quæat committere omnia. Interim

B verò nihil tam charum in vita habeat, quàm vt tam benignum Dominum, corde, & ore, perpetuis efferat laudibus, & eius gloriam prædicet, etiamq; veluti de se structa ara, ac simul victima, sese totum ad Diuini numinis honorem, & macter, & incendat. At qui talem sacrificandi modum, atque vsum inuenit, in quo fides atque amor, humanis iugulatis sensibus, splendidiores in virtute fiant, Diuina hũc

C approbat maiestas, hunc cupit, hũc ab æternis rerum sæculis, à mortalium popoſcit animis, & exegit. Vult igitur à nobis Deus nosiplos, vult animum, vult cor, vult quoq; ipsum, alioqui brutum, ac iners corpus, vt quicquid tandem sumus, quicquid viuimus, quicquid vouemus, id totum, facta velut rerum omnium nostrarum sarcina, ac globo, vna sit laus Deo, vnaq; ipsi libatio, ac sacrificium. Vides iam quam

D exactè Magi, nouum auspicati sunt in noua & Euangelica lege Hierosolymis sacrificium? Dei namq; bonitatem immensam, summumque eius erga genus humanum amorem admirantes, & amore ardentes, ipsum solum quærunt, ipsum corde & ore fatentur, & perpetuis efferunt præconijs, & se ipsos omniaq; ipsiorum bona ipsi offerre anhelãt. Dum hoc laudis sacrificium Deo super omnia gratissimum Magi Hierosolymis offerrent, parabat Deus, & aceptare ostendit per Scripturam sacram, per stellam illam fulgentem, quæ iter ipsis salutare Dei ostenderet, vt tandem promissio Diuina impleretur, quæ sic habet: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Non est dicẽdũ, quòd hæc munera fuerint sic oblata Christo, vt vnusquisque proprium & singulare atulerit donum. Primus aurũ, secundus thus, tertius myrrham. Hæc enim tria dona singuli simul obtulerunt. Nam cum vnam eandemque fidem de Christo singuli concepissent, donis similimis protestari eam vnusquisque voluit, offerens eorum quilibet, aurum, thus, & myrrham, erant enim ex præclarioribus bonis suarum regionum; Nam mos fuit Orientalibus in illis regionibus non modo Rẽges cum muneribus salutare (vt iã diximus)

C sed illa etiam dona offerre de rebus pretiosissimis illius regionis, vt inde & grati animi testimoniũ & regionis abundantiæ notitiam haberent. Sic legimus Iacob filijs præcepisse, vt Ægypti præfecto de optimis terræ frugibus dona deferrent. Sic quoque Regina Saba Salomonem adorans: fuę regionis dona pretiosiora obtulit. Et licet aurum, thus, & myrrha, pretiosa dona erãt, quæ ex illis partibus habere poterant, pretiosiora iudicata meritò

D fuerunt, quia Diuina inspiratio id offerre ipsis ordinarat, cui paruerunt, & pretiosissima tandem adhuc censenda sunt, ob grauissima mysteria quæ in ipsis latebant. Vnde Diuus Cyprianus. Quia verò (inquit) neminem in conspectu Dei apparere vacuum lex vetus edocet, præuaricatoribus legis abeunti-

Pſal. 49. c. 14.

Sacrificij veri Christiani qualis sit.

Magi in noua Lege nouum sacrificij auspicati sunt.

Pſal. 49. c. 23.

Magorum quisq; tria obtulit dona.

Gen. 43. c. 11.

3. Reg. 10. b. 10.

Diuina inspiratio ordinauit Magis, vt dona talia offerrent Christo.

Cyprian. serm. de stella & Magis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mysteria quæ in Magorum oblatione includũtur.

A abeuntibus vacuis, primitiæ gentiũ sacramentalia munera proferunt de thesauris, & Domino aurum & odoramenta præsentant, profitentes ex ratione munerum, de eo quẽ adorabant, quid crederent, quid sentirent. In auro Regem, in thure Sacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamuis passibilem, declarant. Oblatio ista incarnati verbi exponit mysteria, & breui subtiliq; indicio vtrinsque naturæ humanæ Diuinæq; exprimit vnitatem, quid & proprium est vnicuiq; singulatim distinguens. Nam aurum Deo Patri, cuius Regnum & Imperium suis mundum replet splendoribus, Thus in odorẽ suauitatis tunc fuit, cum Summus Sacerdos & Pontifex Christus se obtulit, cuius caro, Passionis cremata carbonibus, incensionis suæ fragrantiam transmisit ad cælos, & vsque hodie odor ille suauissimus in terrestri, cælestiq; Ecclesia, indeficiens perseuerat. Quòd autem passibilitatis natura, quam obediens Deo voluntarie susceepit, in incorruptione firmata sit, virtus myrrhæ obuians corruptelæ, suo probat effectu, & visibilium ratione munerum, immortalitatis solidæ constat euidens argumentum.

Magorũ oblatio, mysteria Incarnationis Christi in se continet.

B

Obtulerunt ei munera, &c. Licet in auro & thure, ac myrrha, id quod iam fidei oculis videbant, nempè in auro Regiam illam dignitatem, qua cunctos mortales Reges superabat,

D

In Myrrha Christi amarissimam passionem vaticinabantur Magi.

& in thure Diuinam humanamq; naturam in vno eodemq; supposito existentem, faterentur, in myrrha tamen prophetico quidem spiritu mortem omnium amarissimam, quam pro hominibus passurus erat, vt nos omnes à tyrannide mortis vindicaret, vaticinio mirabili testabantur. In duobus certè primis muneribus, tanquam digito monstrabant, id quod in puerulo tunc ostendebatur: in myrrha tamen id, A quod tunc nõ erat ostendũt, de illo tamẽ expectãdum esse suo tempore, videlicet, immortalitatem, mortisq; victoriã, & vitæ perpetuæ beneficium. Vide obsecro mecum sanctissimos hos Magos, tanquam vniuersalis Ecclesiæ gentium procuratores agere, & ad commitia omnium augustissima, licet in stabulo celebrata, Diuina vocatione venisse, vbi sese vniuersumq; populum gentium, vnà cum suis omnibus rebus, tanti Regis imperio submittunt, à quo tanquam à fonte omnium cælestium bonorum perenne, vniuersa bona, non modo terrena sed potius cælestia, sunt à nobis expectanda. Per ipsum enim maxima & pretiosa sunt nobis collata dona. Cuius etiam potentia inefabili, vniuersa quoque mala, quibus supra modum præmebamur, sua atrocissima morte, à nostris ceruicibus erant profligãda. Hæc omnia sese à solo hoc inclyto Rege expectaturos sua obedientia profitentur. Vnde Rupertus sic ait: C Quid inquam hîc dicendum, nisi quia Prophetæ ipsi, & prophetia, ipsorum munera fuerunt? Veritatem & mansuetudinem & iustitiã, gloriam & honorẽ protestati sunt. Veritatem assumptæ carnis, Mansuetudinem, id est, humilitatem passionis, Iustitiam, quam Deus pater aceptauit. Gloriam regni, & honorem & diuitias vnius eiusdemq; Iesv Christi.

Magi Gentilitatis primitiæ missi à Christo ad Christum.

Hæc vniuersa munera, quæ Magi Christo corporaliter exhibuerunt, nos, qui ab ipsis Christianæ professionis originem trahimus, spiritualiter ipsi Deo offerre tenemur, si Magorum vestigia immitatores fideles esse volumus. Aurum Deo verè offerimus, si certa fide eũ regem illum esse, qui vniuersa, nẽpe cælestia terrestria & inferna moderatur

Ioan. 13. d. 3. A tatur regna, cui omnia dedit Pater in manus, qui habet in femore eius scriptum Rex Regum & Dominus dominantium. Sj talem eum nobis desiignamus, quid malorum timere, quid non bonorum ab eo sperare possumus? Animaduertant illi, qui terrenum Principem sibi propitium, sibiq; fauentem habent; quis in vniuerso regno aduersari ipsis audebit? & quas dignitates & fauores, quas diuitias & honores vacantes, non sibi suisq; filijs & amicis sanguineq; coniunctis, pollicẽtur. Si à terreno Principe talia homines expectant, qui licet possint, sæpè nolunt illa concedere; quid non sperabimus à Rege hoc omniũ nostrum amantissimo, qui dat omnibus affluenter & non improperat? qui nihil magis exoptat quam vt ipsi petamus, quiq; magnis clamoribus suum erga nos liberalissimum animum explicat, dicens: Petite, & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.

Apoc. 1.

Aurum offert qui fidem perfectam Deo tribuit.

Iacob. 1. d. 5.

Matt. 7. b. 7.

C Omnis enim qui petit accipit, qui quærit inuenit, & pulsanti aperitur. Thus offert ille Deo Optimo Maximo, qui licet sese maximum peccatorem agnoscat, certissima fide Sacerdotem illum magnum in cruce pendentem, & æterno Patri sanguinem proprium libantem, & peccata mundi tollentem conspicit, & illum, quẽ posuit Pater propitiatorem, adorat, & vera cordis contritione sperat in illum mediatorem

Thus offert, qui spem fixã in Deo collocat.

Rom. 13. d. 25

1. Tim. 2. b. 5.

Ephe. 3. b. 12.

D Dei & hominum, per quem habemus pacẽ ad Deum. Myrrham tandem offert ille, qui quamuis credat Christum pro peccatis mundi mortem crudelem subijsse, tamen firmissima fide tenet, illum mortis victoriam reportasse, & vitam sibi & nobis æternam consequutũ; ex quo spei nostræ anchoram tutam ac firmam in Christo figere certè possumus, credentes nos per ipsum mortem superásse, tartara, deiecto Satàna, euasisse, & vitam æternam nobis comparasse: ideoq; Christi passionem patienter (aduersa ferendo) immitari teneamur.

Myrrham offert, qui Christum patiendo immitatur.

Hebr. 6. d. 19.

Rupertus Abbas, quatuor Christi primaria mysteria in hac Magorum oblatione designata fuisse testatur. Vbi quatuor illa animalia, quę Ezechiel præuiderat, huic mysterio conuenire elegantissimè demonstrat. Quatuor (inquit) facies vni erant (ait Propheta) facies hominis, facies leonis, facies vituli, & facies aquilæ volantis. Quatuor B istas facies, quatuor constat esse Sacramenta, quæ nescire non licet homini Christianæ professionis: scilicet Incarnationem, Passionẽ, Resurrectionem, atque Ascensionem eiusdem Iesv Christi; quarum circa inspectionem faciem tota versatur intentio huius opusculi. Faciem vnam ex his, videlicet faciem hominis, præsentem inuenerũt Magi, quam & procidentes adorauerunt; cæteras mysticis muneribus C mirabiliter præsignauerunt; Myrrha faciem vituli, id est, Sacramentum Passionis, qua ipse sacrificandus, atq; mistura myrrhæ & aloes condiendus erat, nempè cum in sepultura corpus eius fuit conditum. Aurum faciem leonis, id est, gloriam Resurrectionis, per quam caro, quam ex nobis mortalem susceperat, tantum meliorata est, quãto aurum puluere seu limo terræ, pulchrius atq; prætiosius est. Thure faciem aquilę volantis, id est, sublimitatem Ascensionis, & confessionem ad dexteram Patris, ex qua dato hominibus Spiritu sancto, cognitus est quòd Deus idẽ filius Dei, cui sacrificium incensi legitimum iure debet offerri æquè vt Patri & sancto Spiritui.

Rupertus in Matth. c. 2.

Ezech. 10. c. 14.

Quatuor animalia Ezechielis quatuor Christi mysteria præcipua nobis adũbrat, quæ in oblatione Magorum ipsis præcognita fuisse declarant.

Ioan. 19.

Hunc Magorum aduentum, eaq; omnia, quę à D. Matthæo circa hãc historiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A historiam narrata sunt, longè ante à Prophetis præuissa fuere, quod ostẽdit in primis D. Basilius: Nimirum (inquit) Balaam vaticinium sequuti sunt, qui de Christo talia visus est dicere: Accumbẽs dormiuit vt leo, & quasi pulus leonis, quis suscitabit eum? Qui benedixerit tibi, erit benedictus, & qui maledixerit in maledictione reputabitur. Per leonẽ enim eius imperiũ sermo demonstrat, per accubitum verò, supplicium, per benedictionis virtutẽ, B eius Diuinitatem. Igitur Magi vaticinium hoc sequentes, vt regi aurũ, vt morituro myrrham, vt Deo thus obtulerunt. De hoc quoque mysterio prisci Iudæorum multa ex sacra scriptura, tanquam huius rei vera vaticinia, nobis declararunt. In Midras Tehilim, id est, in expositione Psalmorum super illud Psal. 87. Memor ero Raab & Babylonis sciẽtium me, vel cognoscentibus me. Rabb. Ioses filius Symeon, sic ait: C Futurum est, vt nationes mundi adducant munera Regi Messiæ. Sicut dictum est Cantici Canticorum: Munera dabis de capite Amana. Sequitur in eodem Psal. Homo natus est in ea, vel vt Hebræa translatio habet. Iste natus est ibi iugiter. Dominus narrabit, vel Deus cõputabit in scriptura populos. Hoc est. Ex illis populis, qui adducẽt munera regi Messiæ, Deus sanctus & benedictus ascribet eos cum Israël, & iste D natus est ibi iugiter: ac si dicat: Hi tales erunt, ac si nati in illa hora fuissent, & hoc est, iste natus est ibi iugiter. Hæc est traditio. Ad cuius intellectum Galatinus notat, quòd nunquam in tota veteri sacra scriptura ponuntur populi pluraliter, quin gentiles, vel ij qui non erant Iudæi, per eos apud ipsos intelligantur. Apud Isaiam quoq; de hoc mysterio sic legitur: Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuũ, &c. Rabbi Ionathas ita Chaldaicè exponens ait: Surge illuminare Hierusalem, quia appropinquabit tempus saluationis tuę, & honor Dei super te reuelabit se. Quia ecce tenebræ operient terram & caligo regna, Super te autem descendet Diuinitas Dei, & honor eius super te reuelabitur. Et ibunt gentes ad lumẽ tuum, & reges ad suscipiendũ splendorem tuum. Quòd autem hæc de Messia dicta sint, ex eo patet, quod in Beresith Rabba, id est, in expositione libri Genes. habetur, super illud Gen. 25. dictũ. Et emisit eos desuper Isaac filio suo, cũ ad huc viueret, ad plagã Orientalẽ. Ibi enim sic dicitur. Hoc est, quod scriptum est apud Iob: Respicite semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper. Non est Saba, nisi filij Abrahę sicut dictũ est, Gen. 25. Et Iaksan quoq; genuit Saba & Dedan. Cùm magnificatus esset Salomon in regno suo dixerunt: Forsitam hic est Messias, & statim venerunt ad eum sicut dictum est in lib. Reg. Et Regina Saba, audita fama Salomonis, in nomine Dei venit, ad tentandum eum in ęnigmatibus. Vbi notat traditio nõ esse legendum Reginam Saba, sed Regnum Saba. Et quid est dictum in nomine Dei? Prophetæ fuerunt apud eos, qui eis in nomine Domini Dei sui prophetauerunt verba, quæ eis tradita fuerunt, & quæ succesiuè ad manus eorum ex Abrahã venerunt. Et vnde habuerunt, quòd vẽturi essent in diebus Messiæ, eiq; D seruituri? Ex eo quod dictum est Isai. 60. Multitudo camelorum operiet te dromedarij Madian & Epha. Omnes ipsi de Saba veniẽt, aurum & thus deferentes, & laudem Dei (Tetragrammaton) annunciabunt. Hic enim rex Messias, sicut dictum est Hieremiæ cap. 23. & 33. Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Deus (Tetragrammaton) iustus noster.

A Rabbi Ionathas.

D. Basil. hom. de humana Christi gene.

Gen. 49. b. 9.

Ideò vaticinium, Magi in oblatione sua de Christo intelligi debere ostendit.

Iudei Magorum munera ex scriptura agnouerunt.

Midras Tehilim in Psal. 87. a. 4.

Rabbi Ioses.

Cant. 4. b. 8.

Magi in numero Israëlitarum adscripti.

Petrus Gala. lib. 8. c. 3.

Psal. 60. a. 1.

Et

A Et sic Isai. ait: Et super te illucescet, vel orietur Deus (Tetragrãmaton) & gloria eius super te apparebit. Et ibunt gentes ad lumen tuum, & Reges ad splendorẽ illustrationis tuæ. Hactenus traditio. In qua quinque præcipuè notat Petrus Galat. Quorũ primum quidem est, quia dicit, quòd Regina Saba, audita fama Salomonis, venit in nomine Dei ad tẽtãdum eum cum ænigmatibus: & causam asignãs, ait: Quia cum magnificatus esset Salomon in Regno B suo, dixerat: Forsitam hic est Messias. Ex eo autem quod ait, non esse legendum Regina Saba, sed Regnũ Saba respondetur obiectioni, quã nobis iuniores Iudæorum facere solent, dum falso probare conantur, Christum nostrũ non fuisse Messiã, eo quòd Propheta dixerit: Omnes de Saba veniũt, aurũ & thus deferentes. Et teste Euangelio, non omnes illi de Saba, sed pauci Christum adoratum venerunt. Hic igitur per suum Talmud optimè conuincuntur, cum ait: Non legas Regina Saba, sed Regnum Saba, quia cũ Rex C repræsentet omnes de Regno suo existẽtes, Regina ipsa Saba, quæ venit ad Salomonẽ, totũ Regnum ipsum repræsentabat. Cùm ergo Regũ, qui ad adorandum Christum venerũt, vnus Rex Saba extiterit, qui omnes eiusdem Regni repræsentabat: ideò rectè per Isai. prædictum fuerat. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, &c. Secundò, in eadem traditione notandum D est, quòd ait illos de Saba in diebus Messiæ venturos fuisse, atque seruituros, quod prædicta Isaiæ verba futurũ fuisse ostẽdunt. Tertiò, quia dicit eos de Saba filios Abrahę fuisse, quod per sacræ Scripturæ auctoritatem probat, quam ibi inducit, & quòd fuerit in eis Propheta, qui in nomine Dei sui, eis verba prophetauerit, quæ prophetia illis tradita fuerat, & quæ ad manus eorum succesiuè ex Abraham venerat. Quartò, quia exponendo illud Isaiæ, Omnes de Saba venient, aurum & thus deferent, & laudes Dei (Tetragrammaton) annunciabunt, dicit hunc Deum nomine Tetragrammaton scriptum, cui illi de Saba munera illa oblaturi erant, eiusq; laudem annunciaturi, Regem esse Messiam. Quod testimonio Hieremiæ probat, dicentis: Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Deus (Tetragrammatõ) iustus noster. Quod est nomen vnicum Deo, ac soli ipsi appropriatum, ipsiusq; creatoris indicans essentiam. Quare nulla creatura eo nomine vocari potest. Ex quo apertè sequitur Messiam esse Deũ. Quintò, quòd Gentiles ad lumen huius Messiæ vocandi essent, & ipsi venturi, & illum adoraturi. Quod autem Messias, vt Deus adorandus esset, ostenditur ex prophetia Dauidis: Vbi sic ait, secundum veritatem Hebraicam, Reges Tarsis, & Insularum, munus reddent, C Reges Saba & Seba xenium afferent. Et post pauca, Et viuet, & dabitur ei de auro Saba, & orabunt ipsum iugiter, tota die benedicent ei. Quod hæc omnia de Messia intelligi debeant, ex eo patet, quod Rabbini in expositione magna libri Genes. super illud. 33. cap. dictum. Et compulit eum, & recepit, ita legitur. Dixit Rabbinus, id est, Magister noster, Quod omnia munera illa, quæ dedit pater noster D Iacob Esau, futurum est (inquit) vt Reges mundi, Regi Messiæ restituant. Vnde probatur hoc? Ex eo, quod scriptum est in Psal. Reges Tharsis, & insularũ munus adducẽt. Non ita (inquit) scriptũ est, sed munus reddẽt. Quæ omnia in Christo completa fuisse hæc Matthæi historia luculenter ostendit. Hoc etiã mysterium Sybilla Erythræa his

Petr. Galat. de arcanis Ecclesiæ.

Quinq; considerat circa aduentum Reginæ Sabeorum.

Primum, quia Salomonem Messiam esse putabat.

Talmud docet nõ esse legendum Regina Saba, sed Regnum Saba.

Secundò, quia dicit Reges de Saba in diebus Messiæ venturos.

Tertiò, quòd Reges de Saba dicit Abrahę filios esse.

Quartò, quia dicit Regem illũ esse Messiam.

Hierem. 23. 4. 6.

Quintò, quòd Gentiles vocandi essent.

Psa. 72. b. 10

Sybilla Erythræa oracũ lib. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vaticinata est verbis, de Messiæ aduentu loquens.

Illi libabunt aurum myrrhamq; ferentes,
Thusq; Sacerdotes: hæc omnia namq; patrabit.

Gregorius Nazianzenus huius adorationis Magorum, finē paucissimis verbis optimè explicat, dicens: Magi procumbunt, & munera offerūt, vt scilicet idolorum cultus hoc facto euerteretur. Quis dubitat Magos statim à suo in propriam reditu, Christum efficacissimis testimonijs, suis prædicasse, omnemq; idolorum cultū funditus euertisse, & fidem Catholicam plantasse? Sic certè erant, tum ab stella, tū ab Scriptura sacra, tum etiam ex propria Christi visione, instituti, & magistri Christianitatis effecti, vt nisi Christū in suis regionibus cognosci, & adorari paterentur. Ex antiquis enim Martyrologijs cōstat sanctos hos Magos Episcopos fuisse, & Missam celebrasse primitiæ gentium. Baptizatos per Sanctum Thomam Apostolum, & Episcopos tādem quieuisse fœlices in Domino. Hoc sic docet Petrus de Natal. Episcop. Equilin. Cui Echius in vita S. Thomæ subscribit.

Gregor. Nazian. Apolog. 1.

Adoratione Magorū idolorum cultus ablatus.

B

Magi à Sancto Thoma baptizati: Episcopi postea fuerunt, & Missam celebrarunt.

C

Cùm varij interpretes, circa Magorū munera à Christianis offerēda, varia tractent, & eorum immitationem ad vitæ moralis institutionem nobis proponāt, rectissimè dicemus, si ad tria illa, quæ nobis à Deo collata sunt, dona referēda esse doceamus. Bona quidem nostra in triplici esse differentia cōstat, quædam enim corporis bona sunt, quędam verò animæ, sunt quoq; facultates terrenæ: quæ omnia Deo ex corde offeramus oportet, si Magorum fideles immitatores esse cupimus. Aurum quidē Deo offerimus, cum externa fortunæ bona pauperibus per charitatē erogamus. Beneficentiæ enim (inquit Paulus) nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Thus verò offerimus, cum ex fide feruenti, oratione instantissimè mens nostra fertur in Deum, illiq; se deuotā exhibet. Dirigatur enim (inquit Dauid) oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Myrrham autem offerimus, cū spe cælestium bonorum carnem nostrā mortificamus, & ieiunijs, abstinentia, omniq; asperitate à putredine vitiorum eam præseruamus. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Et Paulus docet, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam Deo placentem. Itaq; in auro, thure, & myrrha, significata sunt, Eleemosyna, oratio, & ieiunium, quæ tria in se vniuersa virtutum opera comprehendunt, quorū quidem trium, vnum, proximum, alterum, Deum, tertium verò, nos ipsos respicit. Et de his satis.

Ad Hebr. 13. 16.

Thus offertur oratio feruens.

Psal. 140.

Myrrha offertur corpus mortificatum.

Psal. 50. b.

Rom. 12. a.

Ad Magorū immitationē, triplicia bona Deo offeramus, nempè corporis & animæ, ac tēporalia & terrena bona quæ habemus.

D

Aurū offert qui eleemosynas facit.

12 *Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.* Quidam enim dictionem illam Græcam, *Xrimatisthetes*, vertunt oraculo accepto, oracula quidē dicuntur, quæ reddūtur à numine aliquo, sed petentibus, & consulentibus. At verò D. Lucas eodem (quo D. Matthæus) vtitur vocabulo, dum de Symeone dicit: Respōsum accepit Symeon à Spiritusancto: & ideò optimè vertit noster interpres, dicens: Responso accepto: & si dicamus Magos oraculū accepisse, vt multi interpretantur, dicemus etiā in hoc verbo Euangelistā voluisse ostendere meritum Magorum, cum iam non stella, seu Angelus, ipsis loquatur, aut Scriptura sacra, sed ipsemet Deus, vt D. Hieronymus notat, ore suo respōdeat. Vnde satis constat, quantum in via Dei profecerint Magi, postquā nec pedem amouere, absq; Diuino consilio & oraculo. Non enim erant parum

C

Quidam

Luc. 2.

Nihil nō mouet Deus quo peccatore ab errore cōuertat.

D

Magorum ritum ponit in Ecclesia

Hieron. Matth.

A parū anxij & soliciti an tenerentur promissis Herodi stare, tum quod animus, nescio quid, de Herodis vafra caliditate, ac crudelitate, ipsis præsagiebat: tum etiam, quod via longè breuior esset, si ex Bethleem in Persiam venissent recto itinere, quàm Hierosolymam reuertentes, inde iter prosequerētur: cum igitur in eiusmodi essent angustia, diuinæ voluntatis signum aliquod videre, aut audire desyderabāt, vel forsam in hac dubitatione perplexi, aliquid

B tale scisciatati sunt à Maria, aut ab ipso infante, aut sanè ab ipso Deo, ad quē humilimi cordis petitiones emiserunt: Deus autem qui scrutator est cordium, eorū preces exaudiens: Responsum dedit, ne iterū ad Herodem redirent, ne Herodis impietati sua simplicitate inseruire viderentur: & sic puer ab impij Regis crudelitate tutior esse posset. Sic forsam Deus ordinarat, vt Herodes intelligere posset, sua omnia studia, & extremam diligētiam, quam in quærendo de puero impenderat, frustratam esse, & ab incepto crudelitatis consilio tandem desisteret.

C

Ex quo vides Deū omnia non modo interna, sed quandoq; etiam externa mouere, quò possit peccatorē ab errore viæ suæ deflectere. Ideò responsum dedit Magis, ne quoquo pacto ad Herodem reuerterentur. Dubium tamen ab istis cōceptum, an liceret ipsis non stare promissis

D Herodi, hoc sacro certè oraculo edocti, facilè poterant intelligere, sese nullo pacto peccare, aut rem ipsis indignam committere, Herodi fidem, quam forsam præstiterāt, rescindendo: Nam Deo per responsum iubente, fecerunt quod in mādatu habebant, à quo tanquam à superiori Domino fuerant à promissionis vinculo absoluti. Nec etiā si responsum à Deo non accepissent, tenebantur ad Herodē venire, quia promissio illa minime seruanda est, A quam in fraudē, aut perniciem alicuius extorta m intelligimus. Discamus etiā ab ijs Magis, semper & in omnibus à Deo pendere, vt ipsum ad omnia propitiū directorem habeamus. Eorū enim curam omnē, vt in his videmus Magis, Deus habet, qui ab ipso maximè pendent, & simplici corde incedentes toto affectu exquirunt illum. Redimet enim Dominus animas seruorū suorum, & nō delinquent omnes, qui sperant in eo. Possumus quoq; dicere Angelum in somnis apparuisse Magis, sicut statim Iosepho apparuit in somnis, & tanquam Dei minister eis responsum dedisse, ne redirent ad Herodem.

Fideles ab omnibus à Deo pendere debent.

Psal. 33. d. 23.

B

Responso accepto in somnis. Vide quā strenuam Deus Opti. Max. suorum curam gerat, ipsis enim etiā dormiētibus, quid eos expediat facere, mira suauitate suggerit, & omnia per Angelos disponit: Filij Israēl in maxima afflictione à Pharaone cōstituti erant, Deus verò, ipsis nō cogitantibus, ab ilia tyrannide liberat. Videns vidi (inquit ad Moysem) afflictionē populi mei, & descendi, &c. Danieli in lacū leonum prandium misit, quando minus ipse putabat. Tantum deest, vt Dominum quæramus, & illi adherentes nihil potius habeamus, quā voluntatem eius sequi cū Magis. Quid hęc faciētes nō sperare possumus? Audi veram animi consolationem per Isāi. ac si cū Magis istis sermonē haberet: Et tu Israēl serue meus, Iacob quē elegi, semē Abrahā amici mei: In quo apprehēdi te ab extremis terrę, & à lōginquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & nō abieci te: Ne timeas, quia ego tecum sū, ne declines, quia ego Deus tuus cōfortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Hęc Magis istis propriè conueniūt, qui

Exod. 3. b. 7.

Dani. 14. f. 35.

Isai. 41. b. 8.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

A etiam si gentes idolatræ antea fuerint, in numero Israëlitarum conscripti iam sunt: hos vocat amicos, hos dicit se ab extremis terræ apprehendisse, & à longinquis vocasse: hos sibi seruos elegit, & timorē excutit, quem à tyranno Herode concipere poterant: ideò eos ad illum declinare prohibet, & securos redit, quia Deum iam habent confortantem, & auxiliantem eos: eo quòd dextera iusti, nempè Christi, susceperit, & amplexatus ipsos fuerit. Horum exemplum sequuti, cū
B Dauid dicere possumus: Mihi autē adherere Deo, bonum est ponere in Deo meo spem meam. O quam bonum est IESVM, per aduersa & prospera quærere, adorare, ipsi soli sic adherere, vt nihil tentemus facere, nisi prius humilimis precibus ipsum consulamus: talis enim inter hostes securus erit, in media morte viuet, in infirmitate fortior euadet, in vinculis libertatē habebit, & tādem id quod sanctus Iob illi pollicetur euenietc: In fame (inquit) eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cū venerit: in vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erūt tibi, & scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Hoc ipsum Dauid sibi pollicebatur, dicens: Si ambulauero in medio vmbræ mortis,
D non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quid poterant Magi formidare, postquam Deum sibi tàm propitium inuenerunt: vt etiam in somnis ipsis apparuerit, & Angelū viæ comitem directorem & custodem illis dederit?

Nec mysterio vacat, quòd iam non per stellam, sed per Angelum ad minus, Deus Magos instituit, nā cum antea in propria regione vitā agerēt, omne eorum studium astrorum cōtemplationi consecrabant, quia in scientia, sicut peritissimi ita & obseruantissimi erant, nec aliam superiorem facultatem, aut scientiam, rerum agnoscendarum superesse putabant. At postquā in Christi Domini cognitionem, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, venissent. Omnis humana philosophia euanuit, omnis Diuina Philosophia resplenduit. Sic enim se Deus habuit cum illis, ac solet cum Propheris & perfectis viris (Christiano Drutlmaro teste) haberi. Cùm essent itaq; Gentiles, stellam ducem habuerunt, cùm verò vota sua Domino consecrassent, philosophia diuina sic instructi fuere, vt non iam stellam, sed Angelum Doctorem, ac ductorem itineris ac cepissent. Considera mecum Christiane Lector, quàm maximos profectus in Dei cognitione Magi fecerint. Primò, Regem natum Iudæorum, non communem & vulgarem tanquam vnum ex illis, qui Iudæis nascebantur, sed vnicum ac singularem, nempe Messiam illum ipsis lōgè ante promissum, & ab eis spectatum per stellam cognouerunt. Et quia illustrationem Diuinam hāc, nō respuere, sed illico sequuti sunt vocantē per illam. Ideò clariùs per Scripturas sacras illustrari meruerunt, non modo vbi possent, quem quærebant, inuenire, sed qualis & quantus esset is, qui Rex Iudæorum natus iā erat, intelligere. Scripturā
D autē sacram obsequētes, & viā quā illa mōstrabat non deserētes, Christum inuenire meruerunt, inuento Christo ab ipso mittuntur in propriā, nō iam stellæ ductū, vt antea sequētes, sed Angelū itineris comitē, sibi præparatū à Deo, habere tandē meruere. Vides quales in Magis progressus fecerit fides? Tu quoq; si in Dei via prosperos facere progressus

Iob. 5. c. 19.

Psal. 22. d. 4.

Fidelis quid facere teneātur si in via Dei proficere cupiunt.

A gressus cupis, gratiam Dei tibi semel concessam, nempè sanctam illam inspirationem, qua Deus sæpè suos vocare solet, ne contempseris, sed illam tanquam stellam cælitus tibi reuelatam audi, & sequære, & ad lumen eius ambulabis, etiā si cæcus antea fueris, & in tenebris sederes & lumine cæli anteà priuatus fueris, talis tamq; præclara stella, quo te ad minimum ducere valebit quam Hierosolymam, nempè ad Ecclesiam, vbi sacra Scriptura
B tractatur? qua instituēris, quo iter dirigere ad Deum inueniendum te nearis, maximè si cùm sponsa quæris: Vbi pascat vbi cubet in meridie, ne vagabundus post passiones tuas currere videaris. Sic tandem quem desyderabas inuenies, qui te introducet tandem in locum matris suæ, & in locum genitricis suæ. Inspirationes quidem huiusmodi ideò immittuntur à Deo, vt dulcedine spiritus gustata, homo magis magisq; erga Diuina accēdatur & in-
C flammetur, & benè gratia percepta vtendo, maiora percipere mereatur dona. Qui enim fidelis est in minimo, & minori gratia benè vtitur, in maiori fidelis erit, & maiorē gratiam consequi aptus erit. Quam hilari gratulatione obius illi fit Deus, dicens: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam: intra in gaudiū Domini tui. Sic Abrahā ad Dei vocationem omnia relinquens, audire meruit. In semine tuo benedicētur
D omnes gētes. Sic quoq; Apostolis, qui primā Christi vocationē audierunt, obtemperarūtq; Christus dixit. Videbitis maiora, nempe Angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. E diuerso verò qui gratiam Dei negligit, aut ea nō benè vtitur, illam non modo amittere, sed etiam à Deo prorsus relinqui meretur. Sic enim docet Paulus de Philosophis sermonem faciēs in A Epistola ad Rom. Obscuratum est (inquit) cor eorum. Cur hoc? Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, &c. Si qui in philosophia terrena versabantur, in tàm durum Dei iudicium inciderunt, quale obsecro nos, qui in philosophia Diuina versati sumus, & tanta Dei mysteria cognouimus, iudicium Dei spectare possumus? Vnde tot vitia quibus vniuersus mūdus scatet? Vnde tot errores Orbem vniuersum euertentes? Vnde tot calamitates B vndiq; grassantes? Vnde tot deordinationes in omni statuum genere? Respondeat iam Paulus ad hæc. Quia cum cognouerimus Deū, tot tantisq; Scripturę Diuinæ testimonijs, tantaq; miraculorum multitudinis attestatione, non sicut Deum glorificauimus. Lucet nobis non vna tantum stella interior, sed multæ fulgentissimæ, nempè inspirationes Diuinæ, quas nemo non quotidie sentit homo, licet peccatis implicatus. Habemus & Scripturas sa C cras clariores, quàm Iudęi vnquam habuerint, ad quas nobis declarandas, Spiritu sancto misso de cælo, Apostolos & Doctores ordinauit, ne tanquā paruuli fluctuantes essemus: sed vt fidei veritatē sectātes, in fide radicati & fundati, augmētum faceremus in Christo. Denique & Christum ipsum videmus & agnoscimus. Quid iam restat, nisi vt prorsus ab ipso expellamur? Melius (inquit D. Petrus) erat illis nō cognoscere viam iustitiæ, quàm post agni- D tionem retrorsum conuerti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Hinc est, quòd Paulus dicat: Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbū, virtutesq;

Cant. 1. b. 7.

Quare Deus suas inspirationes mittat.

Luc. 16. c. 10

Matth. 25. b. 21.

Gen. 12. d. 3.

Gen. 22. d. 18

Ioan. 1. g. 2.

Qui Dei gratiam recipere negligit, à Deo derelinqui meretur.

Rom. 1.

1. Pet. 1. b. 12.

Eph. 4. c. 14

Ephe. 3. d. 17.

Colos. 1. c. 23

2. Pet. 2. d. 21

Hebr. 6. d. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tutesq, sæculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, nempè sine specialissimo Dei auxilio. Omni igitur studio oportet inspirationes diuinas admittere, & eas executioni mandare, vt fructus vberes facientes, in agnitionem filij Dei crescamus, & roboremur in interiori homine.

Coloss. 1. b. 10

Est prætereà animaduertendum, quàm sit bonus Deus, ac supra modum liberalis erga eos, qui vero cor de ipsum quærunt. Boni enim & B mali, cælum ac terra, homines, stellæ, Angeli, omnia denique iustorum obsequijs sunt paratissima. Id quod manifestè videmus in Magis, qui dum Deum studiosè quærunt, nihil omninò in orbe vniuerso est, quod studijs eorum non faueat. Fauet stella, quæ eis apparuit, & tanquam digito Christum demonstrans, quasi alter præcursor stetit supra locum vbi puer erat. Fauet quoque Herodes, quamuis impius,

Quærentibus Deum omnia parent & obediunt.

Magorũ pio studio omnia, quæ erant in orbe fauebant.

C Doctorum cogens Concilium, qui magna cum diligentia scisciabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Quò certiores fierent Magi, vbi puer esset quærendus. Fauēt & ipsi quidem Doctores Magis, qui fideliter Scripturas sacras reuoluentes, constāter asserunt in Bethleem fuisse natum. Fauet itaque ipsis Angelus apparēs eis, ac viam, quam in reditu ad propriam tenere debeant, docet: vt ex ijs agnoscas, quòd omnia sunt vestra, Paulo testante, si D vos estis Christi. Siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, &c. omnia enim vestra sunt.

1. Cor. 3. d. 21. & 22.

Est prætereà hîc animaduertendum, quantum proficiat ad salutem bonus vsus eorum, quæ à Deo nobis conceduntur: nam inter eximia dona, quæ nobis à Deo donata sunt, Scriptura sacra primum obtinet locum: per illam nos de sua erga nos voluntate certiores facit, A & quanta conferat nobis beneficia declarat. At verò licet tria hominum genera in hac historia nobis proponātur, quibus Scriptura sum mè proficere poterat: nempè principes Sacerdotum & Scribæ, primũ locum tenētes, qui cam nocturno pariter & diurno studio euoluebant. Herodes secundum locum habet, qui concilium Sacerdotum & Scribarum congregauit, quatenus ex Scriptura sacra, vbi Christus nasci deberet, indicarent. Et B Magi tertium, qui Scripturas ex ore Sacerdotum audientes, statim crediderunt & obtemperarũt, quęsieruntque Christum: & vbi fuerat illis declaratum inuenerunt, adorarunt, & voti compotes effecti, in propriam magno cum fructu reuertũtur. Vnde vides ex ijs tribus generibus, solos Magos, quibus Scripturæ sacræ nulla erat prorsus notitia, fructus feciſſe. Sic quoque inter nos euenire solet, vt verbum Dei C rustico ac barbaro homini semel expositum, longè maiorem fructum faciat in illo, quàm in aula Regum, vel in concilijs & congregationibus Sacerdotum, & Doctorum. Vnde etiam est aduertendum, quòd tribus diuersis modis alij & alij erga Scripturas sacras se habere deprehenduntur. Nam scribæ in eis versantur, tantum vt sciant, & legis scientiam se habere ostendāt: & alijs veritatem conmoſtrent, quā ipsi nequaquam sectantur. Herodes scripturas quærit, vt veritatem quidem agnoscat, non ad vtilitatem propriam aut aliorum, sed potius, vt pro viribus noceat. Magi verò, vt agnitam veritatem amplexentur, obediant, & Deum ipsum quærant, nec requiem habeant donec illum inueniant, inuentum adorent, se suaque omnia in eius obsequium offerant, nihil tandem facere

Tria hominum genera proponuntur nobis Scripturæ sacræ manifestanda.

Magi pro studio fruebantur.

Scriptura scripturientibus data. Quo pluris à nobis accipienda.

Bonus vsus eorũ, quæ nobis à Deo cõceduntur quãtum ad salutẽ efficiat.

A facere audent, nisi quod ipse, suo aut Angelico oraculo suggesserit. Ita & hodie quidem quàm multi in Scripturis occupantur, diuersis tamen studijs, quidam summo labore maximisq; expensis, sese studijs consecrant, nullis parcendo laboribus, aut inediæ aut vigiliarum, vt tandem docti dicantur & sint, & alios docere valeant, finis illorum alius non est quàm ille à Poeta præfixus: nempè, Pulchrum est digito

Multi in Scripturis occupantur.

Persi.

B monstrari, & dicier hic est. Alij studijs sese macerare contendunt, non quidem vt inde fructum ferant aliũ quàm vt mendacijs & tegnis venentur scripturę sacræ loca varia, præter Spiritus sancti mentem excogitata, quibus incautos decipiant, & suas hæreses stabiliant, & Christũ ad huc tenerum in cordibus imbecilium, cum Herode occidant. Alij verò sunt, qui ex Scriptura sacra fructum vberrimum, præsentis & futuræ vitæ adferunt, audientes, & C docentes, & quod aure audierunt à veri Ecclesiæ Doctoribus, illa fideliter & piè docuerunt, & operibus exequuti sunt. Non enim auditores, sed factores legis iustificabuntur.

Rom. 3. d. 27.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Magi non viam rectam sequuti sunt, ad Herodem venientes: nam longius à Persia distat Hierusalē, quàm Bethleem: ideò tamen Hierosolymam venerunt, quia non D certo locum, vbi infans erat, inueniendum sciebant. Iam oraculo diuino accepto, cum larga & ampla benedictione liberalissimè per aliam viam reuersi sunt in propriam regionem. Cùm essent Magi à Deo docti, & veritatis doctrinam imbibissent. Magisterijq; gradum accepissent, & quod amplius est Apostoli Christi instituti à Deo sunt, omni celeritate currebant, ad prædicandũ gentibus Euangelium. Poterant certè A dicere cum Paulo, non ab homine, siue per hominem, Euangelium accepimus, sed per reuelationē IESV Christi. Quanto obsecro Spiritus feruore currebant, Euangelium gratiæ Christi secum deferendo? Vbi enim erat impetus Spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.

Gal. 1. c. 12.

Ezech. 10. c. 14.

Ne reuerterentur ad Herodem mandatum acceperant, quod ipsis fuerat tanquàm noua Baptismi forma, nostri Baptismi figura à Deo data. Cùm autem (inquit Druthmarus) de Diabolo elongati fuerimus, stellam videmus, quia quanto magis Deo appropinquamus, eò ampliùs Deum cognoscimus, & ab ipso responsum accipimus, vt viam qua venimus non repetamus, quia promittimus renunciaturos nos Diabolo & operibus eius. Sicut enim via bonorum sunt bona opera, ita via malorum Diabolus & vitia. Quia patria nostra paradysus fuit, vnde per parentem primũ C diceſsimus per gulam, auaritiam, vanamgloriam, & reliqua his similia. Si alia via ad patriam nostram redire cupimus, non immitemur primum Adam, sed secundum. Iste viam vitæ nobis inuenit, eamq; tenendo, & nobis illam mostrando, ad cælum ascendit, & sedet nunc à dextris Dei. Hæc ille. Ad illam ergo patriam festinandum nobis est: siquidem non habemus hîc ciuitatem manentem, festinemus ingredi in illam requiem. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite non quæ super terram.

Nouæ Baptismi forma in Magorum reditu nobis data. Druthma. in 2. c. Matth.

Baruc. 3. d. 37.

Hebr. 13. c. 14.

Hebr. 4. c. 12.

Coloss. 3. d. 2.

(.?.)

Magi & Doctores, & Apostoli Christi instituti à Deo sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

13 QVI *Cùm recessissent*. Statim Magi, oraculo diuino accepto, arripuerunt iter versus suam patriam, vbi promptam Magorum obedientiam Euangelista ostendit: sat enim illis fuit etiã in somnis admonitio, vt absq; vlla cunctatione Angelica iussa capesserent. Nos verò nõ modo inspirationibus Diuinis, sed nec flagellis etiam expergisci mur. Hoc est, quòd Hieremias clamat: Percussisti eos (inquit) & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas super petrã, & noluerunt reuerti. Quare hoc, quia grauissimo somno peccatorũ obruti sunt. Quoties Deus è somno hoc te excitare solicitat, & ore Pauli te ipsum vocat, dicens: Surge, qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus: Quoties ad cordis ianuam amantissimè pulsat, dicens: Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiũ. Parabolica est hęc locutio, mysterijsq; plena (teste Genebrardo) tanquam si his verbis explicare velet, quanta Ecclesiæ suæ, & vnicuiq; nostrũ Deus contulerit, & quàm malè tantis beneficiorum cummulis respondeamus. Sororẽ appellat quatenus agnoscat incarnationis Christi beneficium, quo nos omnes fratres & sorores Christi effecti sumus, hęredes quidẽ Dei cohęredes autẽ Christi. Colũbã quoq; vocat, ob beneficium candoris & simplicitatis fidei, quã ab ipso Christo accepimus. Immaculatam tandẽ eã dicit, vt agnoscat se Christi sanguine lotam: nam mundauit eã labacro aquę in verbo vitæ, vt exiberet sibi gloriosam spõsam non habẽtem maculam aut rugam: & cum tanta nobis contulisset; tantũ aperire postulat, & intra domus penetralia recipi. Et quò magis ac magis sponsę affectũ ad eius amorem accẽdat, causam quare ingressum postulet ostẽdit, dicens: Quia caput meũ plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput Christi, est Diuinitas ipsius, Cincinni, multitudo virtutum, perfectionum & gratiarum eius, ros & guttæ noctium, contumeliæ quidẽ, blasphemiæ horrendæ, atq; iniuriæ grauissimæ, quibus ipsius Diuinitas, & innumeræ virtutes ab ipsa fluẽtes, asperguntur à Iudæis, Hæreticis, & impijssimis

Magorum prompta obedientia.

Hiere.5.d.

Ephe.5.c.14

Oseæ.11.d.1.

Cant.5.d.2.

Genebrard.

TEXTVS.

13 QVi cùm recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 15. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum: & erat ibi vsque ad obitum Herodis. 15. Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicẽtem: Ex Aegypto vocaui filium meum.

impijssimis hominibus. Quoniam sic ab aduersarijs istis, in capite & cincinnis contumelijs aspergor ò spõsa summè dilecta, cum gentium natione loquor, me hospitio excipe apud te, fac, quietem nanciscar. Nos verò (proh dolor) ipso lapide duriores, ad tanti amoris & dulcedinis vocationem, non modo non reddamamus, sed nec mouemur affectu, immò potius tędio maximo affecti, ipsum Deum virtutem stultè commutantes pro peccatis reijcimus, dicentes: Expoliaui me tunica mea quomodo induar illa, laui pedes, &c. Ac si diceret: Veste candoris & innocentiæ exutus, & omnia iam ad dulcem capiendum somnum præparata, atque dispositа, in molliq; iacẽs; lecto, surgẽdi animus non est. Ideò recede à nobis viam enim sciẽtiarum tuarum nolumus. Aliter Magi Christi vocationẽ audierunt, qui licet in Christo & cum Christo, vbi vera quies est aderant, licet Diuina dulcedine gustata dicere poterant. In pace in id ipsum dormiam & requiescam, tamen à suauissimo illo somno Angelica voce excitati, statim paruerunt, & licet in lecto quiescerent, recessere, secum Christum asportantes, vt intra Gentilitatis penetralia cũ gaudio reciperetur.

Ibi.d.3.

Iob.22.c.17.

Psal.4.b.9.

Luc.2.d.23.

Ecce Angelus Domini, &c. Hic iam videmus duplicem excitationẽ Angelicam, alteram Magis factam, alteram verò Iosepho, diuersis tamẽ in locis: nam Magi in Bethleem fuerunt Angelico oraculo admoniti, ne ad Herodem reuerterentur. Ioseph verò non in Bethleem, sed si benè consideramus in Hierusalem ab Angelo fuit admonitus, vt ipse cum puero ac matre, Herodem fugeret. Antequam enim Ioseph cùm infante & matre in Ægyptum fugeret Hierosolymam venerunt, vt ibi facerent secundum legis consuetudinem: & expletis omnibus cùm forsam murmur esset Hierosolymis eorum, quæ Symeon ille iustus & timoratus, qui redemptionẽ Israël tanto desyderio expectabat, dixerat, & fecerat, infantem in vlnis accipiens, & Anna prophetissa tanta de eo prophetasset eo tẽpore, ne Herodes crudelitatem, quam meditatus fuerat, exerceret, *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum*. Cùm audis puerum, animo perpẽde, quis is sit, qui iam puer (contemptibile nomẽ) vocatur. Tripliciter (inquit Druthmarus) puer quis dicitur: Vno modo puer dicitur à puritate quam habet, etiam si maioris sit ætatis. Hoc enim modo Saul puer vnius anni erat, cum regnare cœpisset. Secũdo modo puer quis vocatur, eo quòd in puerili ætate sit. Sicut de Iacob dicitur, creuit puer & abiactatus est. Tertio tandem puer dicitur quis, ab obsequio & obedientia quã præstat, etiam si pueritiæ annos excesserit: vt Dominus ad Hieremiã: Puer meus es tu. Et in lib. Reg. Serui Dauid pueri vocantur, Pueri mũdi sunt à mulieribus abheri, &c. His quidem tribus modis Christus puer vocari poterit etiã nũc. Nam si primo ab etymologia nominis pueri, puritatem cõsideres in Christo puero, puritas ipsa est. Sanctus (vt ait Paulus) innocens, impolutus segregatus à peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Qui sua puritate & innocentia factus est nobis iustitia sanctificatio & redemptio. Secundo quoque modo puer vocatus est, ab ætate pueriliis qui æternus erat, is qui in principio erat verbum, &c. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et Isai. Paruulus puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Tertio etiam modo à ministerio & obsequio, & obedientia, quã præstitit Deo Patri, Matri, & Ioseph:

Puer tripliciter dicitur in Scriptura.

Druthmar.

Primo, Puer à puritate dictus.

Gen.21.d

Heb.7.d.26.

Secũdo, Puer ab ætate.

Isai.9.b.

Tertio, Puer dicitur à ministerio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A seph. Pueri nomine vocari gloriatur: & pueri ministri & serui officia exhibere. Nam cum sit splẽdor gloriæ (quemadmodum Paulus contẽplatur & docet) & figura substãtiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ. Cum omnium peccatorum purgationẽ facere decreuisset, Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliauit semet ipsum, &c. Ob hoc eximium ministerium, & propter obedientiam Patri exhibitam, puer vocatur à Patre. Isai. B Hic puer meus (inquit) dilectus est, in quo benè cõplacuit animæ meæ. Cùm ergo Angelus Ioſepho dixit: *Accipe puerum*, hæc tria in Christo consideranda sunt, & adoranda.

Et matrem eius. Non iam dicit, vt antea dixerat Angelus: *Accipe Mariam coniugem tuam*, sed matrem pueri, vt supremam Virginis dignitatẽ C ostendat. Antea quidem vxorẽ eius illam nominauit, ad remouendã suspitionem, in quam inciderat, vidẽs illam vterum gestantem, & à quo esset ignorans. Nũc verò quoniam omnis suspitio, omninò ab eo sublata fuit, & Ioseph iã certior factus, partum fuisse Diuinum, non vltrà cõiugem eius eam nominare decreuit, sed nomine digniori, nẽpè Matrẽ eius, qui in tertis est sine Patre. D Non enim indiget Patre super terram, qui incorruptibilem habet Patrem in excelsis. Non indiget Matre in cælis, qui immaculatam & purã habet matrem in terra, hanc videlicet purissimam Deiparam Virginẽ Mariam. Sine Patre secundum corpus. Sine matre secundum Deitatẽ. Sine Patre in sinu Virginis, in nouissimo illo tempore, quãdo factus ex muliere, factus sub lege fuit. Sine Matre in sinu Patris ante omnia sæcula genitus. Accipe igitur Ioseph puerum & matrem eius: alio respectu quàm solito, cum tat tibi erat il A lam accipere, tanquam coniugem tuam, iam accipe illam & suspice, & venerari, atq; ministeria exhibe, tãquam veram Matrem Domini tui. Quod & Ioseph animo obsequentissimo fecit, cum audito Angelo (nempè Gabriele, secundum Origenis mentem) statim accepit puerum & matrem eius, & in Ægyptum fugit.

Fuge in Ægyptum. Quid audio? Quæ vox Angelica ista de filio Dei? Fuge. Reuerentiùs diceret: Vade in Ægyptum, vt esset profectio, nõ fuga, volũtas non necessitas: Iudicium, non metus, humanum saltem, si non Diuinum, at nunc mandatur fuga: mandatur cælitus: mandatur per Angelum, vt videatur cælum ante timuisse quàm terra. Quid hoc? Qui omnium mortalium refugium est, fugiet? Qui protector est omnium sperantium in se, fugam capiet? Qui ad defensionem nostram à cælis potenti sua virtute venit, vt à C potestate Satanæ nos omnes eriperet, & in libertatem vindicaret, opere vix incepto, desistet & fugiet? Quid nos miseri facturi, qui in tyrannica potestate, carceribus & vinculis grauissimis, durissimisq; emãcipati, absq; tutore ac defensore faciemus! fugere non valemus cum illo, nam commentariensis est durus & in exorabilis, alioqui quis nõ diceret cum Thoma: Eamus & nos, & moriamur simul cum illo? Sed à D quo obsecro fugit? ab Herode. Et quis est Herodes, vt Christus fugiat ab eo? licet Rex sit, & tyrannica potentia sua vtatur, quid tandem efficiet? Isaiam audi. Ægyptus, homo, & non Deus. Ac si diceret: Vniuersa Regum potẽtia quid præstare volet? homo est & non Deus, & equi eorum, caro & nõ Spiritus, & Dominus inclinabit manum suam, & corruet

A corruet auxiliator, & cadet cui præstat auxilium, simulq; omnia consumentur. Qui poterat Herodem vno momentu ad nihilum redigere, quid timet Herodem? Quare fugit Herodem? Nõ sine magno Dei consilio hoc factũ est. Voluit enim Deus ostendere nobis in proprio filio suo, formam quam tenemur in vita, sequi. Apparuit (inquit Paulus) gratia Dei Saluatoris nostri, omnibus hominibus, erudiens nos: &c. Nam cum puer paruulus esset, noluit ætati suæ, vel in minimo par B cere, sed ab ipsa pueritia sese laboribus accingit, & exilij pœnam (teste Chrysologo) pro nobis, qui à patria exulamur, pati decernit. Quam in re notatu dignissimum est, quod is, qui iam iam à Magis inauguratus fuerat cunctorum Rex, & magnificis donatus muneribus, tãquã fœlicissimi Regni primitias capiẽs, exilium portat, vt eius præclaro exemplo Reges ærudiantur, eos non ad otium, aut superbum fastum, dum C Regnorum gubernacula possident, vocatos, sed potius ad solicitudines & labores, quàm maximos subeundos: agnoscantq; sese aduenas adq; peregrinos esse super terram, exiliumque pati, etiam dum in suo quãtunuis potentissimo Regno, vitam agunt. Talem quippè se agnoscebat Dauid, cùm diceret: Aduena ego sum sicut omnes patres mei. Fugit ergo Christus, non vt Herodem D fugiat, aut mortem quam ipsi intentabat. Nec enim mortem fugit, qui venerat de hoste reportare victoriam, nec humanas insidias expauescit: qui totas venerat diabolicę fraudis apetire versutias: nec hunc timuit, quando infans & secundũ hominem timere nescivit, & secundũ Deum, neminem potuit, timere validiorem se, sed fugit, vt ostenderet eiusmodi tẽtationibus iustos à Deo fore probandos. Sic Abrahæ præce perat, egredere de terra tua, & de A cognatione tua, &c. Sic quoq; Iacob peregrinatus est. Moses etiã patria ab infantia expulsus in Ægypto peregrinare compulsus fuit. Dauid Saulem fugiens peregrinus fuit & aduena. Hac quoque tentatione probati fuerũt Martyres, quos Paulus lamentatur, dicẽs: Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis egẽtes angustiati afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & spelũcis, & cauernis terræ. Non modo primi martyres durissimum passi sunt exilium, sed & posteri Ecclesiæ Antistites pro Christi fide & Ecclesia exularunt. Quid non passi sunt Athanasius, Basilius, Chrysostomus, & Hieronymus, multique alij. Sed quid facit exilium? quem fortem frangere potest cum Ouidij sententia veri sima sit?

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,
Et volucri vacuo, qui patet orbe locus. C

Vt doceat pariter Dominus suo exemplo, tempore persequutionis licere fugam capere: in Ægyptũ fugere decreuit ne quis auderet, post hac membra improperari propter fugam, caput fugere voluit, & fugiendi consilium dedit, dicens: Si persequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Fugit etiã Dominus in Ægyptum, vt grauissimis malis illius regionis remedium adhiberet, sua tantũ præsentia. Ægyptus, vt fert multorum scriptorũ sentẽtia, quemadmodum Druthmarus ostendit, ab eo tempore quo Iudæi ibi habitare cœperunt, fuit semper ipsis domestica, & grato animo Iudęi, qui eò confugiebant, ab incolis recipiebantur, & honore prosequebantur, ob singularem, quem erga Deum Hebræorum respectum habebant

In Christo nobis Deus ostẽdit formam quã tenemur in vita sequi.

Ad Tit. 2. c.11.

Pro exulib⁹ exulat Christus.

Chrysol. sermo. 150.

Quare Christus exulasse voluit.

Reges ad solicitudines & labores vocatos.

Regni Christi primitias exilium ferre.

Psal. 38. d. 13.

Iusti probantur à Deo quando exulari cogũtur.

Gen. 12. d. 1.

Gen. 28. b. 10

Exo. 12. d. 22

1. Reg. 19. b. 8.

1. Reg. 24. c. 9.

Ad Heb. 11. & 38.

Martyrij genus exilium est, quod non modo primi martyres, sed Ecclesiæ antistites passi sunt.

Ouidius.

Fugam capere licet persecutionis tẽpore. Ardentius in fest. SS. Innocentum. Matth. 10. c. 23.

Fugit Christus in Ægyptum, vt malis illius regionis remedium adhiberet.

Druthma. in Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bebant,atq; timorem. Quod manifestum esse potest,nam vt Iosephus & alij referunt auctores,Onias Sacerdos vir bonus & iustus,à Iudæa expulsus,templum in Ægypto ædificauit, & morem holocaustorum instituit,vt in Iudæa agebatur. Verumenimverò tẽporis successu,Dæmonis inuidia inualescente,nõ modo timor, quem erga Hebræorum Deum conceperant, fuit omninò extinctus,verùm etiam omnis Dæmonum cultus, omniſq; idololatria,ibi summo in honore habebatur & colebatur.Tempus iam erat, vt tot mala è limitibus illis exterminarentur,ideò Dominus Ægyptiorum misertus:vt optimè D.Thomas considerat,&Eusebius Emissenus cum illo, se ipsum verum lumẽ ad reuelationem gentium cõmunicare decreuit. Fugit itaq; Dominus in Ægyptum, non vt hac fuga tyranni mortem,quam sibi parauerat,fugaret, & vitam sibi fugiendo compararet: verùm etiam, vt antequàm puer sciret vocare Patrem, aut Matrem,omnem Dæmonis fortitudinem,omnemq; idololatriam, cunctumq; Dæmoniorum cultum à finibus Ægyptiorum longè propelleret. Hoc enim erat id,quod lõgè antea Isaias prædixerat futurũ: Ecce Dominus ascendet super nuem leuem, & ingredietur Ægyptum,& cõmouebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabesceet in medio eius. Chrysostomus.Eusebius,Theodoretus,Athanasius, omnis deniq; corona Sanctorum Patrum, constanter affirmat,hãc propheriam impletam esse, cùm in vlnis Deiparæ Virginis filius Dei portaretur,& Ægyptum ingrederetur. Tunc in ipso Ægypti ingressu, iuxta portã ciuitatis Hermopolitanæ (vbi septemio,secundũ Bonamuenturam, exilium tollerat Christus,Eccleſiast.histor. idem affirmat:licet Nizephorus dicat trienio ibi fuisse)arbor, quam Perseam vocant, Christi aduentum attonita cum maxima esset, ad terram sese demisit , & Christum adorauit. Hoc habent Sozomenus,Casiodorus,& Nizephorus: Qui de ea arbore scribẽs,sic ait:De arbore ea hæc, quæ legi scribẽda esse duxi.Ego verò eam quasi quoddam Symbolum, seu signum putò Christi ipsius in vrbem eam aduentus , aut certè sicut conijcere licet,eam propter proceritatẽ,& pulchritudinem Græcorũ moribus ab vrbis incolis diuino honore cultã,tum cõmotam esse,Dæmone,qui per eam est cultus,exhorrescente,ad præsentiã eius,qui aboliturus,& oppressurus eos omninò fuerat.Sed tũ quoq; cuncta Ægyptiorũ simulachra diffluxere, Christi non ferentia aduentum: iuxta id quod de eis ab Isaia est dictum. Porrò Dæmone ex arbore expulso ad certum rei gestę indicium,prona & inclinata permansit, fide accedẽtes sanans. Harum rerum Palestini & Ægyptij,idonei fideq; digni sunt testes.Hęc Nizephorus. Sozomenus autem hanc arborem Persidem nominat: Dũ autem Christus in Hermopolin , seu vt alij nominant Heliopolin,quam ciuitatẽ Isaias Solis ciuitatem appellat,intrasset,nõ habens aliquem locum, ad quẽ diuertere posset,intrauit quoddam templum,quod capitolium vrbis vocabatur:vbi gens illa stulta, & omniũ errorum mater , trescenta & sexsaginta quinq; idola colebat , iuxta numerum dierum anni, quibus singulis diebus Diuinus,vni eorũ exhibebatur honor : vt Abulensis testatur , quæ omnia ad ingressum Christi,& Matris vniuersa corruerunt: id ipsum quoq; asserit Vincẽtius,in historia sua. Videns talia ac tanta , nec vnquam visa prodigia Affrodisius totius Ægypti præsẽtus,

Iosephus.
Onias Sacerdos templum in Ægypto ædificauit.
In Ægypto idola colebãtur.
D. Thom. in Matth. Euseb. Emiss. in Homi.
Isai.8.d.4.
Fugit in Ægyptũ Christus, vt inde idolatriam fugaret.
Isai.19.d.1.
Chrys. in 2. c. Matth. Euseb. lib.5.c.20. Theodoret. Athanas. lib. de incarna.
Hermopolitana ciuitas. Bonauẽtura.
Sozom. Eccle. hist. lib. c.21. Casiod. tripar. lib. & Nize. Eccl. hist. lib. 10.c.30.
Isai.19.d.
4.Reg.5.d.2.
D. Isidorus refutatur.

Affrodisius Ægypti præfectus cum suo exercitu Christum in Ægypto adorauit.
Petrus de Natal.lib.3.c. 218.
Abulensis in Matth. Paulus Iouius
Brocardus in descriptione Terræ Sãctæ in fine lib.

A ctus , vnà cùm omni exercitu suo, quem numerosum habebat, Christum humiliter adorauit: tũc enim Affrodisius militibus dixit: Hic nisi esset Deus Deorum nostrorum, coram eo non se prosterneret. Nos ergo quod Deos nostros facere videmus,nisi cautè fecerimus;omnes, sicut Pharao periculũ incurremus: & omnes simul prostrati Christũ adorarunt. Vt dicit Petrus de Natal. Episcopus Equilien. & Abulensis. Inde vniuersa Ægypti idola per
B varia loca dispersa corruisse manifestum est. Et Paulus Iouius dicit, ad Memphis,siue Cayrum Templũ, & cryptã esse , vbi Beatissima Virgo latuit. Brocardus in descriptione Terræ Sanctæ,in fine libri. Inter Heliopolin & Babyloniam(inquit) ostenduntur loca,in quibus B. Virgo mansit cum puero IESV,& marito Ioseph, cum à facie Herodis fugisset à Iudæa. Est etiam ibi hortus balsami , qui irrigatur à fonte paruo,vberrimè tamen fluente, in quo
C aiunt B.Virginem pannos & puerum IESVM lauisse. Ob id habetur fons ille in maxima veneratione, necdum à Christianis , sed etiam à Sarracenis. Hæc erant præclara testimonia Diuinitatis eius , qui iam recens natus fuerat,& exulabat:Et quid mirum,si in ingressu arcæ Testamenti in templum Dagon , corruit ipsum idolum , & confractum est:cur nõ magis ingrediente Christo in templum idolorum, omnia il
D la idola prona corruere debebant? Hæc latius exposui,quia vehementer miror.Dominũ Iãsenium Episcopum Gandensium,post tot tantorumq; Patrum testimonia , audeat in sua Euangelica concordia , hæc verba scribere. Nam quæ dicuntur (inquit)de simulachris Ægypti collapsis ad corporalẽ ingressum Christi,alijsque miraculis à Christo in Ægypto editis , fabulosa planè videntur.Hęc ille! Meritò possum cõ A queri ; quod tela, quæ aduersus Iudæos nostri maiores acerrima putabãt, ipse tam leuicula ratione infringere audeat. Dicit enim auctoritatem illam Isai. Onus Ægypti: Ecce Dominus ascendet super nuem leuem, & ingredietur Ægyptum , & mouebuntur simulachra Ægypti à facie eius , &c. Intelligi debere de vltione, quam Dominus Deus de Ægyptijs sumpturus erat per manum Assyriorum, in qua idola erant subuertenda ; & non de ingressu Christi in Ægyptum. Quæro ab ſte,Reuerendissime Domine, ah in vastatione Ægypti facta ab Assyrijs, tunc idola fuerint à facie Domini?illo quidem tempore tale miraculum visum certè non fuit. Idola enim à facie Domini corruere,non certè quando Assyrij Ægyptum ingressi fuere,sed quãdo Christus cum Matre Ægyptum intrarunt,signum enim aduentus Chri C sti,casus & ruina idolorum erat: vt docet Euseb.Cæsar.quod hoc loco Isai.19.planè prædicitur,vt Sanctorum Patrum sententiæ omnia congruant.Et certè Athanasius hoc vaticinio vehementer premit Iudæos, interrogans quis sit ille , cuius descensu in Ægyptum corruerunt omnia idola,& fracta sunt? cur impudenter negent Iudæi Dominũ fuisse Christum , cum signa aduentus Christi videant esse adimpleta? Eu
D sebius quoq; hoc etiã loco Iudæos vrget:cum signum certissimum & insolubile,inquiens;aduẽtus Christi:hac nota ostendit Propheta, cũ corruerint idola Ægypti, & vos cũ videatis corruisse idola Ægypti, & cessasse Dęmonum cultum, & idolatriam omnem Ægypti , perstatis in perfidia? tamen D. Augustinus quoq; hoc similiter Iudæos vrget oraculo : cùm prædictum docet à Prophetis pro signo certissimo aduentus

Isai.19.d.1.
Idolorum ruina in Ægypto signũ aduẽtus Christi fuit.
Euseb. Cæs. de præparat. Euangel. lib. 1.c.1. Athanas. lib. 1. de incarnatio. verbi.
Euseb. demonst. Euãg. libr.6.c.20. & lib.8.c.5. & li.9.c.2.
August. de cõsen. Euange. lib.1.c.16.17 & 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uentus Chriſti, confractionem idolorum, & ſimulachrorum, & completũ oſtendit. Et cap. 19. 26. & 27. Sybillam quoq; hoc prædixiſſe ait: ruitura idola in Chriſti aduentu. Innumera tandem ſunt Sanctorum Patrum teſtimonia, quæ id ipſum aſſerunt. Et quod vnus aut alter, ex veteribus Patribus, ad Aſſyrios Ægypti vaſtatores, hanc prophetiam referant, mirum non eſt: neſcio certè qua ratione ductus D. Iauſenius probet, ad Chriſti ingreſſum in Ægyptũ non pertinere, & velut damnata tantorum Patrum ſententia explodatur, & fabuloſa dicatur. Magno quidem ſe duce tuetur, D. Hieronymum citando: verùm Hieron. in Iſai. lib. 7. latiùs ad cæteras gentes extendit: non tamẽ ideò credendum eſt, de hoc Chriſti aduentu in Ægyptum non intelligi. Illud tamen oportebat habere rationis, nempè omnium veterum Patrum conſenſum, qui ab Apoſtolis, veluti per manus traditam ſcripturarum interpretationem accepiſſent, non eſſe contemnendam. Torrentem tamen Sanctorum Patrum ſequutus, aſſerere non dubitabo Iſaiæ vaticinium, cum Chriſtus Ægyptum intraret fuiſſe completũ. Et quid mirum, quod corruerint idola Ægypti, cum Auguſto Cæſari ſciſcitanti à Pythia, quis poſt ſe regnaturus eſſet: vt ſcribit Suydas, oſtendens ſe iam nõ poſſe ampliùs reſponſa præbere, hæc reſpondit Græco ſermone: & in Latino fideliter tranſlato, hæc carmina ſunt.

Sybilla.

D. Hieron. in Iſai. 7.

Auguſtus Cæſar, Pythiam conſuluit.

Suydas.

Me puer Hebræus, Diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede iubet, triſtemq; repellit ad orcum.
Aris ergo de hinc tacitùs abſcedito noſtris.

Nizephorus lib. 1. c. 17.

Tali (ait Nizephorus) teſtimonio accepto, Cæſar Romam eſt reuerſus, atq; ibi in capitolio aram maximam conſtruxit, cùm eiuſmodi Latina inſcriptione. *Ara primogeniti Dei.* Si vt Chryſoſtomus ſuis in Babilam Martyrem homilijs teſtatur. Apolo Daphnæus ob Martyris illius cineres proximos, conticuit. Quare ergo Chriſto ingrediente Ægyptum non obmuteſcerent idola & corruiſſent?

Et licet primaria cauſa fugiendi (D. Matthęo teſtante) ea fuerit, vt à tyrannica Herodis furia, & inſania longè diſcederet, tamen quam plurimæ cauſæ fuerũt, aliæ quæ Chriſtum impulerant, vt is qui dies eſt in miſericordię ſua pietatis theſauros liberaliſsimè profunderet. Voluit ſiquidem Deus Ægyptum venire, ſicut expoſuimus, non vt illã perdat, ſed vt ablatis idolis reſtituat Deo. Venit enim quærere, & ſaluũ facere quod perierat: ideò Ægypto cæteriſq; gentibus, ſuo aduentu inopinato, ſpẽ maximam in primis ingerit tranſmigrationis fidei, ex Iudæa ad Gentes, & prædicationis Euangelij, quę tandem per Apoſtolos facta eſt, de qua Paulus dicebat: Vobis quidem Iudæis oportebat primum prædicari verbum Dei, ſed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. Chriſtum enim Apoſtoli in omnem terram ſua prędicatione deportarunt. Sic in illa quoq; regione (inquit Chryſoſtomus) ſpei ponuntur exordia. Quia enim Babylon, atque Ægyptus præ omnibus terris flãma impietatis ardebant: ideò ab ipſis ſtatim principijs, illis remediũ adhibere voluit Chriſtus: id quod etiam de alijs mũdi partibus, hoc facto, ſperare certiſſimè poterant. Quare ex Perſide, quæ Babylonis prouintia eſt, Magos attraxit, illoſq; eò doctiſsimos remiſit, vt vniuerſas illas prouintias ad veram Dei cognitionem reducerent. Ad Ægyptũ verò ipſemet ſua

A ſua propria perſona venire voluit, vt ſimulachrorum ablato cultu, & nefanda religio, verus Dei cultus, veraq; pietatis religio, ibi inſtitueretur, & incrementa indies maiora ſuſciperet.

Chriſtus in Ægyptũ venit, vt ſibi Ægyptios recõciliaret.

Ægyptum poſtremò venit Chriſtus, quia multa eaq; grauiſſima mala olim Deus Ægyptijs ſua culpa intulerat. Volens iam Deus continere iram ſuam in miſericordia ſua: Filium ſuum ad eos mittere decreuit, qui verę reconciliationis ſigna ipſis exhiberet, & omnia illis contraria his, quæ tempore Moſis contigerant, adferret. Laborarunt quõdam Ægyptij in obſcuritate & tenebris agentes: adeò vt palpabiles eſſent tenebrę. Iam veniẽs Chriſtus, qui lux vera eſt, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, qui venit vt lumen eſſet ad reuelationem gentium, Ægyptum illuminare properat, vt Iſaiæ vaticinium impleretur: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Hoc Chriſti aduentu videmus, & impletam quoq; hanc fuiſſe prophetiam affirmant D. Thomas, & Euſebius Emiſſe. Tenebræ expulſę ſunt, quãdo idola, vt diximus, in Ægypto corruere. Quod quidem fœliciſsimum initium, magnam Dei & gratiæ ipſius abundantiam, præſagiebat futuram: vt quò magis olim Hebręos perſequuti fuerant Ægyptij, etiam ſi populus Dei declarabatur, eò tandem magis amplecterentur poſteà Chriſtianos, quos Deus in peculiũ elegerat. Quis enim ſi Thebaidẽ, & vniuerſam Ægyotum, qualis floret Chriſtiana religione conſtitit, expendat, non Diuinæ gratiæ clarioratem lucidiſsimam, qua tota regio illuſtrata fuit, fateatur & admiretur? Quot inſignes viros, ſeu potius cæleſtes plantas, Ægyptus Eccleſiæ Dei protulit? Vnde Paulus ille Eremi inſignis cultor? Vnde Antonius Magnus ille, qui tot de Satana victorias reportauit præclaras? Vnde Macharius ille, qui ieiunantium & pœnitentium ſpeculum fuit? Vnde tot ſanctiſſimi viri, qui à cibo & potu abſtinentes, omniq; humano deſtituti auxilio, ſolum Deum ipſum per deſerta quærebãt, & cũ illo ſolo ſuis frequentiſſimis orationibus miſcebant colloquia? Ex his Thebaidæ, & totius Ægypti diſertis Eremitarum, & Aſcetarum innumera multitudo, quæ terram illam præclaram facit, & cælum implet, prodijt: quorum acta & geſta ſanctiſſima, ſcriptoribus Eccleſiaſticis amplam ſcribẽdi materiam exibuerunt. Videre licet multa, quamuis non omnia, quæ geſſere, in Theodoreto, in Palladio, Nizephoro, Sozomeno, &c. Chryſoſtomus multa dulciſsima tractat de fœlici & ſolitaria vita Eremitica. Et deniq; (inquit) ſi quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, Paradyſo prorſus omnem illam videbit Eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cætus, in corporibus fulgere mortalibus, & populos Martyrum, & choros Virginum, & omnem quidem tyrãnidem Diaboli diſſolutã, Chriſti autem regnũ coruſcans. Et paucis interiectis. Non ita varijs aſtrorum choris cælum refulget, vt innumeris Ægyptus monachorum, atq; virginum diſtinguitur, atq; illuſtratur habitaculis. Hic fructus Chriſti aduentus fuit. Quod optimè ſanè Origines ſuper hæc Euãgelij verba conſiderauit, dicens: Fuge in Ægyptum (inquit Angelus) vt fugiant de Ægypto, qui ibi ſunt Dæmones, vt habitent ibi Angeli ſancti, qui Deum conſequuntur, qui ſanctis iunguntur, vt pro multitudine templorum, atq; abominationum, multitudo exuberet Eccleſiarum: pro vitijs

Thomas in Matth. Euſeb. Emiſſ. in hom.

Ægyptij qui quondam Hebræos perſequebantur tã eos libenter ſuſcipiunt.

Ægyptus quãta gloria floruit.

Theodore. in Theophili. Palladius in Hiſtor. Lauſiaca. Nizepho. Sozom.

Chryſ. in prima. expo. homil. 8.

Orig. hom. 3. in diuerſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vitijs & erroribus multis, multa caſtitas, ſanctitas & virginitas ſuperabunder. Vides quàm verè Dominus Ægyptum à tenebris, quibus occupata erat, expurgarit, & lucē veritatis ſparſerit?

Loco primogenitorum quos Deus Ægyptijs abſtulit primogenitum ſuũ dedit.

Puniuit quoque Deus quondam Ægyptum, omnia eorum primogenita vna nocte ſimul interficiendo: miſertus Dominus, loco primogenitorũ Ægypti, primogenitum ſuum, longè maioris extimationis quàm vniuerſa eorum primogenita, ipſis mira liberalitate condonat, vt ſic tãdem vitam pro morte commutaret, & Deum pro hominibus condonaret: ſubmerſerat quoque Ægyptios aquis. Iam pro aquis ſubmergentibus, Baptiſmum, quo Dæmonis poteſtas aquis vitæ demerſa, vitam conſequamur æternam, inſtituere venit. Et ecce Moſes veteris legiſlator, metu Pharaonis ex Ægypto verſus Paleſtinã fugit, Chriſtus nouæ legis auctor, metu Herodis, iam ex Paleſtina & Iudea in Ægyptum fugit. Ex hoc facto, Chriſtus non loquens, ſed fugiens, ſatis ſignificare voluit, viciſſitudinẽ nouam, qua Ægyptus vera futura erat Iudæa: Iudæa verò Ægyptus, quemadmodum & Apoc. 11. Hieruſalem, ſpiritualiter vocatur Sodoma, & Ægyptus. Sapiẽtiſſimus pariter & iuſtiſſimus Dominus nouit ſuggere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. Ex impietate enim Herodis Ægyptijs maxima cõmoda elicere nouit: delicto Iudæorum gentibus ſalus contigit. Iam ſi quæras, quare Deus tàm multa patiẽtia Herodem regnare patiatur, & tanta crudelitate ſeuire aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius? Habes à Paulo Diuinũ reſponſum, quod Pharaoni datum fuit. Dicit enim ſcriptura Pharaoni: Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomẽ meum in vniuerſa terra. Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Et paulò inferius: Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ preparauit in gloriam, &c. Sunt enim in magna domo vaſa aurea & argentea, & vaſa contemptibilia, alia quidem in honorem, alia verò in contumeliam. Sic enim Deus ſuſtinuit Herodem, in gloriam Ægypti. Et habitauit tandem ibi puellus Iesvs cum dulciſſima Matre, & ſacratiſſimo Patre, & nutritio Ioſeph, exul & profugus in celebri apud Ægyptios, & maxima veneratione cultus in loco, cui *Matarea*, nomen eſt, non procul ab vrbe Cairo. Et licet nũc Regni principes expertes penitus, & tãti beneficij ignari ſint. Multa tamen beneficiorum Dei argumenta, à lõgo tempore perſenſerunt, quibus poterant Dei erga eos ſingularem affectum agnoſcere, & animo inſeruire. Nam D. Dorothæus Martyr, & Tyriorum Epiſcopus in Synopſi affirmat: Diuinum Vatem Hieremiam, ſumma ab eis religione fuiſſe cultum. Reliquiaſq; eius, poſtquã in Ægypto, Magnus Alexander cõdidiſſet vrbem, quam nomini ſuo ſacrauit, ex Tanni celebri Ægyptiorum ciuitate, Religionis ac patrocinij cauſa in eam intuliſſe. Locũ verò ab Alexandrinis Tetraphylum, appellari: vt Sophronius Patriarcha cap. 77. Prati ſpiritualis docet. Atque ab eodẽ diuino Vate inſtructos Ægyptios (inquit Dorotheus) Deum ex Virgine oriturum, didiciſſe: eamq; ex ſe genitum infantẽ, hoſpicij inopia, in præſepio reclinatum. Quamobrem Ægyptij nouerunt, etiam D. Dorothæi tempore ſtare Virginem in lecto, & infantẽ in præ-

Rom. 11.

Rom. 9. d. 18

Exo. 9. d. 16.

A in præſepio, quos adorabant. Opinio quoq; Aniſij fuit ſatis recepta, hunc Vatẽ Hieremiã Virginis Mariæ imaginẽ confeciſſe, quæ puellũ Iesvm ſinu geſtat, eo modo quo in Ægyptũ fugiens, illum deferebat. Aniſij quoq; referunt, ex antiqua traditione, Principi de Pollinac hãc imaginẽ dono datã fuiſſe ab Ægypti Soldano, quę ſumma veneratione nũc in Eccleſia Principe ſeruatur, & collitur; atq; maximis & frequẽtiſſimis miraculis locus ille ſacer à Deipara Virgine illuſtratur.

Aniſium vrbs Galliæ, quæ el Puy nunc dicitur.

B *Et eſto ibi vſquedum dicam tibi.* Docemur his verbis, non modo aduerſarij iram fugere, verùm etiam tamdiu ab aduerſarijs diſcedere, donec aut mentem mutarint, & furorem depoſuerint, vel è medio viuorum tollantur: alioqui quid prodeſt ſemel fugere, ſi iterum apparẽs, iram de nouo cõcitas? Sic quoq; Dauid Saulis faciem fugiebat ſæpè, donec illum ſe meliùs habere erga ipſum intelligeret. Sed Dauidis fuga non

Ab aduerſarijs fugere licet donec furorem nõ depoſuerint.

C erat, vt malum contra Saul machinaretur, ſed potius modũ, quo poſſet ad ſanam mentem illum reducere, vti ſæpè in multis, quibus ſe ſe vindicare poterat, & à vindicta abſtinuit, oſtẽdit. Sic quoq; Chriſtus, licet de impio Herode vindictam facilè ſummere potuiſſet, maluit tamen patienter, vſq; ad eius obitum exulare. Chriſtus (inquit Chryſologus) fugit, vt noſtras fugas in perſecutionibus temperaret. Martyr

Chryſ. ſerm. 151.

D comprehenſus debet tenere conſtãtiam, non comprehenſus debet fugere perſequentem: vt perſecutori indulgeat reſipiſcendi tẽpus, & ſibi tempus nõ auferat ſupplicandi pro perſecutore, dicẽte Domino: Si vos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Perſecutorẽ, qui prouocat facit: corrigit, qui declinat. Fugere debemus, ergo prouocare non debemus: ſi ſaluari perſecuto-

Matth. 10. c. 23.

res noſtros volumus; pro quibus A præceptum eſt nos orare. Orate (inquit) pro perſequentibus vos. Orandũ eſt, fugiendum eſt, vt ille, qui per ignorantiã furit, ſanetur: & ille, qui patitur, de patiẽtia palmã reporter, non de temeritate diſcrimen. Fratres ſi Paulum Martyres non fugiſſent, Paulum non feciſſent. Hoc faciendum docuit Chriſtus: hoc nobis relinquit exemplum, vt, fugiẽte Domino, fugere indignum non putet ſeruus. Hæc Chryſologus.

Matth. 5. 44.

Et eſto ibi vſquedum dicam tibi. Generale hoc Dei verbum ijs eſſe debet, B qui in maximis periculis verſantur, & in maximis vitæ diſcriminibus certantibus, hæc Dei vox in cordis aure inſonare debet: *Eſto ibi vſquedũ dicã tibi.* Nouit enim Deus ſuos detentatione eripere. Quis innocẽtiſſimũ Iſaac ligatũ, & ſuperſtruem lignorum, ad cõburẽdum, poſitum videret, & patrẽ gladium bibrantẽ, & colum iam iam manu forti ad iugulandum accedentem, cõtemplaretur, qui nõ dolore & compaſſione C maxima tactus diceret: Deus bone, ſiccine innocentem crudeliter punis? At, nouit Deus ſuos de extremo laborum eripere, & vocem Angelicam & mandatum dare: Ne extẽdas manum tuam ſuper puerum. Hoc etiam in Suſanna ad lapidãdũ deducta videmus. Hoc etiam in Daniele ter in leonũ lacum ad crudeliter trucidandum ab ipſis cõiectũ patet. Cernimus in ipſo quidem lacu Danielem, in ipſis extremis malis D manſiſſe, Deus ſic ordinare voluit, vt maneant, & permaneant in illis pro Dei gloria, expectãtes beatam ſpẽ, & aduẽtum glorię magni Dei, ipſi enim cura eſt de nobis. Nã qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Habet hîc Eccleſiaſtes Syluam ampliſſimam, qua poterit magno cum fructu ſpatiari.

In laboribus perſeuerandũ eſt.

Pſal. 90. 2. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Quid hoc ad perdendum? licet tyrannus innocentem quærat ad mortem, non innocentē, sed se ipsum perdit. Aliud quidem Deus, aliud verò homo cogitat, non enim cogitationes meæ, sicut cogitationes vestræ. Cogitatio iniqui animi eo fine tendit, vt tota potentia ad perdendum se extendat: Deus verò, quos tyrannus perdere totis conatibus studet, in vitam & salutem conuertit: iustorum
B animæ in manu Dei sunt (ait Sapiens) & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium, mori illi autem sunt in pace. Et illam, quam tyrannus meditatur perditionem contra innocentem, in se ipsum nequitiæ, ac perditionis tela conuertit Deus: vt incidat in
Psalm. 7. foueam quam fecit, & in laqueum, quem innocenti parauit. Sed considerare oportet Angelicā hanc prophetiam: Futurum est (inquit) vt
C Herodes, &c. qui scis hoc futurum? quia Deus reuelauit: quia Satam turbatus erat vidēs, quanta in Christi natiuitate contigerant, Angelos canētes Gloria in excelsis Deo, &c. Pastores laudantes, & glorificantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant. Stellam fulgentem, infantem demonstrantem: Magos è longiquo veniētes, & puerum adorantes, muneraq; ei offerentes: quæ omnia eius deuastationem fun
D ditus breui futuram denunciabant. Hinc factum est, vt per Herodem infantis necem moliretur Satan.
Chryso. hom. 150. Optimè hoc cōsiderās Petrus Chrysologus dicebat: Herodes quærebat, sed quærebat Diabolus per Herodē, qui videbat sibi Magos, quos habebat in erroribus suis principes, aufugisse: Christus si vinctus pannis, si sub matris vberibus pendēs, si tacens lingua, si latēs opere, si gressus nullus, Diaboli signiferos, hoc est, Magos induces sibi fidelis- A
simos commutauit; perfectæ ætatis Christus, quid cogitas posset facere? Diabolus hæc iam videbat. Et ideò mouebat Iudæos, instigabat Herodem, vt Christi suspectam sibi, præueniret infantiam, vt futura virtutis eius, anticiparet insignia: vt peremptorium sibi, nobis victoriosissimum vexillum crucis, callidus machinator auferret. Hæc ille! Si illi, qui Christi infantis typum gessere, in ipsis etiam cunis, insidias passi fuere, & in capitis periculum
B vocati, quid non Satan contra ipsum Christum tentarit? De Mose & de infantibus Hebræis, qui in flumine à Pharaone mersi sunt, qui Christi & innocētum figuram gessere (vti iam diximus superius.) Sed & etiam Cyrus quoque Christi typum insigne prætulit, de quo Isai. ait: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram: vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regū vertā, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non
C claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Legamus ait D. Hieron. Xenophontis octo libros Cyri maioris historiam, & prophetiam Isaiæ cernemus expletam. Nam licet fuerit alter Cyrus Persa, Darij successor, qui vasa sacra populo restituerat: hic tamen Cyrus, de quo Isai. dicit, in ipsa sua infantia, ab Astyage Medorum Rege, persecutionem passus est. Herodotus & Iustinus dicunt, Astyagē somnio territum, cum ex oraculo quo-
D rūdam Magorum accepisset Cyrū Mādanis filię suæ, & Cābysis Persę filiū, toti Asiæ dominaturū, in suspitionē & odiū pueri venisse, ideoq; Harpago præfecto iussisse, vt illū occideret. Factū est autē vt alter bubulci filius, pro eo bestijs exponeretur, & ita sepulturā regiā nanciscereturque, saluo interim Cyro. De hoc

Cyro

A Cyro ducentis annis antequam nascereturque, Isai. hoc loco prophetauit.
Ioseph. lib. 11 Iudaicæ Antiq. Vnde Iosephus refert, Cyrum legisse, hāc prophetiam de se factam, apud Isaiam, & ideò Iudæos, quasi Deo familiares, plurimum dilexisse, atque eò maximè nomine quod cum Daniel, qui in captiuitate tunc erat, & iam senio confectus de dignitate & excellentia huius nationis, multa contulisset cum illo, & in amorē & fauorem captiuorū huius nationis eum prouocasset: ideò vt
B Genebrardus notat, auctoritate regia in libertatē eos vendicauit. Qua in re, tàm in exordio vitę ipsius, quā in fine typū Christi gessisse, quis nō videt? Nam si Cyrus mādato Astyagis Regis, interfici iussus est, & tandem saluus euasit: ita quoq; Christus, innocentibus interfectis, in Ægyptū fugiēs, vitā sibi cōparauit, & tandē moriēs nos omnes in libertatē vindicauit, inuicto Satana. Ideò Isai. in hoc capite, licet Cyrū ipsum compellarit, de Christo loqui vele
C significat, dicens: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro. Si Cyrus (teste Herodoto) triginta annis fortunatissimis bellis vsum Medos, sibi subiecit, quitūc latissimè imperabant, mox Cresum, deinde reliquā Asiā, & posteà Assyrios, in quibus est Babylon, qua expugnata, captiuitatē Iudæorū laxauit. Quare nō cū D. Hieron. hæc de Christo exponemus, qui superatis hostibus, & deuictis nos omnes in libertatē redexit?
D Cui potius quā Christo dorsa regū versa & curbata sunt? qui licet glorioſi Orientalium Magi fuerint, ei humiliati iacent, & ad mortē is, qui hominū vita est tanto cum furore quæritur? Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Verbū meum stabit, ait Dominus, & voluntas mea fiet, Nemo est qui posit voluntati ipsius resistere. In vanū Pharao in Mosem. Astyages in Cyrum, Herodes in Chri- A
stum, moliti sunt mortem.

14 *Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte & fugit in Ægyptum.* Nulla cunctatione detentus paruit Ioseph Angelico mādato, poterat quidem turbari Ioseph, & grauiter cōqueri. Hęccine sunt, Angele, promissiones tuæ, quibus dicebas: *Vocabis nomen eius Iesum*, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, si semet ipsum ab Herode saluare nō potest, quomodo à potestate Satanæ vniuersum orbē in B
salutem vindicare poterit? Sic cine res vrget, vt non vacet intueri (ait Chysolo.) verecundiā virginis, laborē matris, periculum spōsi, sexus pudorem, longuinquitatis fatigationem, exitium totius domus, &, quòd est durius, Iudæos peregrinaturos in gentibus, quibus nec ipsa est cōmunio, immò est profundū legis transgressione naufragium. O quā dura est peregrinatio, etiam inter ciues, fratresq;, sapit quid sit sua domus, qui sentit alienā! Et vbi est C
illud: Domine refugium factus es nobis? & Deus noster refugium & virtus? si refugiū fugit, si timet virtus, si præsidium migrat, quæ vita? quæ spes? quæ securitas? quod munimen? Eliæ contra insidias Achab tyrāni Regis vnus coruus, & vidua vna suffecit. Christo contra Herodis minas Iudæa tota non sufficit? Elias missos ad se cælesti igne cōsumit. Christus sola fuga fit saluus? Hæc ille. Poterat quidē Ioseph his D
multisq; alijs querimonijs insurgere cōtra Angelū, contra Deum ipsum, sic res disponentem: sed cordi ipsius instillarat Deus, vniuersi orbis salutem, ex hac Christi fuga pendere. Nam qui mori venerat, quare fugeret mortē? Christus totam causam nostræ saluris occiderat, si se paruulum permisisset occidi, ait Chrysologus. Sicut enim

Chysolo. ser. mo. 151.

Psal. 89. a. 2.

Psal. 45. a. 2.

3. Reg. 17. a. 6.
4. Reg. 1. c. 12.

Chrysolo. ser. mo. 151.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Adam in ætate perfecta creatus peccauit, & peccato suo mortem inuexit mundo. Sic oportebat, vt secundus Adam Christus, in perfecta ætate mortem innocens, pro nocente subiret, & sua morte mortem omnium deleret. Hæc & longè grauiora considerans Ioseph, ab Spiritu sancto edoctus, humili obedientia Angelico mandato obtemperauit, & surgens accepit puerum. Mandatum ille acceperat, vt surgeret. Vide obedientiam, qui consurgens,
B hoc est, statim vt audiuit, aut simul, vt verba angelica auribus ipsius insonuerunt, consurrexit omni sopore ac pigritia excussa, nulla mora intercedente surrexit, talis est seruorũ Dei conditio, vt absq; vlla dilatione mandata Dei exequantur. In audito (inquit) auris obediuit mihi: *Accepit puerum & matrem eius nocte, &c.* Dubitat Abulensis: An Ioseph eadem ipsa nocte, qua Angelus ei apparuit, cum puero & matre aufugisset, quod ei valde durum apparet: nam cum via & longa, & laboriosa esset, simul & deserta, oportebat viaticum, & quæ illis necessaria erant præparare, antequam discederent. Præterea cum longo tempore in Ægypto illos manere oportuisset, domum suam disponere prius conueniebat, & supellectilia & alia diuendere: ne in tam longa absentia perirent, & ex illis aliquid ad vitæ sustentationem sibi seruare. Ex his colligit, fieri non posse, vt ipsamet
D nocte Ioseph discederet. Verũ alio rum sententia, qui affirmant ea nocte discessisse, mihi magis placet, eò quòd tum ad pietatem, tum ad Scripturę sacræ germanũ intellectũ magis accedere videatur. Deus enim, qui per Angelum mandatũ dedit, necessaria prouidere poterat, id quod Ioseph de Deo sperare debebat. Quis non videt in Iosepho pietatẽ, feruoremq; erga Deũ vehementẽ, qui cũ iussus fuisset exire, statim pa- A
ruit. Velut alter Abraham, cui dictum fuit à Deo: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & egressus statim fuit: longè maioris obedientiæ fuere, Ioseph mãdatum exequitur, nam nulla bonorum expectata promissione à Deo, egrediebatur statim, in ipsa eadem nocte. Non enim viaticũ, nec necessaria ad tan longũ iter præparauit: spes enim ipsius, in Deo fideliter sita erat: nam qui filios Israël de Ægypto, ad terrã promissionis eduxerat, absq; vllo vitæ cõmeatu, nisi parua farinæ sarcinula, super scapulas deportata, & quadraginta annos in peregrinatione agẽtes, non defuit illis in omnibus, nam Manna ad manducandũ dedit, & nec aqua etiã si de petra concussa educta, nec aliquid ex necessarijs illis defuisse, cunctis cõstabat: quare dubitaret Ioseph de Diuina liberalitate, erga filiũ suũ primogenitũ? Taceam interim de Elia qui lõgum C iter, quadraginta nẽpè dierũ fecit, absque vllo cõmeatu. Si Moses ex colloquio diuino tãdiu in Syna fuit alitus, quare non Ioseph, & Maria à Christo necessaria expectarent? Nec tàm ampla erat Iosepho domestica supellex, vt in illa colligenda, aut diuẽdenda, multũ occupari debuisset, Diuino igitur mãdato audito, quod nullam indicabat moram, sed diligentẽ obediẽtiam exigebat, qualẽ tanti momenti res expostulare videbatur: ideò ad iter se se accingit statim. Paupertatem quidem Ioseph, ac virginis inde Doctores colligunt nõ pauci, quòd quam primũ D oraculũ audiuit Angelicum, continuò surgens, non longam in colligẽda sarcinula moram faciens, ipsa eadem nocte puerum & matrem accipiens aufugit, propria relicta patria, quæ licet chara erat, charior tamen erat obedientia imperantis-

Scriptura

Diuina mãdata, absq; cunctatione adimplenda.

Abulensis. q. 41. in. 2. cap. Matth.

Abulẽsis opinio refellitur à multis.

Gen. 12.

A Scriptura quoq; Euangelica id ipsum indicare videtur; nam Angelici mandati normam diligenter exequutus fuit, & dicto citius consurgens, vel simul cum dicto surgens, accepit puerum & matrem eius nocte: si in somnis apparuit Angelus, nocte proculdubio oraculum accepit, si non statim exequutioni mandauit, quare statim surrexit? Surrexit planè statim Ioseph, & vt perfectius mandato obediret, statim vt surrexit, antequam albesceret dies, Gen. 22. d. 3. B puerum & matrẽ accepit. Si Abraham de nocte consurgens, vnigenitum, quem diligebat, vt Diuinum exequeretur mandatum, ad sacrificandum in montem detulit, quare non Ioseph fidelissimus, vnigenitũ Dei, vt eum ab Herodis tyrannide seruaret, nõ accepisset de nocte cõsurgens, & in Ægyptum, quò fideliter Diuino obtemperaret oraculo, non fugisset? Nocte igitur omnibus relictis fugit. Qua in re diligentiam, quam ostendit, Euãgelista de-
C clarare voluit, dicens: *Accepit puerum & matrem eius nocte*: vt inde nos quoque exemplum sumentes, discamus celerem obedientiam, quã Diuinis mandatis præstare tenemur exhibere. Cùm enim nobis de volũtate Diuina constiterit, omnem rationis industriam, ac vires omnes intendere oportet: vt impedimenta omnia, quæ nostrum animum, vel in minimo tepescere possint, expellentes, Diuinam cum omni diligentia & studio faciamus voluntatem. Et si quæ nobis circa necessaria deesse videantur, quàm primum (omnem solicitudinem nostram in Deũ proijcientes, quia ipsi cura est de nobis) mandatis pareamus: non enim patietur nos tentari suprà id, quod possumus, nec vnquam passus est animã iusti fame perire. Iuuenis fui, etenim senui (dicebat Dauid) & non vidi iustum derelictum, nec se-

Obedientia celeris ad Diuina mandata exequenda præstãda est.

1. Pet. 5. b. 7. D

1. Cor. 7. c. 13

Prou. 10. d. 3.

Psal. 36. c. 25

men eius quærens panem: Vide quã A
pulchrè Deus puero, Matri, & nutritio prouisit, per Magos donaria illis ampla dando. Nam ex ijs forsam Ioseph, licet multa pauperibus contulisset, aliqua sibi ordinatione Diuina reseruauit, quibus possint & longum iter, & magnam temporis absentiam subleuare. Ita nouit Deus nostras præuenire indigentias, sua donorum largitate, nobis etiam ignorãtibus, quorsum Deus illa nõ petentibus concedat, suo tempore quorsum illa doner, ostendit. B

Fugit etiam nocte, vt periculum caueret, nequis videns inopinatum eius discessum, in suspicionem veniret, quòd ab Herode fugeret, postquam talia de puero visa & dicta fuerant, quæ Herodis animum, ad crudelitatem exercẽdam in eum excitabant: qua de re incolę Herodem admonere potuissent, & iram prouocare. Hinc nobis documentum sumere licet, quòd etiam si illa faciamus, quæ secundum Deum facere tenemur, etiam si spem firmam C
de Diuino auxilio habeamus, si periculum aliquod humanum appareat, ad cautelam & prudentiam humanam confugiamus, quemadmodum sanctissimus Ioseph in seruando Iesvm puerum fecit, qui licet certa fide haberet, se Deum secum deferre, cui resistere nemo valebat: non tamen miraculum Diuinum expectando, periculis sese oponere voluit, sed humana caliditate vtẽs, D
nocte aufugit Herodis sæuitiam. Alioquin Deum tentare videretur: & ne Deum tentare videamur, diligentia humana vti semper oportet, nisi Deus ipse expresso mandato nobis præcipiat, vt omnẽ curã illi relinquamus, omnia prudẽtię humanæ studia omittendo. Habito enim hoc mandato, peccatũ haud dubiè committeret: qui Deo post habito,

Abulensis in Matth. q. 41.

Iustus vt in cautela aliquando seruãda.

Qui miracula quærit Deũ tentare videtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 10. b. 19.

A ad studia & artes confugeret humanas. Quãdo enim Christus Apostolis dixit: Cùm steteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Si hanc promissionẽ Diuinã nõ acciperẽt, & in illam nõ niterentur, sed studio humano inquirerẽt, quid Regibus ad obiecta responsi dare deberent, certè grauissimum committerent peccatum, essent quidem modicæ fidei, & Spiritus sancti gratiam, ipsis promissam, meritò (quia ipsi non fidebant) perdere digni fuissent.

B

15 *Vt adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.*

Oseæ. 11. b. 1.

Testimonium istud dubium non est, ex Osea fuisse desumptum. Sic enim ait: Quia puer Israël & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum. Magna controuersia inter Doctores, circa verum & germanũ huius prophetiæ intellectum, sub orta fuit. Nam Septuaginta interpretes hũc locum sic interpretati sunt. Quia paruulus est Israël, & ego dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filios eius. Hinc quæstio fuit orta, quia Græci auctoritatẽ, à Matthæo citatam, non sic in suis codicibus inueniebant, sed putabant vel adulteratam, vel omninò expulsam fuisse. Vnde Iulianus apostata, hanc citat auctoritatem, ad probandũ Euãgelistam mentitum, hanc auctoritatem & prophetiam ad Christum pertinere affirmans, dicens, vt adimpleretur quod dictum est: *Ex Ægypto vocaui filium meum*. Cùm non de Christo, sed de Israël dictum fiet, vt Græcorum translatio habet, Ex Ægypto vocaui filios eius. Ideò putat ipse Iulianus Euangelistã hac auctoritate contorta, & à se composita, illudere voluisse credentium simplicitati, vel saltim ignorantiam

C

Septuaginta interp.

Iulian. lib. 7. contra Christianos. Euãgelistam Matthæ. mendacem facit.

D

(inquit) suam fateatur oportet. Iudæi quoque omnes etiam Catholici affirmant, hanc prophetiam de populo Israël intelligendam propriè, potius quàm de Christo. Sed Iuliani mendacissimi relicta mordacitate & proteruia, & Iudæorum ignorantia, videamus nunc hanc auctoritatem potius de Christo, quã de populo Iudaico intelligi debere. Sic enim Euangelista ait: *Vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetam.* Non sic intelligẽdum est, quòd hęc Christi fuga, & ex Ægypto reuocatio, facta fuerit, vt impleretur quod Propheta dixerat, sed sic potius intelligendum sano modo est, quòd ex eo quòd fuga, & reductio ex Ægypto per diuinam dispositionem sic faciẽda erat: Propheta illud prædixerat, sic tandem, *Vt*, non importat causalitatem finis hoc in loco, sed potius concõmitantiæ habitudinem, ac si diceret, quando hæc facta fuerunt, tũc impletum est, quod Propheta prædixerat, cùm dixit: *Ex Ægypto vocaui filium meũ.* Ac si dicat Deus, Ex Ægypto reduxi eum. Non enim poterat Christus de Ægypto reduci, nisi illuc iuisset, cùm in Ægypto natus nõ fuisset. Ad cõplendum ergo istam prophetiam, oportebat eum in Ægyptum ire & inde redire, & tunc de Ægypto vocaretur. D. Hieronym. dicit, quòd ea quæ, *TipiKos*, præcedunt in alijs, iuxta veritatem, & adimpletionem referantur ad Christum: quemadmodum Apostolum docuisse certum est, in duobus montibus illis, Sion & Sina, & in Sara & Agar: sic & hoc, quod scriptum est: Paruulus Israël & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum, dici quidem ad literam de populo Israël perfectè autem referri ad Christum. Hæc D. Hieronymi responsio, salua pace, non placet multis, eò quòd non videatur quomodo

populus

A populus Israëliticus posit Christi typus dici. Nec alegoria aliqua cõmodè explicari potest, quæ consistat inter populum Israëliticum, & Christum. Nec etiam Euangelista dixisset, *Compleri propheriã*: quia non dicitur prophetia compleri, nisi quando fit id quod per eam, non in sensu mystico, sed in literali, significatur. Cùm enim necessum sit Prophetã intelligere ea, quæ dicit, quia aliàs Propheta propriè non esset, vt Dani. 10. dicitur: Intelligentia enim est opus in visione: ideò illud

B per prophetiam signatur, quod Propheta significare intendit. Hæc autẽ prophetia (Euangelista testante) implera fuit, quando Christus de Ægypto fuit reuersus: Oseas ergo hoc voluit sua prophetia intelligere. Præterea, secundum Dionysiũ, Theologia mystica nõ arguit ex illo sensu, quare inefficax est argumẽtum si ex typicis & mysticis desumatur. Pari quoq; ratione nullo pacto possumus dicere scripturam cõpleri, ex eo quod mysticè aliquid

C fiat. Nec re vera compleri dicetur scriptura, si iterum implẽda sit, quia vnicum tantum perfectum complementum habet. Si igitur in sensu mystico adimpletur, nihil opus est eam in literali sensu cõpleri. Item si in sensu mystico scriptura impleretur, cum vnusquisq; ad libitum per alegorias, & tropologias diuagari possit, sicuti frequenter sacri Doctores facere solent, nemo posset

D certus esse, quando Scriptura esset cõpleta, vel non, cũ mysticus sensus certus nõ sit. Quare affirmare possumus, solũ in literali sensu Scriptura sacra impleri, minimè autẽ in alegoricis, cũ ergo hîc dicatur, quòd in Christo cõpleta fuerit prophetia, quãdo ex Ægypto discessit, constat Euangelistam voluisse asserere illam in sensu literali fuisse completam. Sed quomodo obsecro in sen-

Dionys. Theologia mystica ad argumẽdum inefficax.

Quomodo Scriptura dicatur impleri.

Solum in sensu literali Scriptura sacra verè dicitur impleta.

A Scriptura sacra duplicem sensum literalẽ habere potest.

su literali, completa quoq; fuit, quãdo Deus filios Israël eduxit ex Ægypto, & de Pharaonis tyrannide? Ad hæc dicimus, quòd Scriptura sacra duplicem sensum literalem habere solet, interdũ licet vnum magis principaliter intendat: alium verò minus principaliter, nemo tamẽ illorum est mysticus sensus dicendus, vt ex multis Sacræ scripturæ locis facilè videre licet. Nã Exod. vbi Moses de agno paschali loquitur, ait: Os nõ comminuetis ex eo, ad literam de agno paschali, cuius

B ossa confringenda non erant, ad eorum medulas comedendas, sed integra manere debebant, intelligit scriptura, quia tantunmodo carnibus agni vesci licebat. In sensu quoq; literali de Christo, qui verus paschalis agnus est, intelligi deberi Ioannes ostendit: cum ait, latronum crura confracta fuisse, vt citius morerentur: ad Christum autem cum venissent, non fregerunt eius crura. Quia hoc (inquit) factum est vt impleretur Scriptura. Os non comminuetis ex eo. Sic quoq; oportet intelligere in sensu literali dictũ fuisse de Christo, quia alias non posset dici Scriptura impleri, si sensu mystico intelligatur, nec Euangelista allegaret, nisi Scriptura illud planè intendisset. Præterea de Salomone dicitur ad literam: Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Hoc quoque ad literam de

D Christo intelligi ostendit Paulus, dicens: Cui aliquando Angelorum dixit Deus: Filius meus es tu, &c. Et illud, Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Quasi dicat, Nulli dictum est hoc, nisi Christo, & hoc quidem in sensu literali. Quando autem Apostoli seu Euãgelistę aliquid in sensu mystico declarant, continuo ne quis turbetur, mysticũ sensum esse dicunt, vt Paulus: Scriptum est (inquit) quoniam

Exod. 12. g. 46.

Ioan. 19. f. 36

2. Reg. 7. b. 14. & 1. Paralip. 22. b. 10.

Heb. 1. b. 5.

Ad Galat. 4. b. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & aliũ de libera, sed qui de ancilla, &c. Hæc sunt, air, duo testamenta, & vt intelligamus se nõ vele in sensu literali hoc adferre, ait, quæ sunt per alegoriam dicta. Et vt ad rem veniamus, Oseæ dictũ: Ex Ægypto vocaui filium meũ, de Christo ad literam intelligendum venit: quia ipse est filius Dei, & vocatus est de Ægypto, quando inde redijt. Intelligitur quoq; de vniuerso Israël ad literam, quod manifestũ est ex his, quæ in Oseæ prophetia præcedunt, cũ dicitur: Sicut mane transit, per trãsit Rex Israël, quia puer Israël, & dilexi eum. Et ex Ægypto vocaui filium meum. Israëlẽ non solum hoc loco, sed etiam in Exod. filium suum vocat Deus, dicens: Filius meus primogenitus Israël, & hunc filium Deus vocauit de Ægypto: cum autem illum de Ægypto educebat, vocabat illũ filium, respiciebat enim ad primogenitum Dei filium, quem præuiderat
C ab æterno de Ægypto reuocãdum. *Homil. 2. in fest. Innocentium.* Verùm teste Chrysostomo, nullum habet complementum prophetia, nisi in Christo: Nisi (inquit) aduenisset in Ægypto Christus, nequaquã prophetia dignũ finem habere potuisset. Considera igitur, quẽdamodũ istud mysterium ipse Euãgelista designet dicendo: *Vt impleretur.* Ostẽdit enim, quòd nisi venisset iste verus Messias Dei filius, nõ vtiq; fuisset impletum. Quinimò & populus
D & Patriarcha cum descenderent in Ægyptum, & inde rursus ascenderẽt, istius reuersionis Christi signabãt figuram. Nam & illi fugiendo mortem, quam comminabatur fames, descenderunt in Ægyptum, & hic mortem fugit, quæ per insidias illi imminebat. Hæc ille. Eusebius Cæsariensis eiusdem est sententiæ. Vulgata sic habet: Sicut mane transijt, pertransit nempè totam Iudæã, vsque ad Ægyptum fugiens, Rex Israël, Rex Christus, iuxta illud: *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Et dilexi eum, iuxta illud: Hic est filius meus dilectus, & ex
B Ægypto vocaui filium meũ, reuocaui eũ ex Ægypto, mortuo Herode, vocauerunt eos, ideſt, sicut olim reuocauerunt eos Iudæos Moyses & Aarõ, vt significat Propheta illã historiam typum fuisse huius prophetiæ.

Theophylactus in Matth. Dicimus igitur (ait) quod per figuram dictũ est de populo, impletum verò esse in Christo. Deinde quis est filius Dei? populus ne qui adorauit idolum Beelphegor & sculptilia, an
C qui verè est filius Dei. Vult itaque Spiritus sanctus nobis ostendere, quædam ita Christo conuenire, vt primo & principalius, ipsi conuenire intelligamus, licet primo significato de ipso scripta non sint. Aut nobis eleganter exprimere vult, quod ea quæ olim Ecclesiæ corpori contigerant, nunc perfectius in capite complebantur. Itaq; verius de Domino quàm de Israël carnali, prophetia hæc intelligenda venit.

D

EXPOSITIO.

TEXTVS.

16 TVnc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens: occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundũ tempus quod exquisierat à Magis.

16 *TVNC Herodes, &c.* Tunc dicit, licet nõ parum temporis, inter discessũ Magorũ, & infantum occisionẽ, intercessisset, vt tamẽ historiam crudelitatis immanissimi Herodis prosequeretur, *Tunc*, dicit, licet

A licet enim antea cõceperat odium aduersus Magos, eò quòd ab ipsis mirè delusus esset, & in omne vindictæ genus fuisset incẽsus in eos, magis tamen ob regni iacturam, quam magnopere timebat, cõcitatus fuit, necnon etiam contra infantes, qui nihil ei iniuriæ intulerant, contra
B quos indignationem iramq; omnẽ tandem euomit: vt Nizephori verbis vtar, & aduersus naturã omnẽ crudelissimus insurgit. Verùm id quod agere tunc temporis destinarat, exequi, vt nonnulli referunt, tyrannus tàm citò non potuit. Fuerat enim eo tempore ob sæuitiam & tyrannidem, quam vbiq; exercebat, à filijs accusatus, adq; Romã ad causam dicendam venire coactus: vt Iosephus, Egesyppus, & Nauclerus narrãt. Ob hanc enim causam, vsq;
C ad reditum, occisionem puerorum differre Herodes fuit coactus. Qui cum iter versus Romam faceret per Tharsum & Ciliciam, audiens per Naues Tharsensiũ, Magos trãsisse, dum ad propriatãdem redirent, iratus, in spiritu vehementi omnes cõbusit naues Tharsis, secundum quod Dauid prophetauerat. Peracto itaq; negotio, & simulata concordia facta, postquàm Aristobolum, & Alexandrum, filios optimẽ
D spei adolescẽtes, & egregie doctos, (quippè qui apud Cæsarem Augustum fuerant educati) nulla habita naturæ ratione, in Cæsarea eos laqueo supendit, ad infantum necẽ homo regnandi cupidus, magna crudelitate accensus, sese accingit. Iam nouus Pharao, ipsoq; Pharaone crudelior in terra surrexit: iam nouam, in extinguenda Israëlitarũ progenie, crudelitatem videmus.

Nizeph. lib. 1. cap. 14.

Ioseph. Antiqui. Iud. lib. 19. cap. 7.

Egesyppi. Excidij Hierosol. lib. 1.

Naucle. par. 2. generat. 1.

Psal. 47.

Pharao quondam ob maximũ odiũ contra Israëlitas cõceptum, edicto obstetricibus strictè præcipit, vt omnes Hebræorũ masculos morti traderent: & tandẽ vniuerso populo mãdat, dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite. Sæpè mecum cogitaui causam, qua Pharao motus, tantam tamq; crudelem straxem in filos Israel facere decreuisset. Nec putabam multitudinem Hebræorũ, qui in Ægypto nascebantur, sufficientẽ esse causam ad tàm ingẽs odium excitandũ in Pharaone aduersus eos. Ideò aliquid in mẽte Pharaonis latitare suspicabar: quid illud esset ignorabã, donec Iosephum lib. 2. Antiq. c. 9. vidissem. Qui narrat Sacerdotem quendam Ægyptium, & Magũ, Pha C raonem conuenisse, eiq; tanquam prophetãdo dixisse, quòd ex illa Hebræorum gente nasciturus erat vir quidam, adeò potens & viribus valens, qui vniuersam illam Ægypti terram deuastaturus esset, non tamen tempus, licet vera dixisset, indicauit. Hinc factũ fuit vt Sacerdoti Mago fide adhibita, euadendi periculum excogitarit Pharao: & ne quis ex illa natione tantæ potentiæ oriretur: masculos omnes Hebræorum interfici iubet. Quatenus ille, à D quo malum venturum timebat, in tãta occisorum multitudine vitam finiret, sicq; tandem Sacerdotis oraculum irritũ faceret. Id ipsum quoque Herodes nunc facere tentat, nã post Sacerdotum oraculum, & Magorum salutarem fugam, vniuersos infãtes Bethleemiticæ regionis per summum scelus interfici mandat: vt tandem inter illos puerũ IESVM interimere posset. At verò frustra

Ioseph. lib. 2. Antiq. c. 9.

Pharaonem quid nam moueat, vt omnes Hebræorum masculos interficeret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnis conatus veteris, ac noui Pharaonis fuit, nam æterna vita extingui minimè potest.

Timebat forsam Herodes, ne infans iste Rex, regnū per eū tyrannicè possessum, quòdā inuaderet. Tyrāni ingeniū est omnia timere, à nemine quātumuis amico fidere, semper pauere. Impius (ait Isa.) quasi mare feruens, & quiescere nonpotest: ita tyrānus Rex semper timere sibi: iuxta illud Iob: Sonitus terroris semper in auribus eius, cum sit pax, ille semper insidias suspicatur, terrebit eum tribulatio & angustia valabit eum. Hoc quoq; Salomon testatur: Cū sit timida nequitia, semper præsumit sæua, perturbata cōscientia. Dionysius ille Syracusanus, vt ait Cic. lib. 5. Quæst. Tuscul. Omnia differentiæ, & sinistrarum suspitionum plena fuisse credebat: adeò vt ex alta turre ad populum verba faceret, lecto pensili cubaret, & ipse sibi barbam amputaret, ne in manus tōsoris, barba veniisset. Atheos & Deorum cōtemptor iste Dionysius, ad extremā miseriam redactus est: vt scribit Ælianus Spartianus: Longè dererior Dionysio Herodes est, qui cum omnia timeat, etiā inter infantulos Deum ipsum interficere nititur, & cōtra Deum ipsum armatū militem parat. O stulta rabies & insatiabilis regnandi cupiditas!

Et mittens: occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, &c. Bethleem fines quousq; peruenirent, non declarat Euangelista. Nizephorus tamē putat fines Bethleem ad montana Iudę pertingere. Vbi Zacharias & Elisabeth cum Ioanne Baptista eorum filio, qui alterum cum dimidio tunc annum agebat, habitabāt Elisabeth Herodes sanguinariā effugiens manum, in spelunca quadam ad regionis montana, confugiens cum filio latens; tyrannidem Diuina ordinatione euasit. Magna enim contētione & studio, Herodes Ioannem Baptistā quoq; ad necem crudelē quærebat, nam cū ortus eius & tot miracula facta (in dies fama increbescente) vulgarentur, cum ad necē studio quærebat, quem cum inuenire minimè potuisset, Zachariam eius patrem (vt D. Epiphanius in Zachariā narrat) comprehendit, & quia filium prodere noluit, crudeliter inter templum & altare occidere iubet. Occidit tandem crudelis tyrannus quatuordecim millia innocentum: vt ex Liturgia Æthiopum, & Calendario Græcorum Genebrardus refert in sua Chron. fo. 208. Macrobius quoque asserit, quòd inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filiū quoq; ipsius occidisse. Quod Augustus Cæsar audiens, dixisse fertur: Meliùs est Herodis esse porcum quàm filium. Multorū sanguinem hic tyrannus effudit, inter quos Pharisæi fuere, qui finem Regni sui adesse prædixerāt, quare eos qui talia vaticinati fuerant, neci dedit (vt iam diximus) Mariamnē non sibi matrimonio cōiūctā: Omnēq; vxoris cognationem ferro sustulit, teste Iosepho. Ferorum fratrem, idē veneno necauit. Innocentum quidem cędem Iosephus ibi occultare videtur, ne tā immanis crudelitatis perpetua memoria maneret. At verò sacræ literæ nobis contestatæ sunt, facinorosam tyranni audaciā. Qui, nescio qua noua fraude inuenta, & sub prætextu alicuius magni beneficij (vt refert S. Antoninus) iussit bimatos omnes pueros, qui in Bethleē, & in omnibus finibus eius erant, in certum quendam locū amplum, cuiusuis oppidi adduci, & in vnoquoq; studio designato loco, satellites paratos habebat, qui illos omnes trucidarēt. Matres verò quę puerulos charissimos gestabant in vlnis

B

C

D

Ælianus Spartianus.

Nizeph. lib. 1. c. 14.

Ioannem Baptistam Elisabet abscōdit, ne vnà cū cęteris innocentibus interficeretur.

A vlnis, beneficium Herodis cū gaudio expectantes, prolium necē crudelissimam, magno cum merore reportarunt.

A bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Licet Magi decimotertio die post Christi ortū venerint, non tamē Herodes statim infanticidiū aggressus est, cū Deipara Virgo se iuxta legem purificarit, & Christum in templo præsentarit, die post partum quadragesimo. Distulit ergo in aliquot dies, vel menses, vel etiam annos duos: B vt videtur Euangelistam vele significare, dicens: *Occidit pueros à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Eius sententiæ est Macrobius Paganus, vt refert Genebrardus in suo Chron. lib. fol. 208. Qui multis rationibus hanc eādem tutatur sentētiam. Primū, quia Herodes sperabat quotidie Magos ad se redituros, vt videbantur polliciti. Deinde, quoniā præsentibus Romanis Principibus, vt Cyrino & Varro, qui in Iudæa erāt ad descriptionem perficiendam, tantum scelus minimè aggredi audebat, in quibus etiam fouendis, & amicè tractādis erat occupatus. Tertiò, hoc efficere maioris erat momēti, quàm vt impleri statim posset, siuè quia Alexander, & Aristobolus ipsius è Mariamma filij, nouas res & occasiones captabant, ad capiēda arma pro imperio, sibi maiorum ratione debito, & à plebe delato: siue, quia Augustum metuebat illis fauentem, & D fortasse interpretaturum tantā cædem factam sui causa, vt descriptio pauciora capita cōplecteretur, sicq; minus colligeret è Iudæa. Vt vt sit, non est adortus tantum facinus ante quadragesimum diem. Nam tūc contigit Christi præsentatio cum Matris purificatione, & Symeonis occursu, post quæ in Ægyptum euasit.

Luc. 2.

Genebrard. Chro. lib. fol. 208.

Est nunc serio considerandum tā A tione crudelissimæ sententię ab impijssimo Herode latę, quòd cum infanticidium factum fuerit, adeò repente & celeriter, vt credi potest eo tempore quo factum fuit, mirū est, quòd Herodis mandatum præcissum duorum annorum tēpus designarit. Quis sarelitum scire poterat singulorum puerorum ætatem? in qua inquisitione si diutius immorarentur, & non fraudem aliquam prætexisset Herodes, ad ætatis eorū veritatem inquirendam, facilè par- B uulorum parentes, eos absconendi, seu aliò transferendi tempus habuissent, nec in re tam graui vllam prætermisissent occasionem parentes, sed omni studio charissimas suas proles in tuto ponere laborassent. Quod si id minus facere potuissent, ob Herodis diligentiam, quam in obseruandis itineribus forsam fecit, populus tamen vniuersus, si hoc suspicatus fuisset, in tyrannum insurgeret Regem, & charissimorum C filiorum necem crudelissimam omni vi, atque conatu impediret: tum quia innocētes occidere plusquam tyrannicum esset, tum etiā, quia intelligebant hoc crudelissimo facinore, nihil magis inuōtis Herodem habere quàm Messiam, quem verū propriumq; ipsorum Regem futurum agnoscebant, interficere. Vt ergo eiusmodi popularem seditionē caneret Herodes, secreto ministros D disposuit, qui omnes pueros, quos tàm ex vultu, quā ex corporis quantitate bimulos iudicarent, neci mādarent; itaq; pueri à bimatu & infra nati sic interfecti sunt, vt illi quorū ætas parum plus aut minus, secundum annum attigissent, morti proscripti sunt: illi verò quorum ætas maior agnoscebatur biennio, & qui longè minoris ætatis erant, nempè vnius aut alterius mensis, intacti à crudeli ministrorum furore remanse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A remanserũt. Hæc est mens Abulensis, qui hanc opinionem tanquã probabiliorẽ defendit, licet nonnullas alias describat. Sic ergo interpretandum est, *A bimatu & infrà*, quod Herodes non occiderit omnes, qui erant infrà bimatum, sed solùm eos de quorum ætate poterat dubitari, an essent in bimatu vel quasi, quod textus ipse ostendere videtur, dicit enim: *Secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Seruato scilicet tempore à Magis designato, itaq; tempus
B quod à Magis didicit obseruauit. Restat igitur vt verba illa: *Secundum tẽpus quod exquisierat à Magis*, nõ in eo quod dicitur à bimatu intelligas, sed in eo quod dicitur, *Et infrà.* Oportet enim post id quod dicitur à bimatu, distinctionem ponere, deinde totum quod sequitur simul legere hoc modo: *Occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Permisit itaque Deus vt occasione filij sui,
C multi occiderentur innocentes, vt ostenderetur, & quanta esset Herodis sæuitia, & quàm parum aut nihil humana, seu etiam Satanæ, crudelitas possit contra eum, quem Diuina bonitas seruare disposuerit. Voluit quoq; Dominus infantulos mortẽ subire, vt & ab ipsis testimonium fidelissimũ Christus acciperet, pro quorum æterna salute, natus ipse fuerat. Id quod multi considerantes, & animo pio attendentes, paruulos hos proprio sanguine fusso, testimonium fidei exhibuisse, te
D stati sunt vsum liberi arbitrij & rationis in his puerulis acceleratum fuisse, eò quòd pro Christo martyrium eos subijsse Ecclesia testatur: martyrium verò voluntarium esse deberi, quis non videt, si animaduertat virtutis actum sic esse, vt singularis palmæ meritum habeat? Horũ sententiam D. Thomas adfert, licet illã refellat: ideò meliùs securiusq; A cum ipso D. Thoma dicere possumus. Paruulos hos Innocentes Dei gratia singulari ipsis concessa, fuisse assecutos Martyrij gloriam, quã in adultis propria volũtas meretur. Effusio quidem sanguinis pro Christi nomine, siue pro Dei gloria testanda, baptismatis vicem obtinere certissimum est. Sicut enim baptismus in paruulis sola Dei gratia per Christi meritum, operatur in ipsis, vt vitæ æternę præmium obtinere valeãt: ita quoq; in paruulis effusio B sanguinis propter Christum, sola Dei gratia per meritum Christi, ad martyrij coronam consequendam, efficax est. Hinc est, vt sacrosancta mater Ecclesia horum Innocẽtum mortem, tanquam martyrum pro Christo triumphantium, festiuum diem celebrat: siquidem hæc illis mors cessit ad palmam martyrij obtinendam. In æternitatis enim profectum (inquit Hilarius) per martyrij gloriam efferebantur. O quam præclarè Chrysostomus de eorum C martyrio philosophatur, dicens! Dicunt sic Domino laudes trucidati ab Herode lactantes: loquuntur sanguine, quod lingua non possunt: passione canunt, quod sermone nõ norunt, occisi prædicant, quod viui non poterant. Nec nouum quid dicitur, vt innocẽs sanguis, aut Deo referat laudes, aut suas indicet passiones, cum Abel sanguis clamet ad cælum, aut occisorum animæ ab altari vociferentur ad Deum. Contulit martyrium laudem, quibus negauerat natura sermonem: licuit sanguine clamare, quibus narrare non licebat voce: licet sanguine loqui, quibus lingua non licuit: miscent cum Domino colloquia, quibus humana negata sunt verba. O beata lactantium gloria, quibus pro Christo contigit dedicare martyria! Expugnant tempore vno natiuitatem & mor-

Abulensis in 2. Matth. q. 45.

Quare Deus innocentes occidi permiserit?

An vsus liberi arbitrij in paruulis occisis, a celeratus fuerit.

D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 1.

A & mortem, ingressum & exitum, principium & occasum: vt ipsis posset tempore vno, vt dixi, cõtingere, & nascẽdo ingredi mundum, & dedicare martyrio cęlum. Prouat nouos exercitus Christus, rudes milites designat, legiones lactentes, victoria perpetrata coronat. Fiunt pro Christo victores, qui ætate fuerunt coæquales: fiunt (inquam) infantes sine certamine fortes, sine pugna victores: norunt vincere, qui pugnare non norunt, existunt victo
B riæ compotes, qui fuerant ætate imbelles. Merentur pœna martyrium, gloriam sanguine comparant, æternam vitam temporali morte commutant. Nec timuit ętas illa mortẽ, nec horruit: timere enim non potuit, quæ timere nõ nouit: transmittit infantes Christus infans ad cælum, noua xenia patri, primitias fructuum exhibet genitori. Ostẽdit futuram fœcũdissimam messem, dum in semine tantam exhibet vbertatẽ. Derisit se, derisit hostilis immanC tas, quæ putauit turbare posse consilium Dei, gloriam Christi, salutẽ necessariam mundi: sed contulit infantibus multis martyrium, dũ infantem quærit occidere Christum. Præstat hostis dum nocet, beneficium tribuit, quum occidit: inuideret enim eorũ gloriæ, si amaret: sed aliæ sunt terestres pugnæ, aliæ cælestes victorię, in prelio Christi moriendo viuitur, cadendo surgitur, victoria per interitum cõparatur.
D Hæc Chrysostomus. Vide quoque si placet D. Cyprianũ de. SS. Innocent. qui multa præclarè scripsit: & ex multis hoc vnum de eorum martyrio adfecam. Hi cruore (inquit) lacteo loti, primitias baptismi martyrio consecrarunt, tradentes posteris formam, vbi necessitatis articulus excluserit moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacẽ, quàm sanctificatas verbis solennibus aquas, maximè cum nec A sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu, per torum corporis alueum fluat. Spiritus verò sanctus, & aquis, & sanguine superfertur, qui subiectos sibi fouet & abluit, quo baptizante, idem occisio quod mersio operatur, qua extinctam peccati vitam, virtutemq; emortuam, vtriusq; rei continet Sacramentum. Ipse enim est, qui vel hoc, vel alio modo quicunq; est ille modus, baptizat, & ad idẽ refertur, quod pura fide agitur per Chri
B stum Dominum nostrum. Hæc Cyprianus.

In hoc Prothomartyrum Innocẽtum insigni martyrio, typus quidam manifestus omnium martyrũ, qui pro Christi confessione suum erant effusuri sanguinem, pręcessit. Nam Herodis immanissimus furor quo Christũ perdere nitebatur, omC nium tyrannorum forma & exemplar erat: eorum (inquam) qui Beatorum Martyrum crudelissimis tormentis & cædibus, nomen & fidem Christi ad huc teneram, & in fidelium animis crescentem, extinguere, & omninò perdere nitebantur: nihil tamẽ eorum, quæ maxime desyderabant, consequuti sunt. Et sicut tanta Innocentum strage, tantaq; sanguinis effusione, qua Christũ extinguere nitebatur Herodes, Christus liber euasit: ita quoq; effusso omnium martyrum sanguiD ne, Christi nomen illustrius, atque glorioSius effectus fuit. Vnde ab Herode peti potest exemplum, & videri quid & quanta sint fideles passuri, & quid tandem hostes nominis Christi sint profecturi. Victoriam quidem nominis Christi quam reportare sperabant è martyribus tyranni, martyres ipsi glorioSè retullerunt. Fuit enim ipsis ad maximam gloriæ coronam. Legitur in lib. Reg. quòd cum Arca Dei in Bethleem

Cyprian. de SS. Innocen.

Innocentes martyres, typus omnium martyrũ fuerunt.

Herodes omnium tyrannorum formã gessit.

2. Reg. c. 6. v. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A leem introduceretur, Dauid victimam solennem multorum fecit animalium. Ita profecto Deus cum arcam noui Testamenti, nempè Christum, in Bethleem trāstulisset, victimam solennem horum Innocētum facere decreuit: & sicut holocausti hostiam accepit eos Dominus.

Exod. 3. 4. 6.

EXPOSITIO.

17 TVNC *Adimpletum est, &c.* Mirātur interpretes, quòd Euangelista Matthæus Hieremiæ Propheræ testimonium, ad hanc innocentum necem transtulerit, cum de decem tribus in captiuitatem cū magno meroreab B ductis, Hieremias hoc dixerit. Vt D. Hierony. testatur. Hæc autem tribus illo. 31. Hiere. cap. & alibi sæpè nomine Ephraim designantur, quoniā Ephraim tribus earū Princeps erat. Rachel autem cū in Bethleem, hoc est in Ephrata condita fuerit, & auia C fuerit Ephraim, vnde tribus nomē accepit. Deplorare dicitur Israëlitas, tanquam filios suos, quo significatur, vniuersum populum Israëliticum amare ploraturum, ob captiuitatem & necem suorum. Hoc quidem ab Euangelista ad necem puerorū refertur. Quoniam Herodes non minorem tyrannidem exercuerat, pueros interficiendo in Bethleem, & in omnibus finibus eius, nec minor ciulatus factus est in Israëlitico populo, quàm olim cum in captiuitatem populus abduceretur. Ideò D. Matthæus ad infanticidium retulit, tanquam si ea de re sola Hieremias loquutus fuisset. Sed quare Rachel tamdiu antea defuncta, plorare dicitur, & tempore captiuitatis populi Iudaici, & tempore quo Herodes tyrannidem hanc crudelissimam in pueros innocētes exercuit? D. Hieronymus hunc nodum soluit, dicens: Rachel pro loco sumi. Rachel enim mater Ioseph, cum Bethleem veniret, subito partus dolore correpta, peperit filiū: B quem obstetrix, quia moriebatur, vocauit, Benoni, hoc est, filius doloris mei. Pater autē Iacob mutauit vocabulum, & appellauit eum Beniamin, hoc est, filiū dexterę. Et in eo loco nempè Bethleem, vbi morieba tur, sepulta fuit. C Ideò ciuitatis Bethleem, & totius territorij mater dicebatur, sicut apud nos Sancti, quorum corpora in Ecclesijs sepulta iacent, patroni dicuntur, non solum illarum Ecclesiarum, sed etiam ciuitatis & territorij adiacentis, & ab illo quoq; nomine & ciuitas, & territorium nuncupatur: vt videre licet in Sācto Iacobo, & in Sancto Dominico Calciatensi: Vbi ciuitates & territoria, D à Sanctis in Ecclesijs sepultis nomē acceperunt. Sic quoq; Bethleem & fines illius, Rachel iam nuncupantur, eo quòd ibi sepulta Rachel fuerit. Ita (inquit Hieronymus) propter corpusculi hospicium, locus nomen sepulturę accepit: & cum Bethleem sit in tribu Iuda, & Beniamin tribus sit illi coniuncta, haud dubiè Herodes, qui pueros omnes bimatos

Hierō. lib. 6. commen. Hierem.

Hierem. 31. c. 15.

TEXTVS.

17 TVnc adimpletum est, quod dictū est per Hieremiam Prophetam dicentem. 18. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorās filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.

A tos in Bethleem, & in omnibus finibus eius neci mādauit: pueros quoque de tribu Beniamin interfecit. Ideò Rachel, hoc est, tribus Iuda & Bēiamin gemitus vehemētes emittūt, propter sanguinem innocētem effussum. Vaticinium itaq; Hieremię, primum impletum est ad literā, cum Israëlitę in captiuitatem ducti fuere. Sic Hebræi intelligūt per Rachel, cōgregationem matronarum Iudaici populi, quę plurimum lamētabātur, ob maritos & liberos suos, B quos ante oculos videbant in Babylonem magna cū ignominia reuinctos abduci. Sunt etiam nōnulli ex Iudęis modernis, qui vt omninò excludant hoc Hierem. vaticiniū, factum fuisse de his quæ tempore natiuitatis Christi, quando innocentes ab Herode occisi fuerunt, contigerant, confingunt, quod tempore illo, quo Iudæi ducebantur in Babylonem captiui, transierunt iuxta sepulchrum Rachel: & tunc vox de C sepulchro miraculosè audita fuit, quæ Dei pietatem, pro his qui captiui ducebantur implorabat. Tales quidem sunt Rabbinorum nugę, vt Euāgelicam veritatem omninò destruant. Si miraculum hoc factum fuisset, Scriptura sacra silētio illud minimè inuolueret? Iudæi sanè non negligentes fuerunt, sed potius vigilantes, in scribendis historijs, quę ad eorum honorem facere videbantur, scriptum quidem fuisset, vel in 4. Reg. 2. Paralip. Hiere. vlt. D 4. Reg. vel in 2. Paralip. vel in finem libri Hieremiæ, vbi Iudæorum captiuitas descripta est. Licet autē hæc Hieremiæ verba de Iudæorum captiuitate intelligantur ad literā, non minus tamen propriè, sed longè meliùs. Secundo modo sensu etiam literali (cum duplicem literalem sensum, vt diximus, Scriptura sacra patiatur) de infantibus Herodis iussu interemptis, intelligere debemus. Ita vt per Rachelem, cętum & congregationem matronarum Bethleemiticarum, & confinium intelligamus, quæ filios suos crudeliter trucidatos, irremediabilib' lachrymis lamentabantur. Propter hoc, si benè consideramus, Euangelista ait: *Tunc adimpletum est, &c.* Hoc est, nūc in isto crudeli facto adimpletū est, quod Hieremias dixit, vel nunc dici potest, id quod olim dixerat Hieremias, & si de alijs, & in sensu nō nihil diuerso: *Vox in Rama.* Quod autē de his, quæ tempore Christi contigerunt, intelligenda sit potius Hieremiæ prophetia, ex verbis quæ se- B quuntur apparet.

Hæc dicit Dominus (ait Propheta) Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus: & reuertentur de terra inimici (seu inimicorum) & erit spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertētur filij ad terminos suos. Hoc iuxta literam (inquit Hieronymus) nec dum factum est. Nec enim decem tribus, quæ in ciuitatibus Medorum exulant, atq; C Persarum, reuersas in terram Iudæam legimus, sed iuxta spiritū, & in passione Domini completum est, & huc vsq; completur, quādo de toto orbe, Israël saluatur. Et Racheli dicitur: Quiescat vox tua à ploratu. Proinde melius intelligitur de paruulis istis, quòd mercedem habeāt effusi sanguinis pro Christo, & pro terra inimicorum, teneāt regna cęlorum, & reuersuri sunt in sedē pristinam, quando pro corpore humi- D litatis, receperint corpus gloriosum: ista est spes nouissima, quādo iusti fulgebunt sicut sol, & infantes quondam paruuli, atque lactantes, absq; ætatum incremento, & afecti iniurijs, ac labore corporeo, resurgent in virum perfectum, in mensu rā ætatis plenitudinis Christi. Hæc D. Hieronymus. Vides hanc Hieremiæ prophetiam, secūdum D. Hieronymi

Prophetia Hieremi. potius de innocentibus, quā de populo Israël captiuo intelligenda est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ronymi mentem, de pueris occisis ab Herode, potius deberi accipi? Nicolaus Lyranus, & Paulus ille insignis Burgensiũ Antristes, in prędicto Hieremiæ capitulo, de pueris innocẽtibus quoq; prophetiam dictam, asserunt, & veram consolationem matres potuisse recipere de filijs occisis, in resurrectione Christi, quia tũc reuersi sunt de terra inimici, id est Diaboli, quando ipse Christus ex inferno, & ipsos etiam

B innocentes deduxit.

Ecclesia Martyrum passiones deplorat.

Et licet hæc Hieremię prophetia de his martyribus innocẽtibus, qui omnium martyrum primitię fuere, propriè dicta sit: possumus tamen dicere Spiritum sanctum, typo calamitatis populi Iudaici, necem omnium martyrum significare voluisse. Nam si benè consideramus, ea quæ præcedunt in illo Hieremiæ capite ante verba citata, propriè ad Christianũ populum pertinere videntur. Et quę sequitur consolatio,

C post calamitatem descriptam, propriè est Ecclesiæ consolatio; qua Deus Ecclesiam suam subleuat, & in calamitatibus anxiam sustentat, ne propter occisos pro Christo fideles, nimio dolore afficiatur. Sic enim ait: Hęc dicit Dominus. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus: & reuertẽtur de terra inimici, & erit spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filij ad terminos suos. Quomodo eam consolatur (ait Rupertus) & ipsa consolari non vult? Si bonus illius est ploratus, quomodo dicitur ei: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis. At hæc (ait) non vnus idemq; est ploratus, ille cuius vox in excelso audita est, & ille cuius vocem Deus audiere non vult, dicens: Quiescat vox tua à ploratu. Ploratus namq; alius est veniens ex spiritu Dei, & alius veniẽs ex spiritu huius sæculi. Hinc Apostolus: Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitẽtiam in salutem stabilem operatur: sęculi autem tristitia mortem operatur. Non multis opus est verbis, nam qualem ploratum interdicat Dominus, dicens: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, ipse in eodẽ Apostolo determinat, cum dicit: Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Deniq; & quod hic subiungit cõsolãdo, quia est spes nouissimis tuis, & reuertentur filij ad terminos suos, idem est, quod ibidem subiungit Apostolus. Si enim credimus quòd Iesvs mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierũt per Iesvm, adducet cum eo, &c. vsq; ad id. Itaq; cõsolamini inuicem in verbis istis. Ploratum alium siue luctum tristitiæ, quæ est secundum Deum, non solum non interdicit, verùm etiam

C beatificat idem Dominus: Beati (inquit) qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Igitur & laudabiliter plorat, & laudabiliter consolationem renuit Rachel, & cur ita faciat, causam rationabilem habet, videlicet, *Quia non sunt*, id est, quia nondum ad immutabilitatem filij eius peruenerũt: de qua videlicet immutabilitate in Psalmo dictum est: Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipsum.

D Quamuis in cælo sint animæ Sãctorum, nõdum est illis id ipsum, quia videlicet adhuc in puluere dormiũt corpora ipsorum: ad huc in hoc sæculo peregrinatur pars ipsorum: ad huc nascituri sunt, qui pertinent ad numerum ipsorum. Quando (sicut in Propheta Dominus dicit) filij, quos plorat Rachel, reuertẽtur ad terminos suos: id est, quando Deus (sicut ipse in Apostolo loquitur) eos, qui dormierunt per Iesvm, adducet

Rupertus in Matth. c. 2.

Ploratus duplex.

A 2. Cor. 7. c. 10.

1. Thess. 4. c. 13.

Psal.

1. Thess. 4. c. 13.

2. Thess. 2. c. 8.

A adducet cum eo. Tũc erit id ipsum: tunc cõsolãbitur mater super filijs, *Quia sunt*. Quia tũc videbunt, sicuti est, cum qui dicit: Ego sum qui sum. Hæc Rupertus. Ex quibus constat, scripturam hanc Hieremiæ generaliter de vniuersis Martyribus intelligi deberi, & Rachelis, hoc est Ecclesiæ, dicit Dominus, ne ploret ob mortuos suos filios, qui mũdo quidem videntur extincti: Visi enim sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace; & cõrpora

B eorum in pace sepulta sunt: nomina eorum viuent in sæcula, & è terra ista hostili, atq; è regione mortuorum, reuertentur in vitam æternam.

Exo. 3. d. 14.

Sap. 3 d. 2.

Paruula nunc quæstio restat, quæ facili negotio dissolui potest. Quid hic per *Rama*, vbi vox ploratus & vlulatus multus audita fuit, intelligatur? D. Hieronymus, in Hieremiam vertit sic: Vox in excelso audita est. Interpres verò Euangelista, ad translationem Septuaginta

C interpretũ respiciens; *Rama*, dictionem non versam relinquit. Est quidem, *Rama*, aliquando loci nomen: est enim vrbs quædam in sorte Beniamin sita iuxta Gabaa, vt patet Iosuæ. 18. & Iudi. 16. quã Raman Baasa Rex Israël reædificauit cõtra Hierusalem, vt patet 3. Reg. 15. Verùm vt D. Hieronymus docet, *Rama* hic appellatiuè accipi debet, vt sit idem quod excelsum, ita vt sit is sensus: Vox in excelso audita est, hoc est longè lateq; dispersa. Nam quomodo vsq; ad vrbem illam, in tribu Beniamin sitã luctus peruenire earũ mulierum, quę in tribu Iuda, immò in Bethleem, & est cum vicinis locis eiulábant? Non quidẽ negare possumus, hanc crudelem infantũ necem & summam matrum ipsorum afflictionem, nõ modo omnem Iudęam, verùm etiam Romam, & vniuersum orbem famâ peruolasse, &

B multorum corda dolore & compassione penetrasse. Sed cur potius loci huius, quàm cæterorum meminisset Propheta? voluit itaq; ad sensum Hieronymi, *Rama*, pro excelso sumi, hanc enim, *Rama*, significationẽ habet. Erit itaq; sensus, tàm vehemẽs, & fortis eiulatus & clamor emissus fuit à Bethleemiticis & eit cuiusvicinis mulieribus, ob orbitatẽ filiorũ vt etiam in quouis excelso loco, facilè audiri possit, & ad cõmiserationem mouere audictes: *Vox in Rama*. Hoc est in excelso cęlorum, audita fuit vox à Deo, qui de Herode cõmeritam vindictam breui sumere decreuit.

Rama, locus excelsus.

Rama, loci nomen.

Iosue. 18. Iudi. 16.

3. Reg. 15. c. 21.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

19 DEfuncto autẽ Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens: 20. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui

N Deo

19 *Defuncto autem Hero-*

D *de, &c.* Sicut Herodes, dũ in viuis ageret, omnium crudelitatum, nefariarumq; cædũ, exẽplar fuit, horrendumque monstrum, omnes tragediarũ actiones, à multis sęculis factas, longè post se relinquens. Sic quoq; moriẽs Diuinæ vltionis iustissimæque punitionis ob infanticidium, crudelissimum, horrendũ spectaculũ cũctis mortalibus fuit. Nã, teste Eusebio, propter hanc innocẽtum necem, magnis cladibus

D Herodis iustissimam punitionẽ à Deo pertulit.

Eusebius lib. 1. Histor. Eccles. c. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui quærebant animam pueri. 21. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.

A Deo vindice oppressus fuit. Tanta vis est irati numinis, vt qui domos quasq; perturbauerat, ipse & domi suæ calamitatibus obsideretur, & qui quosque priuatos luctu & cladibus oppleuerat, domi suæ & neces patrarer, & nihil tutũ nanciscereturQuid non (vt diximus) attentauit in filios Aristobolum & Alexandrum, quos tãdẽ ignominiosa morte interfecit? B Nihil minus in filium suum Antipatrum, quem antea adeò charum habebat, vt regni hæredem testamento relinqueret. Verùm quinto ante mortem die, eum trucidari iussit. Sed quis vindictã numinis in morte huius immanissimi tyranni Herodis explicare poterit? Iosephus horret tanta tamq; horrenda de viro scribere, aliqua tamen recensit, sic dicens: Ignis lentus inerat, non tantum conflagrationem in superficiẽ corporis agentem prodens, quantum intrinsecus crescens, operabatur incendiũ. Auiditas quoq; in explebilis cibi semper inerat, nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus prævalebat implere ingluuiem. Intestina interius vlceribus tabida putrescebãt. Doloribus quoq; colli sæuissimè cruciabatur. Humor liquidus ac luridus, ergapedes luridos obtrahebat. Similis quoque illi & circa pubem inerat afflictio: sed & pudenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus. Spiritus quoq; incredibilis, erecta tẽrigo (quæ fuerat satis obscæna) dici fœtoris & anhelitus respiratione creberrima, & vt precedenti capitulo ait idem Iosephus, pediculari tãdem morbo cõsumptus fuit. Vides ne supplicia grauissima, quibus æquissimus Deus de tyranno vindictam sumit?

Ifa Dei iustissima aduersus crudelissimũ Herodem.

Ioseph. li. 17. Anti. c. 9.

Nemo tamẽ dolet, nã tyranni vita cunctis odiosa, mors autem illius omnibus incũdissima est, id quod Herodes compertissimum habebat. Nam cum audires Iudæos omnes cum gaudio mortem eius expectare, nobiliores ex illis cõuocat, & in hippodromo concludens, Solomę sorori suæ præcepit, vt statim ac spirasset, illos occideret, vt hac saltim causa illo mortuo Iudæi plangerent. Moritur est tandem Herodes, & infœlicem vitã gaudio multorum clausit. Longò iam tẽpore regnarat, nam ab eo tẽpore, quo à Romanis regnum acceperat, triginta septem annis regni gubernacula habuit, triginta quatuor post Antigonum occisum, vt testatur Iosephus. Triennio aut parum amplius, cum Antigono bella gerẽs. Cùm ergo Christi natiuitas trigesimo tertio anno regni ipsius fuerit, consequens est vt Christus quatuor, aut ad summũ quinq; annis exularit in Ægyptum. At verò D. Bonauentura ait, septem annos Christum exiliũ tollerasse, id quod fieri non potuit, secundum veram temporis supputationẽ. Cùm ergo ab exilio reuerteretur ex Ægypto, Ioannes Baptista cum in deserto occurrit: & os ad os ambo conuenere, quanta inter se secontulerint, quis dicere, sed nec cogitare valebit?

Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph, &c. Sæpè Angelus Domini apparuit Ioseph, nam eiusmodi negotia cælestia, non humano, sed cælesti consilio tractanda erant: & Ioseph tàm erat purus & iustus, vt vix inueniamus eum colloquiũ habere, nisi cũ Angelis, quos audiebat, eorũq; mandatis parebat. Manserat Ioseph in Ægypto in ciuitate Eliopoli, vel in Babylone, vt refert Cassiodorus, nec

necinde discessit vnquam, propter mandatum Angelicũ sibi iniunctũ: præceperat enim: *Esto ibi vsquedum dicam tibi.* Iam nouum accepit mandatũ, vt inde egrederetur: *Surge* (inquit Angelus) *& accipe puerum, & matrem eius.* Non præcepit Angelus, vt statim à somno expergefactus surgat, & nocte discedat, vt antea, quãdo è Iudęa fugere oportebat, sed rebus compositis, & sarcinula parata, & vale dicto amicis, vt in terrã Israël reuertatur iubet. Sic Theophylactus notat: Non dicit Fuge, sed Vade, timor enim iam nullus erat. Nec (vt ait Hieronym.) dixit: Filiũ tuum & vxorem tuam, sed puerum ac matrem eius, vt & Christus è sola matre, & matrem sine viro in ratione generationis designaret.

Theophy. in Matth.

Hierony. in Matth.

Vade in terram Israël. Israël pro tota Iudæorũ terra, quam duodecim tribus occupabant, hìc accipitur. Noluit Dominus Iosephum cogere ad cõmorandum in aliquo præscripto, atq; sibi determinato loco totius Israël, sed vt libetum ei omninò esset, vbicũq; voluisset habitare. Oportebat tamẽ, vt Christus in sua pueritia Iudææ coleret, vt inter ipsos Iudæos educatus & nutritus, ab ipsa pueritia fuisset à multis cognitus, & iam in pueritia Iudæis de magna eius expectatione notitiam daret. Ne vnquã haberet incredũla illa gens occasionẽ prætexendi impietatem suam dicendo, vel eũ alienigenam esse, & tanquam exterum non recipiẽdum, vel Ægyptios mores imbibisse, moribus eorũ, & instituto viuendi alienos, ideò expelẽdum esse: & ne eiusmodi calumnijs Iudęis pateret aditus, relicta Ægypto, Iudæam redire oportebat. Id quod Iudæi antiqui, longè ante Christi aduẽtũ, ex Scriptura sacra probè satis intellexerant: vt Galatinus in suo de arcanis fidei mysterijs docet. Et maximè probat ex

Pet. Galatin. lib. 8. c. 4.

eo, quòd Psal. 79. legitur: Vineã de Ægypto trãstulisti. Et ex interpretatione Rabbi Mosis Hadarsan, qui scribens in Genes. Per Vitem Messiam interpretatur. Et hæc Vitis, in Hebrẽo, Chaua, dicitur, hoc est, bẽ nè disposita & ordinata vitis, est Rex Messias, qui ex Ægypto transferendus erat. Ad prædicta (inquit) quam plurimum facit, quod scriptũ est in libro Barachorh, id est, benedictionũ, in capite quod incipit, Harroẽ maKom, id est, qui videt locũ. Sic enim dicitur: Quid videt per somnium. SoreKa, id est, palmitem vitis. Yera sappe, id est, videbit, vel contẽplabitur Messiam, de quo scriptũ est: Vitem de Ægypto transferes. Vbi notandum est, quòd transferes dicit textus ille, & nõ transtulisti, vt nostra editio habet. Per hoc igitur euidenter patet, quòd nõ de Israël, propheta locutus fuerat, sed de Messia, qui ex Ægypto reuocandus erat. Quod etiã lucidiùs per Rabbeni Heccados expositionem ostẽditur, eo in libro, quẽ Gale razeya, id est, Reuelatorẽ arcanorum nuncupauit. In septima enim eiusdẽ libri petitione legitur, quòd cũ inter cætera ab eo Antoninus vrbis Romanæ Consul quæsisset, quid sibi velet illud Psal. 80. dictum. Vitẽ de Ægypto transferes, vel remouebis: Rẽspondit ei: Hic est Messias. Dixit ei Antoninus: Ergo Rex Messias in Ægypto nasciturus est? Non ne in Bethleem è vt dictum est apud Michæam: Et tu Bethleem terra Ephrata, parvulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israël. Respõdit ei Rabbenus: Fateor Regem Messiam in Bethleem nasciturum. Sed dicit: Vitem de Ægypto transferes. Cùm enim natus erit Messias, Herodes qui in Hierusalem regnabit, quæret eum ad necem, reuelatione autẽ Diuina in Ægyptũ fugere cogetur,

A *Psal. 79. b. 9*

Psal. 80.

Mich. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vbi aliquandiu morabitur, & postea in Hierusalem iussu Dei reuertetur. Idcirco textus dicit: Vineam de Ægypto transferes: propter matrẽ verò suam ait: Et abacum quã plantauit dextera tua. Hęc ille. Hoc etiam Sybilla Erythræa lib. 1. oraculorum prædixit, de vero Messia prophetans, lapidem illum compellando, dicens:

Sybilla Erythræa de reditu Christi in Iudæam ita diuinatur.

Cum lapis Ægypti fœlix seruatus ab oris venerit.

B Dei igitur prouidentia factum videtur, vt non solum in terram Israël reuertatur Christus post exilium, sed quod à Romanis nullus sit ibi post Herodis mortem Rex constitutus, vt puer IESVS tãquam verus Rex Iudæorum, possessionem regni ibi acciperet. Licet enim Archelaus loco patris miserè defuncti regnaret, tamen si historias consulas, nunquam Archelaus à Romanis regni dominiũ obtinere potuit.

Post Herodis mortem nullus Rex fuit factus in Iudea.

C Ideò iure indebito, sicut pater, regnum occupabat. At Christus verus Iudæorum Rex in propria venit, nõ vt temporale, quod illi iure competebat, possideret regnum, sed vt in animis eorum, pro quibus venerat, imperium possideret: verùm sui eũ non receperunt.

Ioan. 1. b. 11.

Christus verus Iudæorũ Rex licet nõ tẽporale, sed spirituale regnũ exercuerit.

Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Duplex in hac sententia phrasis Hebræa inuenitur. Prima est, cùm dicit, *Defuncti sunt*, vbi Hebræorum more pluralis hîc pro singulari apponi videtur: nã licet multi fuerint, qui animam pueri ad necem quærerent, nempè satelites, & Herodis amici, qui eius factionis fuerant, tamen de vnius morte securus redditus fuit Ioseph. Defuncto (inquit) Herode ipsoq; iã vita functo, Angelus Iosepho apparuit, & cum vnius tantum mors certa esset, ait Angelus, *Mortui sunt enim qui, &c.* Hoc sæpè videmus in Scriptura sacra. Nam cum filij Israel vnum tantum vitulum conflassent in Horeb,

D *Plurali pro singulari numero Hebræi vti solent.*

A dixerũt tamen: Hi sunt Dij tui, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Sic quoq; cum Scriptura dicat, solum Pharaonẽ voluisse occidere Moysem, & tamen eisdem met verbis, quibus Angelus cum Ioseph loquebatur, Moysi, tanquam Christi expressa figura, & in hac fuga quã maximè dictum fuit. Vade & reuertere in Ægyptum, mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuã. Sunt tamen non pauci interpretes, B qui nullam Hebræam phrasim hîc admittant, sed quod pluraliter, vt verba sonant, intelligẽda sint. Nam per multi ex Herodis cõsiliarijs fuere, qui cum ipso Herode, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius cõspirarũt: vt in illis Sapientis sententia manifesta fiat: Qualis rector populi, tales & cõsiliarij eius. Verũ illos impunes minimè abire finit ipse Deus. Nam in eos Dominus cõuertit ipsius principis tyranni flagellum. Thomas enim Aquinas dicit: Illos nobiles, quos Herodes moribundus in hippodromo cõclusit, vltimo supplicio tradendos, primos esse cedis auctores, qui tyranno Regi ablandientes, in Christi mortem conspirarunt, & ex tali consilio inscij sibi necem miserrimi conciuerũt. Meritò quidem, vt qui cum Dei, religionis, & pietatis præiudicio Regibus ablandiuntur, & sibi ad tempus tyrannum conciliãt, D Deo vindice, fit, vt animos tyranno rum ab illis auertentes, experiantur id verum esse, quod monet Psaltes. Nolite cõfidere in principibus, nec in filijs hominum, in quibus nõ est salus. Et tandem hostem sentiãt cum, quem in contemptum Dei, sibi amicum constituere nitebantur. Ita Deus nouit simul, cum vno capite plures subuertere, & facit vt hostes sui, se se adinuicẽ interimãt, disseminatis inter eos discordijs.

Exod. 4.

Exod. 4.

Exod. 4.

Psal.

Tyran. Mart.

Sic

Iosue. 6. A Sic se inuicem olim Amalechitæ & Madianitæ peremerunt, dum contra Gedeonem pugnarent. Hic spiritus ille vertiginis est, quẽ vbi Dominus, aut regno, aut exercitui immiserit, efficit vt ipsi se se inuicem, ad instar nuuium & fluctuum, colli dant. Si inuicem morderis (inquit Paulus) videte ne ab inuicem consumamini. Ita se pridem inter se diuisi obruerunt, & subuerterunt.

Gal. 5. c. 15.

Psal. 54. b. 10

Sic Psal. Diuide linguas eorum. Et rursus: Dissipa gentes quæ bella volunt. Et rursus: Pone illos vt rotã,

Psal. 67. d. 31

Psal. 82. c. 14

B & sicut stipulam ante faciem venti. Secũda phrasis Hebræa est: *Qui quærebãt animam pueri.* Hic Hebraismus est, secundũ quem, si quis intendat aliquem occidere, dicere solemus, Quærit animam eius. Hac phrasi vsus est Dauid, cũ Sacerdoti Abiathar diceret: Mane mecũ, qui quæsierit animam tuam, quæret animã meam. Hac etiam vsus est Elias ad Deum clamans: Ego sum solus relictus, & quærũt animam meam. Hac iam phrasi vtitur Angelus dicens:

1. Reg. 22.

C *Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri*: vt Herodi ablandirentur, & ecce Herodes animas illorum effudit: aut saltem Deus suis illos, ad instar Gigantum, montibus obruit.

Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Hic latum habes campũ considerãdi Satanę studium aduersus sacrosanctum illud semẽ à Deo promissum, nempè Christum. Semper enim totis nitebatur viribus inueteratus hostis, propositum Dei per suos impedire ministros, sed stulto labore perijt, & Dei propositum præualuit. Post Adę noxã, qua Satan humanum genus vniuersum infecit, quod Deus omninò saluare decreuit, vt eius propositum firmũ staret: ad serpentem ait: Inimicicias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum. Quasi dice-

Quanto studio nitebatur Satan semen Dei destruere.

D

Gen. 3.

ret: nunc mulier & vir simul tibi fœdere coniuncti sunt, & tecum, & cũ morte pactum fecerunt. Ego verò vincula huius peruersæ amicitiæ dissoluam, & inter te, & mulierem, & semẽ tuum, & semen illius, irreconciliabiles inimicitias ponam: & tandem fiet, vt benedictum mulieris semen victoriam reportabit, & tuum magna cum gloria caput contundet. Propter hanc Diuinam promissionem, Satan contra electos inimicicias exercuit semper, in vnoquoq; electorum putans semen illud promissum, nempè Messiam, interficere, cuius studiũ aeriter exercuit ab Abel, vsq; ad Christum. Nã cum Abel iustus esset, Cain fratrẽ contra illum mouit, & ad fratricidium impulit. Sed propositum Dei, nec hac iusti morte impedire valuit. Datus fuit Adę filius alius pro Abel, ipse scilicet Seth, ex quo cognatio sancta ortum habuit. At verò Serpens nec sic quieuit, sed per mulieres è Cain stirpe descendentes, generationem sanctam adeò seduxit, C vt indignatione maxima commotus ipse Deus, omnem terram diluuio disperdit. At verò nec etiã hoc modo propositum Dei mutare potuit: nam Noë cum filijs suis post diluuium permansere. Alia via Satan procedens, vniuersam terram, maximis erroribus disseminatis, gloriabatur se in Deum victoriam reportasse, postquam nulla Dei cognitio appareret in orbe. Verùm pro positi sui memor ipse Deus, vnum D Abraham elegit, cui & secundam promissionem de ipso Christo fecit, dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes, quò serpens ille vafer aperte videret, propositum Dei circa humani generis reparationem, nec in minimo mutatum. Hoc facto Serpens, qui ante illa tempora solum fallatia & astutia vtebatur, iam fortitudine sua vti cœpit,

Gen. 6.

Gen. 22. d. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cœpit, omnes suas vires contra Abraham, & eius semen exercens, ne Christus promissus ex eo nasceretur vnquam. Hinc factũ fuit, vt cõtra eos primo Pharaonem Regem Ægypti excitaret; qui omnes masculos Hebræos occidere mandat, vt sic tandem omne Abrahæ semẽ, cui Dei promisio fuerat facta periret: sed nulla est contra Diuinam potentiã fortitudo. Nam Deus ipse Moysen seruauit ex illis: & filios Israël in manu potenti & brachio extensо de Ægypto eduxit, & ad terram promissionis deduxit. Sed, Deus bone, quantas tragedias contra eos Satan excitauit? Cùm ad terram promissam peruenissent, omnes finitimas nationes contra eos armauit: nempè Chananæos, Amorræos, Etheos, Pherehos, Amonitas, Amalechitas, Moabitas, Philisteos, &c. Quid tandem effecit? nihil planè nã ad terram tãdem promisionis peruenere. Nec sic tandem quiescere potuit Satan. Nam omnes Assyriorum Reges contra eos commouere non cessauit. In primis Salmanasar, qui decẽ tribus in captiuitatem redegit: verùm tribus Iuda libera Dei virtute remansit: sed contra Iudam, Nabuchdonosorem magna potentia vexatus ille hostis excitauit, qui & Iudæam cœpit, atq; vastauit. Attamen generatio sancta non ideò extincta fuit. Statim enim Deus spiritum Cyri Regis excitauit, qui Iudæos in libertatem vindicauit. Post reditum verò captiuitatis Antiochum, & alios contra eos cõmouere non cessauit, qui omnem furoris vim contra eos exercentes è terra profligatos iam fuisse videbantur. Sed non est fortitudo cõtra Deum, sed tandem voluntas eius fiet: & semen benedictũ germinare nõ cessauit, donec Messias ille promissus veniret. Venit iam ille cunctis gentibus desyderatus: natus est Christus,

Exod. 1.

4. Reg. 17.

4. Reg. 25.

1. Esdræ. 1.

2. Mach. 5.

inscio Satana, quem cũ pertimesceret, videns Magos illos, quos ipse captiuos detinebat, ad adorandum ipsum venisse. Herodem maiori impetu ac tyrannide, quàm reliquos omnes cõmouit, vt illum tandem occideret, sed defuncti tandem sunt omnes, qui quærebant animam pueri. Videas quàm parum profecerit, inueteratum Dæmonis odium, quod contra Christum ab initio habuit? ideò dictum est de eo: Ille homicida erat ab initio. Sed vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.

Mortui sunt enim, qui quærebant animam pueri. In Christo, si benè consideramus, Ecclesiæ tragedia ludebatur. Nam sæpè crudeliter affligitur, & quasi in Ægypto in tenebris calamitatum manet: vt legimus tempore tyrannorum, quales fuerunt Domitianus, Diocletianus, Dacianus, Iulianus, & cæteri Hæresiarchæ Ecclesiæ hostes immanissimi, qui vt Ecclesiam omninò extinguerent, fidelium Christi sanguinẽ, magna crudelitate fundebant, bella excitabãt, templa diruebant, aras sacras profanabant: Martyrũ sanguis per vniuersas ciuitatum plateas instar fluminis impetu magno currebat, vt tandem Ecclesiam Dei omninò extinctam rederent. Sed quid tandem effecere? nihil aliud planè, quàm vt multò sanguine Ecclesia Dei irrigata, fidelium verè frumentum magis ac magis cresceret, & profundas radices emiserit. Sic tandem vberrimam messem, in horreis cælorũ seruandam colligeret Ecclesia: & è tenebris calamitatum educta, aliquãdo in Iudæam, seu in confessionem verę fidei liberè remeatura esset, in inferni profũdo defunctis illis, qui illam tàm internecino odio persequebantur, perpetuò manerent. Et sicut olim post captiuitatem, Iudæi in Hierusalem redierunt, ita nunc Ecclesia toties concussa, emersit.

Saluianus

Saluia. lib. de prouid. Dei.

A Saluianus Massiliensis, in suis de prouidẽtia Dei libris, hoc latè tractat, docens Ecclesiam toties in pristinum statum redijsse, quoties prius vexata fuerat, & tandem ad Deum in calamitatibus conuersa, eius mirabilem misericordiam persensit. Quas non clades accepit per Dominianum, & cętera eiusmodi mõstra? Illis tandem mortuis, reuixisse fortius visa est. Hoc quidem mortuo, Iulianus apparuit, qui omni crudelitatis genere, fideles sub eo agẽtes premebat: ipso in fœlicitet mortuo, sub Iouiniano tandem eius successore, reuiuiscere cœperunt: vt scribit Nizephorus. Sic enim Deus disponit, vt post tempestatem serenum faciat: Ego (inquit) cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis, & reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis. Mortuus est Domitianus, Diocletianus, Datianus, Iulianus, & quidem omnes tyranni infœlicissima morte diem claudunt, vt historiæ Ecclesiasticæ nobis ostendunt. Sed & historiæ sacræ, quid nobis manifestiùs ostendunt, quàm tyrannorum mortes infœlicissimas esse, sicut Herodis? Vide Pharaonis finem, Holophernis, Architophelis, Absalonis, Iezabelis, Amonis, & Iudicum Susannæ, ac etiam Antiochi, omnes itaq; ad vnum tyranni, & pauperum oppressores, infœlici sunt morte perempti. Iusto quidem, Dei iudicio; nàm licet Dei virga sit tyrannus, ad correptionem istorum, Deus tamẽ vt æquus pater, qui postquã filiũ punit, virgas in ignem proijcit, ita quoq; tyrannos in ignem æternũ mittit. Existimas enim (inquit Paulus) ô qui aliũ iudicas, quod tu effugies iudicium Dei?

Nizepho. li. 10. c. vlti. lib. 11. c. 1.

Rom. 2.

EXPOSITIO.

22 *AVDIENS Autem, &c.* Archelaus post infœlicem patris mortem, Iudęam occupabat, videlicet omnem illam terram, quæ tribui Iudæ in sortẽ prouenit. Quæ autem illa sit, Iosue. 15. cap. vbi omnes eius terræ ciuitates nominantur, ostẽdit. Itaq; Archelaus in totam illam terram, quæ Iudæ sorte contigerat, dominium habebat, cũ parte etiã aliqua de sorte Bẽiamin. Qua auctoritate regnũ occuparet, ostẽdit Iosephus, dicens, quòd Herodes cum in principio morbi sui testamentum fecisset propter odium, quod cõtra Archelaum & Philippum, ob Antipatri accusationem, conceperat, licet Archelaus esset ætate maior omnibus filijs, quibus furor paternus pepercerat, iuniori filio suo Herodi, scilicet Antipę regnũ testamento reliquit. At verò morte iam instante testamentũ mutauit, & Archelao regnum legauit. Herodẽ verò Antipam, quem sibi priùs in regno successorem designauerat, Galilæę regionis, atq; Bereę tetarcham fecit. Gaulanitidem autem, & Trachonitidem, & Bethaneam

Ioseph. li. 17. Antiq. c. 8.

TEXTVS.

22 AVdiens autẽ quòd Archelaus regnaret in Iudæa, pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilęę. 23. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniã Nazaræus vocabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A neam Philippo filio Tetrarchiæ iure concesit: ea tamen lege, vt testamentum robur non haberet, nisi prius Cæsaris auctoritas intercedêret. At verò Herodes & Philippus videntes à Cæsare pendere totum dominium, testamento paterno nõ stantes, cum Archelao certabant, vt regnum per partes diuideretur equales: qua de re vt lites inter se dirimerẽt, Romam profecti sunt omnes tres fratres: vbi decretum est à Cæsare, quòd Archelaus regnaret,

B dimidiã taxat in regui paterni medietate, quæ Iudæa vocabatur, & Herodi tributum pendere solebat; ea tamen conditione, vt Rex non esset, sed Toparcha, hoc est loci princeps, spondens ei Regiam dignitatem si laboribus, & fauoribus, & obsequijs erga Cæsarem promereretur titulum Regium cum dignitate. Alteram verò dimidiam Iudæam inter duos fratres, nempè Herodem, & Philippum, destribuit, Herodi Galilææ Tetrarchiam dedit, qui vocatus est Galilææ Tetrarcha. Philippo autem Trachonitidis regionis, & Itureæ, Tetrarchiam concessit. Hic fuit nouus, & inusitatus modus diuidendi Iudæam, antea enim eorum pater Herodes vniuersam Iudæam possidebat, nunc autem in tres partes diuisa est. Vide Iosephum in libro de Antiquitatibus Iudæorum.

C Nouus modus diuidendi terram Iudææ.

Ioseph. li. 17. Antiq. c. 10. & sequentibus.

Quando audis Euangelistã dicere, *Archelaum in Iudea regnare pro Herode*, non sic accipias, quasi Rex esset

D cum plena potestate, sicut eius pater Herodes fuerat. Hic tantum in parte dimidia Iudææ: pater verò in vniuersa Iudæa: hic non Regio nomine, sed potestate sub delegata à Cæsare: vocatur tamẽ Rex, quia patris testamento destinatus fuerat Rex, & à populo applausu, tãquam Rex in principio nomine Regio salutatus, vt fieri solet: fuit, vel etiã vocatur Rex, eò quòd regale nomẽ à Cæsare ipsi promissum fuerit, si modo A expectationi responderet. Ex quibus etiam patet Iudæam hoc loco accipi debere, vt destinguitur cõtra Galilæam.

Timuit Ioseph ire in Iudæã. Quare obsecro timuit, cũ Angelus, qui ei apparuit in mandatis illi non dederat, vt ad vnam magis, quàm ad alteram totius Iudææ prouintiam iretẽ Angelus nisi dixit: Reuertere in terram Israël. Poterat tamen Ioseph vtens prudẽtia sua, omni timore sublato, quàm veler eligere prouintiam: nam securus tàm in vna, B quàm in alia poterat habitare, cum iam non esset, qui animã pueri quæreret: si aliquis iam eam quæsisset, nõ planè essent defuncti, qui animã pueri quærebant. Ioseph quidem liberum illi concessum fuisse reditum benè nouerat, tamen prudentia sua vtens, vti prudentissimus erat, iudicabat expedire, vt puer ille, qui Messias promissus à Deo fuerat, & maximo beneficio mundo concessus & datus: in Iudææ pro- C uincia, vbi regni sedes erat habitaret, in qua etiam sicut & promissus, ita natus fuerat, oportebat etiam ibi educari, & ab omnibus agnosci, & in templo versari, ne gens illa incredula ignorare potuisset, ipsum verè fuisse Messiam, illum tanto tẽpore ab ipsis expectatum. At verò metuebat, ne nouæ excirarentur tragediæ contra Christum, si ibi habitaret: nam sicut tempore illo, quo ipsemet infans fuit in templo apa- D rentibus præsentatus, fuit etiam à multis cognitus. Symeon enim, qui redemptionem Israël expectabat, in spiritu venit in templum, & in vlnis puerum, quem Deum & hominem agnoscebat accipiens adorauit. Anna quoq; prophetissa, ipsamet hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabãt redemptionem

Ioseph solatium erat Angelicis oraculis instrui.

Nicol. de Lyra in Matth. D

Abulen. in c. 2. Matth. q. 47.

A tionem Israël, & inde rumor sparsus: ita vt Herodes necem illius, quã machinatus fuerat deliberasset. Vnde nisi Angelico oraculo admoniti, fuga in Ægyptum, vitam illius comparassent, timendum erat, ne persecutioni succũberet. Sic quoq; modo timendum esse putabat, ne Archelaus, qui non multo patre melior erat, si forsam aliquid de puero audiret, paterna vestigia secutus, extremam vastationem de puero tentaret, vel Iudæam vniuersam

B nouis clamoribus, ac lamentis disturbaret & inuerteret. Talis certè Iosepho timor inuasit, quem Angelus vitare potuisset, si locum certũ, vbi eum manere oportebat ipsi indicasset modo, sicut posteà indicauit. Verùm sic Deus disposuerat, propter maximam in primis Ioseph consolationem, nam vnicum illi solatium erat Angelicis reuelationibus instrui, circa omnia & singula, quæ facto opus erat erga fidelem infantis custodiam sibi cõmissam, quanto pluries Angelus Iosepho ap-

C parebat, noua consolatione, nouo gaudio, nouaq; lætitia perfruebatur, Angelicis potius delectabatur colloquijs quàm humanis. Si ergo prima Angeli apparitione, locum certum illi designasset, noua apparitione opus non fuisset, & noua iam consolatione fuisset priuatus, ne autem tanto priuaretur bono, oportebat illum timere, & prætimore dubitare. Hanc rationem adfert Nicolaus Lyranus super hunc locum. Abulensis alias nonnullas adfert rationes, & dubitationis causas. Oportebat (inquit) vt Ioseph dubitaret, vt ad Deum recurrere orationibus, ex dubitatione cogeretur, Deus enim non statim optata largitur, & si quam maximè nobis fauere studeat, expectat interdum, donec etiam viri iusti, etiam in causa Dei, fauoris Diuini necessitatem, in qua versantur, planè agnoscant, & sciant humana consilia non tantiesse facienda, vt in illis fiduciam ponamus, sed in ipsomet Deo, cuius consilium, fauorem, & directionem summis precibus, intimoq; affectu, postulare debemus. Instituimur quoque & nos, si animo meditemur hanc Christi, parentum tristitiam, & anxietatem, quam in causam Christi patiuntur, absque aliqua ipsorum culpa, Deum sic ordinasse, & propter maius cõmodum eorum, & propter nostram etiam B doctrinam, & eruditionem. Nam si sanctissimi Christi parentes, qui pro Christo hactenus exularunt, & secum Christum ipsum tanto itinerum labore portarunt, in angustia, anxietate & timore relinquantur interdum, ignorantes quid eos facere oporteat, quam teneant viam ad vitæ statum securiorem habendum. Et tu miser homuncio, qui vix pedem in obsequium & causam Dei vnquam mouisti, qui vix Deum ipsum vna die tecum seruare nouisti, C si in minima afflictione verseris, statim animo desponden, querellas contra ipsum Deum ingeminas, quòd te deserat, & in afflictione relinquat, quòd exosum te habeat, quòd causam tuam tuosq; labores non curet, faleris certè, & absq; ratione querellas in Deum emittis, tui ipsius potius statum lamentare, & cõsidera te in grauioribus, quam Ægyptiacis tenebris versari, & Æ- D gyptum ad huc colere: consídera quoties in hac Ægypto inspirationes Diuinas acceperis, quibus te Deus horratur, vt relicta Ægypto, quæ aliena patria est, in terrã Israel, id est, videntiũ Deum, quæ propria fidelium patria est, læto animo reuertaris? Quoties omnia, quæ tibi impedimento esse poterant, è medio substulit? Tu verò in sordibus Ægypti delitescis miser, vt labores

A Ioseph dubitatio ad Deũ recurrendi fuit occasio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ ad propriam deducũt patriam aufugias, & Diuinos fauores Angelica sque visiones ab omni afflictione liber te habiturum putas? Egredere prius Ægyptum, excute peccatorum tenebras, veni in terrã Israël, versare inter iustos Deum videntes, & si quæ animi tristitia, si quis dolor, si quæ afflictio te angat ad Diuinũ asylum confuge, & supplices ad Deum preces emitte, qui sperantes in se nõ derelinquit, & Diuina experieris oracula, quæ te in statum seruandæ salutis dirigent.

B *Et admonitus in somnis secessit in partes Galilææ.* Status humanæ vitæ nulibi securus in terris. Nã Herodes iunior, qui tũc temporis Galilæam gubernabat, erat tandem tyrannissimi Herodis filius, & tum quia filius crudelissimi tyranni: tum etiã, quia paternũ nomẽ habebat pater, nos forsam mores quoq; imbibisset, ideò de eo malũ suspicari poterant: securi verò omninò esse nõ poterant: inter hostes semper te versari oportẽt, & si quæ securitas expectanda est, cælestis sit oportet: Ideò Angelus suo oracul o Iosephũ securũ reddidit, si in Galilææ prouintia habitationẽ faciat, etiã si immanissimi hostis filius ibi gubernaculã teneat, qui licet patrem nomine referat, nõ tamen paternam imitaturus est tyrannidem. Nam vt D. Thomas refert, Herodes Antipas, qui Galilæam regebat, vt se se in Iudæorum gratiã insinuaret, fratremq; Archelaum regno expelleret, mitiorem se & humaniorem suis Galilæis præbuit, quã Iudæis Archelaus. Vnde factum est, vt Iosephus se in Galilæa tutiorẽ iudicaret sub Herode, quã in Iudæa sub Archelao. Certus ac Diuino oraculo securus, Ioseph in Galilæam venit, sciens, nihil aduersi contra eos, qui Diuinam sequuntur vocationẽ, euenire posse. Abrahã præcepit Deus, vt de terra sua, atq; cognatione egrederetur, qui A Diuino mandato parens, Diuinarũ promissionum factus est possessor. In Galilæam venit, quia hęc prouintia, ob suam obscuritatem, & ignobilitatem, opportuna esset latebra puero, aduersus sæuitiam filiorum Herodis, & aduersantiũ Christũ. Quodq; is, qui suo etiam exemplo omnem nobis humilitatem, contẽptumq; mundanæ celsitudinis docere venerat, nominis titulo id ostenderet, desumpto ex vilissimo Galilææ oppidulo. Postremò, vt quanquã impijs hac ratione obtegatur illius nobilitas, quàm ex loco natali Bethleem verè habebat, pij & fideles etiam ex hoc nomine, nempè Nazatæus, cum scripturis Prophetarum concordante, magis in fide confirmarentur.

Status vitæ humanæ non est in terra securus.

Inter hostes nulla securitas, & si quæ expectanda est, cælestis sit oportet.

D. Thom. in Matth.

Qui Dei vocationem sequuntur, nihil aduersi timent.

23 *Vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.* Vt, coniunctio, consecutiua potiùs hîc accipienda est, quàm vt causam finalem denotet, quemadmodum etiam priùs, cùm dicit: *Vt impleretur, quod dictum est, ex Ægypto vocaui filium meum.* Sed quæstio inter sacros Doctores versatur. Quare D. Matthæus dicat, per Prophetas dictum fuisse: *Quoniam Nazaræus vocabitur*, cum nemo prophetarũ sit, qui Christũ expressè Nazaræum vocare videatur? D. Hierony. in Matth. non verba Prophetarũ, sed sensum sumpsisse Euangelistam putat, sic enim ait: In plurali numero, non autem in singulari, per Prophetam inquit; si enim fixum de scripturis possuisset exemplum, nunquam diceret, *Quod dictum est per Prophetas*, sed simpliciter, *Quod dictum est per Prophetam.* Nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de scripturis sumpsisse, sed sensum. Chrysostomus in Matthæ 2. Tom. Hom. 9. & qui illum perpetuo sequitur Theophylactus dicunt: q hoc

A hoc testimonium forsam habebatur in libris Propheticis, qui erãt illo tempore, quo Matthæus Euangelium scripsit, qui tamen iniuriã temporis perierunt. Per negligentiam enim Iudęorum (ait Theophylact.) multi libri desyderantur, & ob continuas captiuitates fortasis, absque scriptura hoc dicebatur apud Iudæos. Quod multi libri certè desyderentur, manifestum est. Vbi quæso liber iustorum, cuius mentio fit Ios. 10. simul atq; de sole stante iussu hominis, agitur? Et cum de Arnon torrentibus tractatur Num. 21. sic legitur. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Vbi liber Ahiæ Prophetæ? & cæteri de quibus. 2. Paral. 33. Reliqua verborum Manasis cum pœnitentiam egit, & verba videntium, qui loquebãtur, sunt in libro sermonum Regum Israël: oratio eius, & mala, quæ fecit ante pœnitentiam, sunt in libro Hozar. Liber Gad videntis, & liber Nathan Prophetæ de scriptis prioribus, & posterioribus Dauid, qui plenius narrant peccatum, & verba, & pœnitẽtiam Dauid, de quibus lib. 2. Paral. agit, vbi iam sunt? Libri quoque Semei, & Ado Prophetę, de quibus in eodem libro sic legitur. Opera verò Roboã prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ Prophetæ, & Ado videntis, & diligenter exposita. Vbi obsecro inueniuntur? Cùm autem hi omnes libri desyderentur. Quid mirum si desyderentur, & illę sentẽtiæ, quæ de Christo Prophetę enunciare solebant? Verùm licet fateamur aliquos libros desyderari, rempore tamen, quo Euangelista Matthæus suum scribebat Euangelium, nullierant Prophetici libri, in quibus hæc sententia de Christo, *Nazaræus vocabitur*, sic apertè fuerit posita. Nam si hæc sententia extitisset, Scribis & Phariszis, & primarijs illis legis interpretibus, nota fuisset, quod si ipsis nota fuisset, Senatus Iudæorum, qui erga Nicodemũ malè affectus fuerat, eò quòd de Christo benè sentiret, & intimè afficiebatur ipsi, nõ illi improperasset, dicens: Scrutare & vide quod à Galilæa Propheta non surrexit. Si hoc testimonium, *Nazaræus vocabitur*, legissent, legis periti, qua fronte obsecro ausi fuissent Nicodemo verbis obiurgare? Deinde si hoc testimonium adeò manifestum fuisset, poterat Nicodemus, qui perinsimus erat in lege eorum dictis facere satis, citando Scripturã, & dicendo: *Scriptum esse in Prophetis: Quoniam Nazaræus vocabitur*, quod factum nõ fuit. Ideò cũ D. Hieronymo sentiẽdum putãt grauissimi auctores, qui dicit, Euangelistam ob id nõ dixisse per Prophetam, sed per Prophetas, vt non fixum & vnum Scripturæ testimoniũ designaret, & à Prophetis id dictum iudicat, & si nõ secundum verba, tamen secundum sensum.

Theophyl.

Ios. 10.

B *Num. 21.*

Multi libri scripti desyderantur, & qui libri sint.

2. Paral. 33.

C

2. Paral. c. 29

2. Paral. 12.

Mihi quoq; aliquando summopere placuit hæc Hieronymi sentẽtia. Sed re nunc altiùs excogitata, aliter dicendũ esse iudicarẽ. Moris namq; apud Hebræos esse solet, pluralẽ numerum pro vno ex pluribus solere accipi: vt optimè Rabbi Dauid Ioanæ. 1. notauit, id quod ex multis sacrę scripturę locis apertè demõstrari potest. Nam Iudi. 12. sic habetur: Sepultus est in vrbibus Galaat, id est in vna vrbium: quis enim dicere audeat cadauer vnũ in multis sępeliri vrbibus. Et Psal. 2. Astiterũt Reges terræ & Principes cõuenerunt in vnũ, id est, Herodes vnus ex Regibus terræ: & Principes cõuenerũt, hoc est, Vnus ex principibus terræ, nempè Pilatus, vt D. Petrus in Act. & Ambrosius in. 23. c. Luc. & Tertullianus in lib. de Resurrectione carnis,

Ioan. 3.

Rabbi Dauid.

Iud. 12.

D *Psal. 2.*

Ambros. in 23. c. Luc. Tertull. in lib. de Resurrectione carnis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orige. tract. 26. in Matth.

carnis, & Orige. tract. 26. in Matth. dicũt. Itẽ Paulus ad Hebr. Secti(inquit) sunt cũ solus Isaias sectus fuerit. Circuierunt in melõtis, de Elia solo Scriptura narrat, Obturauerũt ora leonum, de Daniele solo dicitur. Prætereà Euangelistæ sic dicunt: Latrones improperabant ei, nempe Christo. Cùm D. Lucas ab vno tantum dicat conuitijs fuisse impetitum. Et Matth. 26. cum de effusione vnguẽti loquitur, sic ait: Videntes autem discipuli, &c. Vnus tãtum (vt Ioa. 12. dicit) indignatus est, nempè Iudas. Et vehementius vrget, id quod D. Ioan. c. 16. ait, Scriptum est in Prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Vnus tantũ Prophetã dixit, videlicet Isai. cap. 54. Et tãdem Acto. 13. dicitur: Videte ne superueniat vobis, quod scriptũ est in Prophetis: Videte contemptores & admiramini, & disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, quod nõ creditis cum enarrabitur: hoc testimonium ex Habacuc Prophetã tantum desumptum est. Euãgelista autem noster Matthæus hãc Hebræorum phrasim sequutus dixit: *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas*, vnum tantum intelligere volens, nempè in lib. Iudicum, qui numeratur inter Prophetas priores. Hæc ad literalem sensum sufficere iudicaui. Verùm si secundum sensum Tropologicum loqui volumus, facilè ostendemus dictum fuisse per Prophetas de Christo: *Quoniam Nazarẽus vocabitur*. Sed vbi iam in Prophetis secundũ sensum hunc dictum sit, inquiramus. Tres præcipuè Prophetiæ sunt, quæ indicare videtur Christum Nazaræum fore vocãdum. Prima in libro Iudicum, vbi Sansonis conceptio & natiuitas ab Angelo matri prænunciata fuit, sic dicens: Concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazarẽus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manibus Philistinorum. D. Augustinus contra Faustum Manicheum, Scripturæ sacræ Canõ singulare præscribit. Inspicere oportet (inquit) facta Sanctorum Diuinis libris conscripta, vt si qua ipsorum peccata inuenerimus, ob quam vtilitatem sint cõscripta, diligenti ratione videamus, vt cum post illud dedecus laudatur, intelligamus, nõ ipsum laudari, sed alium, hoc est Christum cuius ipse typus erat. Hac D. Augustini regula, tanquam thesi dicendorum posita, videamus an verba, quæ de Sansone liber Iudicũ profert, de Christo potius dicta sint, quàm de Sansone: nã in Christo veritas inuenitur, in Sansone verò typus. Cùm ergo audis Sansonem Nazaræum ab infantia sua dictum, vsq; ad mortem, & posteà Sansonis peccata de picta vides in capitibus sequentibus eiusdem libri, vbi nec ab infantia sua, seu ex vtero matris suæ Nazaræum fuisse, nec vsq; ad mortem. Et facilè non Sansonem agnosces in hac prophetia, sed Christum. Et cũ D. Augustino dicere possumus, ad veritatem Scripturæ sãt esse, quæ dicta sint, verè ab Angelo dicta esse, quæ si literaliter de Sansone intelligi nõ possunt, de Christo intelligi necesse est. Multa enim de typo dicuntur, quæ in typo non compleantur, complentur tamen in veritate. Iam videamus in Christo potius, quàm in Sansone Iudicum verba compleri. Nam quis eorum obsecro Nazaræus fuit ab infantia, Sanson an Christus? Nõ certè Sanson, nec ipse, aut quiuis alius præter Christum esse poterat. Nam Nazaræorũ religio solenni voto instituebatur: votũ verò emittere, nõ infantis est, sed viri perfecti. Vide cap. 6. Nume. & ex cæremonijs, quibus aliquis Nazarenus instituebatur, facilè videbis, id fieri

Matth 26.

Ioan. 12.

Ioan. 16.

Isai. 54.

Actor. 13.

Nazarenũ esse Christum prophetiæ indicant.

Iudi. 13.

id fieri non posse ab infantia. Sic enim textus habet: Vir siue mulier quum fecerint votum, vt sanctificẽtur & se voluerint Domino consecrare, &c. Oportet quidẽ prouectæ ætatis virum, aut mulierẽ esse, antequã Nazarenorum religioni consecretur. Ab infantia autẽ Christus Nazarenus fuit: nam nouum fecit Dominus super terram, mulier circundabit virum, nempè Christũ, virum perfectum, Sãctum Sanctorũ, sapientia & intellectu plenum, iuxta humanam naturã, viator & comprehẽsor, Deus verus, homo verus. Nazaræus erat, quod idem est, ac si diceret: Separatus, cõsecratus, sanctificatus. Ista omnia includuntur in Nazaræi vocabulo, quæ omnia Christo perfectissimè conuenire certissimum est. Ipse enim à cæteris hominibus separatus est: iuxta Sapientis sententiam, dicentis: Circũueniamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, &c. Grauis est nobis etiam ad videndum eum, quoniam dissimilis est alijs vita ipsius, & immutatæ sunt viæ eius, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditijs; & præfert nouissima iustorũ, & gloriatur Patrem se habere Deum. Est certè Nazarenus Christus, hoc est Separatus: vt ait Paulus. Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex Sanctus, innocẽs, impolutus segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Quomodo item cõuenit Sansoni, quòd Nazaræus sit, cũ eorum lex habeat sic? Cuius non tãget caput nouacula? quã primum enim caput Nazaræus radit, desinit esse Nazaræus. At Sansonis caput abrasum fuit, vnde vires omnes amisit. Sed Christus comam in morem Nazarenorũ semper gestasse omnes sacræ historiæ referũt. Nazarenus quidem ad mortuum ingredi non poterat. Sanson verò mille mortuis astitit, quos asini mandibula interfecerat ipse. Et Nazaræus omnibus diebus separationis suæ Sanctus erat futurus Domino. Sanson autẽ ob amorẽ Dalidæ mille peccatis obnoxius fuit. Christo itaq; hoc cõuenire potius, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, certissimũ est. Cũ ergo Christus verè Nazaræus vita & moribus futurus esset, vt à religione, quã profitebatur, nomen sortiretur, patriã Nazareth eligere voluit. Ideò tã à religione, quam amplexabatur, quàm à natura patriæ, vbi cõceptus & educatus fuerat, quàm etiam a nominis significatione, quæ in se separationẽ, sanctificationem, consecrationẽ includit, Nazaræus meritò compellatus est. Vnde cõstat longè maiori ratione de ipso, quàm de Sansone illa Iudicũ verba. Nempè Nazaræus vocabitur, ex vtero matris suæ, dici posse. Hinc factũ est, vt multi interpretes Euangelij suspicentur Euangelistam Matthæum, solùm ad Iudicum prophetiam respexisse, eò quòd Iudicũ liber opus sit multorum Prophetarum sibi succedẽtium, ideò ab Euangelista dictum legimus: *Vt impleretur, quod dictum est per Prophetas*: & non per Prophetam.

Et Ioseph. 4. Antiqui. c. 4. Nazaræũ cõsecratum significare docet.

Nazaræũ esse quid sit.

Sap. c. 2.

Christus verus Nazarenus.

Hebr. 7.

Num. 6.

Nazarenorũ conditiones omnes in Christo.

Ioſ. 15.

Gen. 49.

Secunda prophetia, quæ indicat Christũ Nazaræum fore vocandũ, fuit benedictio illa, qua Patriarcha Iacob morti vicinus filijs suis benedictionibus replens, eaſq; tanquam iure hæreditario ipsis relinquẽs, cũ Ioseph benediceret, sic ait: Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, &c. & post multas & longè fructiferas benedictiones omnes concludens, & in vnica benedictione omnium finẽ imponens, ait: Fiant in capite Ioseph & in vertice Nazareth inter fratres suos: ac si aper-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſi apertiùs dixiſſet. Quemadmodũ Lippomanus in hunc Geneſ. locum ad veritatem Hebraicam interpretatur. Erunt omnes iſtę benedictiones ſuper caput Ioſeph, & ſuper virum, qui ſegregatus fuit à fratribus ſuis, hoc eſt ipſum eundem Ioſeph. Replicatio enim eſt, Hebraici idiomatis germana. Vel quod eſt melius: Super caput Ioſeph, hoc eſt, Meſsię venturi. Ipſe enim verus Nazaræus eſt frater eorum, ſegregatus à peccatoribus, à Deo fidelibus omnibus, conſecratio, & ſanctitas factus, atque iuſtitia, caput Ioſeph & vertex omnium fidelium Eccleſiæ Dei, in quo vniuntur, & veluti multa mẽbra in vnum corpus coagmentantur per Spiritum ſanctũ, omnes filij fidei Abraham, Iſaac, & Iacob, aliquando pariter beatificandi. Hęc Lippomanus. Hæc eadem benedictio Ioſepho data repetitur in Deuteron. vbi ſic habetur. Qui apparuit in rubro veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticẽ Nazaræi inter fratres ſuos. Licet nonnulli auctores has benedictiones diſtinctas faciãt, & tãquam diſtinctas prophetias de Chriſto ponant. Ego verò vnicam eandemq; prophetiam de Chriſto factam iudico. Nam in Deuteron. Moyſes tantum repetebat benedictiones à Patriarcha Iacob filijs factas, inter quas hæc Ioſepho benedictio facta comprehenditur. Ioſeph typũ Chriſti fuiſſe ſacri Doctores, nempè Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius, Procopius, atq; multi alij ſupremæ claſſis auctores teſtãtur. Immò non tantũ Ioſeph benedicitur, ſed Chriſtus: ſic enim omnes Doctores ſacri totã benedictionẽ Ioſeph, quæ in lib. Geneſ. & in lib. Deuter. habetur, ad Chriſtum potius pertinere prædicant: & vtraq; benedictione dictus eſt Chriſtus Nazaræus. Quod vt manifeſtiùs nobis fieret Septuaginta interpretes in ſua tranſlatione, tanquã metaphraſim faciẽtes, ſic dixerũt: Supra verticẽ glorificati inter fratres ſuos. Et quis (teſte D. Ambroſ.) glorificatus inter fratres, niſi Chriſtus? qui à fidelibus, qui crediderunt ex Synagoga, & à fratribus, à Diſcipulis, & Apoſtolis, quos in Scriptura appellat fratres, glorificatus eſt, & ab ipſo æterno Patre gloria & honore coronatus. D. ergo Matthæus ad hanc benedictionẽ Ioſepho collatã à Patre, oculos vertens, & Spiritu ſancto docente, prophetiã hanc, de Chriſto potius, quã de Ioſepho dictam, & Nazaræum in ea Chriſtũ vocatũ, inquit: *Vt adimpleretur, quod dictũ eſt per Prophetas*: & non per Prophetam, vt duas has Geneſ. & Deuter. prophetias includeret.

Lippom. Cat. in Gen.

In benedictione Iacob Ioſepho data, Chriſtus Nazaræus futurus oſtẽditur.

Deut. 33.

Leo Caſtrenſis in Iſai.

Cypria. lib. 1. contra Iudæ. c. 20. Auguſt. to. 6. lib. 12. contr. Fauſ. c. 28. Idem To. 10. ſerm. 81. 82. 84. & 92. Ambro. de ben. Patri. Proc. in Gen. & Deut.

Tertia prophetia, quæ indicat Chriſtũ Nazaręum fore vocandũ, habetur Iſa. Nam vbi nos legimus: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Pro dictione, Flos, Hebręis eſt Netſer, per Tſade. Mirũ eſt, quã miras difficultates nõnulli interpretes faciant, ſuper literã Zain, & ſuper literã Tſade, hoc eſt, ſi ſcribitur per Z, vel per S: ita vt affirmare nõ vereantur, nomẽ Nazaræi, vt de Chriſto dicitur, nõ debere ſcribi Hebraicè per Zain, ſed per literam Tſade, & in hoc nerium difficultatis ponunt. Verũ D. Hieronymus: hoc Iſaię teſtimoniũ putat ab Euangeliſta Matthæo citatũ, per Z, Zain: nam cum quæreret quis prophetarũ prædixiſſet Dominũ appellandum Nazaręum, nec ei in mentem veniſſet fortaſſe (inquit) Iſaias in illo: Et flos de radice eius aſcendet, quod verti poſſet, & Nazaræus de radice eius aſcendet. Sed hoc obſtat (inquit D. Hieronym.) quod Nazaręus per Zain ſcribitur, non per Tſade. At in Matthæo per Zain ſcribit, & Iſaiæ propheriã ibi per Zain ponit. Quod manifeſtiùs ad huc

Ioan. 19. A ad huc conſtat ex ſcriptis Euangeliſtarum, & Apoſtolorum: Ioannes enim in Crucis titulo dixit, literis Græcis, Hebraicis, & Latinis, ſcriptum eſſe: IESVS NAZARENVS. Sic omnes ſcripturæ Chriſtum Nazarenũ vocãt. Et hoc, quod Iſai. 11. de Chriſto ponitur, de ipſo Chriſto debere intelligi Chaldæus Paraphraſtes teſtatur, ſic vertens: Et egredietur rex de filijs filiorum eius creſcet. Rectè enim Chriſtus, germen, vel flos, aut tenera planta dicitur, quòd ſine corruptione de Maria Virgine naſcitur, quemadmodum germen, aut flos de terra, quodq; nullam habens peccati vetuſtatem, omni virtute viruerit & floruerit, ſemper odoris ſui ſuauitatem longè, latèq; ſpargens. Sicut enim hac Iſaiæ prophetia ſatis deſignatur, Chriſtum in Bethleem naſciturũ, cum dicat: Egredietur de radice Ieſſe: ita quoque in Nazareth, educãdum deſignatur in Nazareth, cum Netſer appellatur. Certè D. Hieronymus ſcribens in hunc Iſaiæ locum, teſtatur eruditos Hebræorũ putare de hoc loco ſumptum, quòd in Euangelio Matthæi omnes quærunt Eccleſiaſtici, & non inueniunt vbi ſcriptum ſit: *Quoniam Nazaræus vocabitur*. Hoc etiam fuit a Dauid prophetatũ, dicens: Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea, vbi nos in verſione vulgata habemus, efflorebit ſanctificatio. in Hebræo eſt: Super ipſum autem efflorebit Nazaræitas ſua. Ac ſi diceret: Ipſe erit per excellentiam Nazaræus, vt ibi Burgenſis interpretatur. Et Genebrardus ſic ait: Gloria regni Dei ſuper filios Dauid florebit. Eccleſia vigebit: Sic (inquit) eſt vertendum. Primũ, quia verbum, Nazar, dicitur de Nazaræis Domino ſeparatis, & ſanctificatis. Deinde, vt hæc verba intelligerẽtur de vero Meſsia, qui eſt Sanctus Sanctorũ, & ſanctificatio, per A quam Sancti, iuſtiq; efficiũtur.

Iſai. 11.

Paraphraſtes Caldæus.

Quare Chriſtus flos dicatur. B

Hieronym. in Iſai. c. 11. C

Pſalm. 131.

Prophetia Dauid de Chriſto ſacta. D

Burgenſis. Genebrard.

Eſt præterea conſiderandũ, quòd D. Matthæus ipſum Nazaręum vocat, D. verò Ioannes, vt ex verbis tituli Crucis conſtat, Nazarenum ipſum vocat. Vt, Spiritu ſancto dictãte, duo Euãgeliſtę, duobus prophetis reſpondeant, quorũ vnus videlicet Iſai. vocat Chriſtũ Nazarenũ: Dauid verò in Pſal. prędicto Nazaræũ vocat: ideò enim Nazarenus, quia à Nazareth erat futurus, ibi enim fuit cõceptus, nutritus & educatus. Et id, quod manifeſtum erat cũctis, Pilatus in titulo declarabat; per ignominiam, oſtendendo eũ vilisſimum hominem, è vilisſimo loco natum, Regis Iudæorum ſibi titulum vſurpare voluiſſe. Nazaræus autem dicebatur Chriſtus, quia per excellentiam futurus erat Sanctus. Vnde non ſine myſterio D. Matthæus dicit: *Vt impleretur quod dictum eſt per Propheras*, in plurali numero loquens: Et vocat Chriſtum Nazaræum, vt ſanctitatis excellentiam, à Dauid prænunciatam, indicaret, & eum à Nazareth eſſe dicit, vt compleretur quod prædixerat Iſaias: Egredietur virga de radice Ieſſe, & Naſer de radice eius aſcendet. Multos enim offendebat Iudæos, quòd Iesvs diceretur Nazarenus, quod Germẽ dici poteſt, nam Neſer germen eſt: ideò Euangeliſta oſtendit, quàm optimè per Propheras ei germinare conueniat, & germen Dei delectabile eſſe, quoniam paſsim in Scripturis Neſer, hoc eſt germen vocatur.

Ioan. 19.

Iſai. 11.

Iudæi offendebãtur, quòd Ieſus Nazarenus vocaretur. Iſai. c. 11.

Rupertus Abbas, de huius nominis Nazaræi, ſiue Nazareni excellentia ſic ait: Ad ſummum memoriter illud tenendum, quòd Euangeliſta cum dixiſſet: Habitauit in ciuitate Nazareth, non ita cauſam apposuit, vt diceret, *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus*

Rupertus in Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nazareni nominis excellẽtia.

Nazaræus erit, sed *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Siquidẽ non inde Sanctus erat vel est, quia habitauit in Nazareth, immò quia de Spiritu sancto conceptus erat: sed hoc effecit inhabitatio ciuitatis illius, quod competenter secũdum sanctimoniã suam vocatur Nazaræus, siue Nazarenus, & sic eum vocat omnis lingua Hebræorum, Græcorum, atq; Latinorum: nec solummodo hominum verùm etiam Angelorum malorum pariter, & bonorum, hominũ piorum pariter & impiorum. Et quod magis mireris, mali Angeli, siue maligni spiritus, per eius præsentiã torti, primi fuere, qui hoc nomine illũ vocasse leguntur: Quid nobis & tibi IESV NAZARENE? Venisti ante tẽpus perdere nos? Scio quòd sis sanctus Dei. Angeli etiam boni, dum de Christi resurrectione gratulantur, nomen istud solenniter prædicarunt mulieribus, dicentes: Nolite expauescere, IESVM quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hîc. Impijssimi quoque homines nomen hoc sanctissimum, etiam inuicti, colere & venerari coguntur, cuius virtute vincũtur. Testes sunt Iulianus Apostata, & Porphirius, sed & Pilatus, qui non sine magno Spiritus sancti impulsu, præclarum hunc Nazareni nomen Hebraicè, Græcè, & Latinè super Christi Crucem scripsit, dicens: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Quanto studio ac diligẽtia Sacerdotum Principes à Iudæis per moti, immo potius ab ipso Satana, titulum delendum curarunt, dicentes: Noli scribere Rex Iudæorũ, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Verùm Deus ipse tanta constantia hominem impijssimũ armarat, vt aduersus omnium sentẽtias, suam statuerit, dicens: Quod scripsi, scripsi. Illi etiam, qui antea ad IESVM comprehendendum armati magno cum strepitu venerant, tanti nominis virtutem & vim sentientes, supini in terram velut mortui corruerunt. Interrogati namq; ab ipso Christo: Quẽ quæritis? Respondentes dixerunt: IESVM NAZARENVM. Protinus, ipso dicente: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Hæc omnia diximus, vt præclari nominis Nazareni excellentia agnoscatur.

(.?.)

Marc. 16.

Marc. 1.

Finis capituli secundi.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

EXPOSITIO.

IN Diebus autem illis, &c. In præcedentibus duobus capitibus D. Matthæus nobis ostendit, Christum esse verum Deum, verumq; hominem, & cur in mundum hunc venerit, nempè ad illuminationem eorum, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebant: ideò gẽtes, quæ sine Deo erãt, nosq; omnes, stella duce, vocauit. Deinde quæ fuerint prima vitæ Christi rudimenta ostenderat, nempè aduersitates, persequutiones, & exilia pati, vt inde tãquam ex alphabeto vitæ Christianæ initia capiamus. Nũc autem trãsactis pueritiæ annis, postquã quæ erant parauli euacuauit, & factus fuit vir triginta annorũ, quę in hac ætate gesserit, tractare volẽs Euangelista, prius adhuc certissimis testimonijs ostendit, quis ipse Christus sit. Ostenderat iam ipsum esse, de quo Propheta rum scripturæ prædixerant: ita, vt testimonia illa sufficere posśint, ad credẽdum illum esse Messiam mundo promissum. Vt tamẽ id clariùs mundo innotesceret, alios nouos testes in medium producere decreuit: vt Abulensis eleganter notat. Illosq; non eiusdem conditionis & naturæ, sed vnum terrenũ, & à terrenis parentibus ortũ, nẽpè Ioannem, ad hoc diuino miraculo mundo datum, vt testimonium de Christo ferret. Duos quoq; testes cælestes, videlicet Patrem, & Spiritum sanctum in medium adfert, vt terreno cælestiq; testimonio roborati, omni ambiguitate seposita, tuto nos illi credamus, ipsiq; securè fidamus. Ob id Diuus Matthæus tanto studio Christi Diuinitatem, & authoritatem commẽdat. Nam cùm magnificè de aliquo sentimus, quẽ erga nos bene affectum credimus, continuò magna beneficia nobis obuentura ab ipso speramus: vt omnem fiduciam, spemq; nostrã, in eo solo fixam habeamus, & ab eius ore pendentes, mandatis illius pareamus: ob id ergo quis Christus sit, tanto testium pondere Euangelista proponit. Videamus nunc priùs Ioannis testimonium, deinde Paternum, & Spiritus sancti discutiemus.

In diebus autem illis. Non refertur hoc ad tempus illud, de quo hactenus Euãgelista tractauit, nempè de

Abulen. in 3. c. Matth.

Terreno ac cælesti testimonio ostendit Christum esse Messiã.

TEXTVS.

1 IN Diebus autẽ illis, venit Ioannes Baptista prędicans in deserto Iudææ. 2. Et dicens: Pœnitentiã agite: * appropinquabit enim regnum cælorum. 3. Hic est enim, de quo dictũ est per Isaiam Prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto: Parate viã Domini, rectas facite semitas eius.

Marc. 1. & 4.

Luc. 3. & 1.

*Appropinquauit.

Isai. 40. & 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christi pueritia, sed de tempore illo, in quo Diuino consilio decretū fuerat, vt Christus æternus Dei filius se se mundo manifestum faceret. De tempore autem illo, in quo Nazareth parētibus subditus habitauit, silentium ponit, ibi enim vsq; ad trigesimum annum egit: de hoc tēpore anni trigesimi Christi Euangelista loquitur: vt ex D. Luca cap. 3. constat, qui tempus, quo Ioannes mundo se Diuino mandato ostēdit, exponit, siquidem à duodecimo anno, vsq; ad trigesimū tacentur, quæ dixerit & fecerit Christus. Iam verò, Ioanne incipiēte, legi & Prophetis finis impositus, lex enim & Prophetæ vsq; ad Ioannem. Nam inter pedagogum & sapientem magistrū medius fuit Ioannes: vt docet Theodoretus: & Tertullianus dicit, Ioānem limitem esse inter vetera & noua constitutum.

Augustin. lib. 2. de consensu Euangel. cap. 6.

Luc. 3.

Theodor. in Cant. Cant. Tertul. li. 4. aduersus Martionem.

B

C Est serio hic considerādum, quòd Regnum & officium Christi, hinc propriè principiū accipit. Hinc est, quòd etiam D. Marcus noui Testamenti exordiū accepit: omnia quippè noua hinc fieri incipiunt, & vetera cessare, nempè lex, & corporale regnū Iudæorū. Et cum omnes nouitate rerū moueamur, quò magis ac magis, ad tanta nouarum rerum mysteria capessenda omnes præmoueantur, nouus Propheta præmittitur mundo, nouus Baptizandi, & prædicandi ritus, iam in hoc capite

Vnde Christi regnum initium accepit.

D instituitur, quò populus ad Christū recipiendū faciliùs promoueatur.

Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. Ioannis non modo pueritiam, verùm etiam adolescētiam & iuuentutem eius, vno veluti verbo comprehendit, simulq; indicat, eūdem ad annum, vsq; plus minus trigesimū in desertis perseueraſſe: ab infantia enim in eremū se abdidit, & admirabilem vitæ rationem instituit. Quod D. Lucas cap. 1. indicat, dicens: Puer autem crescebat & cōfortabatur spiritu, & erat in desertis, vsq; ad diem ostensionis suæ ad Israël. Hæc autem ostensio fuit statim, vt factum est verbum Domini ad illum. Ex quibus locis, quidquid Hæretici huius temporis nugētur, Ecclesia tamen semper intellexit, Ioannē à prima ætate consortia hominum vitasse. Hinc est, quòd Ecclesia canit:

Ioannes à pueritia ad sn̄ plus minus trigesimū in deserto perseueravit.

Luc. 1.

A *Antra deserti teneris sub annis*
Ciuium turmas fugiens petisti. &c.

B Et Symeon Metaphrastes, Ioannis vitam describens, dixit: Vix à fascijs solutum, solitudinem habitasse, vitamq; egisse Angelicam. Vide multa circa hāc materiā in insigni viro Francisco Suarez Societatis IESV, supra tertiam partem. q. 38. artic. 4. disput. 23. sectio. 2. Tunc temporis Ioannes baptizare cœpit, quando Christus ad Baptismū venturus erat, & illum populo ostende repoterat, vt inde duo, sibi à Deo officia commissa, nempè Præcursoris & Baptistæ ostenderet. Tunc in C (quā) Diuino spiritu excitatus, primum ille in publicum prodijt, ac vniuerso Israëli cœpit concionari, suumq; munus ad parandam Christo viam palam obire. Experimento videmus, ante Solis exortum stellam oriri, quam Luciferum vocamus, quæ Solis exorientis certissima prænuncia est, quò homines ipsam videntes, certi ac securi redeantur; solem breui suum illustraturū emisspherium. In huius noui mundi D illustratione similis seruatur ordo, nam nocte peccati cessante, antequā verus ille iustitiæ Sol, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, illuscescerat, Luciferum Ioannē, Solis Præcursorem, exoriri oportebat, cui tantam gratiam Deus contulit, vt lucifer & diei certissimus nuncius vocaretur, & esset: Hic venit in testimonium, vt testimonium

Simile.

Christus mundi.

Ioannes Solis.

A monium perhiberet de lumine. De quo, vt Tertullianus, & Cyrillus testantur, antea prædixerat Deus: Parauit lucernam Christo meo. Lucerna ante Christum posita, Ioannes fuit, quæ lumine Diuinitatis Christi fuit accensa, eo ipso tempore, quo Christus in vtero purissimæ matris existens, ipsum in vtero Elisabeth sanctificauit. Vbi considerādum est, quòd hæc Ioannis sanctificatio, fuit secundum opus à Christo factum per potestatem excellentiæ. Primum enim fuit factum, confestim vt filius Dei carnem in vtero matris assumpsit, tūc temporis Matri gratiæ eximiæ incrementum cōcedens, fomitem peccati, qui ante filij Dei incarnationem ligatus fuerat, sed minimè extinctus: tunc vt D. Thomas docet, potenti sua virtute omninò extinxit. Secundum autem opus Christi excellentis gratiæ & miraculi, Ioannis sanctificatio fuit, cum tanta gratiæ plenitudine, vt infans in materno exultauerit vtero. Hinc est, vt verosimiliter existimemus, vsum rationis illum habuisse, ipso temporis momento, quo fuit à Christo sanctificatus, ipsumq; Christum per magnum miraculum tunc cognouisse. Licet posteà in puerili manserit statu, nempè in illo somno, & priuatione vsus rationis, quę pueris cōmunis est. Nā solus Christus, per modū status permanentis, iudicium viri perfecti in tenera ætate habuit: iuxta illud Hieremiæ: Nouum fecit Dominus super terram, mulier circundabit virum. Post Christum verò ac matrem, nullus post hominum memoriam, pluribus ac vberioribus Diuinæ gratiæ præsidijs instructus, ac cumulatus fuit, qui Ioānem vnquam, aut superare potuerit, aut æquare. Pleno cornu (vt dicitur) hausit Dei spiritum ex vtero matris. Hoc præceptore, hoc duce didicit, agnouit;

Tertul. cont. Iudæos. Cyrill. in Euang. lo. lib. 1. c. 7.

Ioannis sanctificatio in vtero materno, fuit secundum opus à Christo factū per potestatē excellentiæ.

B

D. Tho. 3. p. q. 27. art. 3.

Fomes peccati in Maria fuit in Christi incarnatione omninò extinctus.

C

Ioannes vsum rationis habuit ipso tempore quo fuit sanctificatus, licet postea in puerili, statu manserit.

Hierem. 30.

D

Christus solus in tenera ætate rationis iudicium habuit.

Luc. 1.

monstrauit Messiæ illius aduētum, à quo præceteris inde ab initio Præcursor electus, amatus & honoratus fuit. Hinc factum est, vt Deus hunc sibi dilectum Præcursorem in desertum, vsq; ad tempus quo suo fungi oportebat officio, delitescere voluerit, vt Diuino solo consortio vtens, Diuinos suo tempore eructaret sermones. Præuentus quidem fuit magna gratia, vt dignè Præcursoris ministeriū adimpleret, & posteà ipse per propria merita, eorum quæ in deserto pertulit, quæ omnia ab illa prima gratia procedebant, perfectus & consummatus factus fuit, ad condignam dispositionem requisitam in tali, ac tanto Christi Præcursore: licet aliàs hanc dignitatem de condigno minimè promereri potuisset. Cùm autem tempus appareret, quo vniuersus mundus per Christi doctrinam innouandus erat, prodijt Ioannes, vt vicinum Christi aduentum prædicaret, ne tanta gratia ab hominibus negligeretur.

A

Quare Ioannes in deserto delituerit?

Ioannes magna gratia à Deo præuentus fuit.

B

Ioannes perfectus & consummatus fuit, ad cōdignam sui ministerij dispositionē.

Ioannes non de condigno promeruit Præcursoris officium.

C

Venit Ioannes Baptista. Baptistæ cognomentum accepit ab Euangelista nūc, ex Spiritus sancti reuelatione, quod nomen ab officio illi competere certum est. Nam licet Ioannis baptismā gratiam non conferret, quemadmodum ipse proprio confessus est ore, dicēs: Ego baptizo in aqua: ac si diceret, dispono tantum ad Christi baptismā, in quo Spiritus sanctus datur, in meo tantū confertur aqua, quæ Christi sanguine D adhuc intincta non est. Fuit tamen istud Ioannis Baptismum ob duas causas celeberrimum. Altera fuit, quia simul homines baptizando in aqua, in ipso Baptismo homines ad pœnitentiam, tanquam ad singulare vitæ remedium, post peccati naufragium, hortabatur, vt inferiùs Euangelista testatur, dicens: Omnis Iudæa, & omnis regio circa Iorda-

Baptismus Ioannis quare à Deo fuit institutus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nem baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua. Altera verò causa fuit, quòd huius noui baptismatis occasione accepta, multi cõfluebãt ad Ioannem, & in illa magna audiẽtiũ corona, annunciabat ipsis Christum iam præforibus astantem. Hãc baptizãdi causam exhibuit ipsemet Ioannes: Ego (inquit) nesciebam eum, sed vt manifestaretur in Israël, propterea veni in aqua baptizans. Venit Ioannes Baptista, verùm non sua sponte, sed Diuino admonitus oraculo. Luca testante, qui ait: Factum est verbum Domini ad Ioannem, &c. Id est, diuina iussio facta est Ioanni. An verò per solam inspirationem internam Angelicam, vel Diuinam, siue per exteriorẽ Angelicam apparitionem, & alloquutionem, vel per imaginariam visionem datum fuerit hoc mandatũ, Euangelista nõ explicat, sicut neq; an in vigilia, vel in somno factũ fuerit, verbum declarat. Deus bone, quis exprimere valeat, quot ante hoc tempus Diuinæ illuminationes, inspirationes, & alloquutiones frequenter sint factæ sanctissimo Præcursori l Zacharias Christopolitanus in Monotesseron, raptus fuit (inquit Paulus) supra se, vsq; ad tertium cælum, audiens arcana verba. 2. Corin. 12. Ioannes quoque mente ascendit ad contemplandam super se gratiam, quam prædicabat, audiuit Ioannes auditu mentis verbum Domini, sola gratia desuper ei loquentis. Omnibus tamẽ illis prætermissis, de quibus arcanis verbis nõ licet homini loqui, ad exequutionem ordinationis Diuinæ, cuius gratia à Prophetis aduentus ipsius vaticinatus fuerat, & gaudio vniuersorum natus, atq; tot annis in deserto versatus, & ad tantam rem dispositus ab ipso Deo fuerat. Iam veniẽs, ab ipso Diuino mandato exordium sumit, dicens: Factum est verbum Domini.

Et quanuis Theophylactus & Euthymius pro mandato Dei verbum illud sumant, Origenes Hom. 11. in Ioan. quid specialius in verbis illis notat, dicens: Olim verbum Dei fiebat ad Hieremiam filium Elchię, in Anathoth, in diebus Iosiæ Regis Iudæ. Nunc sermo Dei fit ad Ioãnem filium Zachariæ, qui nunquam factus est ad Prophetas, &c. Vbi non tantum mandatũ prædicandi Christum his verbis declaratur, sed vniuersa, quæ necessario requiruntur, ad prædicationis functionem, hanc insignem soli Ioanni concessam, rectè & cum maximo fructu obeundam, illis verbis includuntur, & periphasi quadam declarantur. Commune est ijs, qui in sacris literis mediocriter versati sunt, vt sub nomine, Verbi, vniuersa, quæ ad illã rem necessaria sunt, includantur. Non erat verbum, quod non manifestaret ei, Isai. 39. Hoc est, omnia ostendit, quæ habebat: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, &c. hoc est, omnibus alijs rebus, quibus Deus suam virtutem collocare decreuerit, panis virtutem conferet: Cùm ergo dicat: Factum fuisse verbum ad Ioannem, intelligit sic armatum, & ornatum ad Euangelij prædicationem Ioannem prodire, vt nulla dispositio eorũ, quæ ad veram & efficacem Euangelij prędicationem requiritur, nulla gratia, seu ex illis, quæ gratuito conferuntur dono, seu ex illa insigni gratia, quæ Deo homines gratos efficit, illi deesse poterat: itaq; omni ornamento præditus Ioannes, omnibusq; Diuinis numeris absolutus, ad prędicãdum prodijt Baptista: vt in eo tanquam in lucidissimo speculo verbi Dei præcones, qui Christum mundo Euangelizare tenentur contemplantes, omnia prædicationis Euangelicæ ornamẽta sibi magno studio parare curent. Quæ autem ornamenta

A Theophil. Euthym. Origen. hom. 11. in Ioan.

Ioan. 1.

B

g

C

2. Cor. 12.

D

Isai. 8.

C

D

Hebr. 5.

A menta ea sint in ipso Ioanne, si rectè cõcempleris, videre poteris. Antequam munus suum obiret Ioannes, publica loca, & popularium hominum cateruas fugiens, desertum ab ineunte ætate petijt, ibi latebras & deserti antra regum palatijs prætulit: ibi frigora & æstus vrentia, inter feras libentius, quàm inter homines, æquo animo patiebatur, terra nuda corpori fesso, quod præter ossa, & pellem carnis fere nihil habebat, lætus illi & placidus erat

Ornamenta concionatorũ qualia esse debeant.

B locustę, & mellis siluestris cibus, illi etiã gratior erat, quàm dapibus vti delicatissimis, colloquio Diuino, atq; feruentissima oratione supra modum delectabatur, ijs solis in vasta illa eremi solitudine fruebatur delitijs: vt tu quoq; verbi Diuini Ecclesiastes, addiscas, quàm parum regum aulę, & magnat prinũcipum frequentia, tibi ad munus concionandi cõducat, sed potiùs obsit omninò, eremum potius & loca solitaria, vbi cum Angelis, & ipso Deo cælestia studia conferas, eligere teneris, ibiq; talem instituere vitam, vt Dęmonibus sis formidini, hominibus autem spectabilis, adeò vt cũcti ab ore magistri pendentes, dictis tuis pareant, & tuam imitentur viram. Ioannis vestigia sectantem. Et licet solitudinis, & pœnitentiæ diu exempla præbueris, non tamen id circo cathedram magisterij affectare licet, ni prius ad id muneris à Deo vocatus fueris. Nõ enim Christus semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret (ait Paulus) sed qui locutus est ad eũ, filius meus es tu, Ego hodie genui te. Non enim, qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat (ait idẽ Paulus) Prophetæ non nisi vocati, & interdum coacti, prouintiã hanc obire audebant, multi quidem eorum suam imperitiam causantes: videas Mosem balbutientem, Hieremiam puerulum sese confitentem, Isaiam trementem, & dicẽtem: Domine, quis credet auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Ionas ne Niniuitis concionaretur, à facie Domini fugiebat. Tu quoque maiorum iussionem expecta, non ambitione turgidus tantam dignitatem ambias, ne forte succumbas, & Baal Prophera potiùs quàm Dei efficiaris, arduum nimis quidem est verbum Dei tractare. Tui muneris erit, si rectè officio fungi concupiscis, & efficatiora verba habere, deserta loca petere. Et id, quod Dominus per Isaiam præcipit, facere: Ingredere (inquit) in petrã, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Tãtæ enim maiestatis est verbi Dei prædicatio, vt qui munus suscipit, tantæ virtutis esse debeat, vt alter Christus esse iudicetur à populo, veluti Ioannes, qui Christus putabatur. Et vt talis euadere possis, in deserto te ipsum cõtineas oportet, donec à Deo ipso voceris. Nouit quidem Deus suos è deserto elicere, ad verbi Dei ministeria exercẽda. In deserto erat Moses, & inde ad prædicandum populo missus. In deserto erat Elias, & ibi vocem Domini audiebat. In deserto erat Ioannes, & inde iussus est prodire, & populo Messiæ aduentum prædicare.

B

I

Isai. 2. c. 10.

Verbi Dei prædicatio quantæ maiestatis sit.

C

D

Prædicans in deserto Iudææ. D. Lucas habet, Venit in omnem regionem finitimam Iordani, id est, in ea parte Iudææ, quæ adiacet Iordani, sed vnde præcisse venerit, non planè dicit: satenim fuerat dicere: Factum est verbum Domini ad Ioannem filium Zachariæ in deserto: vt intelligamus Ioannem tunc inspiratione Diuina prodijsse ex interioti deserto, è deserto igitur egreditur, & ad desertum venit. Narrat Nizephorus Ioannem primis annis, vitæ so-

Luc. 3.

Ioãnes in quo deserto prædicauit.

Nizephor. lib. 1. cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A litariæ in eremo assueuisse, eumq; abcessisse, Angelo duce, in remotiores syluarum recessus. Optimè qui dē distinguit Euthymius inter duas eremos, interiorem vnam, à qua missus ille prodierit tādem, & alteram, quæ propè Iordanem erat, ad quam ex interiori illa eremo, intimaq; solitudine, in publicum venerit: quod satis indicauit D. Lucas in verbis iam positis. Fuit igitur iam inde à puero in deserto illo interiore, vbi, vt Origenes testatur, orationibus vacabat, & cum Angelis versabatur, atque Deo familiarissimus erat. Postmodum triginta fere annos natus, venit in regionem circa Iordanem. Quam Iudææ desertum Matthæus, Ioannes autem Betaboram, vel sicut constanter codices Latini habent, Bethaniam appellauit: vbi Ioannes (inquit) erat baptizans. Hoc breuiter adnotare libuit, ob Centuriatorum Medelburgensium pluſquam ſtultam assertionem, qui circa Ioannis desertum delicatuli homines mirabiliter nugantur, dicentes, Ioannem non in vasta eremo in aliquo antro omninò ab hominum conuersatione remoto habitasse, quasi ibi velut visus & misanthropos delituisset: sed in æconomia sacrorum parentum est educatus, qui habitarunt in loco ad regionem montuosam sito, qui vulgò desertum vocabatur. Valeant isti nouarum rerum inuentores, qui cum pœnitentiæ osores sint, Ioannem Baptistam à tuis laudibus detrahere nituntur, & nullum illi desertum, quàm domum paternam, concedunt: quod manifestè contra Sanctorum Patrum sententias, atque contra Euangelia confingunt. Secus Origenes sensit, qui sic ait: Ioannes non expectauit, vt à patre nutriretur, vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël, sed recessit, fugiens tumultum vrbium, populi frequentiam viciniam ciuitatum, & abijt in deserta, vbi purior aër, & cælum apertius, & familiarior Deus, vbi, quia necdum Sacramentum Baptismi, nec prædicationis tempus aduenerat, vacaret orationibus, & cum Angelis versaretur. Quibus verbis manifestè ostendit Origenes, Ioannem aliter educatum, quàm reliqui pueri educari consueuerunt: non in domo parentum, nec in communi hominum societate diu cōmoratum fuisse, sed potiùs inde à pueritia in solitudine intima eum versatum fuisse demōstrat. Vnde Chrysostomus Ioannem depingens, inter alia sic loquitur. Ioannes quia maiorem accepit gratiam, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentū Christi, quia nūciaturus erat Christum, statim in eremo nutritur, statim vbi crescit, non vult cum hominibus conuersari, in eremo cū Angelis philosophatur. Quam plurima Sanctorum Patrum testimonia, Canisius vir doctrina, ac pietate insignis, in suo primo lib. de corruptelis Verbi Dei, cap. 2. adfert, quibus Centuriatores mendacij euincit, & probat Ioannem in abditissimo eremo, ab ineunte ætate habitasse, indeq; Euangelica historia eum venisse indicat, dicens: *Venit Ioannes Baptista.* Nempè ab interiori deserto in desertum Iudææ. In interiori deserto mansit, vsq; ad diem ostensionis suæ ad Israël, quibus verbis cōstat, quòd Israëlitæ non viderunt illum, vsq; ad annum eius trigesimū, quo nimirū sese ostendere, & prædicare cœperat. In desertū ad hoc venit è deserto, sed priùs illud desertum, vbi tandiu Ioannes delituit, antequā prædicare inciperet, adeò erat desertum, vt eius comparatione, illud alterum non videretur desertum: nam aliqui cur Lucas diceret: Venit à deserto in regionem, si hæc regio

Euthy. in c. 3. Matth.

Io annis exercitia in deserto.

Orig. in Luc. Hom. 12.

Contra Centuria. cent 1. lib. 1. cap. 10. col. 357.

Orig. in Luc. hom. 11.

A regio erat æquè desertum? *Desertum tamen Iudææ*, non erat hominibus vacuus, sed in quo sparsim homines habitabant, non quasi in plana regione, aut vallibus fertilibus collocata, sed in locis montuosis, vbi Zachariæ domus, ad quam virgo beatissima venit, propè sita erat. Desertum tandem Iudææ vocatur, eò quòd in tribu Iudææ situm erat, ad differentiam aliarum tribuum, quę sua etiam habebant deserta. In lib. 3. Regum dicitur: Ioab sepultus est in domo sua in deserto. Et Iosue. 15. B legimus, sorti tribus Iudæ assignatas in deserto sex ciuitates, in terra valdè montuosa & prærupta. Sic veteres scriptores Heluetiam, non incultam terram, nec à paucis habitatam, eremum Heluetiorum nominare consueuerunt: & ita similiter, secundum hunc desertum, ad quod Ioannes venit sparsim habitabatur: & per illud varia itinera multi faciebant, vti docet Euthymius.

Sed videamus si placet, quare cū C Ioannes Baptista repente è deserto prosilierit, ad Euangelicam legem auspicandam, & veterem abolendam, non sugestum & docendi cathedram in Augusta illa Hierosolymorum ciuitate, vbi doctrina florebat, collocauit, sed in deserto vbi licet multi confluerent, non tamen tanta erat hominum frequentia ac in Hierosolymitano templo? Variæ à Doctoribus exhibentur rationes, quibus Ioannes à Sancto vo D carus spiritu mouebatur, in deserto potiùs, quàm in templo Iudæorum concionari. Nam oportebat in primis, vt legis nouę exordium à deserto prodiret, vt lationi veteris legis correspondentiam haberet. Lex quidem vetus à Moyse in deserto promulgata fuit, indeq; per vniuersam Iudæam sparsa: ita quoque oportebat, vt Ioannes nouæ legis inceptor, à deserto legem nouā explicare, & populo tradere incipe A' ret: quò Diuinæ leges simul in hoc conuenirent, vt à deserto ambo exordium sumerent. Præterea nemo prudens agricola semen spargere decernit, nisi priùs terram benè cultam & dispositam ad eam suscipiendam videat. Pari quoq; ratione, licet Ioannes statum Iudaici populi, ac templi Hierosolymitani, nō viderat, quia hactenus in deserto delituerat, dispositione tamen Diuina ordinatum fuisse credendum est, vt Ioannes se se in deserto contineret, ibiq; suas institueret concio- B nes, vt eius facto significaretur, oportere priùs ciuitatis & vniuersæ Iudææ corruptissimos mores, tā quam radices valdè nociuas, extirpare, ac carnales illas veteris legis cæremonias, in quibus omnē suam fiduciam collocabant, quarum obseruatio maximè in Hierusalē erat, vt ominò deponerent, si modo rectè ad pœnitentiam faciendam, & ad Baptismum suscipiendum, & ad Euangelij tandem gratiam, quæ omnia Ioannes prædicabat, se se disponere voluissent. Postremū, per hoc insinuatum est mundo, Euangelicam gratiam, maximè prædicādam in gentium solitudinem, & iam iam implendum, quod per Isaiam Dominus promiserat, dicens: Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum: de quo deserto frequenter ipsemet Propheta loquitur: Erit (inquit) desertum in Charmel, hoc est red- D dam illud benè cultum. Et idem: Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi Lilium: Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudās. Pro quo Septuaginta habent: Florebunt, & exultabunt deserta Iordanis. Quibus verbis, secundum Hieronymi interpretationem, demonstratur, Ioānis in Iordane baptismi

3. Reg. c. 2.

Iosue. 15.

Euthy. in c. 3. Matth.

Ioannes quare potius in deserto, quàm in templo Hierosolymitano concionabatur.

A deserto lex nouæ incepit, vt legi veteri correspondeat.

Ioannes in deserto populū disponebat, ad legem gratiæ suscipiendam.

In solitudine gentiū Euangelium prædicandū, Ioannes ostendebat.

Isai. 41.

Idem. 32.

Idem. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai. 54. A pœnitentiæ prædicatio. Et idem: Lętare sterilis, quæ non paris, quoniã multi filij desertę magis quàm eius, quæ habent virum. Vnde D. Hieronymus in illa Isaiæ verba: *Vox clamantis in deserto, &c.* Animaduertendum (inquit) quòd rectæ viæ Domini, & semitæ Dei nostri, non prædicentur in Hierusalem, sed in solitudine Ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine. De qua suprà legimus: Lætare deserta sitiens, & exultet solitudo, & florebit quasi

Psal. 35. B Lilium.

Pœnitentia exordium accipit Euangelium. 2 *Et dicens: Pœnitentiam agite.* Hinc Euangelium exordiũ sumit, vt qui Euangelicam profitentur vitã, agnoscant & fateantur se se nõ ad delirias & iocos, sed ad pœnitentiam & labores quàm maximos vocatos. Intelligant quoq; in hoc breuissimo Pœnitentiæ verbo, totius Euãgelicæ prædicationis summam contineri. Hinc fit, vt non modo Christus nouæ legis institutor, sed etiam Apostoli hisce eiusdem verbis Euãgelium suum auspicati, fuere: vt cõstat ex Matth. cap. 4. & 10. vt Pœnitentia tanquam tessis, & totius Euãgelicæ vitæ status causa constituatur, & summa proponatur, qua cælorum regnum consequendum speramus. Est prætereà adnotatione dignissimum, Deum sapientia sua ineffabili sic ordinasse, vt legem gratiæ & gloriæ, à pœnitentiæ prædicatione, quam omnes facere tenebantur, inciperet, quatenus omnes facilè intelligerent, se se sub perditionis, & damnationis lege conclu-

Quare lex gratiæ & gloriæ à pœnitẽtia incepit D di, ac proinde omnes pœnitentię remedio vnico ac singulari omninò indigere. Omnes quidem in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei.

Ad Rom. 11. d. 32. Duplex enim erat Ioãnis officium. Alterum morbum eiusq; grauitatem, nempè perditionem nostram funditus, indicare. Alterum verò, ne in extremam incideremus despe-

Ioannis officium duplex, nempè morbum ostendere, & medelam præbere. rationem, grauissimum nostrũ malum agnoscentes, remedium vnicum nobis à Diuina misericordia exhibitum, nempè Christum salutis nostræ assertorem, digito monstrare. Hæc sunt duo illa, quæ ad nostram iustificationẽ maximè requiruntur, cognitio videlicet commissi peccati, & gratiæ necessitas, ad veniam consequendam, nec vnũ sine alio cõsistere quoquo pacto in vita gratiæ potest. Lex enim sine Euangelio ad desperationem adigit, per legem quid quàm peccati cognitionem habemus? vt Paulus testatur, ad perfectionem quidem vitæ neminem adduxit lex. Euãgelij autem gratia, absq; peccati cognitione, quid aliud quam securos & cõtemptores facit? Ioannes igitur vtrunque docet, primo tamen peccati agnitionem expostulat, nemo enim Christum perfectè agnoscere poterit, nisi se ipsum priùs probè agnouerit. Hæc est illa D. Augustini vulgatissima sententia, Nouerim me, nouerim te Domine. C Priùs quidem peccato moriendum est: vt deinde Deo viuamus. Priùs corpus peccati crucifigendum est, vt vitæ corpus resurgat. Videratquidem Ioannes vniuersam Iudæã maximis sceleribus cõtaminatam, & vniuersum Respublicæ corpus vlceribus plenum, vt dolens Isaias lamentatur: Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerũt p Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, ab alienati sunt retrorsum. Super quo percutiã vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor merens. A plãta pedis, vsq; ad verticem nõ est in eo sanitas, vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circunligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. In hoc statu Iudaicus populus versabatur, sibi tamẽ de maxima

Rom. 10. d. 3. A xima iustitia ablandiebatur, teste Paulo: Ignorantes quidem (inquit) iustitiam Dei, & suam volentes statuere iustitiam, iustitię Dei nõ sunt subiecti: Et gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Ideò Ioannes, dum in tali statu mundus esset, venit, vt illum à statu suo remoueret, & mortales omnes ad peccatorum veram cognitionẽ induceret, vt peccatis iam prænotis, desyderium magis magisq; cresceret seruatoris, à quo tota eorum pendebat salus requirendi. Quasi diceret: Hactenus mortui in delictis & peccatis fuistis, & tanquam mortui corde facti, nullã vitæ recuperandæ spẽ concipere poteratis, verùm ipse Deus vocem virtutis suæ mittit, quę vos à mortis somno excitare potentissimè poterit. Proinde vt olim Ezechiel in campo illo vastissimo, vbi vniuersæ domus Israëlis ossa cõtinebantur, hinc inde dispersa, & in acerbis conglomerata, vociferabatur, dicens: Ossa arida, audite verbũ Domini. Ita quoque ego missus ad hoc sum ab ipso Deo, vt in vastissimo hoc deserto clamores pœnitentiæ fortissimos emittã, quibus mundum hunc iam emortuum exsuscitem. Proinde, sicut olim Ezechiel, ossa arida proclamabat, sic iam ego Iudæis omninò mortuis clamores emitto, *Pœnitentiam agite.* Hanc deuotissimam & pietate plenam meditationem, de statu humanæ naturæ, quatenus homo per peccatum mortuus fuerat, & per filium Dei erat suscitandus, medio tamen pœnitentiæ, quam Ioannes prædicauit, ex qua vitæ gratiæ incorruptibilitas insurgebat: elegantissimè Athanasius libro de Incarnatione Verbi docet, & per totum prosequitur librum.

Ezech. 37. d. 1.

Athanas. lib. de incarnatione Verbi.

Videamus oportet, quid à nobis exigat Ioannes sub hoc Pœnitentię verbo? Pœnitere idẽ apud Latinos significare constat, quòd dolorem cum displicentia habere de aliqua re à nobis gesta, quam mallemus ex corde à nobis non fuisse factam. Quod si de rebus, quæ in nos errata dicuntur, sic pœnitemus, vt displicentiam & dolorem concipiamus, quãto magis ob peccatum aliquod contra Deum commissum displicentiam & dolorẽ habeamus oportet? & illa certè displicentia cum dolore coniuncta, pœnitentia dicitur, & est. Nonunquam etiam satisfactoria pœna, qua quis admissa peccata veluti compensat, cum illa à Sacerdote confitentibus iniungitur, pœnitentia vocatur, sic illam satisfactionem pœnitentiam vocat Augustinus, & Ambrosius cum reliquis Patribus. Verùm hîc non de externa hac satisfactione loquitur, sed de interna animi displicẽtia cum dolore mista. Apud Græcos vna est dictio, *Metanoete*, hoc est Pœnitemini, resipiscite, & pœnitentiam agite. Pœnitentię Euangelicæ C cultores, nihil aliud hoc verbo intelligere volunt, quàm resipiscere: ita vt pœnitentia nihil aliud sit, quàm nouæ vitæ inchoatio, præteritæ tamen nullam recordationem, nec alicuius tristitiæ, vel signum habere. At verò, *Metanoia*, quæ resipiscẽtia est, qua quis post lapsum ad mentem redijt, non tantum ad mẽtem refertur, sed ad ipsum etiam opus, ad emendationem vitæ, adeòque ad totam hominis conuersionem, quod apertè declarat D. Petrus, dicens: Pœnitentiam agite & D conuertimini. Posteriùs enim prioris declaratio est. Mox subiungit, quare pœnitendum sit. Vt deleantur peccata vestra. Quid sit autem conuerti, in fine eiusdem capitis explicat Diuus Petrus his verbis: Vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Et Hieremias inquit: Si

A Pœnitẽa quid sit.

Pœnitentia est displicentia cum dolore coniuncta.

B Pœnitẽtia est satisfactio iniuncta à Sacerdote.

Augus. lib. de Pœnitentia.

Ambrosius in 11. c. Pauli ad Rom.

Resipiscẽtia vera qualis sit.

Actor. 3.

Hiere. 18. & 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pœnitentiam egerit gens illa à malo suo. Et alibi idem: Si forte, audiente domo Iuda vniuersa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisq; à via sua pessima. Resipiscit autem & ad mentem redit, cui superior vita displicet. At, *Methanœa*, & pœnitentia apud Apostolos & Euangelistas, plus sibi vult quàm resipiscentia. Includit enim in se hoc verbum, non solum consilij mentisq; mutationem, sed etiam dolorem actionum præteritarum. Sic enim Paulus tristitiam, quæ secundum Deum est, velut individuũ pœnitentiæ comitem facit. Gaudeo (inquit) quia contristati estis ad pœnitẽtiam. Contristati enim estis secundum Deum, ita vt in nullo detrimẽtum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Sæculi autẽ tristitia mortem operatur. Hinc manifestum apparet, pœnitentiæ nomen non significare tantum resipiscentiam, aut mentis mutationem, sed tristitiam, C cordisq; dolorem, quod adhuc in verbis, quę sequuntur clariùs ostendit, dicens: Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quãtam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem vel (vt vertit quidam) satisfactionem, sed indignationem, sed timorem, sed desyderium, sed æmulationem, sed vindictam. Vnde satis patet, quanta D. Paulus sub nomine pœnitentiæ includat. Non enim pœnitentiã, resipiscentia admissorum solũm est, sed etiam solicitudo corrigendi errata, purgatio, ac satisfactio, indignatio contra peccatum eiusq; vltio. Certè cum Christus, Ioannes, atque etiam Prophetæ de pœnitentia cõcionantur, integram hominis conuersionem requirunt: nempè, vt is qui pœnitentiam agit, omni hypocrisi & securitate falsa deposita, se coram Deo reum statuat, nec solum ab omni errore, & via mala discedat: viam autem bonam ingrediatur, sed etiam videat, quàm amarum sit, summum illud æternumq; bonum reliquisse. Prætereà vt in amaritudine animæ suæ recogitet dies & actus suos: ad hæc vt seueri iudicis, adeoque tortoris personam induat, ac pœnas de se ipso sumat. Quòd si rectè consideres in his Ioannis verbis: *Pœnitentiam agite*, multa ad veram pœnitentiam necessaria includũtur. Primum postulabat, vt peccata sua agnoscerent, tanquam summi Dei offensiua, & ab introitu regni cælestis excludentia, deinde, quòd eadem vt talia detestarentur, atq; de eisdem ex animo dolerent: prætereà vt nihil non facerent, quò sibi Deum reconciliatum habere possint. Quæ omnia fecerunt, confitendo peccata sua: suscipiendo baptisma Ioannis, ac discendo ab eo, quis esset ille à quo peccatorum remissionem expectarent. Hîc certè habes tres pœnitentiæ partes, contritionem, & dolorem, confessionem, ac satisfactionem. Quæ autem pœnitentia sit facienda ab ijs, qui nõdum aqua Baptismi sunt loti, & quàm diuersa ab ijs, qui iam sunt in Christo regenerati. Vide Driedonem de capti. & redemp. gener. human. c. 1. Tract. 4. parte. 2.

Resipiscẽtia vera, quæ intra se se includat.

2. Cor. 7. b. 8.

B

C

D

Matth. 3. & 4. & 10.

Hierem. 18.

Ezech. 18.

Pœnitentiam agite. In hoc totus erat Ioannes, vt homines ad Christum recipiendum fideliter præpararet, nulla autem melior præparatio fieri poterat, quàm per pœnitentiam: nam cum peccata natura sua diuisionem à Deo faciãt, & peccatores à se omninò arceat Deus. Iuxta illud Isai: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, &c. Pharmacum certè, quo peccata purgantur, pœnitentia est, quæ si recte & vero corde fiat, iniquitatum venena

Hieron. d. 19.

Fulgen. Epist. ad Ioan. Ital.

Ysidor.

A venena expellit, & animę sanitatem confert, gratia Diuina operante. Vnde Ezechiel ait: Conuertimini, & pœnitentiam agite, & proijcite à vobis iniquitates vestras, & nõ erit vobis in ruinam iniquitas. Ideò D. Ioannes, tanquam verus medicus è cælo nobis datus, pœnitentiæ pharmacum nobis proponit, & aqua baptismi disoluit, vt pœnitentiæ Baptismo accepto, & confessione peccati facta, purgati reddere mur, vt à Christo, veram salutem, & perB fectam vitã recipiamus. Itaq; duo nobis insignia Sacramenta, quasi duas tabulas post naufragium, Ioãnes præsignabat, Baptismum scilicet, & Pœnitentiam. Vel vt Hesichius in Leuiticum, vbi de redimenda possessione, quam quis Domino vouerit, inter duos Iubileos, sic ait: Duorum hic annorum remissionis, vel Iubilei memoriam facit, baptisma apertè insinuans & Pœnitentiã. Vterq; enim annus remissionis est, quia perfectam remissionem, vnus C quidem perdonũ gratiæ, alter propter eos qui vacant in oratione & ieiunijs, alijsq; operibus, quæ perficiunt pœnitentiam, possidet. Monebat igitur Ioannes, vt quisq; peccata sua deflere t, ante actam vitam exhorresceret, & se se ad remissionem peccatorum præpararet, non quam ipse, sed Christus largiretur. Vnum hoc à nobis requirebatur, alterum verò à Christo expectabatur.

Pœnitẽtia est pharmacum, quod aqua Baptismali solutũ salutem operatur.

Hesich. lib. 7. in Leuit. cap. 26.

Appropinquabit enim regnum cælorum. Nullam efficatiorem rationem ad pœnitẽtiam vrgẽdam omnibus, Ioãnes exhibere potuit, quàm quod regnum cælorum appropinquaret. Regnum enim cælorum, absq; vlla controuersia vita illa beatifica, quã expectamus, est, quæ tempore Messiæ propriè appropinquare dicitur, quoniam filius Dei incarnatus in mundo iam venerat, qui passione sua regni cælorum ianuas, per peccatum obseratas, nobis aperuit, A ideò appropinquatiam regnum cælorum hominibus appropinquabat, tempore Ioannis Baptistæ, incognitione, quam illis de fœlici illo regno dabat. Quibus expressè promittebatur, regnum cælorum appropinquare. Hinc est, quòd ab illo tempore, quo Ioannes regnum cælorum pœnitentibus prædicare cœpit, tanquam cito comparandum per sanguinem Christi (vt Paulus ait) habemus fiduciam in introitu regni B cælestis per sanguinem Christi. Ab eo (in quam) tempore homines robusti, & in operibus pœnitentiæ se se ipsos exercentes, cælorum regnũ inuadere cœperunt: sic enim testatur Christus, dicens: A diebus enim Ioannis Baptistę, vsq; nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Ad Hebr. 10. d. 19.

Matthæi. 11. b. 12.

Est etiam animaduertẽdum, quòd vbi textus noster habet appropin- C quabit de futuro loquens, emendata Latina exemplaria, in præterito ponunt, *Appropinquauit*. Et sic per præteritum legendum est, non per futurũ, quod sic forsitam positum fuisse credo, ob librariorum in curia nam Græcus textus de præterito ponit, ἤγγικε, hoc est, *Appropinquauit*. Præteritum hîc ponitur, vice instantis, aut iam iam cito futuri: ac si diceret. Regnum illud fœlicissimum, & super vniuersa exoptabile iam vobis appropinquabit: id D quod nunquam maioribus vestris contigit, licet tamdiu, tàm ardenti desyderio, tantisq; clamoribus postularunt. Appropinquante igitur Deo, & vos ea, quæ ex parte vestra, opere exequenda sunt, facitè, ne à tanta dignitate excidatis, & amplissimo regno vobis afarim oblato priuemini. Proinde tantum à vobis abesse debet pristini status complascentia, vt pudeat vos in eo

Regnum cælorum appropinquare quid sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A statu vixisse, ac intimo corde dolere oportet, & lachrymis ora rigare, quòd tam diu ob crimina vestra, in alieno, nempè Satanæ regno, vitam egeritis. Sic demũ dolentes & præteritorũ pœnitentiam agentes, tandem regni cęlestis apti, digniq; efficiemini. Vnde vera vtriusq; status cognitio omninò necessaria est. Sic tandem fiet, vt secundum dolorem quem ex præteritæ vitæ statu concepistis, cõsolationem mirabilem, atque iucunditatem summam, ex promissione regni cælestis reportetis.

B

Ioannes regni cælestis manifestam promissionem fecit, quam nunquam cæteri prophetæ fecerunt.

Hæc est prima & noua regni cælestis prædicatio, quã Ioannes nunc auspicatur. Nemo vnquam Prophetarum, qui ante ipsum Ioannem fuerunt, adeò manifestè regni cælestis promissionem facere ausus fuerat. Fateor quidem in lege veteri supernaturale fuisse promissum patribus præmium, postquam omnes, qui fidem Deo profitebantur (teste Paulo) credebant de Deo, quia est, & quod remunerator animarum esset. Hunc animarum remunerationem credere non poterant, nisi supernaturale præmium, ipsis à Deo concedendum expectarent. Verùm hoc ipsis pollicitum præmium, fuit illis aliquando propositum, cum coniunctione ad bona temporalia, ita quòd in bonis illis temporalibus, quæ promittebantur Iudæis, significabantur quoq; bona spiritualia gloriæ: vt patet ex illo Dei præcepto: Honora patrem tuum, vt sis lõgeuus super terram, &c. quem locum explicans Paulus, ait: Pietas ad omnia valet, promissionem habens eius vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Vbi vides, quòd Paulus interpretatur de vita temporali & æterna. Similiter in Deuteron. Cùm fit sermo de dilectione Dei supernaturali & infusa, ait Moyses, Diliges Dominum Deum tuum, vt illi adhereas & viuas, ipse enim est vita tua. Quanuis hîc expresè vita temporalis promittatur in terra promissionis, implicitè tamen ibi vita æterna in terra viuentium promittitur. Aliquando etiam hæc promissio fit à Deo sine coniunctione ad bona temparalia, id quod constare poterit ex promissione Abrahæ facta: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et apud Hieremiam ait Dominus: Est merces operi tuo. At verò hîc non proponitur hoc præmium, declarando explicitè, quod in beatifica Dei visione situm sit, nec etiam ponitur sub nomine illo maiestatis pleno, nempè Regni cælestis. Nobis verò, qui in statu maioris claritatis sumus, & à Deo electi, & vocati sumus ad admirabile lumen suum, explicite in Euãgelica lege Dei visio & regni cælestis amplissima promissio facta est à Ioanne, dicẽs: *Appropinquabit enim regnum cælorum.* Hinc est, quòd D. Paulus nostri status dignitatẽ considerans ait: Nos autem, reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eãdem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Ex dictis facilè colligi potest, quam præclaram rationem, tanquã ab ipso Spiritu sancto infussam, ad persuadendã hominibus pœnitentiam, Baptista apposuerit, dicẽs: *Pœnitentiam agite.* Quare obsecro? Quoniam huius pœnitentiæ fructus in proximo est, nimirùm vita æterna, quæ nisi corde mundis datur. Et illa in regno cælorum habitantibus datur: *Appropinquat enim regnum cælorum.* Quod nõdum venerat, sed Christo IESV nato, *Appropinquabit*, hoc est, Iam incipit apperiri, eo tandem moriente regnum cælorum apertum est. Ideò ipsemet Christus in Cruce moriens Latroni dixit: Hodie mecum

C

Veteris legis promissiones facte quales fuere.

D

Hebr 11.

Exod. 20.

1. Ad Tim. 4.

Deut. 30.

A mecum eris in Paradyso. Simili modo loquendi vtitur Paulus, eodemque persuasionis genere, Romanis scribens: Postquam enim eos ad legis & mandatorum Dei obseruantiam hortatus fuerat, sic ait: Et hoc scientes tempus, hoc est hanc temporis commoditatem vobis vltro oblatam considerãtes, torporem & somnolentiam excutite. Iã (inquit) hora est nos de somno surgere: ac si apertiùs dicat, Hactenus in delictis & peccatis vestris longam illam noctem legis, somno

B letargico sopiti, quasi mortui fuistis. Iam hora est excitãdi, & vitam aliter instituendi. Quare nunc? Quare hac hora? Quia nunc propriorest nostra salus, quàm cum credidimus: ac si dicat, Nunc regnum cælorum appropinquat: magis quippè propinquum est nunc, quàm patribus fuerat in lege. Nox præcessit, dies autem appropinquabit, abijcia mus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus. Vides Pauluni, Ioannem quodammodo interpretã

C tem? Quid Ioannes clamat? *Pœnitentiam agite.* Quã causam adfers? Paulus reddat, quia in grauissimo somno tota legis nocte miserè iacuistis. Hora est nos de somno surgere, quia nox illa tenebrosa præcessit. Quare tandem dicis tu Ioannes nos oportere, *Pœnitentiam agere*? Quia appropinquat regnum cælorum. Et tu Paule quam nobis causam exhibes? Quia propriorest iam nostra

D salus, quam cum credidimus, quia dies nobis diu desyderatus appropinquauit. Cõsiderat D. Paulus Ecclesiam tanquam si vnica Respublica esset, quæ initia parua habuit, & incremẽta tandem amplissima sortita est: velut in multis Respublicis, ac regnis per vniuersum orbem dispersis factum fuisse historiæ nobis manifestant. Sic quoq; in veteri lege Ecclesia initia imperfecta habuit. In noua verò tempore Christi maxima incrementa spiritualis perfectionis sortita est. In lege veteri tetræ bona pollicebantur hominibus, & hæc in magno habebantur pretio. In noua autem Ioannes legis finem imponens, omnia terrena parui faciens, & tanquam stercora vilissima existimans, fœlicissimum illum cælorum regnum nobis à Deo pollicetur.

Paulus cum Baptista in promissione Regni cælestis cõcordat.

Paulus interpretatur prædicationem Ioannis Baptistæ.

Ecclesia vnica Respublica est.

A *Ecclesia parua initia habuit, incremẽta verò magna.*

Sed iam videamus adhuc deligentiùs, quale sit cælorum regnum, B quod Ioannes nobis pollicetur, dicens: *Appropinquabit regnum cælorum.* Illud quidem Messiæ regnum, quod vnicè Iudæi expectabant. Verùm non solum ostendit regnum Messiæ Ioannes, sed docet etiam paucissimis ãstis verbis, quale futurum sit regnum, & regni status, & dignitas in quo maximè consistat. Expectabant Iudæi Messiæ regnum terrenum, ac temporale futurum. Ioannes ostendit, nihil terrenum in hoc C Messiæ regno esse, sed omnia cælestia & præmia supra humanum ẽaprum esse expectanda, & tantum distare regnum Messiæ, quod iam appropinquabat, à regno, quod sibi obueniendum expectabant, quantum cælum distat à terra: ideò tanto maiori affectu ab ipsis exoptandus erat, quanto maiora erant bona promissa cælestia, quàm terrena.

Messiæ aduẽtus Regnum cælorum est.

Ioannes dum de cælesti regno loquebatur, dicẽs: Appropinquabit regnum cælorum: de regno Ecclesiæ militantis & triumphantis loquebatur.

Et licet regnum cælorum, varijs D modis in Scripturis Euangelicis accipiatur, hîc tamen regnum cælorum accipitur, pro statu regnandi, quo Christus per Euangelicam doctrinã super fideles regnat, in æternumq; regnabit. Sicut enim Regis Hispaniarum subditos illos esse agnoscimus, qui in suo habitantes regno, legibus ipsius Regis, & regni parent, ipsiq; obedientiã exhibent, & eiusmodi obedientiam præstantes, subditos

Euãgelica doctrina regnũ cælorum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A subditos se se illius agnoscunt. Pari quoq; ratione cælorum regnũ, illos omnes esse agnoscimus, qui in Ecclesia militante, ac etiã in illa triumphãte, legibus Diuinis parent, & ipsius Regis glorię legibus obtẽperantes, sub tãti Regis obediẽtia degũt. Cùm ergo Christus constitutus sit Rex à Deo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: eò ergo tẽpore quo ipse Christus ad nos venit, vt regnum militantis Ecclesiæ ad normam cælestis regni institueret, & cælestes illas leges in hac Ecclesia conderet, & regnum sibi cæleste ex Satanæ regno faceret. Ioannes Regis Præcursor prædicare cœpit: *Appropinquat enim regnum cælorum.* Quia Christus Rex potentissimus iam venit ad nos, vt ad sua cælestia regna nos omnes reuocaret: ideò, ipso appropinquante, omnia cęlestia fiunt, & in hac terra regnum cæleste instituitur, nam ipse Rex Christus cælestis est. Primus homo de terra terrenus. Secũdus de cælo cælestis. Eius administratio omninò spiritualis est & cælestis. Leges in hoc regno stabilitæ, cælestes sunt, præmia fidelibus in ea operantibus promissa, cælestia quidem esse debent, habitantes in hoc regno si cælestes sunt vt decet, cælesteḿque conuersationem habeant oportet, vt huius regni ciues, & concines tandem Sanctorum, & domestici Dei declarentur, & sint. Est tandem hæc militans Ecclesia, ciuitas illa, quam Ioannes Euangelista vidit, descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Hæc præparatur & ornamentis vitæ ornatur à Baptista, dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.* Vnam ostendit Ioannes Ecclesiam, quia vnum est regnum Dei, quo regnat in electis in terra, adhuc corpore constitutis, & quo regnat cum sanctis in cælo. Itaq; regnum cælorum appropinquare est, nouum mundi statum instituere, in quo noua vita atque cælestis est auspicanda, de vtroque regno loquitur Ioannes. Proinde oportet veterem pœnitendo relinquere, atq; vltimum iam illi vale dicere. Si enim Israëlitis legẽ veterẽ suscepturis, serio præcipiebatur à Domino, vt se se magno studio sanctificarent, vestimenta sua lauando, & ab vxoribus se ipsos segregando. Quanto magis nos, qui cælestes leges, vnà cum ipso cæleste Rege suscepturi sumus, animas nostras pœnitentiæ nitro diligenter purgare debemus.

Est prætereà in istis Ioannis verbis serio considerandum, quantæ efficatiæ, virtutis, & potentię, leges regni Christi erga sibi subditos sint. Nã licet Reges terreni, tanto erga sibi subditos ducantur amore, vt suis æquissimis legibus eos in pace tueãtur, licet sua protectione eos ab omni hostium expugnatione defendant, licet ipsos liberalissimis præmijs afficiant, id tamen sua auctoritate & potentia efficere non valent, vt legibus suis subditi amore pareant, & ad mandata exequenda ipsis vires adhibeant. At verò noster Rex Christus tantę virtutis atq; potentiæ est, vt subditorum corda, ipsemet inhabitet, & sua virtute leges suas sanctissimas, in cordibus eorũ obsignet, & in visceribus super scribat, faciatque vt in præceptis suis, absq; vlla cunctatione ambulent. Dabo legem meã (ait Deus de hac noua lege loquens) in cordibus eorum, & in visceribus eorum superscribam eam, &c. Hinc est, quòd dixit Christus: Ecce regnũ Dei intra vos est. Hoc præcipiebat Apostolis prædicare & recipientibus Euãgelium dicere: Appropinquabit in vos regnum Dei. Hoc est, lex, legislator, ac adeò rex ipse intra cordiũ vestiorum

Psal. 2 b. 6.

Regnum cælorum in terra instituitur.

1. Corint. 15. f. 47.

Regni cælestis ciues quales esse tenentur.

Apoc. 12. d. 2

A vestrorum penetralia est, postquam Deus ipse vestræ se vniuit naturæ. Est ergo regnum Christi, quo per spiritum suum, & Euangelij fidem, in electorum mentibus regnat, sanctificans eos ac saluans. Sic omnia, quæ Christi sunt, spiritualia sunt, atque cælestia. O vtinam mortales hanc tantam gratiam meditarẽtur, & toto cordis affectu eam amplexarentur, quàm serio terrena despicerent, & velut stercora reputarẽt! quãto cordis dolore pœnitentiam salutarem arriperẽt. Ioannes ad illam exercendam inuitat, propter tẽporis cõmoditatem: maximã enim cõmoditatem indicat, quoniam appropinquauit regnũ cælorum. Isto modo prædicandi, & à temporis cõmoditate homines exhortandi, Isaias vsus fuerat, & D. Paulus post ipsum, sic dicens: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis. Nulla maior prudẽtia, quàm occasione oblata, boni vtilis & honesti, illam prætereiri non pati: occasionem enim oblatam si semel amiseris, vix vnquam illam reperies. Hinc est, quòd sæpè in sacris literis inuehitur Deus in peccatores, quòd temporis commoditate non vtantur, ad bona supernaturalia sectãda: & in hac parte brutis animalibus inferiores sumus, bruta enim ac rationis expertia, quæ tantũ naturæ instinctum sequuntur, secundum temporis commoditatem, sibi ipsis cõsulere nouerunt, & occasionem nulla ratione prętierire sinunt. Hæc est illa iusta Hieremiæ querela, qua cõtra peccatores inuehitur, dicẽs: Nullus est, qui agat pœnitẽtiam super peccato suo dicens, quid feci? Miluus in cælo cognouit tempus suum, ciconia, turtur, & hirundo cognouit tempus aduentus sui.

Regnũ Christi est, quando in electorum cordibus regnat ipse Deus.

Commoditas prædicandi.

Isai 49.

2. Cor. 6. d. 1.

Occasio non est prætermittenda.

Hierem. 8. c. 7.

Populus autem meus nõ intellexit A iudicium Domini: Quare dicitis sapientes nos sumus? &c. Et Salomõ in Prouer. Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quæ cũ non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibũ sibi & congregat in messe, quod comedat.

Prouc. 6. d. 6.

3 *Hic est enim, de quo dictum est per Isaiam Prophetam, dicentẽ: Vox clamantis, &c.* Ad confirmandam Ioannis prædicationem, & ostendendum in ea nihil aliud prædicasse, quàm id ipsum, quod Euangelicus Propheta Isaias prędiderat, & prędixerat, ait: *Hic est enim, de quo dictũ est per Isaiam.* Figamus hic paulisper pedem, & cõsideremus quantus sit Ioannes, nam considerata magnitudine eius, qui venturus nunciatur, sublimitatem tanti Præcursoris facilius æstimare possumus. Et licet multa de ipso Euangelistæ omnes dicturi sint, plura quàm de ipsa Virgine Deipara, hinc tamen Matthæus exordium sumit, vt dignitatem eius, magni meritò faceremus, nempè quod non modo missus fuerit à Deo, vt Præcursoris officiũ faceret: Sed etiam ipsius missio, longo tẽpore antea ab Isaia, quę Septingentis, & quinquaginta annis, antequàm Ioannes veniret, fuerat prænunciata. Magnus quidẽ erat Ioannes, quandoquidẽ fuit orbi promissus, multo antequàm nasceretur, non à quouis, sed ab ipso Deo, nec per quosuis promissus, sed per Prophetas Dei, & in scripturis sanctis: & per Euangelicũ Prophetam Isaiam, qui statim vt filius Dei ab ipso promissus fuerat, & vniuerso orbi aduentus ipsius, & bona, quę cum illo nobis ventura erant, prophetarat. Protinus ad Ioannis promissionem veniens, ait: *Vox clamantis in deserto: Parate, &c.* Quæ omnia considerantes, omnes quatuor Euãgelistæ, qui de Christo scripsere, annuncia-

Ioannis Baptistæ encomium.

Ioannes Baptista à Prophetis prænunciatus, & à quatuor Euangelistis declaratur.

Isai. 40. d. 3.

Matth. 3 a. 1.

Marc. 1. d. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.3.d.3. A annunciationem hanc inſignem de Ioanne, per Prophetam Haiam factam, tanquam ad Chriſtum credẽdum, & recipiendum ſummè neceſſariam, ſtudioſè poſſuerunt, non ſemel, ſed ſæpè. Prophetiam quoque Malachiæ, Matthæus, & Marcus teſtãtur: Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã, &c. Nequis ſuſpicetur, aut de Gabriele Chriſti cõceptum annunciante, aut de quouis alio Angelo, ſeu Archangelo, ex nobiliſsimo Angelorum cętu dictum fuiſſe, ipſamet veritas omnes dubitationis vias occludens, quaſi digito Ioannẽ oſtendens, poſt mirabile encomium laudis de ipſo factũ, ait: Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum. Et Euãgelicus hiſtoriographus Marcus, his Chriſti verbis innixus, Euãgelij ſui exordium ab hac duplici prophetia de Ioanne, tot retro ſæculis pronuncia ta, facit, dicens: Initium Euangelij

Marc.1.d.2. C Iesv Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptũ eſt in Iſaia Propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuã,

Malac.3.d.1. qui prępparabit viam tuã ante te. *Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Vt ergo ſciamus, de quo Iſaias & Malachias prophetarãt, ſtatim ſubiungit. Fuit

Iſai.40.d.3. Ioannes in deſerto baptizãs, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Nec verò in Prophetis ſolum præſcriptis, ac

Ioannis natiuitas. D per eos orbi promiſſus fuit Ioãnes, verũm etiam per Angelũ non quemuis, ſed Gabrielem incarnationis Iesv Chriſti nuncium. Natiuitas Ioannis, nomen, & vita, & functio, ſatis quidẽ magnificè prędicta ſunt, quemadmodũ apud Lucam videre eſt. His accedit, quòd ſuprà naturæ leges conceptus fuit, necnon etiam

Luc.1.f.57. præter ordinem rebus indirum, ſanctificatus, & ipſe fuit antequam natus, & quod magis adhuc admira-

Ioannes præter ordinem naturæ conceptus ex ſanctificatus fuit.

tione dignum eſt, non dum Ioannes A in lucem editus, Saluatorem mũdi, quem Virginis vterus, ad huc clauſum cõtinebat, agnouit, & prægaudio intra materni vteri penetralia miro modo ſubſiliebat, & exultabat, Dum ipſe naſceretur, quid contigit? Mirabantur cuncti, dicentes: Quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cũ illo. Pater prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſraël: Mater nomen dedit contra cognatorum, & amicorum votum, qui omnes Zachariam B ipſum appellandum iudicabant: At mater nequaquam (inquit) ſed vocabitur Ioannes, & cum iam puerulus eſſet, domo paterna, parentibuſq; relictis, Diuino conſortio in deſerto fruebatur, mirabili inſolitaque pœnitentia corpus ibi macerare nõ ceſſabat, ſucco melis ſilueſtris, & lãgoſtis pro cibo vtens. Veſtitus aſperrimus illi erat, ex camellorũ pillis acutiſsimis punctis cõtextus, ad C carnes vtebatur: ſic tandem arte Diuina, à Deo fuit elaboratus, tot virtutum generibus ſic perfectiſsimè exornatus, vt ipſemet Deus facturæ ſuæ admiratus ſit, & cum iuramẽto teſtatus fuerit: Amen dico vobis, inter natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus, Veteris Teſtamenti (inquit) finis, & noui principium eſt baptiſmus. Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierũ nullus: qui finis erat D Prophetarũ: omnes enim Prophetæ, & lex vſq; ad Ioannem. Et ideò erat rerum Euangelicarum principium: Initium enim Euãgelij Iesv Chriſti, & quæ ſequuntur erat Ioãnes baptizans baptiſma. Etiam dixeris Heliam Thesbitem eſſe in cælũ aſſumptum, attamen nõ eſt hic maior Ioanne. Enoch trãſlatus eſt, ſed non maior eſt tamen Ioanne. Moyſes maximus Legiſlator, & omnes

Prophetæ,

A Prophetæ, ſed non maiores Ioãne. Non ego Prophetas Prophetis audeo comparare, ſed ipſe Dominus noſter & illorum, & Dominus Iesvs pronunciauit. Maior inter natos mulierum Ioanne non ſurrexit. Non inter natos virginũ dicit, ſed mulierum: Magni ſeruiad conſeruos comparatio, filij verò ad ſeruos minimè comparanda eſt gratia, & excellẽtia. Hæc Cyrillus. Quorſum tendunt hæc omnia? vt oſtendamus

Quare in Baptiſta tanta gratiæ diſpoſitio. B diuinas has & varias diſpoſitiones à Deo in Ioanne factas, eò tandem mirabili ſtudio factas, vt Ioannem miniſtrum idoneum à Deo factum, ad tantum miniſterium, vt teſtimonium periberet de lumine, agnoſcamus: qui tanta claritate per vniuerſam Iudæã ipſe fulgebat, vt omnes

Ioannes lux credebatur eſſe à populo Iſraëlitico. illum eſſe lumen illud promiſſum crederent, adeò vt ipſe Euãgeliſta, qui de eo teſtabatur, diceret: Non erat ille lux, ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine: & ipſe met Ioan

Cyril. ibid. C nes de ſe ipſo teſtaretur dicens: *Ego vox clamantis in deſerto.* Vnde Cyrillus Magnus (inquit) Ioannes. Sed quid is ad Dominũ? Magnifica vox clamantis, ſed quid ad Verbũ? Clariſsimus præco, ſed quid ad legem? Bonus ille qui baptizabat, ſed quid ad illum, qui baptizat in Spiritu ſancto, & igne. Vox dicitur Ioannes. Chriſtus verò verbũ, eò quòd vox

D. Ambroſ. D præcedit, verbum autem ſequitur: vox ipſa verbo inferior fuit, vt potè in articulata. Vnde D. Ambroſ. benè (inquit) Ioannes vox dicitur, verbi prænuncius, quia vox præcedit, & eſt inferior, verbũ ſequitur, quod præcellit. Hoc natura comparatum eſt, vt vox, eò ipſo quòd ſignificat conceptum, euaneſcat & defluat, eſt enim aër verberatus. Ita cõ

Vox quid ſit. tigit Ioanni, qui ante quàm Chriſtum homines cognoſcerent, nomẽ celeberrimum per vniuerſam Iudæam habebat. Adeo, vt D. Lucas te

ſtante, vniuerſus populus ad eum A confluereret, at poſtquã fides in Chriſto, quæ à Ioãnis teſtimonio habuit exordium, incrementa habere cœpit: ſtatim Ioannes decremẽtum habuit, nam omnes, Ioanne relicto, ad Chriſtum accurrebãt. Id quod diſcipulis Ioannis male habebat, & propterea conquerebãtur ſuo præceptori dicentes. Rabbi, is qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, hic baptizat, & omnes poſt illum vadũt. Quibus ipſemet Baptiſta ait: Hoc ergo gaudium meũ impletum eſt: illũ enim B oportet creſcere, me autem minui.

Vox clamantis in deſerto. Hebrææ linguæ, Idiotiſmus eſt, non infrequens in ſacris literis. Ita & Moyſi dixit Deus: Aaron erit ὁs tuum, & Iob: Eram (inquit) oculus cæco, & pes claudo. Ita hîc, *Vox clamãtis*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Vox clamans. Eãdem loquendi figura vtitur Paulus. Pauperes ſanctorũ, pro Pauperibus ſanctis dixit, Myſterium pietatis, pro Myſterio pio, Vas electionis, pro Vas electũ, Filius dilectionis, &c. Vox quidem ſenſibilis, vt cunctis manifeſtũ eſt, ideò profertur, vt res ſignificata per vocẽ, confeſtim ab audientibus intelligatur. Ita quoque factum ordinatumq; à Deo fuit, vt Ioannes Baptiſta mitteretur mundo, qui vitæ vocis oraculo, non ſcripturæ alicuius miniſterio, filium Dei incarnatum prędicaret, qui cõfeſtim ab hominibus credendus, videndus, & cognoſcendus D erat. Nonnulli dubitãt an hæc Iſaię Prophetia, ad literam, intelligere oporteat de Ioanne, an generalius potius accipienda ſit: ita vt hęc vox intelligatur de Petro, de Paulo, & de cæteris Apoſtolis, ac Apoſtolicis viris, qui totis viribus clamoſiſq; vocibus per orbem concionantur, & in eo toti ſunt, vt intra cordiũ penetralia, vias rectas Domino

Vox clamantis, Idiotiſmus linguæ Hebrææ eſt.

P aduenienti

Universidad de Deusto
Biblioteca

A aduenienti parare studeant. Verùm licet omnes generali nomine prǫcones Dei sint,& voces dicantur,non tamen prophetia de quoquã mortalium intelligenda venit, nisi de solo Ioãne Baptista:cæteri omnes per regiones & vrbes concionabantur, Ioannes verò in deserto:ideò ad differẽtiam vniuersorũ,prophetia dicit:*In deserto*. Vt inde Ioannis excellentiam super omnes mundi cõcionatores accipiamus: tam de nomine,quàm de ipso Propheta dixerat:
B *Vox clamantis, &c. Parate viam Domini*,idem est,quod Ioannes dixit:*Pœnitentiam agite*. Nulla enim alia via peccantibus patet aditus ad salutẽ, nisi per pœnitentiam.

Breuis interpretatio cap. 40. Isai.

Vox clamantis, &c. Licet tota hæc Isaiæ prophetia de Christi aduentu exponatur,non tamẽ de solo Christi aduentu fuit facta,vt multi Doctores testantur, sed deliberatione etiam à captiuitate Babylonica,quę
C sub Cyro & Dario fuit facta,licet vmbra & figura sit libertatis totius generis humani per Christũ factæ.

Isai. 40.

Hinc est,quòd à principio cap. 40. vsq; ad finẽ, grauissimis verbis omniq; cõsolatione refertis, populum

Hebrei,de libertate populi à captiuitate Babylonica,c.40. Isai. intelligunt.

Israëliticũ consolatur,dicens:Consolamini, cõsolamini populo meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem,& aduocate eam,quoniam completa est malitia eius. Sic legendum esse,Militiam,& nõ Malitiam,ex Hebræo constat: Completam autẽ dicit militiã : ac si dixisset.
D Vestræ captiuitatis tempus, in quo grauissima à tyranno milite passi estis,completum iam est. Vnde dissipationem illam, & vastitatẽ, quæ erat in captiuitate,desertum vocat. Nam facies Israëlitici regni, vasta ac deformis ominò erat, si ad delitias, quibus antea fruebatur respiciamus: idèò meritò deserto cõparatur,in quo omnium,quę vsui vitę necessaria sunt,planè destituuntur, omnes sic Israëlitæ solatio carẽtes, A
de salute desperabant. Quum igitur Deus liberando Israëlitas de manu Babyloniorum,adumbrauerit verã populi sui libertatem : sequitur, vt ea quæ dicit Isaias tunc, nõ esse adimplenda per Messiam,atq; ideò dicimus,Spiritum sanctum potius libertatem nostram à captiuitate Dæmonis,indicare voluisse, per Christum factam,quã eam,quæ per Cyrum & Darium facta est Israëlitis. Quod autem ad hũc scopũ Spiritus B
sanctus tẽdat, manifestum facit, id quod de Ioãne in ipsa prophetia sequitur,dicẽs:*Vox clamantis in deserto*. Vbi non modo libertatem vaticinatur Propheta,sed & huius etiam libertatis prǫconem ostendit,nempè eum de quo Euangelista dicit : *Hic est enim de quo dictũ est per Isaiam Prophetam, dicentem : Vox clamantis, &c.* Atq; adeò ipse Ioannes de se ipso testatur,dicens,*Ego vox clamantis in deserto*. Epiphanij sententia mihi summè placet,qui ait:Ioãnem fuisse voC
cẽ talem qualis ea esse solet prǫconis,quæ audientiam facit,& indicit silentium in media contione omnibus,quando Rex aut Imperator est verba facturus, & attẽtos facit auditores tantũ,vt posteà Regis verba audiãt: Talis enim (inquit) fuit vox Ioannis, quæ mundo silentium indixit, vt verbum æterni Patris audiret, Fuit (inquit) vox prǫconis, quæ audientiam fecerat apud omD
nes de verbo Dei verba facturos. Tale quidem erat officium Ioannis, quale in libro Genes. legitur: Cùm enim Ioseph à Pharaone fuisset in Ægypto exaltatus, iussit vt insidens Ioseph currui cum maxima maiestate & ampiitudine duceretur, cui antecedebat prǫco,qui clamabat,vt omnes genu flectẽrent corã Ioseph, & prǫpositũ cũ agnoscerẽt vniuersæ terræ Ægypti. Hæc historia certè fuit typus huius mysterij. Nam filius

A filius quidem Dei,humanæ naturæ vnitus, plenus gratia & veritate, missus in mũdum fuit à Patre, cum maxima dignitate, nempè Messiæ assertoris humanæ salutis : vt ergo homines in illum crederent, & ipsum, tãquam vnigenitũ Dei filium, adorarent,præmissus est ante illum Ioannes prǫco clamans in deserto, & ipsum ostendens, ante quem omne genu flecti debet,& omnes illum agnoscere tenentur, tanquam vniuersæ terræ propositum & saluatorem. Hæc est illa insignis Ioannis
B prærogatiua,ratione cuius à Christo plusquam Propheta vocatur, quia tanquam legatus & prǫco,mũdo declarat Deũ esse iam carni vnitum. Mihi etiam summè placet Epiphanij sententia,qui Hæres. 69. circa medium,sic ait: Vox est præparatiua auditus hominum,primũ enim in articulatam vocem sonantẽ reddere solent clamantes, & longinco vocãtes eos,qui ab ipsis aliquid audire debent. Et vbi illi vocem solam
C audierint, & mentem ad audiẽdum conuerterint, aureſq; præparauerint,tunc is,qui sonantem vocẽ emisit,de cætero destinguit sermonem, quem dicere voluit. Sic etiam Ioannes,Vox fuit aures hominum præparans: non enim erat ipse verbum, sed post ipsum venit verbum. Hæc Epiphan. Erat ergo Ioannes Vox, sed vox quidem Dei clamantis. Tota Trinitas per Ioannem vocem mũdo dedit. Sicut enim Ioannes totiùs
D Trinitatis vox est missa, vt Christũ ostẽdat. Ita Christus, qui quatenus est cõceptus intellectus paterni,verbum Patris dicitur,id est, interpres sensuum & voluntatis Patris:sic ergo Verbum est totiùs Trinitatis. Enũciauit enim hominibus,quę tota Trinitas enunciare volebat.

Viam Domino parate quid sit.

Parate viam Domini, &c. Topica locutio est,vt etiam Zacharias de Ioãne dixerat,præibis ante Dominum parare vias eius. Nihil aliud per viã & semitas intelligit, quã vt auferamus omnia,quęcũq; ad Dominũ venientẽ remorari,aut offendere possint,efficereq; vt magno cum amore pariter & honore,à populo recipiatur. Loquitur hîc Propheta more eorum, qui aduẽtui Principis ad suam ciuitatẽ gratulantes, summo studio curant, omnes vias,per quas venturus est,purgare,lapides,lutũ, cæteraq; impedimẽta amouere, ita vt viæ sint planę,& ingressus placidus & amenus. Eo sanè modo nos Ioãnes hortatur, vt animas nostras
B pietatis studio paremus, omnia peccatorũ impedimenta amouentes, si Christũ ad nos venientem dignè recipere studemus. Non dixit, *Parate vias vestras*,sed *Viã Domini*. Viæ quippè nostræ peccata sunt, Viæ verò Domini virtutes. Ideò ait Dominus per Isaiam: Nõ sunt viæ vestræ,viæ meæ. Via Domini est, quæ ducit ad Bethsames, hoc est ad domũ solis,
C per quam eunt vaccæ, legem Dei secũ ferentes. Hominũ autem via est ea,quæ ducit à Hierusalem in Hiericho,de hac via Salomon. Via impiorũ tenebrosa,nesciunt vbi corruãt. Et in Ecclesiastico : Via peccãtium cõplantata est lapidibus,& in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Relinquamus igitur vias nostras, nos ad æternos cruciatus ducentes, & viã Domino paremus, eumq; ad nos venientẽ recipiamus. *Rectas facite semitas eius*. Cõprehendiosior solet
D esse semita quã via,nã via lata cõmunis prætereuntibus est, semita verò licet stricta sit,minori tamẽ tẽporis spacio perficitur iter,ab iter agentibus. Tẽpore legis,lata erat via, qua incedere solebãt Iudæi : nã diligere diligẽtes, & odio prosequi odiẽtes lata certè via erat: at verò odientes diligere ex mandato Dei, arcta, & stricta via est,per qua nec humanus animus, nisi gratia Dei spiritualis

Viæ nostræ quæ sint,quãq; à viis Domini diuersæ.

Luc. 1. g. 76

Isai. 55. c. 8.

1. Reg. 6. d. 2

Luc. 10. c. 30

Prou. 4. c. 19

Eccl. 21. b. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

A factus, sic trāsire poterit. Nō viam tantum in lege tritam parare prę cipit Ioannes, hoc est, legem seruare, sed semitas perfectæ iustitię rectas, hoc est, consilia Euangelica nos facere ad vitæ æternæ faciliorem cōpēdi osioremq; viam, hoc hortatur Ioannes dicens: *Rectas facite semitas, &c.* Hoc quidem manifesto exēplo nobis Dominus docuit, quando populum Israël ex Ægypto deduxit. Tunc enim non recta via, licet per amplam & latā iter ostendit Iudęis,
B sed per ambages duxit, ostēdere volens quod per legē, quæ veluti pædagogus erat, per vmbras, per cęremonias, per vaticinia Prophetarū, quę cōmunis & trita via erat, & ampla legis itinera, Christus agnoscēdus, licet multo cū dispendio erat, alioqui si per strictas semitas Israëlitis non incognitas, ductus fuisset, prætędio populus Israël defecisset. Nec hoc mirū videri poterat: nam sunt tanta Christi, & legis nouæ mysteria, vt nisi tot essent typi, tot figurę,
C tot Prophetarū prædictiones, tām expectatus Christus à Sāctis Patribus, nisi toties prędictū esset, adesse iam illum expectatū, nisi Prophetę Prophetico clangore toties personuissent: Adest iam, Ecce venit & non tardabit, præitineris longitudine defecisset Israël. At vero Christus veniens, iam Ioannes nos ducit per semitas, etiam vt & recta via, & per semitas adhuc breuiores ad Christū agnoscendum veniamus,
D nō per amplā illam legis viam Deū agnoscere, nec per ambages vmbrarū, & cæremoniarum legis, voluit ostendere nobis Deum, sed per breuiores semitas, relictis typis & vmbris, Christū digito ostendit, dicēs: *Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mūdi.* Qui est etiam nobis via veritas & vita, & sic tandem breui cōpendio ad veritatem Euangelicam, relicta lege Mosayca, properarent Iudęi.

Prophetia Isaię ostēdit nobis modū viam Domino parandi, rectasq; faciendi semitas eius, dicens: *Omnis vallis implebitur & omnis mons, & collis humiliabitur, &c.* Miras nugas Iudæi confingunt, circa hanc Isaiæ prædictionē. Fatētur quidem totum hoc Isaiæ capitulum de Christo vero Messia manifestè profetare. Verū de ijs, quæ in aduentu ipsius euēturа erant, circa hunc locū somnia cō fingunt, & tanquam vera nobis proponunt. Dicunt enim grande miraculū futurum, nempè quòd in aduē tu ipsius vniuersam terrę habitabilis superficiem, Diuinitus fore cōplanādam per vallium elevationē, & montium depressionem. Quorsum hoc? vt fic tandem omnibus sublatis impedimentis, Iudæi per vniuersum orbē dispersi, facilè possint omnes in Iudæam ad Messiam recipiendū congregari. Hoc miseri dicere audebant, ex hac prophetię audaciam sumētes. Verū longè à prophetiæ veritate eos aberrare notissimū est. Nam hæc prophetia locu-
C tio parabolica est: qua ostenditur, quòd veritate Euangelica corruscante, iter per quod ingrediētur homines, facilè futurum sit, & expeditum. Omnia illa, quæ in genere humano impedimenta erant, siue per peccata, siue per legis difficultatem tollentur, sic tandem omnis vallis exaltabitur, id est, qui manent nūc peccatorū pōdere pressi, per Christi Euangeliū erigentur, & omnis
D mons, & collis humiliabitur, hoc est, qui nimiū sibi fidebant, desistēt sibi fidere: & sic tandem erūt prava indirecta, id est, asperæ, distortæ, & intractabiles feritate, discēt mitescere ad Christi doctrinam, præbebūtq; se docile formandos; ab ipsis Apostolis: *Et revelabitur gloria Domini, &c.* Ac si dixisset: Tale aliquid opus exhibebitur, per quod Dominus glorificabitur, cedetur nobilissi-

A nobilissimum quoddam exemplum humanitatis & benignitatis Dei, quādo prava ista fiant indirecta, & aspera in vias planas conuertentur. Tunc videbitur, quā bonus sit Dominus, quādo spiritus Domini effundetur super omnem carnē, quādo in illis regionibus, vbi colleban-
A tur Ioues, Mercurij, ligna, & lapides, adorabunt Deum in spiritu & veritate: tunc agnoscent omnes, quòd os Domini locutum est. In voce, Caro, significantur omnes, qui ad doctrinam Euangelij, cor afferunt carneum, id est, qui præbebūt se docile.

EXPOSITIO.

B 4 IPSE *Autem Ioannes, &c.* Graphicè depingit Matthæus, quā sit idoneus Christi minister Ioannes, tum ex prophetia, tum ex prędicatione, tum etiam ex vitę extrema austeritate: vt intelligamus, quales sibi Deus ministros eligat, & quanto eos studio ad tam arduum ministerium paret. Idoneos (inquit Paulus) nos fecit ministros. Primo quidē possuit electio
C nē Ioannis, qua ipse Deus ante mundi cōstitutionem ipsum ad præclarū hoc munus elegerit, vt præiret ante illum, parare Domino plebem perfectā, quā nimirum electionē Isaiæ Prophetæ Deus reuelare decreuit: idq; tā exactè & perfectè, vt ex voce quidē eius omnes agnoscerent eum, ad hoc munus à Deo electū fuisse, id quod de nullo alio Prophera vaticinatum legimus. Vox enim ipsius omnium Prophetarum voces longè excellebat: cōcionabatur in deserto, & audiebatur in vniuersa Iudæa: *Exibant ad eum, Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanē.* Vaticinatus fuerat Isaias

In voce Ioannem offendebat Deus.

D locum, vbi sedem ipsi & Cathedrā docendi figere decreuerat Deus, videlicet in deserto. Ibi quidē concionatus est Præcursor Ioannes, ne limites cōmissionis excedere videretur. Præscripserat tandē Deus Ioāni formam verborū, & verba ipsa, quæ populo suo erant proponēda, videlicet: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur, omnis mons, & collis humiliabitur, &c.* Hæc eadē verba Ioannes miro cōpendio propos-
C suit, dicēs: *Pœnitentiam agite.* Et quod idē Propheta pollicetur, dicens: *Videbit omnis caro salutare Dei.* Id ipsum Ioānes promittit, dicēs: *Appropinquabit enim regnū cælorum.* Meritò itaq; Matth. noster demonstrationē elegantem fecit, ac illum esse ostēdit, quē digito quodammodo ostenderant Prophetæ, & Ioannem istum eūdem esse, quē tanto studio Deus sibi elegerat in Præcursorē, & ideo per Euangelicum Isaiam Prophetā eum demonstrauerat antea, dicens: *Vox clamantis in deserto: Parate, &c.* Postquā autē Diuinam electionē,

Locus vbi Ioānes cathedrā fixit, Isaias ostendit.

Euangelium cum Isai. concordat circa Baptistæ officium.

TEXTVS.

4 IPse autem Ioannes habebat vestimentū de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. 5 Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur, ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibus ornamentis ad munus ſuũ exercendum decoratus Ioannes prodeat.

A pariter & vocationẽ, Euangelicus ſermo nobis inſinuaſſet, qualẽ ſe ſe Ioannes, vt tàm præclarę vocationi reſponderet, præſtiterit, quibuſq; ornamentis ſuo officio dignis, in publicũ decoratus prodierit, oſtẽdit, dicens: *Ipſe autem Ioãnes habebat veſtimentum de pilis camelorum.* Qui pœnitentiã prædicabat, & pœnitẽtiæ leges omnibus præſcribebat, æquum ſanè erat, vt in ſe ipſo auſteritatem, ac vitæ rigorẽ oſtenderet, quò faciliùs homines, non modo verbis mouere, ſed operũ exemplis ad pœnitẽtiã induceret. Ideò in victu pariter & amictu exactam pœnitentiæ formã reddebat. Id enim inſtinctu Spiritus ſancti feciſſe, quis dubitat? Voluit enim Deus nouo iſto ſpectaculo ſingulariſsimę pœnitentiæ & patientiæ torporẽ hominũ excitare, quemadmodũ quõdam Prophetas ſuos Deus, quædã facere præcepit, quæ ſtulta hominibus videbantur. Nã Iſaiam iuſsit nudũ prorſus per ciuitatẽ incedere, Iſa. 20. Hieremiã catena lignea ſpõte ſua circundatũ abire. Hiere. 28. Ezechielẽ comedere panẽ, in fimo bouino coctum, & per dies treſcẽtos & nonaginta dormire ſuper latus ſiniſtrũ, & per quadraginta ſuper latus dextrum. Ezechiel. 4. & caput, ac barbã radere, & pilos in medio foro in ſtatera põderare, & vnã partem cremare, alteram cõcidere gladio, tertiã diſpergere in ventũ, aliãq; ligare in ſummitate pallij. Ezech. 5. Sic deniq; Ioannẽ Baptiſtã filiũ Pontificis, iuſſit habitare cum beſtijs, indui pilis camelorum & veſci locuſtis.

Vitæ rigorẽ quem Ioãnes habuit.

B

Hierem. 28.

C

Ezech. 4.

Ezech. 5.

D

Erat enim veſtimentum de pilis camelorum confectum. Gerebat (inquit Anſelmus) habitũ pœnitentiæ, dum cilicio camelino indutus eſſet. Erat enim veſtis hiſpida, è pilis camelorũ contexta, & ad corpus afligendũ ſtudioſè compàrata: dicit enim ex pilis camelorũ. Vnde ſatis conſtat, veſtem Ioannis, ex pilis hiſpidis camelorũ fuiſſe contextam, quò magis populũ ad pœnitentiã prouocaret (abundat enim ea regio camelis) non autem pro veſtimento illi fuiſſe cameli pellem aliquã integrã, vt pictores (licentia qua vti ſolent, depingunt) credam, cũ nullus Euangeliſtarũ ſit, qui hoc dicat. Sed potius ciliciũ rigidiſsimũ ſanctiſſimis ipſius manibus confectũ, eo ſtudio & arte, quo pœnitẽtię ſtudioſiſsimus, rigidius facere poterat: vt Paulinus Epiſtola. 10. ad Seuerum, ait:

Anſelmus in Matth. c. 3.

Ioãnis veſtis qualis erat.

A

B

Ioannẽ pili camelorum hirto tegmine veſticbant. Et in carmine de Ioanne Baptiſta, ſic ait:

Veſtis erat curui ſetis intexta cameli
Contra luxuriẽ, moles duraret vt artus.
Arceretque graues compunctio corpore ſomnos.

Non tamẽ poſſunt ſibi ſectarij perſuadere, quod præter morẽ aliorũ, Ioannes fuerit veſtimento vſus, ſed potius vſitato veſtitus genere, quale illi, qui montuoſa loca habitant, indui ſolent. Hoc ſanè modo dicendi vtuntur Hæretici, vt ſanctiſſimũ Ioannẽ ſua veſte expoliatum relinquant, & aliena induant. Philoſophantur enim Hæretici non pauci, ſed in primis Cẽturiatores Magdeburgenſes lib. 1. c. 10. multa de ſanctiſsimo Ioãne indigniſſima, quibus vitę ipſius ſtatum & perfectionem, labefactare nituntur. Quas blaſphemias iniquiſsimè cõtra Sãctiſsimũ Ioannẽ in ſuis centurijs promulgaras, ferre no valens, Inſignis ille vir Pater Petrus Caniſius Societatis Iesv, in defenſus Hæreticorũ propugnator, integrũ libri ũ de corruptelis verbi Dei in ſcriptũ, omni pietate ſimul cũ præclara doctrina refertum edidit. Qui in eo blaſphemias omnes aduerſus D. Ioannem cõmentatas labefactare nititur, & hæreticorũ nugas ſacrarũ Scripturarũ teſtimonijs euertere. Nõnulla breuiter

C

D

A breuiter attingemus. Aſſerere non verentur Hæretici, quò impudentius Euangeliſtarũ verba interuertant, Ioannẽ pro cõſuetudine loci, tale geſtaſſe in dumentũ, quale cęteri eremi incolę geſtare ſoliti erant. Si quæras, quale indumentum hoc eſt? Reſpondet Victorinus Strigelius: Ioannis veſtimentum fuiſſe pànũ contextum ex pilis camelorũ, quo tenuiores homines in Oriente vtuntur: Reſponder etiam Cytręus in hunc locũ, ſic dicens: Veſtis Ioannis erat cõtexta ex pilis cameli, ſimilis ei, quã hodie vulgo à camelis vocamus Chamelot. Latinè veſtis vndulata dicitur, quę nõ eſt ſordida, nec valdè pretioſa. Quis obſecro huiuſmodi hominũ impudentẽ audaciam, æquo animo ferre poterit? Vndulata veſtis, quã ex chamelot, quod nos dicimus lingua noſtra vulgari, veſtem pretioſam eſſe, quã nos inter ſericeas cõnumeramus, quis dubitat? Ioannes ne veſte pretioſa indueretur, dum in deſerto extremæ pœnitentiæ exemplũ exiberet, credibile eſſe poteſt? immò nec cõmuni veſte vtebatur. Non enim Euãgeliſtę, ſi de cõmuni hominum veſtitu verba feciſſent, tantopere à veſtitu eum cõmẽdaſſent, immò ipſe Chriſtus mirũ in modũ Ioannem cõmẽdat, quòd ſibi non cõmunem, ſed auſterrimã veſtem paraſſet. Quid exiſtis (inquit) in deſertum videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Ioannis itaq; veſtimentum ſetis contextum erat, nempè cilicium aſperrimum, quòd illo pro veſte, ſeu tunica vtebatur, ſicut vniuerſi Eccleſię Doctores teſtantur, Chryſoſt. hic, & Homil. 1. in Mar. D. Hieronym. hic. & q. 1. ad Algaſiam. & Epiſt. ad Lætam, de inſtitutione fili. Gregorius Homil. 6. in Euang. & lib. 4. in lib. prim. Reg. 9. Beda in Luc. c. 7. & lib. 1. in Mar. c. 3.

Victorin. in Marc. c. 1.

B

C

Matth. 11.

Ioannis veſtimentũ docet nos terrena fugere.

D

Chryſoſt. Homil. 1 in Mar. Hieron. q. 1. ad Algaſiam. & epiſtol. ad Lætam. de inſtit. fili. Gregor. Hom. 6. in Euãg. & lib. 4. in li. prim. Reg. 9.

A

Beda in Luc. c. 7. & li. 1. in Mar. c. 3. Gregori. Nazian. in carminib. de docum. Virg. Chryſolo. ſermo. 148. Bernard. de priuilegijs S. Ioan. Bapt. Euſeb. Emiſ. Homil. de S. Ioan. Bapt. Chryſol. brẽ in Matth. in 3. cap. Matth.

B

C

D

Paladius in hiſtoria Lauſiaca. Damaſc. cap. 18.

Etenim

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Etenim eadē nobis est, tum æstatis, tum hyemis vestis: quam etiā, vt semel induimus, exuere posteà nobis non licet, quousq; vetustate confecta prorsus deleatur. Ad hunc enim modum, & frigoris, & æstus molestijs corpus affligentes, futurę immortalitatis vestē nobis comparamus. Hæc Damascenus. Dicūt quæ volent Centuriatores, Ioannē Baptistā à sua meritissima laude fraudātes, nos meritò illum cum D. Chrysost. ducem & antesignanum instituti nostri fatemur. Cōsiderate (inquit) Monachi dignitatē vestram, Ioannes princeps vestri est dogmatis: ipse Monachus. Statim vt natus est, in eremo viuit, in eremo nutritur. Gregorius Naziānzenus de hac Monachatus eximia dignitate gloriabatur, qui postquā è fuga redijsset, hac se solitudine, & vitæ austeritate delectatū fuisse fatetur, sic dicens: Ego Eliæ Camelorum animo agitabam Ioannisq; desertū, ac cælestem eorum, qui hoc Philosophię genus profitentur, viuendi rationē, præsentia q; omnia tēpestatis instar existimabam, ac rupem aliquā, aut præruptum aliquem locū, aut exiguum murum cōquirebam, quibus obtegi possem. Aliorum, inquiebā, sunt labores & honores, aliorū bella & trophea. Mihi verò à bello abhorrenti, oculos in me ipsum coniectos habere sufficiat, vitamq; vt potuero, instituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus transmeare, ac paupere hac mea & angusta vitæ functione paruam in altero sæculo mansionem mihi comparare. Abiectius quidem fortassè cōsilium, verùm minori quoq; periculo obnoxiū, nimirū, æquo interuallo, & à summo fastigio & à casu distare. Hanc vitam duxerunt, quot quot in solitudinibus errantes, in montibus, & cauernis, & speluncis terræ: vt scribit Paulus, egentes angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in melotis & pellibus caprinis egerunt. O ter fœlix vita, quæ diuinæ contemplationis pastu oblectata, huius vitę grauissimos labores & erumnas nec pili facit, vt Christum lucrifaciat.

Centu. 5. c. 6. pag. 711.

D. Chrysost. Hom. de Ioanne Bapt.

Gregor. Nazian.

Ad Hebr. 11.

Et zonam pelliceam circa lumbos suos. Zonæ quidē Ioannis tàm speciatim fit mētio, quòd gentibus illis in more erat, vt nunc plerisq; est, pretiosas gestare zonas. Vnde mulier illa prouida, in cuius cōmendationem multa Sapiens dicit, Prouer. vltim. Hoc nomine maximè à prouidētia cōmendatur, quòd sindonem fecerit, ac vendiderit, & cingulū Cananæo, hoc est mercatori tradidisset. Contra zonarū luxum Isaias inuehitur, dicens: Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, &c. Sed quid zona cūm austeritate vitę & pœnitentiæ commune habet? multum quidem. Tātum enim abhorruit ab omni zonarum luxu, qui tunc temporis in vsu erat, vt ex opposito, vilissimā sibi zonā ellegerit, quæ ad carnis mortificationem cōduceret, & eius figuram gereret, ac signum eius, cuius zelū ferebat, ostenderet, nempè Eliæ, in cuius spiritu & virtute venturus erat. 4. Reg. 1. Fieri etiam potuit, vt Ioānes zonam ex rigidioribus pilis gestaret, inferiùs circa lumbos suos, quò rigidiorem pœnitentiam faceret. Hoc enim, quasi signo nobis Euangelista ostendit, quis hic noster Ioānes sit, nēpè is, qui in spiritu & virtute Eliæ venit. Describitur Elias ille Thesbytes, quòd vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus fuerit, quòd in deserto vixerit, quòd cibo tenuissimo victitarit. Quòd pane dūraxat subcinericio, & simplice aqua contentus ingens confecerit iter, ac diuturno ieiunio se afflixerit. Hic noster Ioannes verus Elias est, quòd nomē Christus ipse largitur

A largitur illi: sed Angelus prædicit, eum in spiritu & virtute Elię suum munus exercere, nempè, vt sit Messiæ prodromus, & Præcursor fidelis. Quam obrem ita Hieronymus: Ioannes (inquit) secundum mysterium, quod in Malachia scriptū est, ipse est Elias, qui venturus est, non quòd eadem anima, vt hæretici suspicantur, in Elia, & in Ioanne fuerit, sed quòd eandem habuerit sancti Spiritus gratiam: zona cinctus vt Elias, viuens in eremo vt Elias,
B persecutionem passus ab Herodiade, vt ille sustinuit à Iezabel. Sed quid Scriptura sacra indicare voluit in ipsa Ioannis zona? duo sanè, quę in ipso Ioanne relucebant. Vnū officij in defessa diligentia: alterū perfectam sui mortificationē. Omnes quidem sancti, à Scriptura cincti introducuntur, veluti semper in opere existentes, nam negligentes autem ac delicati, non accincti nominantur: Nō glorietur accinctus, æquè ac discinctus, &c. Et de morti
C ficatione propria Christus ait: sint lumbi vestri præcincti. Zonæ itaq; præcinctio efficax in omne opus bonū est apparatus, vt ad omne ministerium Christi, voluntatis cingulo, simus accincti.

3. Reg. 19. b. 21.

Esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre. Vescebatur Sanctissimus Ioannes vilissimo cibo, toto vitæ suæ tempore, sed maximè cum in deserto vitam ageret, solitariā nullam prope modum sui curam habuit,
D quod sanè ciborum genus facilè indicat: adeò vt nihil de eiusce modi ciborum abstinentia, vel in veteri, vel in nouo Testamento, scriptum de quoquā legimus. Ideò Matthæus, vt singularem Ioannis vitæ sanctitatem, nulli prope modum imitabilem, nō modo ex habitationis loco, & ex indumento austerissimo, verùm ex delectu etiam ciborum, tanquam extremum pœniten-

tiæ exemplar eum nobis commendaret, ait: *Erat esca eius locustæ, & mel syluestre.* A

Est inter sacros Doctores diuersa omninò sententia, quid per locustas intelligere debeamus. Oritur autem differentia, eò quòd, *Akrydes*, quod interpres locustam vocat, duo significet, nēpè in secti genus, quod locustam dicimus, & herbarum summitates. Diuus Athanasius Alexandrinus: Locustæ (inquit) nō animatæ, sed herba sic dicta. Isidorus Pelius vir non vulgariter eruditus, germina herbarum aut stirpium esse dicit. Pantaleon Diaconus, radices herbarū esse testatur. Euthymius, & Theophylactus super hunc locum idem omninò sentiunt. Proinde Perottus putat hìc potius intelligendū, Ioannem victitasse herbarum summitatibus, seu radicibus, potius quā animalibus: vt intelligamus Ioannem natiuum tenuemq; cibum, nulla arte conditum, sed potius à natura paratum sibi elegisse: ita vt vitam duxisse videretur, quemadmodum ante diluuium, dum carnis esus ad huc permissus non erat, cunctiq; homines herbis victitabant. Hæc est, quorūdam Sanctorum Patrum opinio. Est tamen cōmunior Patrum Sanctorum sententia, per locustam animalia intelligi munda, Iudęis in escam concessa. Sic enim lex habet. Quicquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis: vt est bruchus, in genere suo, & attacus & ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suū. Hęc quatuor amātū species, ab Spiritu sancto pro animalibus mūdis, quibus Hebręis vesci licebat, designantur. De quibus non modo dicit: Libere comedere potestis, sed mirū est, quòd adhuc maioris pōderis verbo obligatorio

Locustæ quibus Ioannes vescebatur, quæ fuerint.

In scholijs noui Testa.

In Epistola ad Thimot.

Perottus de luminib. Sanctis.

Cibus à natura paratus, erat Ioannis cibus. C

Locusta mundum animal est Iudæis concessum.

Leuit. 11. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vratur, dicens: Comedere debetis: ac si dicat, Non solum potestis sine immūditiæ labe comedere, sed etiā debetis, id quod iuris obligationē designare videtur. At verò si Abulensem consulamus: Non ibi (inquit) præceptum, sed permissio est. Debeo enim, non solum iuris obligationem includit, sed etiam potestatem, & facultatem facere significat. Iusteq; id, quod possibile est, & fieri potest, conceditur. Sic Cicero. 9. Philippic. dicit: His debitum

Cicero. 9. Philipp.

B honorē decernit, ideſt: Iustum, quē potest honorē exibere, tribuit. Dicere itaq; comedere debetis, id ipsum est: ac si dicat, potestis libere edere. Locustas quidē plurimis nationibus ad victum in vsu esse constat. Parthos locustis vesci, docet Elianus lib. 14. c. 3. Plinius quoque lib. 11. c. 29. dicit: Locustarū in Africa, & Asia, in terraq; Palestinæ, in vsu esse, ibiq; maximā multitudinē haberi, illas etiam nō paruę magnitudinis esse, declarat. In illis etiā regionibus sale condiri in cōmune habitantiū alimentum dicit. Solinus quoq; in Polystoria. c. 30. dicit: Illarum regionū cōmune alimentū locustas pauperibus esse. Illarum etiā locustarū saporem, ranas referre, & perquam similes illis esse dicit. Eiusmodi locustis Ioannem vsum fuisse, Chrysostom. Origen. Ambros. Hieronym. & multorum Sāctorum Patrum constans sententia est. Omnem de locustis dubitationē Chrysostomus nobis tollit, dicens: Locustæ sunt volatilia quidem mūda, tamen parua, & non satis in altum volantia, quæ manducabat Ioannes constitutus in deserto. Idem etiam hoc animalis genus, in Marc. c. 1. Homil. 2. describit, quam descriptionē breuitati studēs omitto. Sed & Origenes Hom. 11. in Lucam cap. 10. hoc animal paruulū & mūdum appellat. Ambrosius quoq;

Elianus lib. 14. c. 3.

Plinius li. 11. cap. 29.

Solinus cap. 30.

Chrysost ope re imperf. Matth. c. 3.

Chrysosto. in Marc. cap. 1. Homil. 2. Orige. Hom. 11. in 10. cap. Luc

hoc insecti genus venustè designat, lib. 2. in Luc. c. 20. Hieronymus terrę Palestinę mirus indagator, de locustis Ioānis differens, ita ait, lib. 2. contra Iouinia. Oriental. & Libiæ populis, quia per desertum & calidam eremi vastitatem, locustarum nubes reperiātur, locustis vesci moris est. Hoc verū esse, Ioānes quoq; Baptista probat. Proinde verisimiliùs est, Ioannem locustas, animalia comedisse, non quòd hunc cibum sibi curiosè proprium fecerit, sed quòd hic vilis esset, minimeq; sumptuosus, ac in deserto, in quo viuebat, facilè parabilis, quē & alij eiusdē deserti inhabitatores in vsu habuerunt, quanuis inter omnes eximiam quandam abstinentiam, & luxus omnis cōtemptum maximum, Ioannes præseferebat.

Ambros. li. 2. in Luc. c. 20. Hieron. li. 2. contra Iouin.

At Sectarij non cōtenti expoliasse Sanctissimū Ioannem sua austerissimæ pœnitentię veste, & nescio qua cōmuni induisse, ne aliquod veræ pœnitentiæ vestigium in Ioanne relinquerēt, locustas, quibus vt rigidiorem pœnitentiam faceret, in extrema vescebatur inædia, cācros marinos vocant, quos Iudaici piscatores ad Iordanis ripā conijciebāt, tanquam cibum à Deo interdictū. Ioannes verò pro libertate Euangelica, eos comedit. Quis obsecro veræ pietatis cultor, extremam horū hominum impudentiam, immò potius blasphemias, quas in Sanctissimum Ioannem odio religionis Catholicæ incensi euomunt, æquo animo ferre poterit? Quasi verò Ioannes in tàm dura inculta q; vita, qui nec pane vescebatur, & semper erat abstemius, pisces etiam habuerit in victu quotidiano delicatos? Cancris enim loco delitiarū Germania inferior, & Anglia vtitur. Sed quibus historijs, quibusq; Patrū sentētijs, qua Scripturarū auctoritate, id astruunt, q; per se quidē nullā habet probabili-

A probabilitatem? Cōiectura tantū, vel potius vanissimo figmēto nituntur Centuriatores, Ioannē scilicet in colligendis huiusmodi piscibus, seu cācris, quos Iudaici piscatores abijciebant, occupatū, ac distinctū fuisse. Ac si sanctissimus homo ex vasto planè deserto, ex contēplatione suauissima, ex otio maximo voluerit, his omnibus, quib⁹ maximè intētus erat, omissis, ad littus maris toties discurrere, & in colligendis

B parandisq; piscibus distrahi. Quis hoc credat? Dicere præterea, quòd Ioānes ad ripā Iordanis venerit ad colligēdos hos cancros, quos Iudęi ibi tāquā lege prohibitos projciebant, falsissimū est. Nam Ioānes dū in interiori deserto habitasset quotidie, tàm longū iter confecisset ad colligendos cācros, Hæc adeò vana sunt, vt pudeat vel verbū facere cōtra eos. Verū nouas in Ioannē blasphemias audiamus, quibus eum diuinarū legum transgressorē isti nouatores faciunt, cùm dicunt hos cācros, seu pisces, quos comedebat, lege diuina prohibitos, & pro libertate Euāgelica Ioannē eos comedisse. Duplicē errorem in Sanctissimum Ioannē cōmentantur Hæretici. Primus enim est dicere: quòd comederit pisces lege diuina prohibitos. Secundus verò, q; pro libertate Euangelica fecerit. Hoc demū est Illirice Euangeliū illustrare, & sicut polliceris historiā summa fide cōtexere,

D cū interim pro luce fumos, pro auro carbones, pro veritate meras nugas vendere imperitis nō verearis? Sed videamus, quā impudenter de Sanctissimo Ioanne loquantur, cuius adolescentiā nunquam satis laudatā, & ætatē omnē, innocētissimè sanctissimeq;, iuxta legis Diuinæ præscriptū transactam, cur hoc fœdo crimine audent cōmaculare, q; volens ille ac sciens, vetitis à Deo damnatisq; in lege cibis, fuerit per incōtinentiā vsus? Quis pius, quęso, A hāc vel criminis suspitionem ferat in illo, qui ab omni etiā cōcesso, tūc edulij potusq; genere, locustis ac melle syluestri dumtaxat exceptis, tàm sedulò & rigidè se abstinebat? Nullus vnquā mortaliū vitam suā (vt credere fas est) ad normā Diuinæ legis accuratiùs conformauit, quā sanctorū parentū sanctior hic filius, qui cū nō minus, ac illi iustus esset ante Deum, in omnibus mādatis, & iustificationibus Domini, sine querela incedebat. Ociosorū est B planè hominū, his nugis & cōmentis operam dare, peruersorum autē, repudiatis veris, falsa obstinatè tueri. Nunquam sanè eruditi probare poterunt, Euangelistā hic de piscibus propriè loqui, & locustas vsitatiùs cācros, quàm insectum significare. De insecto certè hoc nomine Scriptura proponit, eiusq; interpretes accipiunt. Exo. 10. Leui. 11. Deute. 28. Iudic. 6. 3. Reg. 8. Ioēl. 1. & 2. Iudit. 2. Qui hoc animal immundū appellant, quo Iudæis vesci nefas C erat, hoc ipso declarant, quā minus diligēter in sacris voluminibus sint versati, cùm Leui. 11. inter volucres excipiantur locustæ. Vox Hebræa, Hargol, vt Vatablus notat, magis significat genus locustarum, vti noster vertit interpres. In quo cibo exponendo cōmunis Sanctorū Patrū sentētia est, hunc cibū esse austerū, & vilem, insuauē, & amarum: vt notat Augustinus, Chrysostomus, Euthymius, Ambrosius, & Origenes. Ad secundā Centuriatorū blasphemiā, qua tueri suā hæresim de falsa libertate Euāgelica exēplo Ioannis nituntur, veniamus. Constanter affirmant, pisces alioquin lege prohibitos Ioannē comedisse pro libertate Euangelica. Nec sic quidē aspersam semel inobedientię labē abstergere, & Ioanni obiectum vitiū satis excusare possunt. Primū enim cum vigeret

Luc. 1.

Exod. 10. Leuit. 11. Deut. 28. Iudic. 6. 3. Reg. 8. Ioēl. 1 & 2. Iudith. 2.

Vatablus.

D Augustī. serm. 65. de temp. Chrysost., Euthym. Ambrosius in Matth. & Lucam. Orige. Hom. 11. in Lucam.

Centuriatorum blasphemias in Ioannem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vigeret lex Moſayca, non per Ioannē, ſed per Chriſtū abolēda, non antequā Euangeliū fuiſſet publicè palamq; promulgatum, nullo pacto Ioannes, aut quiuis mortaliū, poterat Euāgelicæ libertatis vſum intrudere, antequā hęc omninò fuiſſent expleta. Hinc eſt, quòd maximus Apoſtolorū Petrus, licet in die ſancto Penthecoſte, Sanctū accepiſſet Spiritum, nō tamē auſus eſt, ſtatim quibuſlibet cibis veſci, ſed vetitis in lege ſibi tamdiu interdixit, donec in Ioppe Diuinitus admonitus
B diſceret, iam tēpus adeſſe, quo ipſe cū Chriſtianis reliquis, neglecto legis pręſcripto de mundis & immūdis eſcis, noua in edendo libertate vteretur. Deinde probari non poteſt, Ioānem virtutis omnis viuum exemplar, in his quæ ad legis etiam cæremonialis, honeſtæq; diſciplinę obſeruationē ſpectant, vel ſibi, vel ſuis aliquid indulſiſſe. Multis Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianū probat, & rectè quidem, Apoſtolos ad Chriſti mortē vſq; iuxta legis ritum vixiſſe, ac tunc primum Euangelium vim omnem ſuam habuiſſe. Quanto magis igitur de Ioanne ſtatuendum eſt, quòd legis ritus ipſe ſeruauerit. Sicut Chryſoſtomus etiam aperte confirmat.

Hieronym. lib. 1. aduerſus Iouinianum.

C

Et mel ſylueſtre. Quo forſam locuſtæ glutinoſam ſubſtantiā corrigeret, in ſumma abſtinētia. Sed in ſuū mel, Ioāni integrum nō relinquunt nouatores, dum fingunt in arido ſteriliq; deſerto ingērem delicati mellis Ioāni copiā ſuppetiuiſſe, nihilq;
D volunt hoc commune habere cum agreſti melle, quod ab agreſtibus apibus, tali in loco confici, ac propriè quidē ſterile dici à Patribus iudicatur. Non habuit quidem domeſticū mel Ioannes, & humana diligentia percolatum, ſed ſylueſtre & amarū, vt diſertè meminit Origenes, Iſidorus, Chryſoſtomus, & Euthymius. Faber autem putat eſſe illud mel ſylueſtre, quod inter genera mellis Plinius tertium facit, vocatq; erycæum mel, quod ab erycа frutice colligatur autumnali tēpore, viliuſq; eſſe, ac in ſuauius melle verno aut ęſtiuo. Verūm ſimpliciūs eſt, intelligere mel ſylueſtre hoc loco, illud quod à feris & incultis apibus, in arboribus & petrarū cauernis conficiebatur eo loci abunde, quemadmodū teſtatur ſatis mel illud, quod in ſaltu inuenit & guſtauit Ionathas. In omnibus his pœnitentiæ ornamentis, ad tantam vitæ perfectionē Ioannes anhelauit, teſte Abulenſi in Matth. q. 16. cap. 3. eò quòd ipſemet Deus, cuius cauſam agebat, ſpeciale ei priuilegium cōceſſit, vt id facere poſſet, nec tantum illi gratiā, vt omninò poſſet cōceſſit, ſed etiā incitauit eum, vt abſque cūctatione, opportuno tēpore opus ſuum aggrederetur. Prædixerat quidem Angelus Zachariæ pœnitentiam, quā oportebat Ioannem eius filiū facere, ſaltim in potu dicēs, explicite, vinum, & ſicerā non bibet, fieri quoq; potuit (vt Abulenſis affirmat) id ipſum ei de victu & amictu Angelū dixiſſet: Id quod Zacharias filio ſuo Ioanni adhuc puerulo declarauit. Cū autē ad diſcretionis annos peruenīſſet, & paternę reuelationis memor fuiſſet, tanquā Diuinum pręceptum per Angelum ſibi datum credebat, vt omnia verę pœnitentiæ ornamenta, ſibi ad tam præclarum miniſterium aſſumeret, D atq; in illis ſe ſeuante pœnitētię prędicationem exerceret: obidq; extremam pœnitentiam in omnibus exercuit.

Mel quo Ioānes veſcebatur quale fuerit.

Origines. Iſidorus. Chryſoſt. Euthym.

Vt tandem huic loco finem faciamus, aliquid huius melis vel ſūmis labijs deguſtemus. In auſteriſsimo Ioānis victu & amictu nobis Spiritus ſāctus indicare voluit, quibus ornamētis primus Euāgelicæ gratiæ, præco

Verā concionatorum ornamenta.

A præco decoratus prodierit ad populum verba facturus, vt eiſdem, verbi Diuini præcones ſe ſe ornare, & antequam in publicum prodeant, ſummo ſtudio præparare nitantur. Egreditur Ioānes veſte viliſſima ex pillis camelorū contexta. Cinctura zona pellicea erat, cibus locuſtæ erant melq; ſylueſtre, in his tribus, tria nobis imitanda proponit, nēpē in veſtitu illo auſtero, ad carnis maceratione potius confecto, quā ad decorem & ornatum, nobis oſtendit, quanto ſtudio omnē faſtū, pompam, arrogantiā, & ſuperbiā, fugere debemus, quæ in præciosis veſtibus, non raro oſtendi ſolent. Abſit ab eo, qui Chriſtū & hunc crucifixum populo oſtendit, arrogantiæ, aut ſuperbiæ motus. In zona verò, quā circa lūbos gerebat, quid aliud quā vitæ puritas, & omnis libidinis refrenatio, quam pręſeſe ferre tenetur cōcionator indicare, voluit. Iuxta illud. Sint lumbi veſtri pręcincti.
C In cibo tandem oſtendere voluit, nihil magis ad pœnitentiā (quā perpetuo docere tenetur Eccleſiaſticus) conducere, quam corporis abſtinētia ſe ſe munire & ornare: facies enim pinguis, & rubicūda, vēreq; obeſus, & diſtentus, non facilè populum ad pœnitentiam inducet.

Ioannes in veſtitu in zona & in cibo tres inſignes virtutes, quas imitari tenentur concionatores, indicabat.

B

5 *Tūc exibat ad eum Hieroſolyma, &c. Tunc, &c.* Poſtquā Deus Opt. Max. tantis tamq; præclaris interius exteriuſq; Præcurſorē ſuum ornauerat donis: ita, vt ab externa ſpecie, ac ex victu, & veſtitu externo, quiuis mortaliū facilè colligere potuiſſet, ad quā altam faſtigij dignitatē Deus hominem elegiſſet. Poſtquā Deus dedit voci ſuæ, vocē virtutis. Poſtquam idoneū hunc miniſtrum omnibus numeris abſolutū, ſibi parauerat: tunc animos totius populi Iudaici commouere cœpit, vt hoc vnū opus à ſe ſe factū viderent, propter quod omnes mirarentur. In na

Populi Iudaici curioſitas, non ante fuerat commota, quā Ioannis virtutes fuerant declarate.

tiuitate Ioannis cūcti ſupra modū A
mirabantur videntes miracula admiranda, videlicet ſterilem peperiſſe, mutum parentē loquellam accepiſſe, nomen puero cælitus donatū, omnes quaſi vno ore maximo ſtupore cōterriti dicebant: Quis putas puer iſte erit? Iam videre licet, quis nā ſit: Cùm apud omnes vitæ ipſius ſanctitas celebrari inciperet. Cùm prædicationis eius pariter, ac promiſſionis nouitas audiretur, *Tunc exibant ad eum, &c.* Deus, qui talē ſibi Præcurſorem præparauerat, mētes B
mortaliū tetigit, & interna quadā voce eos vocauit, vt talem ac tantū virū viderent, agnoſcerent, & obſequerentur. *Tunc exibant ad eum, &c. Hieroſolyma.* Hieroſolymā priùs nominat, tanquam totius regni caput, tanquam ciuitatem Dei, vbi Sacerdotes, & omnis ſcientia amplior, quàm in reliquis ciuitatibus erat. *Et omnis Iudæa.* Propter regalem tribū, Iudæam dicit, ipſa enim ſemper inter reliquas tribus primatū tenuit. *Et omnis regio circa Iordanem.* Vltimo C
loco ponit regionem circa Iordanem, eò quòd regio illa opulentior & amænior erat, ob irrigationē Iordanis. Ibi enim erat Hiericho, & Segor, vbi balſamū creſcit, ſicut legimus de Sodoma ipſis vicina, quòd fuerit ſicut Paradyſus Dei. Omnia Spiritus ſanctus ſuo ordine ponit, & vnicuiq; ſuū dignitatis gradū tribuit. Priùs Hieroſolymā nominat, propter Sacerdotalem dignitatem. Secundò Iudæam, ob dignitatē reg D
ni, vt ſciamus lōgè maioris eſſe dignitatis Sacerdotium, quàm regnū. Tertio loco ponit Iordanis regionem, vt ſciamus quoq; vnicuiq; regioni ſuum tribuere locū, & honorem: omnes ad Ioannem confluere dicit, hoc eſt maxima hominum pars ad eum veniebat Hieroſolymī tanorum, Iudæorum, necnon & circa Iordanem habitantium. Sicut enim

Interna Dei voce excitati Iudæi ad Ioānem venerūt.

Dignitas ſuā vnicuiq; ſeruanda.

Sacerdotium maioris dignitatis quàm regnum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A enim Hieremias compedes ferreos gestauit, ad designandam captiuitatem. Michæas autem, Vadam (inquit) spoliatus & nudus, luctum faciam, velut struthionum & draconum. Sicut Achias Silonites paliũ in decem partes diuisit: & his olim externis signis populũ alioquin rudem inducebant ad earum rerum cognitionem, quas verbo prædicabant. Ita & Ioannes non modo verbo, sed externis illis pœnitentiæ signis, turbas ad pœnitẽtiam adhortabatur. Prætereà Ioannes cum ex parentibus notus omnibus esset, & quanuis ex colloquio & familiari cõmertio ipsis ignotus fuisset, fama tamen sanctitatis vitæ, & nouæ doctrinæ, eos omnes permouebat, vt in desertũ caterbatim se se cõferrẽt. Adde etiam, quòd à captiuitate Babylonica, vsq; ad id temporis, paucos Prophetas acceperant. Vnde fit vt admirantes ad ipsum confugerent, quia tanquam Prophetam illũ recipiendum tunc iudicabant. Suo tempore tanquam Messiam recepturi.

Quare ad Ioannẽ cõflue rent omnes.

6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Summa cum fide, nec minori cum fructu, partim Doctoris, partim Baptistæ munus exercet Ioannes. Quantum autem in officio profecerit, quàmq; ingentem hominũ multitudinem ad baptismũ adduxerit, ex præcedentibus cõstat: *Veniebat* (inquit) *ad eum omnis Hierosolyma, &c.* Nemo meliùs ipso Ioãne, de sui baptismatis dignitate disseruit. Is enim suæ legationis, prædicationis, & baptizationis finem in eo statuit, vt Israëli Christũ nondum agnitum manifestaret, atq; ipsius Christi gratia Iudæorum corda præpararet. Et vt faciliùs quoq; homines ad Christi singulare baptismum pararẽtur, & promptiores redderentur. Hæc omnia erant sui ministerij munia. Propterea ergo Ioannes ipse docet. & apertè declarat, inter suum & Christi baptisma non exiguum esse discrimen, quòd hic in suo lauacro spiritum impertiat accedentibus, ille verò tantum in aqua, & circa aquam versari, sine spiritu scilicet remissionem peccatorum & iustificantem gratiã operante: ac proinde Christi baptismũ longè potiorem & præstantiorẽ facit. Ideò non tàm humiliter, quàm verè profitetur inferiùs: Ego baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem post me vẽturus est fortior me est: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Quibus verbis indicat, suum baptismum ex aqua tantũ cõstare, & si cum Christi baptismo cõferatur, languidum & infirmum omniq; virtute & gratia spiritus, ad sanctificandas animas vacuũ esse. Huc pertinet, quod appositè docet Ricardus Victorinus: Ioannes (inquit) baptizat in aqua solũ, sicut homo: IESVS in aqua & Spiritu sancto, sicut homo & Deus. Baptizare in aqua & spiritu, est ab omni sorde peccati mũdare, insuper gratias infundere. Prædicabat quidẽ Ioannes baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, vt scirent homines externam illam ablutionẽ, quã tunc eius consilio & ministerio adhibebat, symbolum & professionẽ esse agnitionis peccatorum, veræq; pœnitẽtiæ, qua egent omnes ad peccatorum veniã à Deo impetrãdam. Eam verò gratiam ad suum baptismum nunquam retulit, sed à Christo & eius baptismo voluit expectari, præparans interim eorũ animos tum prædicationis, tum baptismi sui ministerio, vt idonei essent, ad peccatorum veniam & salutem per Christum & eius lauacrum suo tẽpore accipiẽdam. Hæc est concors omnium Patrum sententia. Quare à Iustino venustè dictum est, Ioannis baptismum Euangelicæ gratiæ quoddam

Quantũ Ioannes proficiebat in suo ministeri.

Ioannis prædicatio quòtẽ debat.

Ioan 1.

A quoddam fuisse præludium, seu vt alij eleganter vocant, Catechismũ, quo Ioannes primus, veluti catechista Christiani Baptismi, candidatis debuit inseruire. Vide Hierony. aduersus Luciferianos. Chrysost. Homil. 10. in Matth. & in cap. 3. Lucæ. Gregor. Hom. 20. in Euang. Ansel. in. 3. cap. Matth. Beda in. 3. cap. Lucæ. Tertullian. de Baptismo, & Augustin. de Baptis. contra Donatis. lib. 5. cap. 10. notãt. Temerarios igitur, & irreligiosos homines eos cum Cyrillo possumus appellare, qui nullum faciunt inter baptismũ Ioannis & Christi discrimen, vti sunt Centuriatorum caterua, qui pari laude vtrumq; afficiunt, & Ioãnis baptismum sic efferunt, vt in eo nõ minus, quàm in Christiano baptismo renasci velint homines, ex aqua & Spiritu sancto. Si Ioannes, vt confessus est ipse, non baptizauit in spiritu, consequenter nec peccata dimisit: quia nulli hominum sine Spiritu peccata dimittuntur. Vnde D. Gregorius in Hom. Cunctis (inquit) legentibus liquet, quia Ioãnes baptismum pœnitentiæ, non solum prædicauit, verùmetiam quibusdã dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum in solo nobis baptismate Christi tribuitur. *Confitentes peccata sua.* Duo tantum de confessione populi, quæ apud Ioannem agebatur, notare libet. Primum, quòd Ioannis auditores, vt congruos pœnitentiæ fructus præstarent, non solum baptismo ipso, quem à Baptista submisse capiebant, se peccatores esse profitẽtur: sed quod maius & difficiliùs erat, peccata etiam sua confiteri, & humili voce proderent non dedignantur: peccata (inquam) quæ fortassis antea sine pudore & timore perpetrarant, ac vix etiam pro peccatis habenda esse arbitrabantur, confiteri non verebantur. Non autẽ hæc confessio fuit, qualem vetus lex à peccantibus requirebat, vt illi perpetrata quædam delictorum genera, oblatione per Sacerdotem in tẽplo facta, & simul addita qualicũq; cõfessione (siue secreta illa, siue verbis quibusdam expressa fuerit, non disputo) expiarentur. Nec fuit hæc confessio qualem nunc retinet, & tot sæculis probatam in vsu semper habuit Ecclesia: quam secretam, auricularem, & sacramentalem appellamus. Fuit tamen hæc cõfessio, in genere confitentis se esse maximi peccatores: vt probat Abulens. q. 54. fuit etiam talis, vt non sine magno cordis dolore Ioanni peccata saltem maiora, & grauiora manifesta facerent, eaq; ore prodentes cõfiterentur, vt multi Doctores affirmãt. Aliud enim est, hominem se se peccatorem agnoscere, aliud verò peccata sua confiteri, hoc fieri non potuit nisi ore peccata protulerint, illud autem signis ostendere facilè potuissent. Quid autem sit cõfiteri ex. 19. cap. Act. Apostol. discemus: Multi sanè credentium dicũtur venisse ad Paulũm, confitentes (inquit Lucas) & annunciantes actus suos. Et licet Ioannes hanc peccatorum confessionem nõ exigeret ab ipsis: ipsi tamen libentissimo animo confitebantur, vnde facilè agnoscemus quàm fuerit Ioannis prædicatio efficax, cũ dura & ferrea Iudæorũ corda vitæ, ac doctrinæ sanctitate, ita confregerit & emollierit, vt externa confessione peccata grauissima agnouerint, & non fucato corde Ioanni reuelauerint. Nonne verba mea, quasi ignis, & sicut malleus cõterens petras, cum Hierem. 23. c. dicere potuit, cum ad se venientẽ multitudinem vidisset: Vtinam tãto dolore multi ad peccatorum confessionem venissent. Verùm qui suorũ peccatorum vero corde pœnitent & re-

Hiero. aduersus Lucifer.
Chrys. in Matthæ. Hom. 10. & in 3. c. Lucæ.
Grego. Hom. 20. in Euange.
Ansel in 3. c. Matth.
Beda in. 3. c. Lucæ.
Tertul. de Baptisma.
August. de Baptis. cont. Donatis. lib. 5. c. 10.
Cyril. Catech. 5.
Centuriato. Magdeburg. lib. 1. cap. 10. col. 161. libl. c. 4. col. 155. & 156.

Venientes ad Ioannem quo modo confitebantur peccata.

Confessio venientium ad Ioannem, secundum formam veteris legis nõ fuit, nec omninò secundum Ecclesiæ formã.

Abulensis. q. 54.

Acto. 19.

Ioannis prædicatio quàm efficax fuerit.

Hierem. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A enim Hieremias compedes ferreos gestauit, ad designandam captiuitatem. Michæas autem, Vadam (inquit) spoliatus & nudus, luctum faciam, velut struthionum & draconum. Sicut Achias Silonites paliũ in decem partes diuisit: & his olim externis signis populũ alioquin rudem inducebant ad earum rerum cognitionem, quas verbo prædicabant. Ita & Ioannes non modo verbo, sed externis illis pœnitentiæ signis, turbas ad pœnitẽtiam adhortabatur. Prætereà Ioannes cum ex parentibus notus omnibus esset, & quanuis ex colloquio & familiari cõmertio ipsis ignotus fuisset, fama tamen sanctitatis vitæ, & nouæ doctrinæ, eos omnes permouebat, vt in desertũ caterbatim se se cõferrẽt. Adde etiam, quòd à captiuitate Babylonica, vsq; ad id temporis, paucos Prophetas acceperant. Vnde fit vt admirantes ad ipsum confugerent, quia tanquam Prophetam illũ recipiendum tunc iudicabant. Suo tempore tanquam Messiam recepturi.

Quãtre ad Ioannẽ cõfluerent omnes.

6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Summa cum fide, nec minori cum fructu, partim Doctoris, partim Baptistæ munus exercet Ioannes. Quantum autem in officio profecerit, quàmq; ingentem hominũ multitudinem ad baptismũ adduxerit, ex præcedentibus cõstat: *Veniebat* (inquit) *ad eum omnis Hierosolyma, &c.* Nemo meliùs ipso Ioãne, de sui baptismatis dignitate disseruit. Is enim suæ legationis, prædicationis, & baptizationis finem in eo statuit, vt Israëli Christũ nondum agnitum manifestaret, atq; ipsius Christi gratia Iudæorum corda præpararet. Et vt faciliùs quoq; homines ad Christi singulare baptismum pararẽtur, & promptiores redderentur. Hæc omnia erant sui ministerij munia. Propterea ergo Ioannes ipse docet, & apertè declarat, inter suum & Christi baptisma non exiguum esse discrimen, quòd hic in suo lauacro spiritum impertiat accedentibus, ille verò tantum in aqua, & circa aquam versari, sine spiritu scilicet remissionem peccatorum & iustificantem gratiã operante: ac proinde Christi baptismũ longè potiorem & præstantiorẽ facit. Ideò non tàm humiliter, quàm verè profitetur inferiùs: Ego baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem post me vẽturus est fortior me est: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Quibus verbis indicat, suum baptismum ex aqua tantũ cõstare, & si cum Christi baptismo cõferatur, languidum & infirmum omniq; virtute & gratia spiritus, ad sanctificandas animas vacuũ esse. Huc pertinet, quod appositè docet Ricardus Victorinus: Ioannes (inquit) baptizat in aqua solũ, sicut homo: IESVS in aqua & Spiritu sancto, sicut homo & Deus. Baptizare in aquã & spiritu, est ab omni sorde peccati mũdare, insuper gratias infundere. Prædicabat quidẽ Ioannes baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, vt scirent homines externam illam ablutionẽ, quã tunc eius consilio & ministerio adhibebat, symbolum & professionẽ esse agnitionis peccatorum, veræq; pœnitẽtiæ, qua egent omnes ad peccatorum veniã à Deo impetrãdam. Eam verò gratiam ad suum baptismum nunquam retulit, sed à Christo & eius baptismo voluit expectari, præparans interim eorũ animos tum prædicationis, tum baptismi sui ministerio, vt idonei essent, ad peccatorum veniam & salutem per Christum & eius lauacrum suo tẽpore accipiẽdam. Hæc est concors omnium Patrum sententia. Quare à Iustino venustè dictum est, Ioannis baptismum Euangelicæ gratiæ quoddam

Ioannis prædicatio quòd tẽ debat.

Ioan. 1.

Quãtũ Ioannes proficiebat in suo ministerio.

Inter Ioannis & Christi baptismum discrimẽ & quale.

Matth. 3.

Hiero. aduersus Luciferi. Chrys. in Matthæ. Hom. 10. & in 3. c. Luc. Grego. Hom. 20. in Euange. Anselm. in 3. c. Matth. Beda in. 3. c. Lucæ. Tertul. de Baptismo. Augustin. de Baptis. cont. Donatis. lib. 5. c. 10. Cyril. Catech. 5. Centuriato. Magdeburg. lib. 1. cap. 10. col. 261. ibid. c. 4. col. 155. & 156.

Venientes ad Ioannem quo modo confitebantur peccata.

Iustin. & Tert. ad Orthod. quæst.

A quoddam fuisse præludium, seu vt alij eleganter vocant, Catechismũ, quo Ioannes primus, veluti catechista Christiani Baptismi, candidatis debuit inseruire. Vide Hieron. aduersus Luciferianos. Chrysost. Homil. 10. in Matth. & in cap. 3. Lucæ. Gregor. Hom. 20. in Euang. Ansel. in. 3. cap. Matth. Beda in. 3. cap. Lucæ. Tertullian. de Baptismo, & Augustin. de Baptis. contra Donatis. lib. 5. cap. 10. notãt. Temerarios igitur, & irreligiosos homines eos B cum Cyrillo possumus appellare, qui nullum faciunt inter baptismũ Ioannis & Christi discrimen, vti sunt Centuriatorum caterua, qui pari laude vtrumq; afficiunt, & Ioãnis baptismum sic efferunt, vt in eo nõ minus, quàm in Christiano baptismo renasci velint homines, ex aqua & Spiritu sancto. Si Ioannes, vt confessus est ipse, non baptizauit in spiritu, consequenter nec peccata dimisit: quia nulli hominum sine C Spiritu peccata dimittuntur. Vnde D. Gregorius in Hom. Cunctis (inquit) legentibus liquet, quia Ioãnes baptismum pœnitentiæ, non solum prædicauit, verùmetiam quibusdã dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum in solo nobis baptismate Christi tribuitur. *Confitentes peccata sua.* Duo tantum de confessione populi, quæ apud Ioannem agebatur, notare libet. Primum, quòd Ioannis auditores, vt congruos pœnitentiæ fructus præstarent, non solum baptismo ipso, quem à Baptista submisse capiebant, se peccatores esse profitẽtur: sed quod maius & difficiliùs erat, peccata etiam sua confiteri, & humili voce proderenon dedignantur: peccata (inquam) quæ fortassis antea sine pudore & timore perpetrarant, ac vix etiam pro peccatis habenda esse arbitrabantur, consiteri non verebantur. Non autẽ hæc A confessio fuit, qualem vetus lex à peccantibus requirebat, vt illi perpetrata quædam delictorum genera, oblatione per Sacerdotem in tẽplo facta, & simul addita qualicũq; cõfessione (siue secreta illa, siue verbis quibusdam expressa fuerit, non disputo) expiarentur. Nec fuit hæc confessio qualem nunc retinet, & tot sæculis probatam in vsu semper habuit Ecclesia: quam secretam, auricularem, & sacramentalem appellamus. Fuit tamen hæc cõfessio, in B genere confitentis se esse maximi peccatores: vt probat Abulens. q. 54. fuit etiam talis, vt non sine magno cordis dolore Ioanni peccata saltem maiora, & grauiora manifesta facerent, eaq; ore prodentes cõfiterentur, vt multi Doctores affirmãt. Aliud enim est, hominem se se peccatorem agnoscere, aliud verò peccata sua confiteri, hoc fieri non potuit nisi ore peccata protulerint, illud autem signis ostendere facilè C potuissent. Quid autem sit confiteri ex. 19. cap. Act. Apostol. discemus: Multi sanè credentium dicũtur venisse ad Paulum, confitentes (inquit Lucas) & annunciantes actus suos. Et licet Ioannes hanc peccatorum confessionem nõ exigeret ab ipsis ipsi tamen libentissimo animo confitebantur, vnde facilè agnoscemus quàm fuerit Ioannis prædicatio efficax, cũ dura & ferrea Iudæorũ corda vitæ, ac doctrinæ sanctitate, ita D confregerit & emollierit, vt externa confessione peccata grauissima agnouerint, & non fucato corde Ioanni reuelauerint. Nonne verba mea, quasi ignis, & sicut malleus cõterens petras, cum Hierem. 23. c. dicere potuit, cum ad se venientẽ multitudinem vidisset: Vtinam tãto dolore multi ad peccatorum confessionem veniissent. Verùm qui suorũ peccatorum vero corde pœnitent

Confessio venientium ad Ioannem, secundum formam veteris legis nõ fuit, nec omninò secundum Ecclesiæ formã.

Abulensis. q. 54.

Acto. 19.

Ioannis prædicatio quàm efficax fuerit.

Hierem. 23.

& re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & remissionis eorundem desyderio tenentur, quid nō libenti animo facient, quatenus desyderij sui conse quantur effectum? Nihil sanè verebuntur ea absq; aliqua cūctatione exponere ei, per quem sperant se optatam consequi posse, vel consolationē, vel remissionem, velut ęgrotus, aut vulneribus saucius, qui spe salutis sibi cōparandæ, minimè veretur, omnia sua vulnera, quātūuis fœda, experto medico reuelare.

Similitudo

B Alterum, quòd circa populi confessionem adnotare propossuetam, illud est, quòd licet peccatorū confessio apud Ioannem facta, nec præceptum Dei, nec gratiæ promissionem habuerit, ornabat tamen Ioannis ministerium, & singularem prædicationis illius fructū declarabat. Sed & auditores eius, velut pulchrum agnitionis peccatorum suorum, & interioris pœnitentiæ symbolum commendabāt. Erat præterea typus confessionis in Ecclesia, non multo post consecutura: sicut & Ioannis baptismus, Christiani baptismi velut præludium singulari Dei prouidentia præcurrit. Vnde Basilius Magnus, vbi de cōfessione tractat, exemplum ab his accipit, qui Ioanni peccata sunt sua confessi, simulq; docet, necessarium esse Christianos confiteri peccata ijs, quibus administratio mysteriorum Dei concredita est. Sic enim, & qui olim pœnitentiam egerant coram sanctis (inquit) fecisse comperiuntur. De hac confessione omninò videtur loqui Eccles. c. 4. Nō cōfundaris cōfiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. A confessione enim Deo facienda nō reuocat pudor, sed ab ea quæ homini fit interdū verecundia cohercet, sed malè quia humana vitia homini propalāda sunt, & veræ pœnitentiæ pars verecūdia peccati est.

Basil. magn. in quæstionibus ex compendio ęgrotantibus.

Eccles. 4.

Consensio venientium ad Ioānem eius ministeriū ornabat.

C

EXPOSITIO.

TEXTVS.

7 VIdens autem multos Pharisæorum & Sadducæorum veniētes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira. 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 9. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahā, dico enim vobis quoniam potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

EXPOSITIO.

7 *Pharisæorum & Sadducæorū, &c.* Licet quatuor habuerit populus Iudaicus sectas, nempè Pharisæorum, Sadducæorum, Essenorum, & eorū qui auctore Iuda Gaulonitæ exorti sūt tēpore census. De quibus omnibus Iosephus lib. 2. de Bello Iudaico. c. 7. & lib. 13. Antiquit. c. 8. & lib. 8. c. 8. longè lateq; scribit, ac ritus & mores eorum depingit. Has duas sectas ad Ioānem veniss Matthæus ostendit, videlicet multi Pharisæorū, & Sadducæorum. Pharisæi licet ex sententia multorum sic fuerint nuncupati, quia diuisi à cæteris hominibus maiorem dignitatem & honorem sibi comparabant, cæterorum enim victum & amictum quasi immundum reputabant. Si velimus tamen verā nominis interpretationem sequi, intelligemus eos, sic nuncupatos, quasi expositores

Ioseph. lib. 2. de bello Iudaico. c. 7. & li. 13. Antiq. c. 8 & lib. 8. c. 8.

Pharisæi quid sibi velint.

A expositores & legis Diuinæ interpretes. Pharas enim Hebręis significat exponere & declarare. Iosephus, lib. 2. Bello Iudai. eos ab hac significatione Phariseos dictos fuisse testatur, dicens: Pharisæi dicuntur, quia certiorem legalium rituū notitiam profitentur. Hij licet fatum ponebant, cum libertate tamē nostræ voluntatis agnoscebāt. Animas immortales, & corporū resurrectionem futurā fatebantur. Sadducæi verò sic dicti sunt, quasi iusti qui se ipsos iustos iactabant, & de sua iustitia gloriabantur. Isti è contrario corporum resurrectionē futuram negabāt, animam simul cum corpore interire credebāt, & docebāt. Ex his itaq; duabus sectis multi ad Ioannem confluebant, nouitatis videndæ gratia, vt inde forsām maius sanctitatis nomen, apud populum sibi conciliarent. Duarum sectarum maximè inter se desidentium mētionem Euangelista facit. Sadducæorum nimirum & Pharisæorum, eò quòd essent in populo præcipuæ. De his duabus sectis frequens in Scriptura fit mentio, maximè de Pharisæis. De Sadducæis verò Matth. 22. De vtrisq; Acto. 23. Sciens Paulus, quod vna pars esset Sadducæorum, altera Pharisæorū, exclamauit in cōcilio. Viri fratres, ego Pharisæus, filius Pharisæi, de spe & resurrectione mortuorū iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Saduceos, & soluta est multitudo. Sed valde mirum est, quòd licet inter se se grauissimè cōtendant, omnes tamen in vnum ad videndum & audiendum Ioannem, concordes conueniunt. Vnde facilè credam, eos vi quadam aut impulsu Diuino adductos esse, vt Ioannis veritate audita, errores suos faterentur, & odio maximo detestarentur, vel forsam suo instinctu venerunt, ex celebrita-

Ioseph. lib. 2. Belli Iudai.

Pharisæorum secta errores profitebatur, fatum ponebant, &c.

Sadducæi de sua gloriabātur iustitia. Resurrectionem negabāt.

B

C

Matth. 22.

Actor. 23.

D

te nominis Baptistæ, aut ex nouo A
baptismatis signo, aut veniētis Messiæ opinione, aut certè totius populi persuasione venire coacti, quò melius, quid hoc insolitū esset, intelligerent. At Ioannes videns illos ad se se magno sanctitatis supercilio venientes, dura eos salutatione aggreditur, dicens: *Genimina viperarum, &c.* Qui sperabāt se titulis amplissimis excipiendos, sua spe frustrati, contumeliosa verba à Ioanne audiunt, nec sine causa: viderat forsam illos fucatos, & simulata mente ad suum baptisma venire. Hinc est, quòd quidam ex ipsorum secta, Ioannis baptismo inuidentes, non sine innidiæ liuore dixerunt: Si tu non es Christus, nec Elias, nec Propheta, quare baptizas? viderat quoq; ipsos sibi magnopere placentes, ob falsam sanctitatis opinionē, quam de se ipsis conceperant, nec minori sibi fiducia arrogabāt, suorum progenitorum sanctitatē, quā sibi propriam vnà cum Dei promissionibus ipsis iam pridē factis, vindicabant. Viderat itaq; illos homines supercilios & veritatis perpetuo contemptores, & qui maxima ducebantur inuidia erga eos, qui apud populū præ eis sanctitatis nomine celebres habiti erant. Ideò nō vrbana salutatione, sed dura, & omninò aspera eos recipit, dicens: *Genimina viperarum.* Vipera, secundum Christianum Druthmarum, ex eo sic dicta, quod vi pariat. Cùm enim mater ad partum venit, catuli non expectantes maturam naturę solutionem, corrosis eius lateribus erūpunt, cùm matris interitu, Fertur tamen, quòd masculus ore inserto viperæ semen expuit. Illa verò ex vehementi voluptate, ac libidine, omninò in rabiem versa, caput maſculi ore receptū, dentibus præscindit, & ita fit, vt parens vterq; moriatur, masculus cum coit, mater cū

Quare Ioannes tam duræ Pharisæos excipiat.

Ioan 1. c. 25.

Christianus Druthmarus in Matth.

Viperæ conditio, atq; natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatores viperarũ naturam habẽt.

parit. Si peccatorum conditio, & Christi summa pietas cõsideretur, quis non videt peccatores omnes meritò viperarum genimina esse, quos vt pareret Christus in Cruce mortuus fuit? Verũ hîc germanus literæ sensus quanquam non sit, tamen non est contemnendus. Voluit Ioannes ostẽdere, Pharisæos, immò Iudæos, tàm esse immites, vt proprios etiam parentes occidere non vererentur, vt Naboth, qui Hieremiam occidit, & Ioas Zachariam, & Manasses Rex auunculum suum Isaiam, qui eum lignea secuit serra, & pro tali facinore genimina viperarum meritò esse dicuntur. Sic Chrysostomus, Teophylactus, Euthymius, & Augustinus interpretãtur. Quoniam Prophetas occiderunt, sicut viperarũ fœtus matres enecant: vt Plinius ait lib. 10. c. 62. licet de postremis filijs hoc tantũ dicat. Isido. lib. 12. Ætimolog. c. 4. Sed mirùm certè est, quòd progenies viperarum vocet eos, qui ad Baptismum humiles & supplices venisset. Chrysost. Hom. 11. docet, Ioannis constantiam, libertatem, & magnitudinem animi in hoc cerni: nã eos, qui apud populũ tãtę extimationis erant, & religiosissimi credebãtur, tàm duro sermone excepit. Hæc tamen libertas rationẽ habuit, & causam. Sicut enim medicus peritus, viso infirmi colore, mox morbũ, quo laborat, intelligit. Ita D. Ioannes, simul atq; eos vidit, quo animi morbo venirent, intellexit, & quid ipsi cogitarint, Deo ei reuelante. Vidit igitur (ait Chrysostomus) illos superbos esse, & de parentum nobilitate plus ęquo gloriantes, & ex hac arrogantia in grauissima mala incidisse, & propterea timorem illum compescens, dicit: *Genimina viperarum, &c.* Sicut Isai. c. 1. Audite verbum Domini Principes Sodomorum, Auribus percipite legem Dei nostri, populus Gomorræ. Quibus verbis Isaias fastum, & arrogãtiam populi reprimere conatur. Ita D. Ioannes Pharisæorũ, & Sadducęorum inflatam superbiã vidẽs, animo stomacatus, ait: *Genimina viperarum, &c.* & ne vellitis dicere intra vos patrem habemus Abraham. Spiritu Prophetico planè intelligebat Ioãnes, Christum ab eis fore occidendum, sicut Prophetæ ab eorum parentibus occisi fuere: id, quod Christus etiam ipsos improperando dicebat, Matth. 23. Vos implete mensuram patrum vestrorũ, &c. & Acto. 7. Stephanus quoq; ipsos arguebat, dicens: Dura ceruice, & in circumcisis cordibus vos semper Spiritui sancto resistitis sicut patres vestri. Quem Prophetarum nõ sunt persequuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores, & homicidæ fuistis? Sic D. Hieronymus interpretatur hunc locum, & hanc rationem dedit, quare Ioãnes Pharisæos, atq; Sadducæos, Genimina viperarum vocat. Sensus igitur est, cùm ex malis & viperinis parentibus originẽ ducatis, & iniquitatum eorum legitimi hęredes sitis, & peccatorum indefessi imitatores: vnde in vobis hęc noua religio? Vnde hæc repentina mutatio? Quæ est ista noua conuersio, vt sic tandẽ ad pœnitentiã confugiatis, & quasi futuram in vobis vltionem vitare nitamini? Vocat Ioannes iram venturã, aut gehennam (vt Theophylacto placet) aut etiam excidium quod à Romanis passuri erant: vt ait Euthymius, quoniam Christũ Dominum cruci affixuri erant, quam mortem simul & excidium, quo puniendi erant, Ioannes Prophetico spiritu prædicabat. Quasi diceret: Cùm omnes vos sitis vehementi supplicio à Deo iustissimè puniẽdi, quis docuit vos hoc facere? Quod sic ex

Iudæi merito viperarũ genimina dicuntur.

Chrysost. Theophyl. Euthymius. Augustin.

Plini. lib. 10. cap. 62.

Isidor. lib. 12. etymologi. c. 4.

Chryso. Homil. 11.

Isa. 1.

Matth. 23. Actu. 7.

Ioannes Didymus.

Luc. 13.

Pharisæi & Iudæi, quare viperarũ genimina dicantur.

si ex corde facitis, & fide non ficta haud dubiè iram illam venturã fugietis. Dicuntur etiam secundum hanc viperæ conditionẽ, Pharisæi, Sadducæiq; eius esse ingenij, vt sicut viperæ parricidæ sunt, matres suas dum nascuntur deuorantes, ita quoq;, & ipsi patres suos spirituales, hoc est, Magistros, atq; Doctores ad mortem vsq; persequuntur, & matrem suam synagogam crudeliter dilacerãt. Porro August. ser. mo. 1. Dominicæ tertiæ in Quadragesi. Progeniem viperarum inuidos vocat, quod sicut viperę matrũ suarum viscera exedunt: ita & inuidus suã ipsius animam cõsumit, & vitam perdit. Qua sanè cõsideratione rectè dicere possumus, progeniem viperarum Pharisęos vocari, vt qui inuidiæ stimulis maximè cruciarentur, conspectis alijs longè se melioribus. Et vt vno verbo dicamus: *Genimina viperarum*, eos Ioannes compellando, id ipsum fuit ac si diceret, eos fuisse veneno repletos, seu malitia maximè nocua infectos. Tale iudicium Melitani fecerunt, Acto. 28. videntes viperam ex manu Pauli pendentem. Omninò (inquiunt) homicida est, quem è mari seruatũ Diuina vltio non sinit viuere.

Augusti. serm. 1. Dominicæ tertiæ in Quadragesi.

Inuidi progenies sunt viperarum.

Genimina viperarum, &c. Dura sanè increpatio, & medica manu animorum vulnera à peccati veneno facta Ioannes curat, nam à timore oriri solet, vt plurimum pœnitentia, ob hanc causam timorem ipsis incussit, dicens: *Genimina viperarum, &c.* vt quid natura sua essent agnoscerent, quid verò futuri essent per gratiam sperarent. Ob hãc causam Dominus dixit: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis: Ecce intentatam pœnam, quæ incutere timorem solet. Hac eadem via ingressus Petrus incussit Iudæis timorem, quòd Christum in Crucẽ egissent, quibus auditis compuncti sunt corde. Sed cauendum est, ne tantum metu supplicij peccator cõmoueatur. Hoc enim impiorum potius est, quàm piorũ, quòd in Caim, Pharaone, Saule, Achab, Iuda proditore, cernere est. Sed huic timori addenda est fiducia Diuinæ misericordiæ, quemadmodum cernimus accidisse Dauid, Magdalenæ, Niniuitis, qui tametsi audissent decretã sententiam, fore, vt Niniuitæ subuerterẽtur, aggressi tamen pœnitentiam sunt, & dicebant: Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Hæc fiducia, quæ non potest non esse charitatis particeps; vulneri, quod timor fecerat, cicatricem obducit. Qui ergo ex consideratione vitæ turpiter actæ, ac gemitu gehennæ, iàm aliquam concepit peccatorum detestationẽm, quo in statu sunt, qui seruili timore tenentur; necdum sentit timorem filio dignum; perseueret in lachrymis, ac precibus, quærat, petat, pulset, donec spiritum illum sentiat filiorũ, in quo clamet Abba pater, quo adepto rursus petat, & dicat cum Prophęta: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Nec tamen intereà à peccatorum continua detestatione cessandum est. Hoc enim est veræ pœnitentiæ munus, vt ante omnia sit gemebunda, & amarulenta contritio, quem pierunq; gemitum, gehennæ timor pauere solet, ideò magis, ac magis timorem incutit, dum non modo propria reprehensione vtitur, sed Diuinam vltionem ipsis ostendit, dicens: *Quis demonstrauit vobis fugere à uentura ira?* Quod perinde erat, ac si diceret: vt ait Didimus in libro contra Manichæos. Qui rectè & legitimè demõstrat, se à peccatis velle recedere, & iram Dei effugere, is quidem non simulabit pœnitentiam, vt vos facitis, qui cum hypocrisi, & simula-

Ionæ. 3.

Rom. 8.

Psal. 67.

Didimus contra Manich.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannis admiratio de aduẽtu Phariſæorum ad ſe.

A tione ad baptiſmũ venitis. Sed poſſunt hæc verba admirationem quãdam Ioannis indicare (vt diximus) cum videat homines ſuperbos, arrogantia inflatos, vitijſq; grauiſsimis contaminatos, ad ſe venire. Maxima quidem admiratione dignum eſt, videre hominem, qui in vitijs & peccatis callos obduxit, ſi ſerio reſipiſcat, & ad pœnitẽtiam ſe componens, iram Diuini furoris fugiat. Si Æthyops poterit mutare pellẽ ſuã, & pardus varietatem ſuam, ita & vos cũ didiſceritis malè facere, poteſtis benè facere. Miratur etiam Ioannes Diuinam pietatem & bonitatem immẽſam, qua ſola ſciebat factum eſſe, vt præter omnem expectationem, etiam Phariſæi, & Sadducæi ſe agnoſcerent peccatores. Sunt qui intelligant per venturam iram excidium Iudæorũ, quod per Romanos poſtea factum fuit, ſed longè meliùs iram iudicij extremi intelligimus, cum Chriſtus dicat Phariſæis: Quomodo fugietis à iudicio gehennæ.

Matth. 23.

C 8 *Facite ergo fructum dignum pœnitentia*, id eſt, ſi verè vultis fugere à ventura ira, ſit veſtra pœnitentia fructuoſa. Facite opera, quæ pœnitentiam deceant, mutate vitam & priora peccata lachrymis, & ſatisfactione delete: Hæc eſt germana expoſitio. At verò, vt concionatores hos pœnitentiæ fructus cum fructu faciant, & prædicent populo, nonnulla notare libet. Nam in hac ſua concione Ioannes breui ſermone multa concluſit. Et licet Matthæus, *Fructum*, in ſingulari ponat. Lucas tamẽ in plurali ponit, *Fructus*, & vtrobiq; tàm apud Matthæum, quàm apud Lucam in textu Græco pluralis eſt numeri. Sicq; peccator non debet ſibi applaudere, ſi vnum aut alterum pœnitentiæ fructum præſtiterit, ſed multos ab hac pœnitentiæ arbore fructus tali radice dignos ferre debet. Si in multis delinquimus omnes, in multis debemus veræ pœnitentiæ ſigna exhibere. Cùm enim fructus dignos pœnitentia poſtulat, ebrioſos monet, nõ ſolum à temulentia ſe continere, ſed etiam abſtinentia, & ieiunio ſuperioris vitę delicta caſtigare: Monet auaros, ante actam tenacitatem, ſingulari quadam in pauperes liberalitate cõpenſare: Monet impudicos, domandæ & macerandæ carni tanto plus operis ſtudijq; tribuere, quò grauius, ac diutius fœdis libidinibus ſe ſe antea conſpurcarũt: Monet demum flagitioſos omnes, eò ſtudioſiùs exhibere membra ſua iuſtitiæ, ac ſanctificationi, quò flagitioſus eadem membra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem exhibuerunt. Fructus dignos pœnitentia facere, eſt non ſolum diuertere à malo, & bonum facere, ſed etiam mala commiſſa lachrymarum fonte abluere, orationibus humillimis Deũ ſibi placatum reddere, ieiunijs corpus macerare, eleemoſynis liberaliter erogatis peccata redimere. Quis luculentius hos pœnitentiæ fructus exhibuit, quàm Rex Dauid, Cùm poſt peccatum cõmiſſum à Diuinis iudicijs timet, cũ gemens manducat panem, & cum fletu miſcet poculum ſuum, cum lectum ſuum lachrymis rigat, cum humiliat in ieiunio & cilicio animã ſuam, cum in iuſtitiam ſuam aduerſus ſe Domino confitetur, cum pro peccato ſuo ſollicitè cogitat, & illud aduerſus ſe ſemper ſtatuit, cum paratus eſt in flagella, & dolor eius ob oculos perpetuò verſatur, cum denſiq; imbres aquarum profundit, ex illis oculis, qui legem Dei non cuſtodierunt. Retinẽda itaq; eſt iugis peccatorum memoria, vt fructus pœnitentia dignos anima ferat. Hæc enim ſunt illa ſtercora, quæ cultor vineæ ad arborem fici ſe appo-

Fructus dignos pœnitẽtia facere oportet, & modũ faciendi docet.

A ſe appoſiturum pollicitus fuit, ac hoc pacto ſperauit, eam, quæ hactenus fuerat infructifera, fructũ redditurum, ſic quoquè anima ſi peccatorum ſtercora perpetua memoria retinuerit & doluerit, fructus pœnitentiæ dignos haud dubiè reportabit. Hæc ſtercora Dauid appoſuerat, dum dicebat: Peccatũ meũ contra me ſemper, hoc eſt, ante mẽtis oculos verſor peccatorum meorum ſtercora. Id quod contra (proh dolor) nunc paſsim fit, & dum hæc peccatorum memoria negligitur,

Pſal. 50.

B homines facilè ad eadẽ peccata relabuntur. Hæc autem iniquè factorum continua deteſtatio, maximè iuuat ad votum commutãdæ in meliùs vitæ, quæ res niſi accedat, nullum video peccandi finem apparere poſſe, niſi enim ſtatuat peccator intra ſe, & dicat cum Propheta: Iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, quid erit aliud, quàm quod in Prouerbio eſt: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota inuolutabro luti? Quod qui faciunt, quam fiduciam conſecutę à Deo miſericordię habere poſſunt? Nam rectè quidam vir & ſapientia, & ſanctitate præſtantiſsimus interrogatus, quãdo quis fidere poſſet, remiſſa ſibi eſſe peccata, reſpondit, quando eum in ſe affectum ſentit: vt dicat cum Propheta: Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. Ad hunc ſtatum vbi vẽtum fuerit, vt maximo, atq; vt Propheta ait, perfectò odio peccatum

Pſal. 118.

Prou. 26.

2. Pet. 2.

C

Pſal. 118.

D quis proſequatur, diligentiſsimè operam dabit vt occaſiones, quibus tractus ad peccatum fuerat, omnes amputet. Obturabit (vt Iſaias ait) aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudet oculos ſuos ne videat malum. Cuſtodiet vias ſuas cum Dauid, vt non delinquat in lingua ſua, & ponet oriſuo cuſtodiam. Fœdus cũ Iob faciet, ne de fœmina quidẽ cogitet, nec purabit aurum robur ſuum, minuſq; obrizo dicet, fiducia mea. Hæc atq; his ſimilia accuratè obſeruabit, ne in infeſtiſsimi hoſtis manũs imprudẽs aliquando incidat. Hij ſunt veri pœnitentiæ fructus, ſi operibus oſtendimus, quòd ſeriò nos delictorũ pœniteat, quòdquè ex animo pœnitẽtiam agamus: ita, vt quãtum ſe ſe quiſq; noſtrum delectauit in delitijs, tantum pœnitentiæ ex corde faciamus, vt futuræ vitæ tormenta, quæ nos imminent, fugiamus.

Pſal. 38.

Iob. 31.

A

B 9 *Et ne velitis dicere, &c.* Poſtquam Ioannes eleganter indicaſſet parentum malitiam, nihil obeſſe potuiſſe filijs, ad meliorem vitam ſeriò reſipiſcentes, cum ſcilicet eos vocat, *Progenies viperarum*, tãquam ſi ab hominibus omni veneno nequitiæ infectos prognati fuiſſent, poſtquam ipſis oſtendit modum, quo venturam Dei iram effugere poſſent, fructus pœnitentiæ dignos faciendo. Iam pergit oſtendere, nihil etiam prodeſſe poſſe filijs, ſi à ſanctorum C progenitorum ſtirpe originem trahant, dicẽs: *Nolite intra vos dicere, patrem habemus Abraham*. Quoniam Phariſæi, & Sadducæi, ſibi maximè applaudebant, & de præclara Abrahæ progenie gloriabantur, ſibiq; ſanctitatem eius adſcribebant, vnà cum meritorum ipſius excellentia, nec minus in promiſſionibus à Deo Abrahæ factis, de benedictione, atquè ſeminis eius cõſeruatione omnem ſuam fiduciam collocabant, D ideoq; omnem ſecuritatem, abſq; alicuius pœnitentiæ fructu, ſibi pollicebantur. Hanc inanem illorum iactantiam, falſamq; perſuaſionem retundere Ioannes, atq; ex eorum animis conatur eximere, nec ſuſtinet homines tàm malè ſecuros, qui Diuinis promiſsionibus turpiter abutantur: Ita, vt certò ſtatuant, ſine timore, ſine pœnitentia, ſine

Universidad de Deusto
Biblioteca

A benefactis se veram iustitiam, ac salutem æternam cõsequuturos esse. Et quid minus his nostris temporibus Lutherani, Centuriani, & Nouatores faciunt, qui de sanguine Christi, & de progenie filiorũ Dei adeò gloriãtur, vt sola fide in Christi meritis collocata, absq; vlla bonorum operum ratione habita, sine aliquo Diuinæ iustitiæ timore, sine aliqua, vel minima flagitiorum pœnitentia, absq; benefactis, sed malis & sceleribus contaminati, vitam æternã sibi pollicẽtur. Ostulta nimis & hæretica persuasio! Si Christiani sumus, Christum induere tenemur, & vestigia eius seruare. Hoc certè ipse tanto studio nos docuit: Vt abnegantes impietatem, & sæcularia desyderia, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes bonis operibus ornati beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. An opus Baptismi necessarium paruulis opus non est, sine quo nemo regnum Dei introire potest? Timoris opus, sine quo iustificari nemo valet? Opus pœnitentiæ, sine quo etiam baptizatis, & relapsis est pereundum? Opus misericordiæ, sine quo misericordiam nemo consequetur? Opus patientiæ, sine quo reportare non datur promissionem? Opus pacis & sanctimoniæ, sine quo nemo vidébit Deũ? Opus obedientiæ, sine quo ad vitam æternam non patet ingressus? Opus charitatis, quo qui destituitur, manet in morte, nec Christi discipulus potest agnosci? Opus iustitiæ, sine quo iustus ille iudex coronam iustitiæ nulli reddet? Opus perseuerãtiæ, sine quo tandem electi salui esse nõ possunt? Hi sunt veri fructus, & vera Christianorum insignia, quibus qui caruerit, & si Christi sanguine à seruitute Satanæ sit vendicatus, mancipiũ Diaboli perpetuò manebit. Gloriantur Iudæi de Hebraica progenie. Glorientur Gentiles de gratiosa Dei vocatione, ad electorum gremium factam. Glorientur Christiani de gloriæ incomparabili regno, Christi sanguine sibi comparato, gloriandi quidem ratio inanis & vana est, si opera Christiano viro digna, à Deo sibi præscripta non habeat. Vnde D. Chrysostomus ait: Quid enim prodest ei, quẽ sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd filius fuit Noë? Nonne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater natus fuerat, secundum animum factus est seruus: nec familia eius sancta potuit defendere impios amores. Aut quid nocuit Abrahæ, quòd patrem habuit Thare, luteorum Deorum cultorem? Nonne separatus à genere suo, positus est in caput fideliũ, vt iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius sordidare paterni errores. Nam & aurum de terra nascitur, sed non est terra, & aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur. Et stannum de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum licatum seruatur, stannũ autem foras expellitur. Melius quidem est de cõtemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere cõtemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria & claritas eius, non est eius solius, sed cõmunis videtur cum genere. Qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item, qui de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contẽptibilitatis illius, non est eius solius, sed etiam generis eius. Qui autem de cla-

Fructus pœnitentiæ qui sint.

Tit. 2.

Ioan. 3.

Eccle. 1.

Luc. 13.

Matth. 5.

Heb. 10.

Heb. 12.

Matth. 19.

1. Ioan. 3.

Ioan. 13.

2. Tim. 4.

Matth. 24.

A de claro genere, contẽptibilis nascitur, omnis turpitudo illius eius solius est. Ideò melius est, vt in te glorietur parentes, qui talẽ filiũ habẽt, quã tu glorieris in parẽtibus. Verũ enim verò cùm in sacris literis Prophetæ magna spiritus liberalitate, inanẽ Iudæorũ fiduciã repellere soleãt: facilẽ tamẽ videre est, q̃ non tã tũ in ijs, quę ad generis nobilitatem spectãt qua de re gloriãtur, quã maximè refellũtur. Verùm etiã vniuersa illa, quæ inanẽ gloriã pro fundamẽto habẽt, reprehendunt. Gloriabantur quondã Iudęi, quòd tẽplum Dñi apud se se haberẽt, cuius patrõcinio omnia sibi tutissima iudicabãt. At verò Hieremias stultam illorũ iactantiã retũdere volẽs, cõsiderans eos parũ circa Diuinorũ pręceptorũ obseruãtiã studiosos, plus tamẽ æquo in dignitate suprema, quã habebãt, Dei tẽplũ apud se retinentes, gloriari, ait: Nolite cõfidere in verbis mendacij dicentis, templum Domini, templum Domini, templũ Domini est. Quoniã si benè dirigeritis vias vestras, & studia vestra, & feceritis, &c. Habitabo vobiscum in loco isto. Vides minimè etiam gloriandũ in his, quæ nobis Diuina gratia venerunt, nisi in operibus veræ iustitiæ? Hinc est, quòd idẽ Propheta ait: Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me. His sanè verbis omnis inanis gloriatio, quæ pro fundamẽto bona creata, quæcũq; illa sint, habere potest, meritò reijcitur & expellitur: quoniam in Deo, dũtaxat, & in executione mandatorũ ipsius, gloriari oportet, & confidere. Vnde Paulus. Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & non in carne. Ita quoq; Ioannes inanem illam gloriam, quam pro fundamẽto ponũt, expellit: sed quę obsecro gloria est illa, de qua sibi tãtopere Pharisęi, atq; Sadducæi gloriantur? Nõ est credibile Pharisæos, & Sadducæos adeò stultos esse, vt iustitiam Abrahæ sibi tãtopere vindicarent, ex qua sibi satis esse ad vitam æternã iudicarent. Ideò hanc, quã sibi iustitiã asscribebant, duplici modo intelligere possumus. Primò, vt Iudæi cõfidentes de promissionibus Abrahæ factis de benedictione, & conseruatione seminis eius, inde putarẽt, & certo certius sibi persuaderẽt, genus suum minimè fore delendũ, sed perpetuò à Deo conseruandũ fore propter Abrahæ bona opera, etiã si ipsi maximis fuissent peccatis impliciti. Ob idq; adeò securi erãt, vt nullã vẽturam iram, ipsis esse vnquam metuẽdã, nullamq; gentẽ, aut excidi fore timẽdũ indicarent. Hęc Domini Iãsenij expositio est, c. 13. Quæ mihi certè nõ placet, Iudęi enim bene intellexerant, licet omnes illas promissiones sibi factas, in Abrahã credidissent, decem tribus quõdam ab Assyrijs captas, nunquã redijsse, sciebant etiam duas quoq; reliquas grauissimè à Chaldæis fuisse vexatas, & magna ex parte consumptas, vixq; post septuaginta annorũ captiuitatis in patriã redijsse; cur ergo non parẽ, aut grauiorem Dei irã, & vltionẽ iustissimam sibi non formidarent? Formidarũt quoq; Iudęi in cõcilio congregati & valde timuerunt, si Christum in vita relinquerent, quot Romani irruerẽt supèr illos. Si dimittimus eum (inquiunt) sic omnes credent in eũ, & veniant Romani, & tollent locũ nostrũ & gentẽ. Ergo aliter explicandũ venit, & forsam melius. Abrahæ enim promisit Deus in gentẽ filiorũ multitudinẽ, & terram Chanaam sedaturũ, & semini ipsius. Gen. 13. Præterea pollicitus est, semẽ ipsius nũquã fore abijciendum. Gene. 17. Et statuã pactũ inter me & te, inter sẽ-

Hierem. 7.

Hierem. 9.

Nulla in rẽ gloriandũ, nisi in obseruantia mandatorum Dei.

Ioan. 11.

Gen. 13.

Gene. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A men tuũ poſt te in generationibus
tuis, fœdere ſẽpiterno, vt ſim Deus
tuus, & ſeminis tui poſt te. Et licet
iſtæ promiſsiones tẽporales viderẽ
tur, doctitamen Iudæorũ, & Phari
ſæi, & Sadducæi optimè intellige-
bãt ſub illis tẽporalibus bonis, æter
nam vitam, & quietẽ Abrahæ pro-
mitti, & poſteris eius. Eo modo To
Tobiæ 2. bias c. 2. intelligebat, dicens: Nolite
ita loqui, quoniã filij ſanctorum ſu
mus, & vitã illorũ expectamus, quã
2. Macha. 7. B Deus daturus eſt his, qui fidem ſuã
nunquã mutant ab eo. Et 2. Macha.
7. Nam fratres mei modico nũc do-
lore ſuſtentato, ſub teſtamento æ-
ternæ vitæ effecti ſunt, id eſt, ſub fœ
dere, nẽpè conſequentur æternam
vitã, quæ iuſtis promiſſa eſt. Et Do-
Matth. 8. minus Matth. 8. Multi ab Oriente
(inquit) & Occidente venient, & re
cũbẽt cum Abrahã, Iſaac, & Iacob
in regno cælorum, filij autem regni
eijcientur, &c. Ac ſi dicat: Ij quibus
promiſſum erat regnum cælorum,
Luc. 16. C eijcientur in tenebras, &c. Et Luc.
16. Corã Phariſęis Dominus dixit:
Factum eſt autẽ, vt moreretur men
dicus, & portaretur ab Angelis in
ſinum Abrahæ. Et mox, Vidit Abra
hã à lõgè, & Lazarũ in ſinu eius. Si-
nus enim Abrahæ locus ille dictus
eſt, in quo ſancti quieſcebant, ſicut
& modo dicitur beatitudo, quam
quietẽ promiſſerat Abrahę, & prop
ter eum filijs eius, atq; ita, vt filij re
D cipiebantur in ſinu Patris. Ex hac
promiſsione putabant Iudæi, ſibi
æternã quietẽ deberi, in ſinu patris
ſui Abrahę, & propter hãc fiduciã,
quam ſibi cõceperant ſegnes, negli
gentes, & valdè deſides fiebant ad
opera iuſtitiæ: Hoc eſt, quòd in ini-
tio retulimus ex Chriſ. &c. Hunc
errorẽ ſępè ab eis Dominus exime-
re tentauit, vt in hoc loco ponẽs di-
tẽ in tormẽtis, & Abraham patrẽ
vocantẽ, quem etiã & Abraham fi-
lium agnoſcens, ex poſteris ſuis ge
nitũ ſecundum carnẽ. Vt ex hoc fa A
cto videãt, & agnoſcant Iudæi, hãc
promiſsionem non fuiſſe factã his,
qui tantũ Abrahæ filij ſecundũ car-
nem ſunt, ſed his, qui filij eius veri
ſunt per fidem, ideſt, per imitationẽ
veræ fidei, quam ille habuit. Et hoc
eſt, quòd ait Ioannes, *Nolite dicere in-
tra vos patrem habemus Abraham*: ac ſi
dixiſſet: Ne innitamini in iſta inani
fiducia, nec vobis polliceamini de-
beri regnũ cælorũ, niſi bonis operi
bus tanquã veri Abrahæ filij ſecun- B
dũ ſpiritũ eius opera faciatis. Si in
peccatis mãſeritis eijciet vos Deus
& ex lapidibus iſtis filios Iſraël ſuſ-
citabit, vel gentes vocabit, quæ per
fidẽ, & bona opera, filij Abrahę ef-
ficientur, & in eis promiſsiones fa-
ctæ implebuntur.

*Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de
lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.*
Spiritu ſanè Prophetico (teſte Ori-
gene) vaticinabatur Ioannes, expul
ſionẽ prioris populi, & vocationẽ
gentium. Illis enim, qui de Abra- C
ham gloriabantur, dicit: *Et ne inci-
piatis dicere in vobis metipſis, Patrem
habemus Abraham.* Et de gentibus
rurſum loquitur: *Dico enim vobis,
quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis,
&c.* Cùm eſſẽt Ioannes ad ripam
Iordanis, fieri poteſt, vt lapides il-
los, qui de medio Iordanis alueo ad
terrã fuerunt adducti à Ioſue mini
ſtris, digito oſtenderit: vt D. Tho-
mas notat vnà cum D. Anſelmo. At
verò methaphorã de lapidibus ad D
homines transferebat Ioannes, oſtẽ
dens homines inſenſibiles, & lapide
duriores, ex idololatrię peccato cũ
lapides, & ligna adorarẽt, in lapideã
quodam modo naturã cõuerſos, vt
Dauid teſtatur, dicens: Similes il-
lis fiant, qui faciunt ea, & omnes
qui cõfidunt in eis. Verùm breui fu
turũ pollicetur Ioannes, vt gentes
idolatrę, quę iam lapides iudicãtur,
quòd Diuina gratia ac Chriſti ſin-
gulari

A gulari fauore, in naturã, dignitatẽ,
& honorem filiorũ Abrahæ cõuer-
tendi ſint. Hoc eſt, quod in ſua ad
Roman. 4. & 9. Romanos Epiſtola maximè doce-
bat Paulus, & inde argumentũ ſum
mebat, nẽpè illos eſſe legitimos A-
Ioannes prædicit lapides, nempè Gentiles conuertendos in legitimos Iſraëlis filios. brahę filios, qui eiuſdẽ fidei veſtigia
ſectabantur. Sic enim ait: Non qui
filij ſunt carnis, ſunt ſemẽ Abrahæ,
ſed qui filij ſunt promiſsionis æſti-
mãtur in ſemine Abrahæ. Quaſi di-
ceret: Qui ſunt filij Dei ſecũdũ gra
tiã ad ſemen Abrahæ pertinent per
imitationem, & cum hæc filiatio ſe
B cundũ gratiã limitanda non erat in
populo Iudæorum, ſed ad gẽtes ex-
tendenda, teſtãte ipſo Deo per Pro
Oſe. 1. c. 6. phetam Oſeam: Vocabo non plebẽ
meam, plebem meã, & non dilectã,
dilectam, & non miſericordiã con-
ſequutã, miſericordiam cõſequutã
gentes deſignat, dicẽs: *Potens eſt Deus
de lapidibus iſtis, &c.* Id quod etiã ma-
Rom. 8. nifeſtiùs Paulus docet: An (inquit)
Iudæorũ tantũ Deus? Nonne & gẽ
tiũ? Immò & gẽtiũ, quoniam vnus
C eſt Deus, qui iuſtificat circuncifio-
nem ex fide, & præputium per fidẽ.
Ad Ephe. 2. Hoc ipſum idem Paulus amplificãs
ait: Vos, qui aliquando eratis lõgè,
(de gentibus verba facit) facti eſtis
prope, &c. Cùm ergo Ioannes Bap-
tiſta Spiritu Dei repletus, cõuerſio-
nem Gentiliũ ad Chriſti fidem iam
iam futurã proſpiceret: Faſtũ & ar-
rogantiam Iudęorum, qui in proge
nie carnali Abrahę plus æquo nite-
D bãtur, in ipſo ſuæ prædicationis ini-
tio funditus euertere nititur, dicẽs:
*Ne velitis dicere patrem habemus Abra-
ham.* At quoniam hæc prohibita à
Ioanne facta Iudæis, non in totum
ſupercilium & arrogantiam eorum
excuciebat, per contentionẽ oppo-
ſuit illis gentes quas tàm parui fa-
ciebant ipſi Iudæi, vt aliquando eos
lapides compellarent, & contume-
lijs afficerent. Ideò eos non modo
nõ cõtemnẽdos, ſed honore proſę-
quẽdos docet Ioannes, dicẽs: *Potens* A
*eſt autem Deus de lapidibus iſtis filios A-
brahæ ſuſcitare.* Ac ſi manifeſtiùs di-
xiſſet: Progenies Abrahæ in pretio
quidẽ habenda eſt maximo. Verùm
non propter carnis ſtirpem, ſed pro
pter imitationem fidei, qua ſancta
æmulatione Abrahæ filij digniores
effici poterunt, quam qui ſolã ſtirpẽ
à ſuo progenitore Abrahã traxiſſe
gloriãtur. Si ergo filij Abrahæ eſtis
opera (ait Chriſtus) Abrahæ facite. Ioan. 8. c. 39.
Tãto enim præclarior eſt virtutis &
veræ fidei cognatio, quã ſanguinis,
quanto anima præſtãtior eſt corpo B
re. Qui ſanguinis cognationẽ etiam
in matre ſanctiſſima nõ parui pẽdiſ
ſet, ſi vera virtus & gratia abfuiſſet?
Qui poterit magnificare originem
Phariſæorum, & Sadducæorũ, etiã
ſi pluſquam ab Abrahamo deducta
fieret? Quę eſt (inquit Chriſtus) mater
mea, & qui ſunt fratres mei? Qui fe-
cerit voluntatem Patris mei, hic
meus frater, ſoror, & mater eſt.

His quoq; verbis: *Potẽs eſt Deus, &c.*
Potentiã mirabilem Dei in recrea- C Potentia mirabilis Dei in recreatione vtriuſq; populi.
tione vtriuſq; populi tàm Iudaici,
quã Gentilici oſtendit. Nam qui de
nihilo cuncta creauit, potuit & Iu-
daicũ populũ è petra educere. Cũ
enim Deus Iudaicũ populũ à prin-
cipio, ſibi de ſua Abrahę origine blã
dientẽ videret, ipſos ad veram ſuæ
originis cognitionẽ prouocans per
Iſai. ait. Attendite ad petrã vnde ex- Iſa. 51. d. 1.
ciſi eſtis, & ad cauernã laci, de qua
præciſi eſtis, & ne ſuſpicarentur Iu-
dæi de loco originis, & non de per- Iudaicus populus petra vocatur. D
ſonis verba facere, ſtatim patres de
quibus maximè gloriabãtur, petrã
& cauernam eos eſſe docet, dicens:
Attendite ad Abraham patrem ve-
ſtrũ, & ad Saram, quæ peperit vos.
Videte à quibus parẽtibus originẽ
trahatis. Caro Abrahę emortua, &
ad generationem tanquã lapis ſine
fructus ſpe omninò erat. Sara autẽ
ratione ſterilitatis nõ magis, quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lapis natura sua cõcipere,& proles generare valebat. Deus verò qui cæteris generationẽ præbet, numerosam sobolẽ illis cõcesit: adeò vt semen eorum esset sicut stellæ cæli,& sicut arena, quæ est in litore maris.

Gen.22.c.17 & 26.d.4.

Vos ergo Iudęi,qui gẽtes quasi lapides duros & intractabiles illos iudicatis. Attẽdite ad petrã vnde excisi estis:forsam Ioannes hanc animaduertẽs prophetiam,& quòd gentes Abrahæ filij per imitationem essent futuri,dixerat Iudæis. Potens

B est autẽ Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Hęc gentiũ cõuersio, hoc in loco significatur per mirabilẽ lapidũ conuersionẽ in homines,cosq; tales ac tãtos, vt filiorũ Abrahæ dignitatẽ potiãtur. Cõsuetũ quidem est in sacris literis, vt obstinata malitia lapidi durissimo comparetur. Sic enim Iob ait: Cor

Iob. 41.

eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Huius rei ratio est,quoniã ij, qui in malitia sunt obstinati, animã liquæfactã & mollẽ admittentẽ facilè Diuinũ illapsum non habẽt, sed potius, tanquã res obduratæ, quæ sua natura corpus subintrans nõ admittũt, sic corda obdurata Spiritus sancti gratiã penitùs reijciũt, & ipsi Deo ad virtutẽ inspirãti,audacissimè resistere nituntur. Cũ verò ad Deum cõuertuntur, obstinationis malitia ablata,tũc mirabilis illacõuersio fit à Deo: ita,vt per Diuinã gratiã lapidea corda,omni lapide duriora, in-

D mollissima carniũ corda, arte diuina conuertãtur. Sic enim Deus per Ezechielẽ pollicitus fuerat,dicens: Auferã à vobis cor lapideũ,& dabo vobis cor carnis. Vides hic conuersionẽ populi Gẽtilis,quam Baptista vaticinatur,eisdẽmet verbis: Potẽs enim est Deus promissa adimplere, nempè,ex lapidibus, seu corda lapidea gentium,filios Israël,siue corda carnalia procreare. Et quia hæc cõsideratio ad bonos cõponẽdos mo-

A res admodum vtilis est, eam prosequi non grauabor. Ita, vt intelligamus, quid nobis à lapidibus Diuina manu elaboratis expectandum sit, & quid lapides præstare renentur,vt tãdem filiorum Abrahę dignitatem consequi valeant. Oculos in primis conijciamus in lapidem illum durissimum à Mose virga percussum, qui mox vt virgæ Mosaicæ ictum in se sensit,aquæ inundatiam profluxit:ita, vt iam non lapis dũrus, & ex animis videretur, sed potius fons viuus, aquarũ profluentiã vberrimã emittens,videretur, & esset. Non enim sine causa eiusmodi miraculũ Prophetę magnificãt. Dauid sic ait:Quoniã percussit petram, & fluxerũt aquæ,& torrentes inundauerũt. Et Isai. Non sitierunt (inquit)in deserto quum educeret eos, aquã de petra produxit eis, & scidit petrã,& fluxerũt aquæ. Quid obsecro Deus nobis in hoc mirabili factu,aliud indicare voluit, quã peccatorũ mirabilẽ, sua virtute & potẽtia,conuersionem? Nã corda hominũ ad instar lapidũ obdurata, tactu virgæ,nẽpè Diuinę potẽtiæ percussione, quæ sæpè punitione Diuina fieri solet,tantæ virtutis & efficatiæ esse,vt abundantissimum gratię profluuiũ inde sæpè oriri videas & mireris! Videas Paulum durissimũ lapidem,lapidesq; durissimos contra Ecclesiæ fideles minarum, & cædis spirantẽ Virgæ Diuinæ potẽtiæ percussum semel,cum illi fuit dictũ: D Saule, Saule, quid me persequeris? Statim in eã animę mollitiẽ sic mutatus fuit, vt prostractus in terrã decat: Dñe, quid me vis facere? Hæc est illa dextera excelsi mutatio, quã Christus dicebat: Qui credit in me, sicut dicit scriptura,flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuę. Vide quàm elegãter Isai. id ipsũ depingat. Quia scissę sunt in deserto aquę,& torrẽtes

Lapides Diuina manu elaborati. Laborati, & Diuina manu conuersi.

Num.20.

Lapis percussus à Mose. Per quid significetur.

Psal.77.

Isaiæ.

Paulus durissimus lapis fuit.

Ioan.7.

Isaiæ.35.

A tes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum & sitiens in fontes aquarum. Et idem: Aperiam (inquit)flumina in collibus supinis, & in medio camporum fontes,ponam desertum in aquarum stagna. Solet etiam ipse Deus non virgæ ictu petras emolire, & aquas profundere, sed ipsas etiam petras potenti sua virtute confringere, & virtutem suam in ipsis lapidibus durissimis ostẽdere. Sic quondam Eliæ ostensum fuerat, cùm Deus per spelun-

Idem.4.

Deus petras durissimas confringit.

3. Reg. 19.

B cam,vbi Elias latebat,transiret,spiritu vehementi conterens petras. Qua in re Deus nobis manifestè ostendere voluit,vim virtutem atq; potentiam suam, quam in peccatorum conuersionem operari solet, iniquorum corda subuertendo,& eorum duritiam in momento comminuendo. Cùm concionatoris verba,immò Dei ipsius audis, & energiam Spiritus sancti,in te suam virtutem operantem,intra cordis penetralia sentis,& omnes animæ virtu-

Spiritus conterès petras qui sit.

C tes commotas intra te ipsum animaduertis, quid obsecro aliud est, quã Spiritus sancti ventus commouens omnia cordis penetralia, qua mira cõmotione Deum ipsum per te transire cognoscis? Hos lapides, nempè peccatores ad fidem conuersos,magno pretio atq; existimatione ab vniuersa Ecclesia habendos, non modo parabola illa pastoris, qui vnam ex centum ouibus amissam quęrẽs, postquam illã inuenit,

Matth. 18. b.22.

D ad caulas cum cæteris reponendam magno cum gaudio super humeros portauit,indicat. Verùm historia illa, quæ in libro Iosue imperatoris legitur,eleganter ostendit. Ibi enim præcepit Dominus, vt eligerentur duodecim viri,qui tollerent de medio Iordanis alueo duodecim durissimos lapides, super quos Sacerdotes arcam Domini portantes, pedes fixerant. Hosq; duode-

Iosue 4.

Lapides allati de medio Iordane quid significent.

cim lapides ex Iordane super humeros alatos, loco castrorum apponi iussit, in memoriam perpetuam exsicati Iordanis in transitu arcæ Testamenti, vt si forsam inde transeuntes rogarent: Quid sibi volunt isti lapides? Respondere possint: Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini. Transit arca fœderis, nempè Christus, qui fœdus & pax nostra est, per Ecclesiæ Iordanem, vbi Sacerdotes ipsum Christum portantes,pedes,videlicet affectus suos omnes, super lapides durissimos, quos peccatores esse fatemur, figunt, vt tandem ex aquis sæculi emersos ad vitam reducantur. Educuntur tãdem, qui antea in immo vitiorum sumersi iacebant,& contemptui erant, & super humeros magno cum honore ad Ecclesiæ castra reducuntur, atq; ibi tanquam columnæ fortissimæ, insignum præclari miraculi à Deo facti in eorum conuersione constituuntur. Vide Paulum, Magdalenam,Augustinum,cæteroſq; insignes peccatores, ad Christi fidem conuersos, quos super humeros, omnes Christi fideles, honoris ergo adferunt, & ex contemptibilibus lapidibus Ecclesiæ columnas, iam Dei gratia fuisse effectos. Vides itaq; quàm sit potens ipse Deus de lapidibus istis filios Israël suscitare? Id quod Sanctus Iob, licet alijs verbis explicarat, dicẽs: Lapis calore solutus in æs vertitur. Ac si dixisset: Homines malitia obdurati,calore gratię Diuinæ disoluti,& liquæfacti in aliam longè excellentiorem conuertuntur naturam. Nã feruor ille gratiæ Diuinæ, si semel eorũ occupat corda in aliam naturam conuertit,nempè ex peccatoribus iustos facit, & feruentissimos suæ gratiæ præcones,nõ enim illos silere patitur,sed cõtinuo diuinorũ operũ prædicatores efficit:æs quidẽ

Lapides sub pedes figebant, peccatores sunt.

Iob.28.

D

metallum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A metallum est, sonitum fortissimũ emittens dum tangitur, per quod verbi Diuini concionatores exprimuntur, iuxta illud Pauli: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, factus sum velut æs sonans, aut cimbalum tiniens. Ex lapidibus ergo durissimis prædicatores & generosos Abrahæ filios Deus excitare potens est. Et ne tandiu in alegoricis versari videamur, ad textum Euangelij venire oportet. Hæc dicta sufficiant in gratiam eorum, qui ad morum compositionem post literalem sensum, aliquid adnotandum censent

EXPOSITIO.

10 IAM *Enim securis, &c.* Arborum legendum est, vt in Græcis exẽplaribus habetur, & in translatione Syriaca, & in codicibus manu scriptis, nam de multis arboribus cõitat, cum statim dicat: *Omnis arbor quæ non facit fructum, &c.* Tota hæc verborum series metaphorica est, proinde quid sibi velit Ioannes in tota hac sententia explicare lõge melius erit, quàm singulorũ verborum significationẽ inquirere. Seuerè quidem Pharisæos, & Sadducæos Ioannes arguebat, quòd fucato animo, hypocrisiq; pleno, ad ipsum accederent, nihil minus quàm de pœnitentia, vel per somnium cogitantes, dum sibi persuasum haberent, Abrahami genus iam in tutò esse, licet obstinate peccarent, postquam Diuinas promissiones Abrahæ factas ad ipsos pertinere certissimè constaret. Eorum stultam arrogantiam, & plusquam temerariã persuasionem, retundere prosequitur Ioannes, Diuinam vltionem, ipsis iam propediem venturam interminando. Potuissent sanè Dæmonis astucia illecti intra se cogitare, dicentes: Diuinam planè potẽtiam, qua ex lapidibus filios Israël proceare potest Deus, libẽter fatemur, & testamur. Sed quid: Repellet Dominus plebem suam, quã elegit? Absit. Et si enim noui Abrahæ filij Diuina potentia nascãtur, & numerus filiorum Israël multiplicetur, nos tamen Abrahæ filij, & promissionum legitimi hæredes, omninò manebimus. Hæc erat falsa eorũ opinio, & hinc fit, vt vanissimam eorũ persuasionem potius deijcere curaret, atq; Diuinę vltionis seuerissima punitione eorum ferrea pectora contundere nititur Ioannes, dicens: *Iam securis, &c.* Ac si diceret, inani cogitatione fallimini, vobis ipsis persuadentes promissiones Diuinas, quas suo tẽpore veris Abrahæ filijs Deus est præstaturus, infallibiliter ad vos pertinere credentes. Id potius, quod iam iam præ foribus est, aduertite ex animo, & superbiam, atq; iactãtiam, omnemq; cordis duritiam statim deponite: nã *Ecce iam securis, &c.* Rupertus Abbas eleganter animũ, quo Pharisæi, & Sadducæi ad Ioãnem venerant, ostẽdit: Venerãt (inquit) non vt ipsi baptizarentur, sed vt baptizantẽ calumniarentur, præsertim cũ Lucas dicat: Et omnis populus audiẽs & Publicani, iustificauerũt Deum, baptizati baptismo Ioannis, Pharisæi autem,

TEXTVS.

10 IAm enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructũ bonum, * excidetur, & in ignem mittetur.

* Excidetur & in ignem mittitur.

Pharisæi animo calumniãdi Ioannem, ad ij sum veniunt.

A autem, & legis periti cõsilium Dei spreuerunt in semetipsos, nõ baptizati ab eo. Quod erat illud, vel quale Dei consiliũ, quod Pharisæi spreuerunt? Nimirùm pœnitentiã agere, & dignos pœnitentiæ fructus facere. At illi confidentes in se, tanquam iusti aspernebantur cæteros, id quod manifestè Lucas ostendit. Turbæ enim venientes ad Ioannem magna humilitate, & salutis desyderio flagrantes, interrogabãt, quid ergo faciemus? Publicani etiam venientes, vt baptizarentur, spe salutis sibi comparandæ, id ipsum deprecabantur. Magister quid faciemus? Milites quoq;, omni feritate deposita, hoc ipsum planè postulãt, quid faciemus, & nos? Turbæ interrogant, Publicani interrogant, Milites quoq; interrogant, omnes tandem doctrinam fidei, verèq; pietatis addiscere contendunt, & omnia quãtũuis durissima se se facturos, passuroſq; pollicentur. Pharisæi autem & Sadducæi, omne consilium spernentes, se seq; sapientissimos iudicantes, nihil tale interrogare meditantur. Proinde Ioannes seuerum Dei iudiciũ ipsis proponit dicẽs: *Iam securis, &c.* Ores planè summo dolore lugenda: Quòd Pharisęi & Sadducæi, qui primi esse debuerant ad salutem veram animæ conquirendam, qui primi ambabus vlnis Ioãnis doctrinam amplexari tenebantur, qui suo exemplo vniuersum populum ad Ioãnem adducere ipsos oportebat, quatenus omnes salutem exoptatam, simul pœnitentiæ pharmacum summentes, cõsequerentur: ipsi omnibus deteriores effecti, conculcantis Ioannis doctrinam salutarẽ, mores sanctissimos, & vitæ sanctæ institutum, ac totius populi pium, ac sanctum propositum, omnibus ad Ioannem venientibus, per summum scelus, deteriores effecti sunt. Calumnias in Baptistã meditãtes, quas licet magno studio conquęsierunt, inuenire minimè potuerunt. O vtinam his nostris exulceratissimis temporibus non multi tales inueniantur, qui scientia legis Diuinæ, & auctoritate pollentes, suis prauis exemplis miserã plebeculam inficiant, & vt sententia D. Bernardi vtar, illi in persecutionẽ Christi primas tenent, qui in Ecclesia Dei videbãtur esse primi: & iam non est dicendum, sicut populus ita & Sacerdos: sed longè peior Sacerdos quàm populus, &c. Attendant obsecro peruisceratæ Christi, quale iudicium eos expectat, & quã grauissimæ ruinæ causa sint, *Posiquam securis ad radicem arboris posita est.* Quî obsecro Ecclesiæ fragmẽta furtiuæ secta, & ab arbore Ecclesiæ præcisa, in Græcia, Vngaria, Germania, Anglia, Gallia, necnon & in Belgio? Deus det vt ipsa Gallia diu nutans, nõ omninò præscindatur: Et vt hæc nostra Hispania altas radices, quas in vera religione iecit, perpetuò conseruet.

Metaphoram proposuerat Ioãnes arboris fructus dantis, cum dixisset & hortatur. Facite fructus dignos pœnitentia. In eadem metaphora persistens, quàm graue Dei iudiciũ eos expectare oporteat, qui pœnitẽtia dignos fructus ferre recusant, ostendit ex arbore, quę nec fructus dat, nec pollicetur, aut spes dandi vlla est. Quid infructifera arbor sibi promittere potest quã ignẽ. Vnde Ezechielis parabola: Filij hominis, quid fiet de ligno vitis, &c. Ecce igni datum est in escam. Itaq; per securim non trunco aut ramis apposiram, sed radici, tropicè imminens excidium, & vindicta iustissima Dei significatur, qua funditus est perditurus eos omnes, qui in bonis operibus faciendis steriles fuerint. Quod dicit, *Securis*, addita epitasi coniunctionis, *Iam*, indicat extremum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tremum instare periculum & excidiũ, siquidẽ quãdiu remedij spes est, subuenitur arborum vitijs, stercoratione, putatione, aut circunfossione, vt habes Luc. 13. cæterùm vltimę desperationis signum est, cum securis admouetur radici. Addit, & emphasim proximi imminentis periculi, quod sequentia verba, *Echoptete che ballete*, apud Græcos, præsentis sunt temporis, nõ futuri. Excidítur & abijcitur. Porrò locus hîc de imminente excidio dupliciter intelligi potest: Tum de excidio

B sensibili, tum etiam de intelligibili. Sensibile quidem excidium Iudęorum, fuit illud Romanorum, qui tãquam Diuinæ iræ instrumentũ, Iudæorum maximam stragẽ fecerũt, ipsi enim Iudæi subiecti erant Romanis, breui per illos occidendi. Intelligibile verò excidium per Christũ factum esse cognouimus, postquam ab Euangelij gratia eos abscidit, regnum Dei ab ipsis auferẽdo, & Gentilium populo liberali sua

C misericordia conferendo. Secundũ hunc intelligendi modum notandum venit, in his verbis: *Iam securis ad radicem, &c.* Quod secũdum Pauli sententiam, aliquãdo ramos illorum amputauerat, nõ enim naturalibus pepercerit ramis. Hactenus Deus tolerauerat vos, & licet puniebat frondes tantum, aut etiam ramos amputabat, hoc est, temporali aliquo supplicio puniebat vos, vt captiuitate, aut cæde alicuius partis po

D puli citò tamen placabatur, sed iam hoc tempore aduentus filij Dei aduersùs eos, qui non fide viua credunt, longè aliter faciet, ad trũcum scindendũ venit. Nam gentẽ ipsam adhuc semper conseruauit. Iam verò seuerius agere decreuit erga eos, qui fructus boni operis referre nolunt, aut contemnunt ita, vt Iudęos simul cũ tota gente sit omninò perditurus, à propijsq; sedibus amotu-

Luc. 13.

Rom. 11.

Excidium Iudæis minatur Ioannes.

rus, absq; aliqua restitutionis spe, A
nempè reuertendi in terram suam. Hactenus pientissimus Deus sustinuit eos in multa patiẽtia, fructum bonorum operum aliquando expectans, verùm omni frustratus spe, sterilesvestra malitia persistitis, qua propter certo certiùs vobis prædico, excidium vestrum tale breui futurum, vt penitus, ac sine spe reparationis vlla excidamini, ni maturè omni fastu, ac vana progenitorum gloria depositâ, ad sanam mentem & veram pœnitentiam redeuntes, B
steriliratem fertilitate cõmuteris. *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, &c.* Omnis (inquit) quò magis ac magis, omnem de alta Abrahæ stirpe iactantiam, retundat. Nõ enim est Deus acceptor personarũ. Iustas, peccatores, cuiusvis generis, status, ac dignitatis sint, pœnas dabunt. Sicut enim per Euangelij prædicationem, summa Dei bonitas erga humanũ genus, quæ antea fuerat ignota, manifestata est: Ita C
quoq; ipsius Dei seueritas, in infideles, & impios, quę prius homines latebat, reuelata quoq; est. Nam licet ab exordio mundi peccatores inciderint iudicium gehennæ, & iudicium hoc extremum post tãm multa sæcula à Ioannis tempore, venturum sit, tamen acrius nunc Ioannes hoc iudicium cõminari incipit, ac pœnas æternas peccatoribus paratas palam ostendit, futurum deinceps lõgè grauius iudicium in eos, D
qui prædicatione eius audita in suis scelerjbus, & grauissimis criminibus inuoluti manerent. Nam antea error, & ignorantia, nõ nihil veniæ merebatur: iam verò ignorãtia depositâ, nihil præter damnationẽ in peccato perseuerãtes expectare poterũt. *Excidetur & in ignem mittetur.* Per præsens legendũ esse Græca (vti diximus) exẽplaria ostendũt, excidítur, & in ignẽ mittitur, significãs hoc

A hoc non solùm futurum esse, sed & modo fieri: nam si atenta mẽte consideres, facilè videbis peccatores, qui in suis sceleribus versantur intra se se ipsos infernalis gehennæ tormẽta pati. Ibi perpetuis carnalis libidinis incendijs quoquò se vertant, eos flagrare, & omninò cõburi videbis. Ibi ex nimio illo calore ad extremum frigus transeunt. Videbis eorum corda omni glacie, ad Diuinarum rerum contemplationem frigidiora. Ibi extremum odiũ B
ad virtutem, & amorem insanũ ad vniuersa vitiorum genera exercerí videas. Et tandem ibi tot Dæmones crudelissimos tortores sẽties, quot sunt affectus, quos intra cordis penetralia foues, non extremum iudicium tantum magno timore expectare decet, sed præsens suplicium, quod Dæmones exercere solẽt intra corda peccatorum. Hinc fit vt aliud iudicium, nempè corporis mortem exerceat Deus. Sicut enim in C
infrugiferis arboribus contingere solet, quæ ne terram frustrà occupãtes otiosę sint, & absq; fructus spe, excidúntur & in ignem mittuntur. Ita quoq; homines in bonis operibus steriles, ne frustrà terram occupent, Diuino iudicio excidúntur à vita, & in ignem gehennæ perpetuę mittuntur, in nullum alium idonei vsum, quàm vt in eorum punitione Deus potentiam, & iustitiam ostendat & clarã faciat. Duplicem itaq; D
vltionẽ Deus sumit de ipsis temporalem, scilicet, & æternam. Temporalem, dum excidúntur. Æternam, dum in gehennam inferni mittuntur. Iusti verò per mortem, licet à vi A
ta hac tollantur, non planè excidũtur, sed potius (id quod frugiferis arboribus contingere solet) ex sterili hac terra in terrã illam omni fertilitate refertam, trãsplantantur, & vita perpetuæ gloriæ fruuntur. Cũ ergo videas Ecclesiam iustis hominibus refertam, nihil aliud te videre cogita, quàm hortum Dei amenissimum diuersis arboribus consitum, cuius emissiones Paradysus sunt. Cant. 4. Omnes enim arboris B
bonæ fructus, Paradysus deliciarũ dicuntur, & sunt. Emissiones, nempè propagines, & plantæ, quas emittit, & extẽdit Paradysus sunt: & ex hac Ecclesia ad gloriam vsq;, se se mira fertilitate extendunt. Hic tractari solẽt de necessitate operum, deq; merito earum, sed quia hæc quæstio longam tractationẽ requirit, nunc eã consulto suo loco omittemus, breuissimis verbis, D. Eligij Nouiomensis Episcopi piam sentẽtiam pro cõclusione adferentes. Arbores (inquit) sumus fratres, in agro C
Dominico constitutæ. Deus autem est noster agricola. Si ergo viderit nos nõ ferre fructum boni operis, excidet nos ab hac vita per mortẽ, & in ignem proijciet infernalẽ, vbi est fletus præardore, stridor dentium præfrigore, in quo igne ne comburamur, clamat ipse per Prophetã: Lauamini & mundi stote, auferte malũ cogitationum vestrarũ, ab oculis meis, quiescite agere perversè, discite benè facere, quia omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ, excidetur & in ignem mittetur. D

Iusti in morte à terra sterili ad fertilẽ transplantantur.

Cant. 4.

Homil. 9. de vulneribus sanctæ.

Omnes homines arbores esse in agro Dominico positi.

Ad Rom. 9.

Vbijo Diuina cupiens, cõtra Pelagianos.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

11 EGo quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiam,

11 *Ego quidẽ baptizo, &c.* Hæc, quæ à Matthæo nostro continua serie narrantur à Ioãne dicta, ex Luca patet, nõ fuisse ab ipso continuè prolata. Voluit tamen Matthæus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A chæus primaria capita cõcionis, ſanctiſsimi Ioannis, licet non omninò ſeruata ſerie, ſcriptis mandare. In his ſanè verbis, Euangeliſta nobis proponit, primarium Ioannis officium, cuius gratia à Deo miſſus fuerat in mundũ, nẽpè vt de Chriſto deq; eius diuinitate & prẽſtãtiſſimo officio, teſtimoniũ exhiberet efficaciſsimũ. Fuit homo (inquit alius Ioannes) miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in teſtimonium, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Teſtimonium exhibiturus, vt Chriſti dignitas, officijq; excellentia magis conſtaret hominibus, ſuum baptizandi officium, ſuamq; perſonam, cùm Chriſti baptiſmo, C & ſingulari ipſius perſona collationem facit, vt inde facilè dignoſcere poſsint, quàm magno ſuperet interuallo Chriſtus Ioannẽ. Fatetur quidem Ioannes ſe ſe baptizãdi munus exercere, non ſine ſpeciali Dei vocatione, ad hoc enim etiam miſſus fuerat à Deo, qui miſit me (inquit) baptizare, &c. Verùmenimverò baptiſmum ipſius in aqua tantum eſſe libere fatetur: *Ego quidẽ* (inquit) *baptizo vos in aqua*. Ac ſi diceret: Fateor quidem baptiſmum meum, nequaquam eum eundem eſſe, quem Prophetæ vaticinati ſunt. Zachar. 13. In illa (inquit) die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Et Ezech. 36. Effundã ſuper vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneũ, & Spiritum meum ponam in medio veſtri. Et qui, queſo, meus baptiſmus, qui in aqua tãtum eſt, poterit animas penetrare, peccata remittere, & gratiam infundere? Ideò dico, & teſtor me in aqua tantum baptizare, tanquam homo purus, cuius officij eſt, corpus abluendo ad præſtantiorem eũ baptiſmum, quem Prophetæ prædixerunt à Chriſto faciendum, prẽparare, cuius ſanè baptiſmi, propriſſimum erit: ita cor abluere, & ab omnibus inquinamentis, & idolis mundare, vt locus paratiſsimus ſit, in C quo Spiritus ſanctus habitare, non dignetur. *Baptizo quidẽ ego in aqua in pœnitentiam*, videlicet, vt peccatores ſe eſſe fateantur in primis, qui peccatorum remiſsionem anhelãt, baptiſmoq; profiteantur, ſe ſe pœnitentiæ fructus facturos, & ab eo, qui ſolus remittere peccata poteſt, veniam expectent, & humiliter poſtulent. Hæc eſt genuina huius loci interpretatio. Præclarè quidem diſcrimen inter Ioãnis & Chriſti baptiſmum. *Ego baptizo vos aqua: Ille vos baptizabit in Spiritu ſancto.* Quibus verbis vt elegãter præclarus ille vir Societatis Iesv Robertus Bellarminus notat lib. 2. cap. 3. de effectu Sacramentorum. Nõ eſt dubium, tantum diſcrimen poni inter efficaciam Baptiſmi Ioannis, & Baptiſmi Chriſti, quantum eſt inter aquam & Spiritum. At baptiſmus Ioannis efficax erat ad alendam fidem, non minus quam baptiſmus Chriſti, nam in baptiſmo Ioannis erat externa ablutio, & verbum promiſſionis. Nam prędicabat baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ. Luc. 3. & prędicabat ſimul fidem Mediatoris, dicens: Vt crederent in eũ, qui venturus erat. Act. 19. Tertullianus quoq; deſcribit diſcrimẽ vtriuſq; baptiſmi, cum ait. Nihil enim cæleſte præſtitiſſe, ſed cæleſtibus præminiſtraſſe. Quod prædicabat (inquit) baptiſmum Pœnitentię B in remiſſionẽ peccatorũ, in futurã remiſſionẽ enunciatũ eſt. Siquidẽ pœnitẽtia ante cedit, remiſsio ſubſequitur, & hoc eſt ad viã præparare: qui autem præparat, non idem ipſe perficit, ſed alijs perficiendum procurat. Ipſe profitetur ſua non eſſe cæleſtia, ſed Chriſti dicendo: Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de ſupernis venit, ſuper omnes C eſt. Item, ſola ſe pœnitentia tingere, venturum mox qui tingeret in Spiritu & igne. Quem ſequutus Cyprianus. Præparabit (inquit) viam Domino Ioannes lauando exteriùs corpora, vt præcederet exteriùs lauacrum ſecuturũ baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſsio. Et Petrus Chryſolog. Per baptiſma (inquit) Ioannis, putificabatur homo ad pœnitentiam, non promouebatur ad gratiam. At verò Chriſti baptiſma, D ſic regenerat, ſic immutat, ſic hominem reddit ex veterẽ nouum: vt prę terita neſciat, non recordetur antiqua, quide terreno cæleſtis, cęleſtia iam poſsidet, & Diuina. Et quia ſuperiùs in hoc cap. num. 6. plura diximus de hac Ioannis & Chriſti baptiſmi differentia aduerſus Centuriatores ſuperſedendum cenſeo.

Poſita iã officij, & muneris Chriſti, & Ioannis differentia, quanta ſit inter eoſdemmet perſonarũ diſtantia, quantoq; interuallo Chriſtus Ioannẽ ſuperet oſtendit, dicẽs: *Qui poſt me venturus eſt fortior me eſt, &c.* Ac ſi dicat: Ne miremini meam dignitatẽ, & potentiam, quod nouum baptizandi ritũ inſtituam apud vos, iam breui vẽturus eſt alius, qui, & ſi ætate illũ ſuperẽ, & munere prædicationis tẽpore excedã, longè fortiorẽ me virtutẽ populo oſtẽdet, ac præſtabit. Ego quidem cũ Gigante illo fortiſsimo cõparatus, tãquã minima deſerti locuſta videbor. Quor ſum obſecro hæc virium fortitudo Chriſti, Ioanni cõparata, ad baptiſmi differentiam de qua Ioannes tractat, in mediũ adferturi? Vt nouo efficatioriq; argumẽto Ioannes oſtẽdat Chriſti Diuinã potẽtiam. Ioannes enim ſua prædicatione pariter, & baptiſmo, tãtum ad præparandũ Domino viam, poſt multos labores exãhelatos, valebat, verùm nec peccata remittere, nec gratiã infundere, nec nouum ſpiritũ dare poterat. C Magnę ſiquidẽ potentiæ virtus eſt, aëreas poteſtates debellare, & peccata dimittere, caſtrũ fortiſsimi Dæmonis occupare, ab antiqua poſſeſſione propellere. Minima ſanè erat potentia Ioannis, ad tã præclaram victoriã de hoſte reportandam. At Chriſti fortitudo in hoc oſtendẽda erat, vt peccata remittendo Satanæ caſtrũ occuparet, ac gratiã infundẽdo poſſideret, & virtutibus ornãdo D dignũ ſibi pararet regnũ. Altam ſanè faciebat Ioãnes de Chriſti fortitudine conſiderationẽ. Contemplabatur nãq; modũ reparãdi cæleſtes illas ruinas, quẽ Chriſtus tenuit, in quo potentiã, atq; fortitudinẽ mirabilẽ oſtendebat. Nonne fortiſſimus ille meritò cõpellãdus venit, qui in infirmitate Crucis ſuæ omnia, ad ſe ipſum trahere potuit? Nõne fortiſſimus ille, qui aſcendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ è manibus fortiſſimi

Primarium Ioannis officium.

Luc. 3.

Act. 19.

Tertul. oratione de Baptiſ. Chriſti.

Ad viam præparare quid ſit.

Cyprian. de Baptiſ. Chriſti.

Petr. Chryſolog. ſer. 137.

Differentia inter baptiſmum Ioannis & Chriſti.

Zach. 13.

Ezech. 36.

Ioan. 1. v. 33.

Quæ conuenientia ſit inter Chriſti baptiſmum, & ipſius fortitudinem.

Chriſti potentia in baptiſmo.

Caſtrum animæ qualiter Deus occupet, & poſſideat.

Ioan. 12.

Eph. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 54. A tissimi ereptam? Nonne fortissimus ille, qui expandens alas suas omnes Christi fideles super humeros reportauit? Nonne fortissimus ille, Isai. 53. qui totius mũdi grauissima scelera super lignũ proprijs humeris portauit? Nonne fortissimus ille, qui Heb. 1. portat omnia verbo virtutis suę purgationem peccatorũ faciens? Hanc Christi fortitudinem, antiquę legis fortissimi viri, tanquam digito in se ipsis ostendebant. Dauid, qui fortissimus robore dicebatur. Sanson qui morte sua suis inimicis mortẽ B intulit. Gedeon, qui ab Angelo virorum fortissimus fuit compellatus. Iacob, qui pugnauit cum Deo. Potius hi omnes Christi figuram sua fortitudine ostẽdebãt, quã propriam. Si ergo Patriarchæ, Prophetæ, inuictissimi duces, tanquàm nihilum ante ipsum reputantur, meritò quoq; ipse fateri teneor, quòd venit fortior me post me, qui sua fortitudine vobis regnum cęlorum parabit. Hoc Ioannes significare C voluit, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Inter pœnitentiam, & cælorum regnum, quod maximè affectatis, & cupiris, multa sanè intersunt. Pœnitentiam tantum vobis prædico, quã si vero corde prętiteritis, Christus vobis, vti liberalissimus in misericordia est, veniam concedet, gratiam infundet, & dignos vos reddet: vt intrà vos habitaculum tale parando, regnum Dei intra vos sit. Regnum Dei intra nos quo modo sit. D Hæc est solius Dei insuperabilis fortitudo. Et nequis suspicaretur inter Ioannem, & Christum, excessum esse in certa mensurã, aut quòd Ioannes quouis modo, vel ad minimũ potentię, seu fortitudinis, Christi posset accedere, ne dicam pertingere, ostendit in his, quæ sequuntur Ioannes se se nullo pacto cum eo meritò comparari posse. *Cuius* (inquit) *non sum dignus calciamenta portare.* Alij Euangelistæ dicunt, corri- A giã calciamentorũ soluere. Idẽ est, si planum, simpliciorem, & propriũ sensum sequamur, in quo non tàm humiliter, quàm verè se indignum planè, longèq; inidoneum fatetur Ioannes, vt in ministerio eius, qui omnẽ superat excellentiam, & ante cuius conspectũ omnia, tanquã nihilũ reputantur, infimum ac vilissimũ inter eius seruos locum habere præsumat, & infimũ illi seruitutis impendat obsequiũ: nempè calciamenta portare, aut soluere. Quibus verbis summa Ioannis humilitas, & B incomparabilis Christi excellentia nobis indicatur. Ioannes enim tàm eximiæ sanctitatis vir, in vtero matris sanctificatus, ad Præcursoris munus obeundum, à Deo vocatus: tantis Prophetarum oraculis vaticinatus: tanti apud populum sanctitatis suę meritò habitus, atq; ab ipso Christo maximus inter natos mulierum prædicatus, à quo Christus, etiam baptizari dignatus est: hic talis ac tantus, indignum se planè fatetur, vt vilissimum seruitutis C obsequium impendat Christo. Qua in re nõ obscurè fatetur, Christum plusquam hominẽ esse, immò Deũ, atquè protali à populo meritò habendus, & collendus. Putat Cyrillus à Ioanne hæc asseri, vt exemplo sui Pharisæos corrigat, & ab arrogãtia ad humilitatẽ traducat. Chrysostomus pręsens Ioannis exemplũ proponit omnibus, vt à superbia homines ad summissionem adducat. D Beda in Luc. Christianus Druthmarus, Albertus Magnus, Zacharias Christopolitanus, Bonauentura, Thomas Aquinas, & alij plurimi, aliter locum hunc interpretantur. Dicunt enim apud veteres moris fuisse, vt si quis eã, quę sibi cõperet, in vxorẽ accipere nollet, ille ei calciamentũ solueret, qui ad hãc spõsus iure propinquitatis veniret.

Quid

A Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo idem Ioannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannẽ homines esse Christum putauerunt, quod idem Ioannes negat, rectè se indignum ad soluendum corrigiam eius calciamenti esse denunciat. Ac si dicat: Ego sponsi nomen mihi indigno arroga re non præsumo.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Quibus verbis lõgè clariùs Ioannes his verbis Christi diuinitatẽ ostendit. B & manifestiùs Christi diuinitatẽ, quã prædicat, efficacissimo hoc argumento ostendit Ioannes. Nam quis quęso, in Spiritu sancto baptizare, & Spiritum sanctum conferre potest, nisi qui non solum homo, sed & Deus est? Opponit quidem Ioannes Spiritum sanctum, & ignẽ aquæ, in qua tantum ipse baptizabat, vt clarè ostendat Christi baptismum, tanto esse excellentiorem, C puriorem, atq; efficatiorẽ suo baptismo, quanto Spiritus sanctus excellẽtior, & purior aqua ipsa sensibili est, tantoq; maioris efficaciæ, quãto ignis aqua efficatior est. Itaq; dũ Ioannes dicit: *Baptizabit vos in Spiritu sancto & igne*, perinde est, ac si diceret: Suo baptismo Christus ipse Spiritum sanctum in vos suæ Diuinitatis potentia effundet, omnesq; cælestes thesauros, omnia denique Dei excellentia, ac salutaria dona vobis impartietur. Rursumq; quasi ignis D vim, & efficaciã exeret suam Deus, nam vos immutabit, sordes peccatorum exuret, atq; cõsumet, tenebras omnes à mente fugabit, ad virtutũ opera, & Dei gloriam promouendam, ardentes vos reddet, ad charitatem proximi fouendam, vos inflammatos faciet. Ignis enim symbolum est purgationis, & amoris, aut etiam renouationis, quæ fit in regeneratione & adoptione in filios Dei. Vide eximiam Christiani populi dignitatem. Iudæi omnes (teste A Paulo) per Mosen baptizati sunt, in nube, & in mare. Sicut enim Iudæi modico tempore, quo mare transierunt, nubis ministerio Angelico illos accipiebat, & protegebat. Ita modò Christiani in nouo gratiæ baptismate, intrant in Diuinam illam Spiritus sancti nubem, nõ quidem modico tempore, sed toto vitæ decursu, in Spiritu sancto immergũtur. Sic enim pisces toto vitæ tempore per mare natantes, & in mare sumersi, vitam degunt, ita viri fideles toto vitæ suę tempore, in spiritu B quasi natant, Spiritu sancto in eis habitante, obumbrante, operiente, & replente: *Baptizabit vos in Spiritu*, id ipsum est, ac si dixisset: Sumergendi estis in Spiritu sancto, vbi tota vita vestra, Spiritu sancti flumine sustẽtata, spirituales efficiemini: ita, vt Spiritum ametis, diligatis, & nihil aliud, tanquam vitæ vestræ propriũ intimo affectu quæratis. Hinc fit, vt pij viri spirituales vocentur à Paulo: Vos (inquit) qui spirituales C estis. Rem profecto mirabilem, quã perpetuamente considerare debemus! Quia membra Christi sumus, Christiani dicimur, & qui Christũ morib' refert, est velut quidã Christus ad viuũ effigiatus. At id Christo satis non fuit, sed ita nos in Spiritum immergere, & à Spiritu penetrari voluit, & omninò à Spiritu imbibi, vt spirituales essemus, & ab omnibus diceremur, & sic tandem quasi quidam Spiritus, qui iam D caro esse definit, videatur & sit: ita, vt in Deum translati ab omnibus agnoscamur. Si is, qui Deo adheret, vnus Spiritus (teste Paulo) fit cum eo, quanto magis is, qui in ipsomet Deo immersus est? Hoc est, quod Ioannes pollicetur: *Baptizabit vos in Spiritu sancto.* Addit, *Et igne.* Secundum sanctorum Patrum sententias varias, diuersis modis bap-

R 2 tismum

1. Cor. 10. *Moses baptismum, quem in dei recepe-runt.*

Hieron. ad Edluiã. q. 9. Theophyt. in Luc. c. 3. Euthy. & Hilar. hic. Beda. Luc. 3.

C Gal. 6. *Pij viri spirituales vocantur à D. Paulo.*

In baptismo Christi Spiritus sanctus datur vnà cum suis donis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Origen Homil.24.in Lucam.tom.6. Ad Ro.c.6.

A tiſmum ignis accipimus. Origenes de igne purgatorij intelligendum putat. Nam Chriſtus nõ ſolũ aqua ſimul, & Spiritu in hac vita baptizat, vt cuiuis diſcedens, qui ad Paradyſum trãſire deſyderat, lauacro igneo: vt idem Origenes vocat, ſeu igne purgationis baptizatus, ſiue mundus ſalutem conſequatur æternam. Hilarius, & Hieronymus eius ſententiæ ſunt. Cyprianus hunc ignem refert ad tribulationem, atq; tentationem præſentis vitæ. Beda, Luc. 3. Auguſtin. & Caiet. idem aſſerunt. Ambroſi. paſsionis baptiſmum appellat, quo etiam baptizati velut aurum in fornace purgantur, atq; probantur. Hilarius ignem iudicij intelligit, quo baptizatos conſummari etiam neceſſe ſit. Baſilius verbum Euangelicæ doctrinæ accipit, quod varias ignis proprietates comprehendat. Chryſoſtomus ignem interpretatur fauorem & rectitudinem gratiæ, vel vt alij dicũt, abundantiam gratię, & copiam beneficiorũ, quæ cum ipſo baptiſmo, & baptizatis, itidem in Chriſto liberaliter conferuntur. Nonnulli ſic volunt ignem eſſe dictum, vt charitatis ardor deſignetur, quẽ Chriſtus in terras venit mittere, & in renatorum cordibus cupit accenſum flagrare. Licet omnes has interpretationes libentiſſimo animo amplectamur, tamẽ ſi germanam (meo iudicio) literę interpretationem ſequi cupimus, duplicem baptiſmum hoc loco intelligemus, nempè quo Chriſtus baptizat Spiritu ſancto eos, qui quotidie in nomine ipſius aqua tingũtur. Et de baptiſmo quo Chriſtus Apoſtolos ſuos in die ſancto Pẽthecoſtes per Spiritus ſancti miſsionẽ in linguis igneis eos baptizauit. Hoc manifeſtum eſt ex ipſius Chriſti verbis, promittẽs enim Apoſtolis Spiritum ſanctum, verba Ioannis de baptiſmo implere vo-

Hilarius. Hieronymus. Cyprianus.

Beda. Luc. 3. Auguſt. Caietan. Ambroſi. in Luc. lib. 1. Hilarius in Matt. cap 3. Baſil. lib. 1. de Baptiſ.

Chryſ. Homi. 11. in Matth.

C

Ignis baptiſmus intelligitur de igne, quem Dominus venit mittere in terrã.

Germana loci interpretatio eſt, & de baptiſmo, quo baptizãtur fideles, & de baptiſmo Spiritu ſancti in die Pentheoſtes.

D

Actum. 1.

lens ea repetens ait, Ioãnes quidem A
baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies: ac ſi dixiſſet: Non priùs cælos conſcendam, quàm vos ſecuros reddam, me pluſquam Prophetæ Ioannis verba, quæ meo nomine pollicitus eſt, completurum, nempè quòd ſitis igne baptizandi, non poſt multos hos dies, igne itaquè Spiritus ſancti polliceor vos baptizandos. Ornat quidem his verbis Ioannes Chriſti Eccleſiam, in B
qua Chriſtiani prę Iudæis, hanc inſignem obtinent prærogatiuam, vt Spiritu ſancto & igne baptizẽtur, nimirùm vt viuam illam, & eximiã Diuini Spiritus energiam, qui tanquam ignis omnem peccati maculam in baptizatis exurit, & nouum ſapientiæ ſplendorem illis infundit, ac diuinæ charitatis flammã ſimul in illorum animis mirabiliter incendit, atq; nutrit, quemadmodum natu grandiores baptizati re ipſa ſæpiùs dedicerunt, & vitæ ſuæ exemplo cunctis oſtenderũt. Nam ſi eorũ, qui à Deo tracti ad baptiſmum in adulta ætate venerunt, vitam ſpectes, nihil certè aliud in ipſis videbis, quàm amoris flammam, ignẽq; vehementem, & cum nihil digniùs, quàm Spiritu ambulare, & non ſecundum caruẽ, nihil dulciùs ipſis eſſe poterit, quàm in dilectione Dei, & proximi perſiſtere. Ideò Ioannes vtrumq; cõiungere voluit, ac ſi nodo quodã colligari perpetuo eſſent, dicens: *In Spiritu ſancto & igne.* Quia ſicut ipſe Dominus, qui ad vos venit, ignis amoris eſt: ita faciet vos in Spiritu, & dilectione ambulare. Sicut enim, qui terrena ſapiunt, & quærunt, in terra ſummerſi, & ſepulti eſſe dicuntur: ita quoquè qui ſpiritualia requirũt, in dilecti amore languent, & ab eo ſeparari extremum tormentorum eſt, qui hoc modo viuunt baptizati & immerſi dicuntur,

A dicuntur, *In Spiritu ſancto & igne. Cuius vẽtilabrum in manu ſua, &c.* Hoc paradigmate pręſignabat futurum, vt Chriſtus ſecerneret pios ab impijs, illoſq; ſibi coaceruaret in æternæ ſecuritatis horreum collocandos, hos verò æternis ignibus excruciandos. Ventilabrũ inſtrumẽtum eſt, quo grana in altum proiecta, & quaſſata à paleis repurgãtur. Auguſtinus in Pſal. 92. legit palam, nam pala quoq; idem fieri ſolet. Area planicies eſt indurata, in qua teruntur, & excutiuntur frumenta: verùm hìc per metonymiã pro ſegete & frumẽto ponitur, nimirùm continens pro contento. Paleę hoc loco, non propriè faliculi illi, quibus grana includuntur, ſed culmi ipſi, & quicquid illud eſt, quod cum grano natum, à grano ſecernitur & abijcitur. Opponitur enim hìc Palea tritico. Priùs propoſuerat Ioannes ſimilitudinem arborum, nunc agricolæ ſimilitudinem triticum C
ſuum purgantis, ob oculos ponit. In qua ſanè parabola alterum diuinitatis Chriſti proponit argumentum Ioannes, in quo non iam ſicut de aqua baptiſmi, deq; ipſius effectu, paritatem, vel minimam ſuſpicari poterant, inter ipſum & Chriſtum eſſe. Nunc autem ſequentibus annunciat, præcelſam illam iudicij poteſtatem, qua non modo homines, verùm etiam Angelos excellit & ſuperat. Hactenus prædicauit Ioãnes Chriſtum eſſe Saluatorem, Spiritum ſanctificationis donatorem, quod ad primum Chriſti aduentum pertinere manifeſtum eſt. Iã ipſum iudicẽ declarat ſuper vniuerſam Eccleſiam, quod dupliciter, ſeu de duplici iudicio, præſenti ſcilicet, & futuro, intelligi poteſt. Tũ de iudicio, quod iam iam Iſraëli imminebat. Tum etiam de iudicio finali, ſecũdum primam interpretationẽ. Per aream populus Iſraël intel-

Ventilabrum quid ſit.

Auguſtin. in Pſal. 92.

B

Palea quid ſit.

Chriſtus agricolæ ſimilitudinem habet.

C

Indicium Chriſti poteſtas.

D

Iudicium duplex præſens & futurum.

ligitur, aut potius Eccleſia. Horreũ A
quidem regnum cælorum eſt. Ventilabrum, Euãgelij prædicatio. Triticum, electi ac veri Iſraëlitę. Paleę reprobi. Ignis, qui extingui nequit, ſupplicium impiorum æternũ declarat. Vt enim ventilabro Paleæ diſcernuntur à tritico, & illarum leuitas, & inanitas manifeſtatur, ita quoq; per Euangelij prædicationẽ, produntur falſi Iſraëlitæ, qui licet reprobi, prius non ſolum coniuncti erant veris electis: ſed & legalium cæremoniarum ſplendore tecti, pro veris Iſraëlitis habebantur. Accedente autem Euangelicæ prædicationis ventilabro, factum eſt vtrorumq; ſeparatio pariter, & manifeſtatio, ac cordiũ occulta detectio. Secũdum hanc interpretationem, Malachiæ Prophetia, qua tàm de Ioanne, quàm de Chriſto vaticinatur, intelligẽda eſt. Sedebit (inquit) conflans, & emundans argẽtum, & purgabit filios Leui, &c. & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Hæc prima interpretatio de C
præſenti Eccleſiæ iudicio Origenis eſt, & quorundam aliorum. Circa quam conſiderandum venit, quid Ventilabrum, quæ Area, quid Triticum, quid Paleæ ſint. Ventilabrum in manu Chriſtum habere, id ipſum eſſe credo, quòd ſummam poteſtatem ſuper vniuerſam Eccleſiã eum habere, data quidem illi fuit poteſtas in cælo & in terra, vſus autem huius poteſtatis tunc ipſe exercet, quando omnia opera conſiderat, D
omniumq; operum bonitatem, & malitiam diſcutit, & cuiuſuis operis meritum, aut certè pœnam æquiſsimo ſuo iudicio taxat. Quòd verò ventilabrum habeat, quo tanquam diligens agricola grana cum paleis ſurſum ſublenet, ventoque ſecundo exponat, Chriſti poteſtatem illam Diuinam notat, qua homines æqua ſorte, ſiue boni,

Iſraëlitæ veri & falſi Euangelij prædicatione agnoſcuntur.

Malachi. 3.

Origc. Homil. 26. in Luc.

Matth. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A siue mali sint, in altum dignitatis gradum attollere solet. Videmus sæpè homines virtutibus omninò vacui sursum à Deo extolli, & ad supremos honores exaltari, atq; in illum gradũ collocari, quo viri pietate insignes, & maximis honoribus digni possidere solẽt. Hoc certè est, paleas vnà cum tritico in huius terræ area vẽtilare, & in alta & excelsa ponere. Sed quid inde? Breuissimo temporis periodo, qui pares ab hominibus in honoribus videbantur, & in altum dignitatis fastigium euecti fuere, diuersa sors illos ab inuicem separabit, triticum ad pedes ventilantis cadens in horreum reseruandum sperat, paleæ autem ventum sequentes, igni traddẽdæ sunt, hoc est, qui à Deo se se agnoscunt ad dignitates euectos, euestigio tanquam graues ad pedes ipsius Dei proiecti, omnes coronas, omnes gradus & dignitates suas, cum maxima humilitate ab illo acceptas ferunt, velut grauissimi illi
C senes, qui ante Dei pedes prouoluti coronas suas proijciebant: leues autem, & qui sibi blandiuntur putantes suis meritis, aut auorum, seu proauorũ generi, honores sibi collatos, iustè deberi, nullum ad Deũ ipsum respectum habentes, ij certè tanquam paleæ leuissimæ igni æterno comburendi disponuntur.

Apoc.

Si autem de tentationibus, quibus in hac vita homines à Deo probãtur, intelligamus, idem iudicium ferendum puto: nam tentatio tanquam ventilabrum in manu Domini est. Vis scire an granum in horrea cælorum collocandum, an palea igne æterno cremanda sis? A te metipso experimentum sumes. Si in tribulatione, qua Deus te probare decreuit, ad Domini pedes tanquam graue granũ ceciderís. Si te ipsum sub Dei protectione humiliter subijcias cum Dauide dicendo:
D Sub vmbra alarum tuarum protege me: iam tũc horrea tibi cælestia parantur. Si verò tribulatio à Christo te semouere potuit, palea certè vilis es igni inferni parata. Si verò pondus Diuini amoris, quo stabilitatem tibi paras, in te fuerit, & cum Paulo animosè dicere audes: Quis nos sęparabit à charitate Christi? &c. iam triticum te esse agnoscis. Si autẽ tu velut alter Ephraim pascis ventum, & sequeris æstum, tunc certè palea es inferno parata. Vide mecum (Christiane Lector) ipsum Christum ventilabro passionis à Deo agitatum in horto, & videbis illum, tãquam granum solidissimũ ad pedes cuẽtilantis humiliter proiectum. In ipso enim passionis agone procidit in faciem suam, dicẽs: Pater si possibile est, transeat à me calix iste, verùmtamen nõ mea, sed tua voluntas fiat. Matth. 26. Hęc de præsenti iudicio Ecclesiæ dicta sufficiant. Ambrosij tamen sententia, qua hæc verba de nouissimo Dei iudicio, quo Christus bonos à malis
C secernet, rectiùs accipi potest. Secundum quem intellectum ventilabrum, quod est in manu Christi, potestas iudicãdi, quam Pater ipsi tradidit intelligenda est. Omne enim iudiciũ dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificãt Patrem. Area ipsius, aut specialiter Iudæorum populus est, aut certè totius orbis vniuersalis Ecclesia, vbi paleæ cum tritico, mali videlicet cum bonis, permixti latent. Paleæ enim impij sunt, qui inanes cum sint omni cupiditatis suæ vẽto huc illucq; mouẽtur. E contrario verò iusti, qui pondere virtutum & meritorum triticum, quia solidum est, meritò compellantur. Horreum autem in quo congregãtur hęc pretiosa grana regnum cælorum est. Secundum hunc intellectum notãdum venit, quòd non dicit Ioannes,

Mundabit

Ambros. 2. Luc.

Virtutes probant electos.

Ibidem.

Permundare, perfectionem significat.

A Mundabit aream suam, sed Permũdabit. Quo verbo perfecta omninò purgatio, & malorum à bonis separatio perfecta intelligenda est. Frequẽter enim Deus in hac vita areã suam purgat, hæreses tamen permittendo, quas secũdum Pauli sententiam esse oportet, vt probati manifesti fiant: licet in vno areæ loco purget, & labores, & tribulationes etiam Deus inferendo, quibus boni à malis secernãtur, interdum purgat: verùm nunquam perpurgat,
B donec in die iudicij omninò mali à bonis, oues ab hædis iudicij ventilabro diuidantur. Vẽtilabrum, dicit, in manu eius, tanquam si diceret, Iam ad opus iudicandi, & vẽtilabro suo secernendi bonos à malis paratus est, & breui suam exercet iustitiam, Postquam iam securis ad radicem arboris posita est. Et ventilabrum quoq; in manu videtis, nõ potestis vobis longas inducias polliceri, sed sicut scissa arbore, statim est
C iudicij sententia executioni mandanda. Vbi enim ceciderit lignum ibi manebit, siue ad austrum, siue ad aquilonem. Sic quoq; quando ventilabrũ est in manu Dei, cito area per purganda est. *Congregauit triticum in horreum suum*. Notissimum est in sacris literis, Iustos tritico assimilari, vt in parabola, Zizaniarũ, Dominus indicauit. Matth. 13. De quo tritico intelligi potest illud Isai. Iurauit Dominus in dextera
D sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum vltrà inimicis tuis, &c. Triticum itaque selectum, videlicet iustos, in horreum æternæ gloriæ congregat, vt in eis tanquam diligentissimus agricola, qui horrea plena habeat, ditissimus habeatur, & est: Sic Deus, vt gratiæ & gloriæ suæ diuitias ostẽdat in ipsis; q; glorietur, horrea cælorum implet. *Paleas autem comburet igni inextinguibili*. Semper Deus suæ miseri-

Eccle. 11. 4. 3.

Matth. 13.

Isai. 62.

cordiæ thesauros præfert & anteponit iustitiæ, tanquam sibi magis dilectos, nobisq; magis vtiles, vt amore potius quam iustitiæ rigore, nos ad se se alliciat & pertrahat: verùm qui misericordiæ thesauros spernunt atq; contemnunt, æquissimo Dei iudicio miseriam perpetuam experientur. Quòd Paleę sint impij, Iob. 21. ostenditur: Erunt sicut Paleæ (inquit) ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit. Has Paleas, vt iustissimam rigoris sui sentẽtiam Deus exequatur, comburet igni inextinguibili. De inferni igne intelligenda sunt hæc verba, sicut & Isaiæ vltimo, vbi ait: Ignis eorum non extinguetur. Vbi notandum, quòd licet inferni ignis corporeus sit, longè tamẽ differt ab igne huius mundi, qui lignorum appositione nutritur ac fouetur. Ignis verò inferni, non per lignorum congestionem, sed Diuina potentia in suo perpetuo vigo-
C re manet, nec tamen reprobos in eo conjectos, licet mirę actiuitatis sit, ita cõburit, vt penitus consummantur. Sed eo modo, quo ignis Diuina potentia perpetuò durat, ita, quoq; reproborum corpora, in sua perpetua viriditate vnà cum misera anima, perpetuò manẽt, quò iustitiæ Diuinæ seueritas in eos magis exerceatur. Vide Grego. 15. mora. c. 14. His verbis Origen. Hæresis (si Origenis dicenda est, & non potius cuiusdã Ambrosij, qui Origen. scripta multis erroribus imprẽsit) conuincitur, qua asserebat damnatorum pœnas aliquãdo esse finiendas. Cùm enim ignis ad cruciatum damnatorum positus, sit in inferno. Si eorum pœnæ finiendæ essent, aliquando ipse quoq; ignis extingueretur. Atq; ita non esset inextinguibilis.

A Misericordiã iustitiæ præfertur.

Iob. 21.

Isai. vlt.

Ignis inferni qualis sit.

Reproborum corpora in viriditate perpetua manẽt.

Grego. 15. mora. c. 14.

Origen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

13 TVNC venit Iesus, &c. Hactenus Christus in Nazareth Galilææ delituerat, vbi fuit ab Angelo annunciatus, & à matre cõceptus Spiritus sancti virtute: ibiq; tanquam purus homo, parentibus toto hoc tempore morem gessit, ac labore manuũ victum vnà cum eis acquirebat. Verùm cum tempus adesset, vt munus officij sibi à Patre æterno iniũcti fungeretur, postquã Ioãnes Præcursoris officio probè functus fuerat, relicta patria, relicta domo materna, in Iudææ æterni sui patris peculiare habitaculũ, vnde Euãgelij prædicatio auspicãda erat, venit. Sed valde mirũ est, quòd Christus, qui vt verus Messias agnosceretur venit, & paulò post altissimę suæ doctrinę magister futurus, à Ioanne voluerit baptizari Baptismo illo pœnitentiæ, quo homines profitebantur se, & peccatores esse, & ablutione indigere, multũ enim eius dignitati, & existimationi, & officio docendi detrahere videbatur, quòd ipse peccator reputaretur. Deus bone quid hoc? Si nolebat, nec decebat, peccator existimari: quare vt peccator baptizari vultę Si reputari peccator cõcupiscit, & inter maximos peccatores eorum vnus manifestari desyderat, quis poterunt homines ei fidem adhibere? Nam qui vult videri, quod non est, non minus mentiri videtur, quàm is qui dicit se esse, quod non est. At dices hæc eadẽ argumẽta, quod circuncidi non debuit, possunt proponi. Fateor: Sed lõgè alia ratio de circunciſione, ac de Baptismo est, nam circuncidi, vt veros Abrahæ filios oportebat. Verùm ad Baptismũ qua lege obligari potuitę? Dicimus ergo, quòd licet nulla ad Baptismum teneretur lege, oportebat tamẽ Christũ baptizari multis de causis. Prima omniũ (meo iudicio) est, vt extremam eius humilitatẽ ostenderet. Ideò antequam suas Euãgelij leges in æternũ duraturas, populo proponeret, à suo præcursore Ioãne baptizari decreuit. Idq; in Iordane, vbi magna hominũ multitudo è varijs totius Iudææ prouincijs cõuenerat, qui omnes tanquam testes à Deo vocati, præclarũ Christi humilitatis exemplum, & oculis viderent, & verbis testarentur. Vt cunctis mortalibus innotescat, oportere

TEXTVS.

13 TVnc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. 14. Ioannes autẽ prohibebat eũ, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? 15. Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiã. Tunc dimisit eum. 16. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritũ Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum. Ecce vox de cælis, dicens. 17. Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Humilitas doctrinam præcedere debet.

Cyprian. de Bapt. Christ.

Christus baptizari voluit primus, vt Christi humilitas in Baptismo pateret.

Secũda ratio.

Secundo baptizatur, quia sicut in circũcisione dabatur signũ quo populus Dei secerneretur, ita modo in baptismo.

Sicut per circuncisionẽ populus Dei agnoscebatur in lege veteri, ita in noua Baptismũ instituit quo filij Dei agnoscerentur.

Iosephus. 18. Antiq. c. 10.

Quare Christus baptizari voluerit.

Heb. 2.

tere humilitatem præcedere doctrinã: sicut Cyprianus hoc loco diligenter notauit. Illustre sanè humilitatis exemplum nobis Christus exhibuit, qui licet nullà peccati labe fuerit contactus, immò potius omnium peccata mundi solus deleret: voluit tamen in medijs peccatorum turbis comparere, ipsisq; videtibus baptismum pœnitentiæ quo publicani, milites, atq; meretrices, baptizabantur, suscipere. Qua in re si benè perpendimus, Christus secundo loco, magnũ nobis indicare voluit mysterium in Baptismo latere, nempè, quòd sicut olim Abrahæ circuncisio data fuit, & grauissimo præcepto iniuncta, vt eo signo & tesserà populus Dei, ad quem Abrahæ promissiones pertinebant, & agnosceretur, & à cũctis alijs nationibus secerneretur. Ita Deus volẽs nouũ populum sibi adscribere, nouumq; cum eo fœdus per filium suum inire, nouum quoq; symbolum, nempè baptismum, per Ioannẽ instituere decreuit, quo nouus populus, ad quẽ noui fœderis promissiones pertinebant, inscriberetur, & à cunctis gentibus diuideretur. Hanc causam Iosephus. 18. Antiqui. cap. 10. adferre videtur, dicens: Ioannem præcepisse populo, vt per baptismum in vnum coirẽt. Christus autem, sicut sua circuncisione populo Hebræorũ ascriptus esse decreuit, ita quoq; modo, tãquam huius nouæ regenerationis caput, baptismi tesseram accipere, ac per eam sanctorum suorum corpori, inseri decreuit, vt se in omnibus fratribus assimilaret, prosimilitudine absq; peccato. Et qui circũcisionis duræ legi sese submiserant, in similitudinem carnis peccati, baptismi quoq; legi parere, quasi vnus ex peccatoribus non recusauit, quò peccatorum animos ad se magis magisq; alliceret. Quatuor sanè fuere insigniora opera, & extremæ humilitatis exempla, quæ Christus in hac vita cunctis mortalibus patefecit. Primũ fuit circũcisio, qua se peccato originis cum cæteris mortalibus obnoxium fatebatur, licet immunis fuisset. Alterum fuit hoc baptismatis opus, quo sese publicè vnà cum cæteris peccatoribus mundari voluit. Tertium verò fuit, quando genibus prouolutus ante Apostolorum pedes eos lauare non dedignatus fuit. Quartum, quãdo summa ignominia affectus, inter duos latrones Crucis mortem pro nobis subire non fuit dedignatus. Quartum hoc extremæ humilitatis exẽplum, quod cæteris tribus longo interualo superat, omissum faciamus. At inter tria alia hoc Christi baptismum in genere veræ humilitatis, primũ locũ (meo iudicio) tenet. Nam licet primo aspectu summum humilitatis gradum obtinere videatur opus illud insigne, quo piscatorum pedes Deus maiestatis lauerit, sed lõgè humiliùs est, se se ipsum ad lauandum præbere, quàm Apostolos suis manibus lauare, nam humiliùs est fateri se debere lauacrũ accipere, quo sordes mundantur, quàm peccatorum sordes sua puritate mũdare. Humiliùs ergo est à Ioanne requirere mundiciam, quàm eam Discipulis elargiri. Rursum ad circũcisionem veniamus. Quãto viliùs est peccato actuali inquinari, quàm originali, tanto videri potest humiliùs à Ioãne peccatorum baptismum quærere, quã effusionem sanguinis in circuncisione sufferre. Tunc enim quasi originalis peccati debitor se cõstituit, in hoc autem baptismate actualis peccati reus cum cæteris videri poterat. O summam animi humilitatem! O veriſſimam, efficacissimũq; sui despectum! Vult Christus oculis hominum peccator videri, & in tam magno hominum theatro im-

Quatuor cpẽra insignia humilitatis Christus ostẽdit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mũdus haberi,& tu miser sordibus omnium vitiorum infectus, tanquam mũdus & purus ab omnibus te haberi præsumis. Voluit item Christus Ioannis baptismum suscipere,vt sanctissimo suo baptismo, peccata nostra, quæ in se susceperat, diuina virtute ablueret. Voluit etiam inter peccatores peccator apparere,& cum eis baptismum suscipere,vt Dæmonis astutias hac arte deluderet. Voluit quoq; Christus Ioannis baptismo lauari, vt ipsum non modo sua auctoritate compro-
B baret,sed etiam vt fluenta mũda, & sanctificata sui corporis contactu redderet,vt accedentes intelligant, omnes aquas efficaces iam factas in ablutionem peccatorum, & vim regenerandi efficacissimam, ab ipso Christo mutuatas fuisse. Ad hoc enim referũtur,& eius verba,Ioan. 17. Propter eos sãctifica me ipsum. Quia nõ sibi,sed nobis hæc fieri demonstrabat. Cyril. Hierosoly. Catech. 3. aliam inserit rationem. Nimirùm ne quis aliquem à suscipiendo baptismo eximi posse sentiat. Sãctificauit(inquit)baptismum Iesvs,
C cũ ipse baptizatus est. Si filius Dei baptizatus est, quis pius potest baptismum cõtemnere? Baptizatus autem est,non vt peccatorum acciperet remissionem (non poterat enim peccare) sed etiam si peccato nõ esset obnoxius,baptizatus est, vt Diuinam gratiam & dignitatem exhiberet baptizãdis. Qui plures adhuc
D causas requiret,videat Franciscum Suarez Societatis Iesv,virum sanctitate & doctrina insignẽ, qui multa præclarè tractat.

Ioannes autem prohibebat eum, dicẽs, &c. Quem rogo prohibebat Ioannes? Iesvm. Et quî poterat Iesvm prohibere,quem tunc tẽporis nondum agnouerat? Fatetur libenter hoc ipsemet Ioannes, dicens: *Ego nesciebam eum,sed qui misit me baptizare in aqua.* Ille mihi dixit: *Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eũ, hic est, Qui baptizat in Spiritu sancto.* Nondum Spiritus sanctus super Christum in forma visibili descenderat. Nondum Pater æternus dixerat: *Hic est Filius meus dilectus.* Quomodo poterat eum agnoscere,& minus quem non agnouerat prohibere? Verùm si Ioannis mentem consideramus, optimè dixerat: *Ego nesciebam eum*, quia oculis carnis eum non viderat antequã ad baptizandum mitteretur. Et tũc B hoc signum mihi datum fuerat à Deo. Sed quia oportebat,vt Iesvm Ioannes cognosceret ante baptismum,vt testaretur cunctis astantibus illum non indigere baptismo. Ideò eo tempore, quo Christus ad baptismum cum cæteris peccatoribus humiliter veniebat, tunc interius Spiritus sanctus singulari quadam gratia Ioanni,quasi digito ostẽdit eum,quem ad se se tanta cũ vultus hilaritate, & gratia venientem C videbat Christum populo promissum esse, ideò iustè prohibebat eũ. Hæc est sententia Chrysostomi, Theophylacti, & Euthymij, & aliorum. Item,hoc signum Ioanni, quo Christus ab eo agnoscendus erat,vt optimè Ianse. cap. 14. notat, non est ita promissum, vt tunc Christum primũ cognosceret, sed vt cõfirmaretur de eo, quem antea cognouerat ex reuelatione Dei, & alij per illud signum instruerentur. D Sicut Exod. 3. dixit Dominus Moysi: Hoc habebis signum,quòd miserim te,cum eduxeris populum meũ ex Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Ante hoc quidem signum multa viderat Moyses,quibus certus erat se esse à Deo missum, sed per hoc & ipse cõfirmatus est, & alij firmiùs crediderunt. Eo modo cũ Ioanne factum est. Ostenderat Ioannes verbis efficacissimis

Christi

Tertia ratio, Vt peccata nostra ablueret.

Quarta ratio, Vt Dæmonis astutias deluderet.

Quinta ratio, Vt fluenta sanctificata redderet.

Ambrosius in Luc. lib. 2. cap. 12.

Franciscus Suarez Societatis Iesu.

Ioan. 1.

Ioan. 19.

Cyril. Hierosol. Cateche. 3.

Sexta ratio, Ne quis à baptismo se subtrahere audeat.

A Christi supremam dignitatem,tum ratione personæ, tum etiam ratione officij ac ministerij,longo intervalo ipsum superasse. Iam re ipsa declarat Ioannes, se in vtroq; longè inferiorem esse. Mirabatur,& velut attonitus cogitat, quid sibi velit, quòd talis ac tantus maiestatis Dominus ad se veniat: Et sicut ad Mariæ primũ occursum Elisabeth eius mater admirabũda obstupuit, dicẽs: Vnde hoc mihi,vt veniat mater Domini mei ad me? Ita quoquè filius eius Ioannes Christi præsentis maiestatẽ certissima fide agnoscens, prohibebat ne ab eo baptizari, aut quoquo modo tangi pateretur. Prohibebat eum: Non per modum imperij (teste Dionysio) cum hoc sit superioris, sed per modum humilimæ abiectionis, sciens se indignum esse, qui baptizaret filium Dei. Queniadmodum etiam Petrus ad Iesvm: Non lauabis mihi (inquit)pedes in æternum. Considerãs
C namq; Ioannes suam infirmitatem, & Christi maiestatem incredibiliter mirabatur de tanta dignitate,& humiliatione Dei incarnati. Prohibebat eum itaq; publicè coram populo, vt ex illa prohibitione populus,qui illum tanti faciebat,dignitatem,& Christi maiestatem intelligeret. Illa enim prohibitio id ipsum fuit,ac si (secũdum Chrysos.) dixisset: Quò ego desydero ascendere, tu inde descẽdis. Ergo vt tu me ba-
D ptizes est idonea ratio,vt iustus efficiar, & dignus cælo. Vt autem ego te baptizẽ, quæ est ratio? Vt iustus efficiaris? Sed ipse es iustitiæ radix. Vt in cælum ascendas? Sed ipse natura iam in cælo es,& ab æterno fuisti, & si voluntate de cælo descenderis. Tu es Spiritus, ego caro, nunquid caro Spiritũ sanctificare potest? Magis autem Spiritus sanctificat carnem. Cuius enim credẽdi est virtus, ipsius est,& sanctificandi po-
testas. Quis dives à paupere petit? A
Magis autem pauper à diuite diuitias quærit. Omne bonum de cælo descendit in terram,non de terra ascendit in cælum. Ille antiquus Lucifer, qui mane oriebatur, cogitauit apud se,dicens: *Super cælum ascẽdam, &c.* Si ergo ille Angelus eõstitutus, &pro sola cogitatione superbię depositus est,& de Angelica gloria ad ignominiam tenebrarũm descẽdit, ego quid merear pati si homo carnalis, & corruptibilis constitutus, tantæ superbiæ opus impleuero, & dignũ me existimauero totiùs creaB turę Dominum baptizare. Miratur Bernardus, tantam in Ioanne fuisse audaciam, vt ratione vlla infunderet aquã capiti creatoris,suaq; dextera Dei verticem contrectaret. Pauet cælum(inquit)stupet terra, Iordanis arridet, mirantur Angeli Dominum Sabaoth inter manus baptizantis concludi. Quid est Ioannes? Quem Cherubin & Seraphin vix audent aspicere, tu nudum tenere præsumis? Hic est, in quem Angeli C desyderant prospicere: & tu nõ metuis? Longè ardentiori affectu quã D. Bernardus, hæc & multo excellentiora contemplabatur Ioannes de Christo,cuius Diuina maiestas, & mysteriorum dignitas, & excellẽtia, adeò Ioannis cor occupatum tenebant,vt nihil potiùs haberet in deserto toto vitæ suæ decursu, quã dies ac noctes, in hac altissima mentis contemplatione trãsigere. Si D. Augustinus tempore suæ cõuersionis ad Deum, nõ satiabatur illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem cõsilij Diuini, super salutem generis humani, quid de Ioanne censendum putamus,qui ad hoc fuit missus à Deo? Altissimam, quam de Christo conceperat excellentiam, quámq; brevi momẽto ad mentem reuocauit, considerans, ipsum maiestatis Dominum à se prohibere

Ioannes Christum baptizare recusat.

Luc. 1.

Dionysius in Matth.

Chrysost. in Matthæ. operis imperf.

Humilitas Ioannis.

D. Bern. serm. de excellen. & sancto Ioan.

Ioannes in deserto alta de Christo perpetuò contẽplabatur.

D. Augustinus tempore suæ conuersionis altissima contemplabatur omnia, quæ Deus pro salute omniũ fecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.5. A hibere cogebat. Si Petrus, ex vnius miraculi conspectu, ad eã fuit Christi cognitionem adductus, vt supplex ad eius sepedes abijceret, suęq; indignitatis sibi cõscius diceret: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Quanto obsecro excellentiùs Ioannes, qui in vtero inclusus materno, Christum cognouit & adorauit, de ipsius Diuinitate philosophari potuit? Si Centurio vir Gentilis Christi personam tãtopere verebatur, & suspiciebat, vt tantum Dominum hospicio excipere non auderet, sed propriam indignitatem agnoscens, eam verbo, & facto declarat, dicens: Domine, non sum dignus, vt in tres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Quid de altissima, quam Ioannes de Christo habuit, notitia censendum est? Efficacissimis sanè verbis Dominum hortabatur, ne se se tantopere exinaniret, vt inter peccatores pœnitentiæ

C baptismum, tanquàm vnus ex fece plebis, acciperet. Contemplabatur Christi præsentis maiestatem, eòq; magis, quòd humilitate cum seruo pugnare velle videretur: multisq; de causis venerabundus illum suspicit, quem sursum, & super omnes esse. Et ab Angelis adorari certo intelligebat. Dixerat de illo antea legatis Iudæorum. Non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calciamẽti. Quid ergo mirũ, si verbum illud

D æternum, & incomparabilem Dominum, non ausit contingere? Quid mirùm, si aqua perfundere ipsum vereatur? Detrectat baptistæ manus, tantisper subire ministeriũ, donec reciscat, quid à se fieri vellit diuina voluntas. Indignum esse putat, sibi tantum ab illo deferri, seq; seruum agnoscens ab excelso Domino, hoc nouo & in audito humilitatis genere superari non patitur. Valeant, Valeant iam impudentes no-

Petrus quam alte sentiebat de Christo.

Centurio Gẽtilis Christi maiestatẽ suspiciebat.

Luc.7.

Matth. 8.

Ioãnes in baptismo quid de Christo cẽsebat.

Ioan.3.

Psal. 96.

Hebr.1.

Ioan.1.

uatores, qui dente impuro & virulento sanctissimum Christi Pręcursorem corrodere non verentur. Factum hoc, quod ex vera fide & ingenti modestia, sanctoq; timore designauit, quod patres summis laudibus efferendũ censent, quod pij omnes cõmendare pro dignitate satis non possunt, id (proh dolor) Ioanni vitio vertunt, id non humilitati, sed arrogantiæ, sed inobediẽtiæ ad scribere audent! Superfluum & vanum erit Catholico viro, vel parum temporis in confutanda hac eorũ plusquam stulta, & insana dementia impendere, eum contra omnium Sanctorum Patrum sententiã, cõtraq; ipsam Euangelij lucidissimam veritatem mendacij horrendi tenebras spargant. *Ego* (inquit Ioannes) *à te débeo baptizari, & tu venis ad me? Debeo*, ita accipiẽdum est, vt significet necesse habeo, est enim in Græco verbum, hoc significãs. De hoc verbo vide Augustinum serm. 1. de Epiphan. Quibus verbis Ioannes, non studio detestandæ contentionis, sed submissæ humilitatis, hoc agere manifestat atque declarat. Ac si secundum Ambrosium lib. 2. in Luc. & Augustinum serm. 29. de temp. & Chromatium in 6. Matth. c. prostratus ad Christi pedes dixisset: Ego sum peccator, & tu venis ad me peccatorem, vt tua quasi peccata deponas, qui peccata non feceris? Ego creatura sum: tu creator. Ego seruus: tu Dominus. Ego figura: tu veritas. Ego homo sum: tu Deus. Ego peccator, quia

D homo: tu sine peccato, quia Deus. Quid vis à me baptizari? Non recuso obsequium, sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in pœnitentiam. Tu quid vis baptizari, qui non habes causam peccati? Immò potiùs, quid vis baptizari, vt peccator, qui venisti peccata soluere? Hæccine sunt verba contentiosa superbia dicta? Nonne potiùs dilectionem,

Contra Eutychẽ & Nestorium, & in Luc. prooemium. fo. quarundam.

Augustin. de Epiphan.

Ambros. in Luc.

Augustin. in 2. in Luc. Augustin. serm. 29. de temp. Chromatius in 6. Matth.

Ioannis obedientia. A lectionem, humilitatem, & obediẽtiam simul ostendunt, postquam Christo præcipienti, statim obsequitur Ioannes? Quàm primùm audit, *Sine modò*, statim ea humilitate, qua ministeriũ exequi detrectauit, imperanti obediuit. Quod verò tremebundus postulanti ministerium, negat assensum (Cypriani verbis in sermone de baptismo Christi vtar) non idcirco factum est, quòd obedientiam detrahat imperanti, sed quòd iudicio suo seruo subdi, non cõpetat maiestati. Cùm ergo Ioannes dicit: *Ego à te debeo baptizari*: idem

An Ioãnes debuit Christi baptismo baptizari? B est, ac si diceret: Ego & debitu condecẽtiæ teneor baptizari baptismo tuo. Euangelicæ legis Sacramento, vel saltim interiori baptismo. Quod

Chrysost. & factum est, sicut ait Chrysostomus, quòd Christus posteà baptizauit Ioannem. Idem quoq; Gregorius Nazianzenus significat. Debuit

Gregor. Nazian. autem Ioãnes baptizari à Christo, propter venialium remissionẽ, propter gratiæ incrementum, propter

C propriæ doctrinæ approbationem, quatenus & ipse faceret id, ad quod alios hortabatur. Admonuit enim alios, vt Christi baptismum susciperent. Apostolos quoq; baptizatos à Christo multorum Patrum sententia est. Chrysost. Homil. 12. operis per. in Matth.

Chrysost Homil. 12. operis per. in Matthæ. 15 *Sine modò sic enim decet nos adimplere, &c.* Pulchrè aduerbio, *Modò*, vtitur quo indicat nobis Diuinam dispẽsationẽ, sic ordinasse, vt diuinitate tecta, quæ humilitatis & submissionis erãt, potiori loco apud ipsum haberentur, & essent. Ac si dicat: Humilitatẽ iam profiteor, formã enim serui accipi, futurum est, vt suo tempore meæ diuinitatis excellentia manifestetur. *Sine*, patere, vt aliquantulum humilitas, & obediẽtia tua ministerij huius dignitate cõpensetur, & suspiciatur ab omnibus. Hęc non arguẽtis, aut repre-

Christi humilitas in baptismo.

Ad Philip.2.

hẽdentis verba, sed laudantis factũ, A sunt, quibus & obedientiam Ioannis, & humilitatem Christi commendauit. *Sic enim* (inquit) *decet nos.* Non quidem dixit me, sed nos, Ioannem, & se ostendens, & eximias virtutes amborum, nempè humilitatis Christi, & obedientiæ Ioannis extollens, volens obedientiã famuli, cum humilitate Christi coniungere, *Decet quidem nos*, vt qui à Deo patre ambo missi sumus, omnẽ implere iusticiam, & omnium virtutũ formã, & exemplar cunctis mortalibus esse. Nam qui aliorum magister est, non ei satis esse debet, vt ea virtutum opera præstet, quæ homini priuato satis sint: oportet enim ea facere, quæ cæteris sint exempla, & quibus suam doctrinam confirmet: & cùm hæc fecerit tunc omnẽ iustitiæ rationem implet. Nam iustiæ nomine, omnis virtus intelligi solet, itaq; hoc loco per iustitiã intelligit, quicquid à Deo ordinatum est, quo erga illum plena, & perfecta exhibetur obseruãtia. Nõ enim his verbis significat Christus, quòd per baptismi susceptionem, omnẽ iustitiam adimplear, sed potiùs indicare voluit, quòd nihil eorũ, quæ ad iustitiæ perfectam, & exactam rationem requiruntur, omittere debent ij (vt iam dixi) qui omnis iustiæ Magistri ac Doctores esse profitentur, quanuis non sint necessitate constricti, aut res illa ex se se leuicula videatur. Notandum venit, quòd

D secum Ioannem enumerat, vt baptismi perfectionem ostendat. Ac si dixisset: Tu quidem ministrabis aquam, quæ in baptismo minimum est: ego verò, vt Saluator & hominum redemptor, meritum meum communicabo, & Patre simul, & Spiritu sancto cooperante, vim purificatricem infundam: & ea quidẽ ratione te mihi cõiungo, qua aqua Spiritui coniungitur: non ex aqua

Obedientia Ioannis, & Christi humilitas commendatur.

Iustitia virtutes omnes cõplectitur.

Magistri & Doctores ea exactam iustitiã seruare tenentur.

vis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vis omnis pendet, sed quæ in se ipsa vim illam spiritualē recipiat. Præterea, non dixit Christus, *Sic decet nos facere*, sed *Adimplere*, quod exactam operis perfectionem dicit: ne Prælati ac Doctores, sibi blandiantur, si vna aut altera virtute polleāt. Nam omnem & exactam iustitiam eos exercere oportet, vt verbo pariter & exemplo, populum ad omnē iustitiam adimplendam, efficatiùs excitent atq; impellant. *Tum dimisit eum*, ideſt, Tunc consensit facere, quod antea præ timore & reuerentia facere non audebat. Sicut enim Petrus videns omnium creatorem, ad lauēdos ipsius pedes humiliatū, expauit: ita quoq; Ioannes verebatur suas imponere manus suprà verticem creatoris. Sed sicut Petro dictum est: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Sic Ioāni dictum est: *Sine modò, sic decet nos implere omnem iustitiam.* Ac si dicat: Oportet nos diuina exequi mandata. Sicut etiā Petrus Christo dicenti obtemperauit, pari modo Ioānes obediuit mandato, & agnum Dei baptizauit, & Iordanis aquis lauit ipse Christus.

Adimplere operis perfectionem notat.

Prælati omnem iustitiam adimplere debent.

B

C

16 *Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, &c.* Ex his verbis colligit Caietanus, Christū non fuisse baptizatum per aspersionem, nec per infusionem aquæ, sed per totius corporis immersionem, id quod satis probabile videtur: vt totiùs Adam mergeretur, sicut Gregor. Nazian. dicit in oratione Epipha. quod etiā multi Sanctorum Patrum tenent. Sed quid D. Matthęus significare nobis voluit, dicendo: *Confestim ascendit*: cùm satis fuisset dicere: *Baptizatus Iesus ascendit de aqua.* Non sine causa tāta celeritate post baptismū vsus est Christus: nā in primis oraturus ascēdit: vt D. Lucas c. 3. docet, dicēs: Et Iesu baptizato, & orāte apertū est cælū. Sūma celeritate & alacritate iam diuina, Christus conscendit de aqua, vbi non sua, sed nostra lauanda esse crimina decreuit, vt baptizatis exemplo suo manifestū faceret, quāta cum alacritate, simul & celeritate, sarcina peccatorū grauissima, in baptismo demissa, atque immersa, ad spiritualis vitæ munia, & officia Christiano viro digna, festinare debeāt, atq; ad propositum nobis certamen, ad brauiumq; supernæ vocationis, summa celeritate currere nos oporteat. Item, Ascēdit Dominus festinùs ex aqua, & properans, vt spectacula inaudita hactenus, in terris nunquam visa, è cælis ipsi parata potiatur. Festinat ascendere, vt videat cælos sibi apertos, nouo atquè in solito gaudio Deus cælestes illas regiones pādēs. vt & Filius Spiritum sanctum ad se in columbæ specie veniētem, obius summa lætitia occurrat, suscipiat & amplexetur. Vt simul etiam alacri aure paternam illam hilaremq; vocē, testimonium hactenus in auditum, de illo ferentem, ac dicētem: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*, audiat, atq; suscipiat. Qua in re doctrina fidelibus cūctis datur, vt susceptis Ecclesiæ Sacramentis, in hac vita summa celeritate contēdant, ad cęlestia properare, & sibi polliceri, ianuas cęli sibi apertas, Spiritum sanctum sibi immissum, & Diuinæ filiationis testimonio susceptō, hinc transmigrare cupiant, & cum D. Paulo dissolui, & esse cum Christo anhelent, & ineffabiles tandem illas diuitias, sibi in cælis præparatas oculis contemplē tur, & fruantur. Et licet ex facto Christi, hæc nobis doctrina perpetuò seruanda detur, ad literæ tamē planam germanamq; explicationē, illud confestim, licet positum sit ad verbū, Ascendit, referēdum tamen est magis ad apertionē cæli, statim

Caietan.

Gregor. Nazian. in oratione Epiph.

D

Luc. 3.

à baptismo

A à baptismo secutam, quàm ad ascensum de aqua, quod apertissimè Marcus ostendit, cuius verba sic habent: Et statim ascendens de aqua, vidit cęlos apertos. Vt nobis doctrina sit, quòd qui à baptismo festinus, abſq; nouo post baptismū peccato ex hac vita discesserit, statim cælos sibi apertos habebit: vt glòria perpetua fruatur. *Aperti sunt ei cæli.* D. Matthæus manifestè nobis ostendit, cælos ipsi Christo apertos. Id quod etiam Marcus affirmat. Verùm Euāgelista Ioannes dicit: Ioanni Baptistæ apertos fuisse: ipsi enim Baptistæ signum erat datum hoc, quo facilius Christum inter permixtum populum agnosceret. Apertum est etiam ipsis Iudæis, quò euidenti signo intelligerent eum esse Messiam. Quomodo autem cæli fuerint apertiō facilè intelligi potest. Marcus dicit, Cælos fuisse discissos, videlicet, quia in suprema aeris parte formata fuit species, seu similitudo quædam aperturæ, & hiatus sensibilis, quo mirandam, & à sæculo non visam lucem, Deus illis iradiauit: & splendor Diuinus apertè omnibus affulsit, quę secundum literalem rationem, ad hoc facta esse cognoscimus, vt columba Spiritum sanctum referens, & vox Patris audita, non aliunde quam è cælis proficisci viderentur. Sunt qui dicant visionem apertionis cælorum imaginariam fuisse, velut Ezechielis visio, & Stephani, qui cælos apertos viderūt. In hac sententia D. Hieron. super Matthæ. totus est, dicens: Cæli aperti sunt Christo baptizato, nō reseratione elementorū, sed spiritualibus oculis, sicut & Ezechiel, in principio voluminis sui, cælos apertos esse commemorat. In ea etiam Chrysost. est sententia. Verumenimverò cum visio Spiritus descendentis, in corporali specie columbæ, non fuerit imaginatiua, sed omninò corporalis, & auditus paternæ vocis, similiter sensibilis fuerit, cōstat visionē illam apertionis cælorum, non imaginatiuam, sed corporalē esse, qua maiestas Diuina se se mundo manifestare voluit signis externis efficacissimis. D. Chrysost. de opere imper. Hom. 3. notat: Nunc cælos aperiri Christo, sed post eius passionē, deiectō iam Diabolo, omnibus patere: ideò eo ascendente in cælum, non dicunt Angeli, qui eum comitātur, aperite portas, sed Tollite portas principes vestras. Psal. 23. Quibus verbis ostēdunt, iam non esse portas necessarias cælo, cū iam non esset cælum amplius claudēdum. Id quoquè etiam Euthymius notauit: Non esse dictum, Aperite portas, sed Tollite portas. Item, hoc factum verè fuit, vt, secūdum Theophyl. in Luc. intelligant Baptismā cælum aperire, quod Adam omnibus clauserat. Duobus potissimum cælū aperitur, statim ac ex hac vita migrauerint, scilicet nuper baptizatis, qui per Christum baptizatū intelligun tur, & per dura martyrij tormenta morientibus, qui per Stephanū designantur. D. verò Thomas in Matthæ. tertium genus addit, nimirùm eorum, qui pœnitentiam egerūt de peccatis suis: Sic Actor. 10. Petro orāti apertum est cælum. Sed rogat iam Chrysost. in Matthę. Homil. 5. operis imperf. Quid opus fuit cęlos filio Dei aperiri, cui & ipsi semper aperti erant? Secūdum ministeriū, (inquit) aperti sunt ei cæli. Nam sicut per dispensationem humanam baptizatus est, secundum autem naturam Diuinam baptismō non egebat: sic secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cæli, secundum naturā autē suam erat in cęlis. *Sicut columbam.* D. Augustin. Tom. 3. lib. 2. de Trinit. c. 5. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur

Concil. Trident.

Quomodo sint cæli aperti.

An cælorum apertio imaginaria sit?

Ezech. 1. Actor. 7.

Hieronym. in Matth.

Chrysost. de oper. imper. Hom. 4.

B

C

D

Chrysost. de oper. imper. Hom. 3.

Euthym.

Theophyl. in Luc.

D. Thom. in Matth.

Actor. 10.

Chrysost. in Matthæ. Hom. 5.

D. Augustin. To. 3. lib 3. de Trinit. c. 5.

Spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Spiritus ſanctus, ſiue cum in ipſum Dominũ corporali ſpecie velut columba deſcendit, ſiue cum decẽ diebus peractis, poſt eius Aſcẽſionem, die Pẽthecoſtes factus eſt ſubito de cælo ſonus, & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ tanquam ignis, qui inſedit ſuper vnumquẽq; eorum. Hęc operatio viſibiliter expreſſa, & oculis oblata mortalibus, miſsio Spiritus ſancti dicta eſt, non ita vt appareret eius ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inuiſibilis, & incõmutabilis eſt, ſicut Pater, & Filius: ſed vt exterioribus viſis, hominum corda cõmota, à temporali manifeſtatione venientis, ad occultam æternitatem ſemper præſentis cõuerterentur. Ita docet Auguſt. pluribus eſſe viſam columbã, & ipſis etiam corporalibus oculis. An vera columba ex aliarũ columbarum natura fuerit, hæc quæ viſa fuit, dubitari ſolet. Verùm licet nõnullis placeat, veram columbam eſſe, dicere: Cõtrarium tamẽ apparet ijs, qui rectè Euangelica verba rimãtur. Non enim dicit Euangeliſta, *Viſam eſſe columbam*, ſed *Sicut columbam*: quæ dictio, *Sicut*, non ſubſtantiã, ſed ſimilitudinẽ cõmoſtrat. Quod probat Auguſt. lib. 3. de mirabilib. Scripturæ. Quanuis verò (inquit) corporali ſpecie Spiritus ſanctus ſuper Dominum deſcendere dicitur, non tamẽ de auibus ſumpſiſſe columbã, ſed ex aëre, minimè dubitatur. Nequaquã enim Spiritum ſanctum ex auibus neceſſe fuit corpus aſſumere, dum aues ſibi connexę ſtatutã in nullo tranſgreſſæ ſunt legẽ naturæ, ſed ſi in aliquo tranſgrederentur, in hoc tãti meriti tranſgredi nõ haberẽt, vt potè nec ęterna, nec rationabili creatura, vt à Spiritu aſſumptione carnis à delicti vindicta ſolueretur. Sed quod filij perſona corpore carnis humanę induebatur, cõueniens erat, vt Spiritus ſancti perſona per corporalẽ ſpeciẽ ſuper eũ deſcenderet, & vox Patris corporalis de nube per aërem corporeis auribus audiretur. Præterea quoquè idcirco in nube, & columbæ imagine Pater, & Spiritus ſanctus ad baptiſmum veniunt, quoniam aquaticę naturæ, res illę aliquid haberẽt. Dũ enim in terra Filius ad baptiſmi miſterium aquæ creaturam elegiſſet, neceſſe fuit, vt & Pater per aquaticam nubem intonaret, & Spiritus ſanctus illud corpus, quod de aqua in principio factum eſt, ex illa nube acceptum ſimularet, vt ſic tota Trinitas eandem voluntatem, ſicut haberet, oſtenderet. Hæc Auguſt. Vbi docet non fuiſſe veram columbam, ne fortè Spiritus ſanctus incolũbatus, ſicut & Filius incarnatus dicatur: ſed è nube effictã ſpeciem aſſerit. Ideò hanc colũbam dicũt Theologi ex materia elemẽtari ab Angelo formatam, & ab eo motam, per quam Spiritus ſanctus repræſentaretur, quæ in præiacentem materiã reuerſa fuit.

Sicut columba. Oſeruare oportet, ſimplicem rei ſpeciem, ſtare ſine ſua ſubſtantia poſſe, ſpecies quidem columbæ erat, non tamen in ſubſtantia columba: ex qua re facilè cõfundere poteris eos, qui negare audent, panis ſpeciem in Euchariſtiæ Sacramento remanere nequaquã poſſe, panis ſubſtantia ablata. Hîc iam vides tu veritatis hoſtis columbæ ſpeciem apparuiſſe, cũ tamen colũbæ ſubſtantia deeſſet. At verò Sacramẽtarij quoties vrgẽtur de modo, quo Chriſti corpus eſt in hoſtia conſecrata, ſub panis ſpecie, nimis impudenter & temerariè ad hanc recurrunt ſimilitudinem. Eo modo (dicunt) quo Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ Chriſto apparuit, eadẽ certè ſimilitudine in te vtar. Poteris tu mihi negare Spiritum ſanctum verè præſentem adfuiſſe, & ſe ſub illa ſpecie communicaſſe, non certè

certè per figuram metonymiã, metaphoram, & energiam, ſimpliciter, vt de Chriſti corpore in Euchariſtia aſſerere non vereris, ſed verè & expreſsè, alioquim contra Euangelia, nouum ipſe Euangelium confinges. Si tamen Euangelio credis, id ipſum de Chriſti ſacratiſsimo corpore concedas, neceſſe eſt, nẽpè ſpeciem ibi panis eſſe, panis verò ſubſtantia non: ſicut in hac colũba, quę Chriſto apparuit. Analogia quidẽ eſt meer ſignum, & rem ipſam, quã figurat. Oſtendit nobis Deus, quanta dignatus eſt impartiri beneficia illis, qui per aquã Baptiſmi in Chriſto regenerantur. Certa fide iam intueri licet cælos ſibi apertos, & Spiritum ſanctum in ſe deſcendentem, & in ſpecie columbæ ſuper ipſum manentem: ſi columbinam manſuetudinem ſimplicitatẽq; ſeruauerit. De Chriſti ſanè manſuetudine dixerat Iſai. Non contendet, nec clamabit, nec audietur vox eius foris, non erit triſtis, nec turbulẽtus. De ſimplicitate, ipſe quoq; Chriſtus colũbæ ſimplicitatem commendat, cap. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Hîc ergo ſignificatum, & conteſtatum relinquere Deus voluit, quàm mitis ac benignus eſſet futurus hic rex cęleſtis, erga eos, quos ad vitam æternam per baptiſmi ianuam admittebat. Necnon opere ipſo inſtructos nos redderevoluit, vt ſciremus quos mores, quæve ingenia eſſent habituri ij, qui per Spiritus ſancti Baptiſmum in Chriſto regenerarẽtur, nempè quòd manſuetudinẽ pariter, ac columbinam ſimplicitatẽ induere tenerentur in Baptiſmo. Deinde columba apparuit, vt veritas figuræ reſponderet: vt docet Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius. Quoniam enim in diluuio hoc animal apparuit, ramũ ferens oliuæ, & cõmunem orbis terrarum tranquillitatem annuncians. Ideò & nunc etiam (teſte Gregorio Nazianzeno in Orat. in ſancta lumina) columbã apparere conueniebat, quæ liberationem, & liberatorem nobis in ſalutari baptiſmatis diluuio demonſtraret, & gratiã Patris, per Chriſtum orbi oblatam, annunciaret. Ipſe enim Chriſtus ille erat, de quo Iſaias dixerat: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxit me, &c. vt prædicarem annum placabilem Domino. Vtrobiq; certè ad annunciandum orbis tranquillitatem, columba aſſumpta eſt. Vnde ipſi Chriſto apparuit, cunctis aſtantibus, & videntibus, vt vniuerſis cõſtaret, illum eſſe Meſsiam ipſis promiſſum.

Theophyl.

Iſai. c. 42.

Matth. c. 10.

Chryſoſt. Theophyl. Euthym. D. Thom. 3. p. q. 39. art. 6. & 7.

Greg. Nazian. in Orat. in ſancta lumina.

Iſai. 60.

17 *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*. Nec voluit Pater tantum columbæ deſcenſu, Filium indicare, ſed propria voce ipſum in proprium Filium declarare: ſi enim ſolummodò columba deſcendiſſet, & manſiſſet ſuper illum, poterant quidem adſtantes in maximam admirationem induci, deq; Chriſto maximam opinionẽ concipere, nõ tamen talem ac tantam, quàm par erat. Proinde æternus Pater decreuit, voce ſua teſtificari, qualis quantuſq; eſſet is, ſuper quem columba manſueta ſedebat, vt duplici ſenſu, nempè viſionis columbę, & auditus verbi Paterni, conteſtatum, nõ modo aſtantibus, ſed etiã vniuerſo Orbi relinqueret eum, quem inter peccatores lauantem viderant, Filium æterni Patris eſſe: *Hic eſt Filius meus dilectus*. Quaſi dicat: Hic vnicus, & non alius, quẽ vobis miſi, & in carnem veſtrã venire feci, & inter peccatores verſari, *Filius meus eſt*, quem ex mea propria ſubſtantia ab æterno genui, quem vnicè diligo, in quo videtis quàm vnicè genus humanum diligam, ſalutemq; ipſius ſitiam, poſtquam in ipſo mihi benè

Universidad de Deusto
Biblioteca

complacui. Adam factus est filius Diaboli: *Hic est Filius meus*, in illo mihi displicui, quia pœnituit me fecisse hominem, in hoc verò nũquam, sed in omnibus complacui. Loquitur hic Deus more pictoris, qui imaginem, seu picturam summo studio à se elaboratam videns, sibi complacet in illa. Additur apud Græcos duplex articulus, emphasi non carentes, sic enim dicunt: Tu es ille Filius meus, ille dilectus, nimirũ vnicus Filius meus per naturã, nõ per adoptionem. Dilectus, siue charissimus dicitur Christus, *O agapitos*, vt huius dilectionis nos simus participes, *In quo mihi bene complacui*: ac si dicat, In te oblector, in te mihi cõplaceo, idest, tu singulariter mihi places, & gratus es, adeò vt præter te nemo placeat, nisi per te, per quem etiam in hominibus erit mihi posthac beneplacitum. Hactenus ab ipsis offensus fui, tu mihi ipsos gratissimos reddes. Videtur in his verbis alludere ad illud, Isai. 42. Ecce seruus meus, suscipiam illũ, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi Spiritum meum super eum, iudicium gẽtibus proferet. D. Hieron. lib. 12. in Isai. c. 42. Verba hæc propheticè dicta de Christo ostendit. Nec mirum (inquit) si seruus vocetur, factus ex muliere, factusq; sub lege (Gal. 4.) qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ Deo, sed se metipsum exinanimit formam serui accipiens, &c. In quo complacuit sibi anima Dei, cernens in illo esse omnes virtutes, immò illum esse Dei virtutem ac sapientiam. Dedi (inquit) Spiritum meum super eum, qui descendit in specie columbæ. Iudicium gẽtibus proferet, quod antea nesciebant. Nõ clamabit: erit enim clemens, atq; mãsuetus. Videte igitur qualem vobis mediatorem propono, huic adherere vos oportet. Misi hactenus seruos meos Prophetas, sed illos reprobastis, & occidistis, ob quam causam poterã vos in vniuersum perdere. Verùm vt ostẽdam, quàm cupiam vos rebelles saluare, ecce hìc mitto ipsum Filium meum, quem si contempseritis, nullam posthac gratiã expectetis. Eusebius Cæsariensis lib. 9. Demonstra. Euangel. cap. 6. Illam quoque Isai. propheriam, c. 35. ad hunc mysteriũ adfert. Sic enim Isai. ait. Lætare solitudo sitiens, exultet desertum, & floreat sicut lilium: & efflorebunt, & exultabunt deserta Iordanis, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriam Domini.

D. Hieron. lib. 12. in Isa. cap. 42.

Finis Capituli Tertij.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

EXPOSITIO.

1 TVNC *Iesus ductus est*, &c. Posteà quã Christus præclarũ illud humilitatis exemplum in Iordane exibuit, se inter peccatores baptismate Ioannis abluendo. Quod opus tantum æterno Patri placuisse testatur, vt cælos patefaceret ei, diuinosq; thesauros gratiarũ, è suprema cælorum arce effunderet, tanquã lætitiæ cuiusdã extremęq; iubilationis symbolum notissimũ, quod terreni Reges dũ sceptrum regni simul & coronam accipiunt, edere solent pecunias largiter effundendo: ita quoq; Pater altissimus, tantum sibi cõplacuit in filio, dum regenerator pariter & orbis seruator inauguraretur in Iordane, vt aperto cælo, quicquid diuitiarũ in ipso recõditæ erãt, super terrã fuderit. Effudit Spiritum sanctum super ipsum. Dedit quoq; vocẽ suam, qua testabatur filiũ adeò dilectũ ab eo, vt certa fide possumus credere, nos gratificatos esse in dilecto Filio suo. Et tunc quãdo maximis fuit Christus à Patre prosequutus honoribus, quando amplissimis fauoribus, & magnificis donis fuit cumulatus à Deo. *Tũc Iesus ductus est in desertum.* Quod sanè factum esse credimus altissimo Dei consilio, tum vt omnes baptismi Sacramento regenerati, in ipso Christo, tanquam in limpidissimo speculo considerantes, videant se per baptismum, non ad otium iam vocatos, sed ad maximos labores perferẽdos, ad pugnã & certamen, contra robustissimos aduersarios. Militia enim est vita hominis super terrã (ait Iob) nec cũ hoste infirmo, aut debili, nobis est decertandum, sed cũ eo, de quo experientia compertum est, quòd non sit potestas super terrã, quę ei valeat cõparari, qui factus est vt nullũ timeret. Quod si vnicus isq; dilectissimus Filius, ad bellum mittitur, & tot laboribus exponitur, seruus domi manebit, & otio torpescerẽ? Arca Dei & Israël, & Iuda habtiãt in papilionibus, & Dñs meus Ioab, &c. & ego dormiã cũ vxore meã? Sic nos exẽplo Christi dicere possumus, filius Dei statim à Baptismo ad pugnam egreditur, & ego delitijs affluã? & voluptati operam dabo? Voluit quoq; Pater Filium statim à Baptismo ad decertandũ emittere, quo ostenderet, baptizatos, postquam mundo ac vitijs omnibus vale dixerint, non posse sibi securitatem vllam polliceri, sed tunc maximè Diaboli tentationes, in cuius

Prima ratio. Propter exẽplũ quod nobis exibet Christus.

TEXTVS.

1 TVnc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tẽtaretur à Diabolo. 2. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus posteà esurijt. 3. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, die vt lapides isti, panis fiant.

Iob. 7. d. 1.

Iob. 41. d. 24

2. Reg. 11. b. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secũda ratio, vt intelligamus, quod ſi filius Dei à Dæmone fuit tentatus, quàſecuritatem nobis polliceri poſſumus?

A

Tertia ratio eſt, quod ſicut Chriſtus ſua morte noſtrã mortem ſuperauit, ita Deus ordinauit, vt Chriſtus tentationibus ſuis noſtras vinceret tentationes.

B

Iſai. 28. d. 1.

Quarta ratio eſt, vt hominis naturã ſe habere oſtenderet, & in ſe nos ſi ita eſſe concipiamus Deũ nobis in tẽtationibus ad futurum.

C

Heb. 4. d. 15.

Quinta ratio, vt ſciamus quibus armis Satan debellandus ſit.

D

Heb. 12. d. 2.

inimicitiam coniurarunt, cõſtanti animo expectare, Eccle. 2. Fili (ait Sapiens) accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deinde decreuit æternus Pater vnicum ſuũ filium tentationibus obijcere, vt quemadmodum morte ſua, mortẽ omnium noſtrum ſuperare decreuerat, ita quoq; ſuis tentationibus, tẽtationes noſtras vinceret, atq; inualidas debileſque redderet. Fuerunt enim in Chriſto, fidei noſtræ clypeo fortiſsimo, omnia nequiſsimi ignita tella extincta, adeò, vt iam nullũ propemodum habeãt vigorem, aut virtutem. In arce quidem Sion, nẽpè in Catholica Eccleſia, Saluator poſitus eſt, murus & ante murale, vt in eo Dæmonis tella iaculata, fracta atq; extincta, perpetuò maneãt. Tentari quoq; Chriſtus pro ſua erga nos pietate voluit, vt per tentationes, quas à Dæmone paſſus eſt, veram ſe habere hominis naturam cõprobaret, noſq; ob id magnam de eo conciperemus ſpem, quòd ſit nobiſcum ipſe adfuturus, dum tentamur & tribulationes patimur. Nõ enim habemus Pontificem (ait Paulus) qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris, tẽtatum autem per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Voluit præterea dux noſter Chriſtus, ad ſingulare certamen cũ Satana deſcendere, vt nos milites ſuos inſtructos redderet: ita, vt aſpicientes in eum, tãquam in auctorem fidei noſtræ, & conſummatorem, quibus armis cum aduerſario nobis decertandum ſit, videamus, ſciamuſq; non alijs armorũ inſtrumentis nos Dæmones ſuperaturos, quàm ipſiſmet, quibus Chriſtus eũ potenti virtute profligatus eſt, nempè ieiunio, oratione, ac ſacrarum Scripturarũ meditatione, ſicq; tandem fiet, vt cuius auxilio vtimur, erudiamur exemplo. Quoniam autem Chriſtus conſtitutus eſt à Deo dux, & præceptor ſui populi, ſecundũ Iſaiæ propheriã: Ecce teſtẽ populis dedi eũ ducẽ ac præceptorẽ gẽtibus. Voluit hoc facto populi Chriſtiani ducis perſonã gerere, antequã Doctoris & præceptoris officiũ incoharet. Qua in re doceret nos tũc demũ hoc Doctoris officiũ, nos cũ fructu & laude aggredi poſſe, ſi modò priùs varijs ſimus tentationibus probati, antequã Doctoris officiũ aggrediamur. Omni tandẽ, cõcupiſcẽtiæ, voluptatis, honoris, atq; diuitiarum, ſuperata tentatione, victoriam conſequamur quod facere cũ fructu haut poteſt, quãtunuis quis ſummus Doctor exiſtat, niſi ieiunijs, orationibus, ſacrarum Scripturarum aſidua meditatione priùs munitus & armatus fuerit, tunc aduerſus inſidias Diaboli in deſertũ, ijs armis munitus prodire poterit. Hinc eſt, quòd Moſes antequam legem populo promulgandam accepiſſet, in montem ſe ſubtraxit, ibiq; ieiunijs, atq; orationibus intentus, colloquio tandem Diuino fruebatur, & tunc legem accipere à Deo, populoq; tradere meruit.

A

B

C

D

Ductus eſt in deſertum. Vbi nos habemus ductus eſt, Græcus textus habet, *Aniathi*, verbum, quod ſubduci, & è medio afferri ſignificat: ac ſi D. Matth. dixiſſet: Statim à Baptiſmo, non paſſus eſt Spiritus ſanctus eum inter turbã illam hominũ, quæ ad Iordanis ripã erat, diutiùs cõmorari, ſed ſubduxit illũ, & è medio populi abſtulit, ac eũ in deſertũ deduxit. Grauiſsimũ hoc myſteriũ ſerio intelligamus oportet. In hoc deductionis Chriſti in deſertum opere, varia Sacramẽta Euãgelici ſcriptores conſiderantes, vario dicẽdi modo vtuntur, vt in Chriſto varias ab Spiritu ſancto operationes factas videntes, inde quid is met Spiritus ſanctus operetur in Chriſti membris

A bris poſt Baptiſmum intelligamus: & ea, quæ in noſtro capite facta fuerunt, humiliter adorantes, quæ in membris futura ſunt ſperemus. D. ergo Matth. de deductione Chriſti in deſertum per Spiritum ſanctum, ſic ait: *Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu.* Quibus verbis lenem & placidam deductionem, quã Spiritus ſanctus in Chriſto faciebat, ſignificare voluit: ac ſi dixiſſet: Per lenes æquitatis ſemitas ſciens, & volens Chriſtus, ismet Spiritus ſanctus, qui ſuper eum requieuit, ipſum ad crudeliſsimum certamẽ deduxit. D. verò Marcus regidiori vtitur verbo, dicẽs: Et ſtatim Spiritus expullit eum in deſertum, ac ſi vim quandã ſignificare voluiſſet, ei factam ab Spiritu ſancto, qui liberali, & alacri animo è deſerto, vbierat Ioannes baptizans, ad deſertum pœnitentiæ, laborum, & grauiſsimorum certaminũ vltro veniebat, quæ obſecro expulſio fuit illa? Non certè Chriſto neceſſaria erat, nam ſponte currenti calcaribus opus nõ eſt. Fuit tamẽ vera, atq; neceſſaria Spiritus ſancti expulſio, ad declarandam vim quãdam atq; efficaciã, quam ismet Spiritus ſanctus exercet, erga omnia illa opera, quæ nos facere omninò oportet, & vt nos faciamus ipſe facit, volenti etiam Chriſto, magnam vim ad ſingulare certamẽ appoſſuit Spiritus ſanctus, vt homo proprijs viribus Satanã vinceret, & victoriã reportaret ab eo, qui vniuerſam humanam naturam ſuperarat & vincerat. D. Lucas etiã verbo vtitur mirabili, ſic enim ait: Agebatur in Spiritu in deſerto. Quid hoc è? Ab aliquo agi proprium eſt eius, qui propria volũtate non vtitur: immò eius propriè eſt, qui ſuarum actionũ minimè Dominus eſt. At de Chriſto hoc dicere quis auderet? Verũenim verò ipſemet Spiritus ſanctus his verbis declarare voluit, quam magnam Spiritus ſanctus vim habeat, eamq; continuo exerceat erga eos, quos ſemel ad eximia, & præclara opera vocat, & ducit, vt Matthæus ait, & expullit ad ea, vt Marcus notat, nec minus eos deſerit, donec tales omninò illos efficiat, quoad vſquè toto ſe ſe ad nutũ Spiritus ſancti tradant, & tandem agnoſcant ſe non ſui iuris, & voluntatis eſſe, niſi eiuſdem Spiritus ſancti qui eos ad ſui voluntatem agit, dirigit, & mouet, vertit, & reuertit quò ipſe tandem vult. Quod ſi hac ſuprema efficacia Spiritus ſanctus cum Chriſto vſus fuit, & tale ſuprà caput dominium exercuit, quid non erga Chriſti membra, quę debiliora ſunt, ipſe Spiritus ſanctus facturus eſt? Hac tãdem vtitur Spiritus ſanctus efficacia, quò ſecurius filij Dei dignitatẽ ſibi adſcribere poſſint, ij qui ab Spiritu ſancto agi patiũtur, & pro ſumma gloria ducãt, nõ eſſe ſui, ſed Spiritus ſancti, qui eos ad eximia opera agit. Hinc eſt, quòd dicit Paulus, qui Spiritu Dei aguntur, ij filij Dei ſunt. Si is, qui in humanitate aſſumpta, declaratus eſt filius Dei (Paulo teſtante) nõ modò in Baptiſmo, ſed etiam in præclaris eius virtutibus, & ſecũdum Spiritum ſanctificationis, agi & agitari ſe ab Spiritu ſancto pro gloria ducit, quanto magis nos de hac Spiritu ſancti agitatione gloriari oportet, cum ad ſupremam filiorum Dei dignitatem perducamur.

Mar. 1. b. 13.

B

Luc. 4.

D

Rom. 1.

Ad noſtram verò mentis ædificationem, hac Euangeliſtarum vocum diuerſitate docemur. In primis, quòd poſteà quàm per Baptiſmum in filios Dei renati ſumus, nihil ab eo tempore noſtro ſolo Spiritu temerè tentãdũ eſſe putemus, nec ſecundum carnem vulgari modò ampliùs nobis eſſe viuẽdum, ſed vt decet filios Dei, cuius Spiritum oportet ſequamur, qui nos ab omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nibus terrenis actionibus subducet. Hoc D. Matthæus indicare voluit, dicens: Tunc, ideſt, ſtatim à baptiſmo Chriſtus ductus fuit in deſertum à Spiritu, vt mẽbra capitis præclaras actiones ſequantur. Lucas verò verbo maioris ponderis, & emphaſis, vtẽs, dixit: Agebatur Iesvs in deſertum. Magna quidem verbi põderatio ſignificare voluit, quàm magna ſint illa, quæ Spiritus ſanctus operatur in homine, quem ſemel in ſua tabella, ac protectione
B recepit, quod in verbo, Agebatur, expreſsit. Nam homines quidem ratione vtentes, in ſuis omnibus actionibus, tanquam liberi & veri ſuarum operationum Domini, agere dicũtur, & liberè facere, & operari. Animãtia verò & rationis expertia, quę nullum in earum operatione dominium à natura habent, nec habere poſſunt, potiùs agi dicũtur quam agere. Quod cum ita ſit, mirum videri debet, D. Lucam verbo agi vſum fuiſſe, dum Chriſti perC fectiſsimam humilitatis actionem, nobis oſtẽdere voluit. Verùmenim verò in Chriſto, ipſe nobis oſtendere planè decreuit, quòd etiam ſunt perfectorum hominũ actiones aliquot, quæ adeò perfectæ, atq; excellentes ſunt, vt eorum humanam naturam, vireſq; mortales tantopere excellere videantur, vt fateri cogantur, Spiritus ſancti efficatiam in illis ſic ſeſe exercuiſſe: adeò vt humana virtus in eis omninò ſileat, & Diuina manifeſtè oſtendatur. Itaq; cũ
D Dauide dicere iam poſſunt: Vt iumentum factus ſum aput te, & ego ſemper tecum. Qui ſic iumentũ Dei ſe ſe eſſe cognoſcit, ad tãtam dignitatem ducatur, vt non iam iumentum Dei, ſed filius Dei nominetur, & ſit, & iam, tãquam Dei filius, Diuina aggrediatur opera, & Spiritu Diuino illa perficiat. Tunc verè impleta in eo erit ſententia Pauli, dicẽtis: Quicumq; Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. A

D. Marcus efficatiori adhuc vocabulo vtens, dicit: Expullit eum Spiritus in deſertum. Viderur D. Marc. ijs verbis vſum fuiſſe, eo planè modo, quo in Leui. 16. b. 10. vbi Pontifici præcipiebatur à Deo, vt hircum acciperet ſuper quẽ peccata populi imponeret, peccatiſque onuſtũ in deſertũ expelleret. Haud dubiè Chriſtus totiùs mundi peccata portauit, & ſummus Põtifex Pater æternus poſuit (teſte Iſaia) ſuper eum peccata omnium noſtrum: ſicq; peccatis onuſtus, perſonã omnium peccatorum gerens, Spiritus ſanctus, expullit eum in deſertum, non quidem contra volũtatem ſuã, nã oblatus eſt, quia ipſe voluit. Sed in illa fortiſsima expulſione Euangeliſta exprimere voluit, Spiritus ſancti amorem, erga omnes à peccatis redimendos, & pariter efficaciã, quam in Chriſto ad delendum mundi peccata, operabatur. Item oſtendere voluit fortiſſimam efficaciam, C quam ſummo cũ amore exercet in his, quos ſemel poſsidet. Tres itaq; actiones Spiritus ſancti diuerſas, Euangeliſtæ hîc exprimere volunt. Prima, quòd Spiritus ſanctus ſit is, qui ſuos abducit à turbis, & à ſæculi tumultibus ſeparat, vt non iam ij, qui à Deò electi & vocati ſunt, inter turbas hominũ, & ſęculi tumultus maneant, ſed quam primũ omnibus abdicatis, & relictis Diuinam D, ſequãtur vocationẽ. Secũda eiuſdẽ Spiritus ſancti actio eſt: vt iã non is agat ſecundũ imperiũ, & voluntatẽ humanam, ſed tãquam Dei iumẽtũ factus, ab ipſo Spiritu ſancto agitatus, directus, & cõmotus, quocũq; duxerit, & reduxerit, prõptiſſimo hilariq; animo eat & currat. Tertia Spiritus ſancti actio eſt, vt is, qui ab Spiritu ſancto ducitur, impetũ, & efficaciam Spiritus ſancti, ita in ſe ipſo

A ipſo ſentiat, vt tanquam Ezechielis animalia, vbi impetum Spiritus ſenſerit, illuc efficaciſsimis conatibus gradiatur, & currat, nec faciẽ auertat vnquam. Id quod Chriſtus omnium fidelium exemplar fecit, ac etiã in illo, quid Spiritus ſanctus in nobis agat, dũ ad Dei negotia vocamur, intelligamus. Ab hoc quidem tempore præcipuo quodã modo ad maiora Regni Dei negotia, Spiritu ſancto directore, Chriſtus
B Iesvs progrediebatur. Hoc quidẽ Chriſti exẽplo, videmus eos, quos ad gloriam Diuini numinis ſelexit, in alios repẽte viros demutatos. Sic Moyſes ad populi liberationem electus à Deo, repente, & gregẽ, & Iethrum deſeruit, & ad populi ducatũ ſe accinxit. Sic Dauid cum eſſet à Samuele inunctus, repente in aliũ virum mutatus eſt, & paternis ouibus relictis, ad ſublimiora rapiebatur. Sic tandem Apoſtoli, induti virtute ex alto, & Spiritus ſancti gra-
C tia illuſtrati, repẽte miro modo mutati omnibus admiratione fuerunt. Nonne (dicebant Iudæi) omnes iſti, qui loquũtur Galilæi ſunt? Et quomodo nos audiuimus linguam noſtram, in qua nati ſumus? &c.

In deſertum. Deſertum hoc, non longè à Iordane, vbi Ioannes baptizabat, diſtat. Haud dubiè deſertum illud erat, vbi ſanctiſsimus Ioannes à pueritia habitauit, ibiq; ſolus cũ Deo verſatus ad eximium Præcurſoris officium tanto ſe ſe præparauit ſtudio, eò Spiritus ſanctus, vbi duxerat Ioannem ab in eunte ętate, deduxit & nunc Chriſtum, tãquam ad locum cælitùs præparatum ijs duobus, à quibus mundi vita pendebat, ſecretum hunc locum ab omni hominum confortio ſeparatũ, Spiritus ſanctus illis deſignauit, vbi quẽadmodum Ioãnes viram aſperrimã tranſegit: ita quoq; Chriſtus ieiunijs, & rigida pœnitentia, & feruẽtiſſimis orationibus armatus aduerſus Luciferũ, & omnes inferni poteſtates, quas in ſe coniuratas habebat, benè munitus prodire, & contra omnes hactenus inuictiſsimos hoſtes, victoriam ſibi & nobis magna cũ gloria reportare poſſet. Hũc Chriſtus ad ſingulare certamen locum elegit, vbi Deum cum Angelis ſuis, inſpectores habuit, quos ſolos, & non auram populi in noſtris virtutum actionibus deſyderare tenemur: vt à Patre ipſo, qui eſt in abſcõdito præmium gloriæ reportemus. B

Abijt quoq; Chriſtus in deſertũ, quo ſolitariam cõmendaret vitam, atq; eremiticæ, & anachoriticæ cõuerſationis exemplum præberet. Iſmet Spiritus ſanctus, qui ſicut ab hominibus mollicici, & voluptati deditis pluſquam par eſt, grauiſsimè offenditur: ita aſperis vitæ bonæ ſtudijs, & arduis piorum laboribus, magnopere delectatur, nec facilè inuenitur in terra (vt Iob teſtatur) ſuauiter viuentium. Idem met ſpiritus, qui Chriſtum ducebat, age C bat, & expellebat in deſertum, multos quondam quoq; expullit Paulos, Antonios, Hilariones, & innumeros piorum greges, ab vrbibus, & ab amicis, & delitijs abſtractos, in vaſtas deduxit, & horridas ſolitudines, & ſocios animalium, & ferarum factos, omnis tandem continentiæ cultores perfectos effecit, quales multos nũc in ſacris religionibus inuenimus: vt omnibus mũdi curis vacui, omnibuſq; tandem de-
D litijs vale dictis, & Diuinę Philoſophiæ tantũ dediti, cæleſtium in terris vitam imitarentur, & myſteria, quæ à Deo ſuis quondam electis oſtẽderat, contemplarẽtur, pariter & imitarentur. Id quod Baſilius Epiſtola. 181. ad Chilonem, elegantiſsimè oſtendit. In hac (inquit) ſolitudine dego, in qua Dominus verſatus eſt. Hîc eſt, quercus illa Mãbre.

Matth. 6.

Iob. 18.

Baſili. Epiſt. 181. ad Chilonem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hîc ad cælum ferens ſcala. Hîc Angelorum caſtra à Iacob conſpecta. Hîc ſolitudo eſt, in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in promiſſionis terram, Deum vidit. Hîc mons Carmelus, in quo Elias commorans Deo placuit. Hîc campus, in quo ſeceſſu facto, Eſdras omnes Diuinos libros ex mãdato Dei eructauit. Hîc mons Oliuarum, in quem Chriſtus oraturus aſcendit. Hîc ſolitudo, in qua Beatus Ioãnes locuſtas edens, hominibus pœniten
B tiam prædicauit. Hîc arcta illa, & angusta via, quę ducit ad vitam. Hîc Doctores, & Prophetæ, qui in ſolitudine errant, in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Hîc Apoſtoli, & Euangeliſtæ, & Monachorum remota ab vrbibus vita. Sed & locus ſecretus tentationi, & victoriæ aptiſsimus erat. Quare elegãter à D. Chryſoſt. dictum eſt: A Spiritu ſancto expelli multos de domo parentum, & in ſolitudinẽ duci: Spiritum ſanctum non libenter habita
C re, vbi turbæ, & frequẽtiæ, & diſenſiones, & rixæ ſunt. Ideò Spiritum ſanctum, propriè ſedem habere in ſolitudine fatendũ eſt, Ducam eam in ſolitudine, & loquar ad cor eius. Qua de re multa, & præclara ſe ſe offerunt exẽpla. Primi vtiq; Chriſtiani illi, qui in Alexandria à Diuo Marco Euangelium acceperunt, ad deſertum, & ad nouum illud horridumq; in deſerto viuendi genus, ſe contulerunt. Ibiq; accerrimis ieiu-
D niijs carnem ſpiritui ſubijciebant: vt Philo Iudæus deſcribit. Antonius ille Magnus, ſub Conſtantino, duriſsimum hoc vitæ genus, vnà cum multis ſequutus eſt (teſte Soſom.) Adeò autem olim illud viuendi inſtitutum floruit: vt in Ægypti partibus Serapion, ad decem millia monachorũ habuerit (teſte Nizephoro lib. 11. cap. 35.) Hac noſtra tempeſtate, inuictis etiam hæreticis, contra monaſticum inſtitutum oblatrantibus, Deus bone, quàm magnum incrementum vita monaſtica habet, quantumq; tum mira doctrina, ac eruditione, tum etiam religione & pietate floreant, omnes monaſtici inſtituti religiones teſtantur. Multi viri generis nobilitate inſignes, diuitijs rerumq; terrenarum abundantia affluentes, qui omnibus Diuino afflatu contemptis, vaſta in ſolitudine, paupertate extrema, nudi, frigore, & fame cruciati, duriſſima pœnitentia vitam agentes, ſolũ
B Chriſtum imitari contendunt. Faxit Deus, vt quotidie magis ac magis religiones, numero, pietate, ac vitæ ſanctitate creſcant. Tandiu enim proſperum ſucceſſum, fœliceemq; ſtatũ regna, omneſq; Reſpublicæ, ſibi polliceri poterũt, quandiu religiones in ſuo perſtiterint robore, honore, & exiſtimatione. Neruum enim totiùs Reipub. Chriſtianę, ac ſalutis eius, monaſticũ inſtitutũ eſſe, nemo pius nõ fatebitur.
C At verò vitæ monaſticæ cultores, præclaram illam D. Cypriani ſentẽtiam audiant, quò in ſuo Religionis ſtatu cautiores fiant. Sic enim in ſermo. de Ieiunio & tentat. Chriſti ait: Neq; enim putet homo ſe euaſiſſe pericula, cum in eremum venerit. Quia quanto ſubtiliùs, tanto difficiliùs à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus aſſidens, omnia virtutum germina in ipſo ortu ſtrãgulare molitur. Sic Euam ſolitariã
D adorſus eſt in Paradyſo: ſic in ſecreto ab hominibus loco, occiſus eſt Abel, & contra Ioſephum à fratribus conſpiratio facta eſt. Interim etiam locus ille victoriæ contra Satan aptiſsimus eſt. Sic enim idẽ Cyprianus proſequitur. Verùm certè liberiùs anima expedita, obuiat impugnanti, vbi compedes impedimẽtorum deffuerint, & aſpectus irritamenta nõ mouerint; ſecurior q; eſt congreſſus

Vita monaſtica ſpiritu ſancto plena.

Chryſ. Hom. 3. in Matt.

Oſee. 2. c. 14

Philo. lib. de vita ſupplicum.

Nizeph. lib. 11. cap. 35.

A congreſſus: vbi ſingula, non vellicãt dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum. Animi enim ſolitudo omninò neceſſaria eſt, vbi recta ſpecula mẽs, ſibi inſopita prouidear, & deterſa rubigine corruſcantibus armis, importunum hoſtẽ terreat, & repellat.

Vt tentaretur à Diabolo. Multũ certè noſtra intererat, vt Chriſtus à Diabolo tentaretur. Primò, vt doceret ſe eum eundem eſſe, qui Diabolum à cælo vinctum, in tartara
B quõdam ob inauditam ipſius ſuperbiam miſerat, poſſeq; denuò eundem vincere. Et vt nobis ſuo exemplo doctrinã daret, quomodo à nobis vincendus ſit. De vtilitate huius tentationis D. Thom. multa elegan ter docet. 3. par. q. 41. art. 1. & ſequẽ tibus, & Abulenſ. q. 4. Sed iam videamus, qua via Satan Chriſtum adorſus fuerit. D. Grego. Hom. 16. docet, peccatũ in nobis tribus gradibus perfici, nempè, ſuggeſtione,
C delectatione, & conſenſu. Id quod etiam D. Auguſtin. eleganter explicat lib. 1. de Serm. Domini in monte. c. 22. In nobis quidem, qui lutea vaſa ſumus, ſi vel minima tentatione tangamur, continuò frangimur. Immò intra nos metipſos Satan circunferimus, qui nos varijs varijſq; tellis impetit, altas quidem radices in nobis iecit, hæc crudelis mẽbrorum lex, de qua ingemiſcens Paulus
D dicebat. Inuenio aliam legẽ in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuum me ducentem in lege peccati, quę eſt in mẽbris meis. Hæc membrorum lex concupiſcẽtia noſtra eſt, quæ vndiq; varijs nos tellis circundat, quæ ſane concupiſcẽtia, ſi de ea rectè ſentimus, noſter Satan eſt. Vnus quiſq; enim tentatur à concupiſcentia ſua, abſtratus & illectus. Hæc peccati radix eſt, quæ delectationem, deinde conſenſum, tanquam fructus ſibi natiuos parit, quos quoridie guſtamus, & A tanquã venenũ efficaciſſimũ continuò miſerrimã in nobis mortẽ efficiunt. Cõcupiſcentia enim cũ conceperit parit peccatũ: peccatum autem cum conſummatum fuerit generat mortẽ. En habes quibus gradibus peccatum nos ad extremum malorum deducat. At verò licet Satan ijs grauiſsimis ictibus, quibus mortales omnes vinci ſperat, adoriatur nos, & victoriam ſæpè reportet, nullam tamen contra Chriſtum obtinere valebit. Nam quibus obſecro armis Chriſtum aggredi auſus B eritẽ Suggeſtione tantũ dices Chriſtum tentare poterit. Fateor: Sed quid tandem ſuggeſtione efficiet in eum, qui nullum peccati fomitem habuit, nec habere potuitẽ Licet ergo Satan, ſuis omnibus artibus, vnà cũ ſuis validiſsimis viribus vratur, & omnia ſua ignita inferni tella in Chriſtum fortiſsimè excutiat, & miras cintillas emittat, nihil planè ignis, vbi fomes non eſt, accẽdetur. Sic in Chriſtũ Satan nihil ſuis omC nibus tentationum tellis efficere tãdem potuit. Ergo nec interior fuit illa ſuggeſtio, ſed exterior tantum, quædoctrina optimè traditur à D. Thom. 3. par. q. 15. artic. 2. & 4. quæ deſumpta eſt à D. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. cap. 9. & lib. 26. contra Fauſtum, in vltimis verbis. Et hæc eſt etiam D. Hieron. doctrina, circa illa verba Matth. 26. Cæpit triſtari, & meſtus eſſe.

Vt tentaretur à Diabolo. Hoc loco, D *Vt*, non dicit finem intentum, ſecundum quorundam ſententiam, ne videamur nos vltro citroq; ad exemplũ Chriſti aganothetæ noſtri omnium, in tentationem inducí, ſed id quod ex occaſione ſequitur eſt. Sicut Paulus dixit: Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vt, ibi non eſt cauſalis, ſed conſequutionẽ notat. Lege (quaſi diceret) ſubintrante

Concupiſcẽtiæ fructus venenoſi.

Iacob. 2. c. 15.

Suggeſtione Satan Chriſtũ tentauit.

Sine fomite ignis in accenditur nec accendi poteſt in Chriſto.

D. Thom. 3. par. q. 15. art. 2. & 4.

D. Auguſtin. lib. 4. de Ciuit. 9. & li. 26. cont. Fauſtum.

Vt finem non dicit.

Rom. 5. d. 20.

D. Thom. 3. par. q. 41. artic. 1. & ſequentib.

Abulenſ. q. 4

D. Grego. Homil. 16.

D. Auguſtin. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, c. 22.

Rom. 7. d. 23.

Lex mẽbrorum concupiſcentia noſtra eſt.

Omnes Satanã in biſcam geſtamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sequutum est, vt abundaret delictũ. Sic hoc in loco, eò enim ipso quòd à Spiritu sancto ductus fuit, vt ieiunaret, & orationes feruentissimas ieiunio coniungeret in deserto, sequutum fuit, vt Satan ipsum adoriretur, & tentationibus impeteret. Hinc facilè videmus, duplici occasione nos Diabolũ cõtra nos ipsos prouocare. Prima eaq; communissima occasio, quam homines præstamus Satanæ, otium esse solet, si nos otiosos viderit aduersarius, tunc contra nos nequissima sua tella diri
B git, quod notissimum Dauidis exẽplum nobis manifestat. Otiosus sanè in solario suo erat, cum tẽtationi carnis succubuisset. Secunda tentationis occasio, virtutũ exercitia esse solet, cum enim Diabolus intimo prosequatur odio eos omnes, qui virtutibus se tradũt, fit, vt omni sua nequitiæ arte pro viribus nitatur, quò eos, si possit, ab arce virtutum omninò deijciat, & in peccatum pertrahat. Non tamen idcirco
C virtutem, tãquam teneri & molles, deserere debemus, sed Diuina præsidia quærere. Deus enim fidelissimus est, qui non patietur nos tentari, suprà id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentũ: constanti animo eos esse oportet, quibus cum Paulo dicitur: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. In tentatione enim iustus validior euadit, & si exieris cõtra hostes tuos ad pugnã, ne timueris, quoniam Dominus tecum est.
D Si verò, *Vt*, causalis ibi sit, tunc tanquam finem à Christo intentũ, nobis in illa particula, *Vt*, explicari dicemus: ac si dicere vellet Euangelista, in desertum egressus fuit, quatenus ab hoste infestissimo tentatus, victoriã sibi nobisq; omnibus gloriosam reportaret: ita interpretantur D. Ambrosi. in Lucam. lib. 4. & Chrysost. Homil. 13. in Matth. Sic enim Spiritus sanctus hac intentione ducit Christum in desertum, vt cum à Dæmone tẽtare permitteret, propter effectum & fructum, quem præsciebat ex tentatione prouenièdum. Quod non solum cum Christo, sed cum alijs etiam hominibus Deus præstare solet. Qua in re docemur, quòd non vltro nos in tentationes præcipitare debeamus, nisi vbi priùs per Spiritum sanctum ducti fuerimus, hoc est, vbi gloria Dei exegerit, & proximi ædificatio. Ad
B hæc, si Spirutus Dei nos ducit, admonemur, etiam vt tàm insignem, fortemq; ducem sequamur, certiores facti, quòd nos nõ vellit ire perditum, sed quòd omninò nostrã salutem meditetur & operetur, quantumuis crudelis tentatio cõtra nos insurgat.

Vt tentaretur, &c. Potest etiã hæc intentio humanæ Christi voluntati tribui: ita, vt nõ solum Spiritus sanctus eum hac intẽtione duxerit, sed etiam ipse hac intentione in desertum ingressus sit. Et hoc etiã Chri-
C sto homini licuit: tum quia illi constabat, hãc esse Diuinę Spiritus voluntatem, & intentionem: tum maximè, quia præsciebat, nullum sibi ex hac tentatione periculum imminere, sed potiùs in magnã Dei gloriam, hominũq; vtilitatem, ac Dæmonis confusionem cessuram. *A Diabolo.* Idem posteà dicitur Satan, quę duo nomina etiã iunguntur, Apoc. 12. Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satan. Diabolus Græcè dicitur, Delator, seu Calumniator: vt satis ostenditur dicto cap. 12.
D Apoc. Accusator fratrũ nostrorũ, qui accusabat illos, ante conspectũ Dei nostri, die ac nocte. Satan autẽ Hæbraicè est, aduersarius, inimicus. Sic Dauid dixit: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ, cur efficimini mihi hodie in Satan? videlicet, vt per mortem Semei, quam tantopere desyderatis

D. Ambros. in Luc. lib. 4.
D. Chrysost. Homil. 13. in Matth.

A desyderatis, reddam funestum diẽ mei redditus in regnũ. Et Christus Petro: Vade post me Satana, qui mihi aduersaris, quò à mandato Patris reuoces me. Non satis est officia Diaboli agnoscere, nẽpè quòd sit calumniator, accusator, & quòd in omni bono aduersetur nobis, perpetuaq; inimicicias nobiscum gerat, nisi vires illius, quibus hæc nequissima officia exerceat, perspectas habeamus. Est enim Diabolus fortis ille armatus, de quo Christus,
Luc. 11. B Luc. 11. locutus est. Est Princeps
1. Ioan. 14. mundi huius, Ioan. 14. Estq; leo ru-
1. Pet. 5. giens, de quo D. Petrus: Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiẽs circuit, quærens, quem deuoret. Si ergo talem, ac tantum habemus tentatorem, non profectò nobis dormiendum, & stertendũ erit, sed vigilandum circunspiciẽdumq; ne in cautos nos opprimat.

2 *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c.* Non hu-
C mana, sed Diuina potestate, & supernaturali miraculorum effectrice, hoc ieiunium sic Christus seruauit: ita, vt toto hoc tempore, nocte dieq;, nec ederet, nec esurire. Voluit sanè Christus, qui nostra peccata, sua pœnitentia expiare venerat, immoderatum primorum parentũ appetitum, suo ieiunij remedio curare, & gulę peccato satisfacere: vt vnde peccatũ in primo Adam exordium accepit, inde in secũdo Adam
D remedium inciperet. Qua in re nobis exemplum præbere voluit, quatenus quadragesimale ieiunium ab ipso consecratum, ab Ecclesia grauissimè institutum, ab Apostolis & sanctissimis viris summa religione seruatum, nos quoq; piè, & deuotè nostro modò seruemus. In qua quidem obseruantia Christum imitamur, tum quòd sicut ille quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunauit: ita, & nos modo nobis possibili (nõ enim natura nostra, absq; A vllo cibo tandiu seruari potest) ieiunium rigidè seruemus: tum etiam, quòd eo modo, quo Christus ab omni ciborum genere tunc abstinuit: vt assiduis vacans precibus, & altris contemplationibus intentus, veluti paratior ad Euãgelicum negocium prodiret: ita quoq; voluit, vt nos, à solito edendi more abstinẽtes, ac ieiunij occasione pariores redditi, & orationi pieq; meditationi, plus temporis solito impendentes, aptiores paratioresq; tandẽ B simus, ad Diuina peragenda mysteria, meritoq; ieiunij, gratiam ad sublimia munera, & officia aggrediẽdi promereamur. Quotquot enim sancti vnquam fuere, qui quoties rẽ grandem, aut consequi, aut cõmittere decreuerunt, nõ priùs ausi sunt id tentare, quàm se se per rigidum ieiunium pararent. Ad altam Sacramentorum agnitionem promerendam, ieiunio (teste Tertulliano) se
C Tertul. lib. de ieiun. Daniel præparabat, cap. 2. & 14. Dan. 2. & 14 Luc. 2. Iudith. 4. 5. 7. & 8. Anna quoq; vidua, Luc. 2. Ad victoriã de hoste Holopherne reportãdam, ieiunio se armabat Iudith. Ad liberandum vniuersum Iudæorum populũ à morte, ieiunio quoq; se muniuit. Esther, ad impetrandam Diuinam Spiritus sancti promissionẽ. Ieiunio se se Apostoli, vnà cum sanctissima Virgine præpararunt. Ieiunia tandem gratiam, ad quevis ardua obtinenda promereri cõsueuerunt. Valeãt Nouatores, qui ventri
D plus æquo dediti, inglubiemq; sectantes, tãto ieiunia prosequuntur odio, vt omnem laudem, & virtutis gloriam, & mercedis amplitudinẽ ab eo detrahant, quam verbum Dei proponit, & Patrũ chorus summo consensu tribuit Christianis ieiunantibus, hoc est, qui cum Dauide, Daniele, Ioanne, Iudith, Anna, Niniuitis ex vera in Deum fide, & ad sibi conciliandam Dei gratiam, vel ob præ-

Esther. 4.
Act. 1.
Psal. 34. 68. & 108. Dan. 9. Luc. 7. Iudith. 4. Luc. 1. Ioan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ob præstandam maioribus obedientiam, & ad fructus pœnitentiæ faciendos, à cibo abstinẽt, austeriusq; viuunt, castigant ve corpus, & interiorem, siue humilitatem, siue pietatem, victus parcitate carnisq; maceratione testantur. An non ieiunium à Basilio vocatur Magister sanitatis, Angelorum imago, iustorũ contubernalis? Athanasius ieiuniũ Angelorum cibum vocat. Chrysostomus Matrem omnium bonorũ, & magistram virtutũ appellat: per quod, Isidoro teste, prosternuntur vitia, humiliatur caro, Diaboli tentamenta vincuntur, & in quo demũ amplissimè commendando, præ cęteris quidem Cyprianus, Athanasius, Basilius, Hieronymus, & Leo accurate versantur. Qui sunt autem isti præceptores noui (libet enim verbis vti Ambrosianis) qui meritum excludunt ieiunij? Nonne Gentiliũ illa vox est, Manducemus, & bibamus? Insipientem Paulum vocare possumus, qui gloriatur ieiunijs, si ieiunia nihil prosunt. Sed quomodo non prosunt, quibus vitia purgãtur? Theophylus Alexandrinus id aperte fatetur: Hi, qui ieiunia, ideſt, Angelicam conuersationem in terris imitãtur, per continentiam, breui ex paruo labore magna, sibi & æterna conciliant præmia. Vt igitur nos ieiunia tantopere nobis vtilia intimo amore amplecteremur, exẽplo suo nos Christus instruere voluit, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunãdo. Noctium etiam mentio fit, ad distinctionem ieiunij Christi, à ieiunijs Iudæorũ (vt Euthymius notat) qui toto die ieiunantes, vespere, & nocte cibum sumere soliti erant, & nimio sese ingurgitare cibo solebant.

Homil. 1. & 2. de ieiunio. *Lib. de Virgi.* *Hom. 1. in Genes.* *Lib. 1. de Eccles. instit. offi. c. 42.* *Cyprian. de ieiu. & tentat. Christi.* *Lib. de Virgin.* *In Concio. de ieiunio.* *Lib. 2. cont. Iouin.* *Leo serm. de ieiu.* *Ambro. Epistola. 82.* *Theo. libr. 3. Paschatis.* *Theophylus Alexandrin.*

Diuersi fuit Christi ieiunium, à ieiunio Iudæorũ.

Postea esurijt. Totis quadraginta diebus, & noctibus, quibus in ieiunio Christus perseuerauit, vel impassibilitatis suæ dote, vel Diuina eius virtute, ac voluntate, calorem naturalem, ne in humidum radicalem operaretur, suspendit, peractis autem diebus, permisit, vt naturalis calor, suas omnes exerceret vires, à natura sibi inditas, in ipsum, ne plusquam homo videretur. Totidem enim dies Moses bis quadragesimale ieiuniũ seruasse legimus. Exod. 24. Deu. 9. Elias totidem dies ieiunauit. 3. Reg. 19. noluit Christus pauciores ieiunare, ne minor esse videretur Mose atq; Elia. Nec voluit plures, ne maiorẽ ipsis esse suspicaretur Satan. Hoc tamẽ discrimẽ inter eos esse fateri oportet, q̃ Christus virtute propria, illi verò, virtute Christi, diuturnũ hoc ieiunium sustinere potuerunt. Notissimum est de Moyse, quòd Diuino consortio alebatur: dum enim Moses in altissima illa contemplatione detinebatur, omnis eius mentis intentio adeò in ipsum Deum immersa erat, vt spiritus, & calor, ab ima stomachi parte ad sublimia intellectus, per imaginem & phantasiam raperentur. Hinc fit, vt actio caloris, & totius naturæ, circa operationẽ nutritiuam, parum aut nihil penitus operarentur, sed circa altissimas intellectus operationes versarentur. Obid quoq; factum est, vt Mosi corpus, in illo ferè statu, in quo erat, cum ad Diuinum consortiũ admitteretur, toto illo tempore maneret & conseruaretur, nulla cõsumptione facta, aut humidi radicalis, aut nutritiuæ virtutis. Hinc quoq; factum est, vt Spiritus illi, ex visione illa, quam Moses contemplabatur, adeò fuerint illustrati, tum ex ipso caloris motu, tum etiam ex delectationis atractione, vt facies eius fuerit accẽsa & inflammata: ita, vt filij Israël, eam intueri nõ possent. Elias verò, aliam rationem in suo ieiunio habuit, nam pane illo Angelicis manibus præparato, adeò confortatus fuit

A fuit, vt ambularit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, vsquè ad montem Dei Oreb. Nec mirum est Angelica virtute, panem potuisse vnum, tantam vim habere nutritiuã, ac quadraginta potuissent habere panes, nec etiam Angelo fuit difficilè, eam nutrimenti vim vni pani præstare, quã natura quadraginta panibus conferre solet. Virtus enim illa, sic pani contẽperata fuit, Angelica potentia & arte, vt totum suum nutrimẽtum, non septem horarum spatio consummeret, sicuti quotidianus facere solet panis, sed quadraginta diebus: ita, vt successiuè cuiq; diei, id quod secundũ proportionem caloris radicalis sufficiebat, impartiretur. Ecce qualiter vterq; eorũ virtute Dei ieiunauit, Christus verò eadem Diuina virtute, quæ sibi propria coexistit, ieiunium perfecit. Aliam quoq; differentiã inter Christi & horum Sanctorum ieiunium Chrysost. obseruat, nẽpè quòd Moses & Elias omni illo temporis spacio, essurientes ieiunare potuerunt, Christus verò nõ nisi iam quadraginta diebus expletis esurijt, quod Matthęus testatur, dicens: *Postea esurijt.*

Quomodo Elias vno pane quadraginta diebus fuit alitus.

Chrysost.

Petrus Chrysol. ser. 11.

Mirari satis non possum D. Caietanum, in interpretatione huius loci adeò grauiter alucinatum fuisse, vt dicere ausus fuerit, Christum IESVM, in illis quadraginta diebus famen sensisse, quia superfluum est (inquit) multiplicare miracula sine necessitate, immò aliàs quoq; frustrà ieiunasset, si nihil famis sensisset. Nihil enim tale ieiunium, vel ad meritum, vel ad corporis affictionem, vel ad nostrum exemplũ contulisset. Hactenus Caieta. O audacem sententiam aduersus omnium Patrum sententias, aduersus sacrã Scripturam planam, & manifestã, aduersus ipsissimam veritatem, tàm temerè prolatam! Hilari. Origen. Hieron. Chrysost. Ambros. & omnes tandem Patres, tàm antiquæ, quàm modernę classis, tàm Græci, quàm Latini, qui hunc D. Matth. locum, & D. Lucæ interpretati sunt contrarium omninò senserunt. Audi Basil. sentẽtiã, qui sic ait, de Christo loquens. Vide quàm mirabiliter ille tẽtari per essuritionem præbuit ansam, alioqui propter Diuinæ naturæ sublimitatem, non patebat ad illum aditus Diabolo, nisi se per essuritionem ad humanam imbecilitatem submisisset. Et Grego. Nyss. adhuc manifestiùs ait: Cum quadraginta dies ieiunus permansisset, posteà esurijt. Dedit enim quando voluit occasionẽ naturæ officio suo fungẽdi: sed tentationum inuentor, cum intellexisset, affectum famis etiam illum inuasisse, consuluit, vt lapidibus exciperet appetitũ. Multa præclara elegãterq; Nazianzenus prosequitur. Et Cyrillus sic ait: Cũ quod sat erat ieiunasset, Diuinaq; virtute, absq; cibo & potu, incorruptam carnem conseruasset, vix tãdem, quæ propria illius sunt, pati eã siuit, esuriisse enim dicitur. Sed quã ob causam, quæso, esurijt? Ob eam nimirùm, quo aptè per vtrumquè, Deum simul & hominẽ, se esse declararet. Diuus quoq; Pater Augustin. sic interrogat. Quare cõsummatis quadraginta diebus, esurire Dominum IESVM describitur, cũ Moses, & Elias, tanto temporis spatio per ieiunium famen pati nõ memorentur? Famem verò & laborẽ Redemptor noster, consummato tanto dierum numero sustinet, quatenus & tentatori occasionẽ tentandi inferret, & noscereturquã verã carnis substãtiã gestaret. Et Hilar. sic ait: Nam post quadraginta dies, non in quadraginta diebus esurijt. Et D. Ignatius cũ Diabolo loquens ait: Sciebas quòd filius Dei esset? intelligebas, quòd, qui quadraginta diebus,

A *Hieronym. Chrysost. Ambros.*

Basil. Hom. de ieiunio.

B *Greg. Nyssen. de Beat. tud. cap. 4.*

Cyril. lib. ad Reg.

C

August. lib. 3. de mirac. Scripturæ. c. 6.

D

Hilar. can. 3.

Ignat. in Epist. ad Philip. circa finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diebus, & totidem noctibus, ne corpus egeret, fecerat, idem in perpetuum facere poterat? Deinde post ieiunium esurientē videras. Petrus tādem Chrysologus idem testatur: Posteà (inquit) esurijt. Hoc non est infirmitatis signum, sed insignę virtutis, quia cùm dicit: Posteà, esurijt quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, probat in illo esuriem non fuisse. Esuriem sentire, & vincere, est laboris humani, diuinę virtutis est esurię non habere. Et quid in his moror, cum omniū Patrum sentētia Domini Caietani audaciā temerariam conuincat? Sed singularem Scripturæ sacræ sensum adferre, & obtrudere velle, licet arrogantis, & temerarij ingenij sit, subtili ingenio viri cōdonari poterat: verūm contra sacræ Scripturæ expressam auctoritatem, suam sentētiam defendere velle, hæresim mihi sapere videtur, quam si contumaci animo stabilire nitatur, millies hæreticum compellabo. Dicit enim:

Petr. Chryso. ser. 11.

C Christum INSVM, in illis quadraginta diebus famem sensisse. D. Matthæus verò dicit: *Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esurijt*, non ante dicit, *Esurisse*, sed *Postea*. D. etiam Lucas, sic ait: Et cōsummatis illis esurijt. Qui enim dicit, expletis illis diebus aliquid esse factum, manifestè ostendit anteà factum non fuisse: vt clarè patet ex similibus D. Lucæ sentētijs. Postquā (inquit de Circuncisione loquens)

Luc. 2.

cōsummati sunt dies octo, vt circūcideretur puer. Ergo anteà non fuit

D circūcisus, nec lex patiebatur: post dies autem octo circuncisus est: & idem de Spiritus sancti adūentu loquens: Dum complerētur (inquit)

Actor. 2.

dies Penthecostes: ergò ante illos dies Spiritus sanctus non venit, & cōpletis illis diebus venit, sic Christus cōsummatis illis diebus, esurijt. Videamus iam quibus rationibus Caietanus, contra cōmunem Sācto A
rum, Patrū sententiam, contra Scripturæ sacræ manifesta testimonia, contra ipsam veritatem, suam stabilire nitatur sententiam. Tria in sua assertione dicit. Primum, Frustrà est (inquit) multiplicare miracula sine necessitate. Secundum, Frustrà ieiunasset, si nihil famis sēsisset. Tertium, Nihil enim tale ieiunium, vel ad meritum, vel ad corporis afflictionem, vel ad nostrum exemplum contulisset. Ad primam assertionē B
veniamus. Quę obsecro (Caietane) miracula, hīc nos sine causa multiplicare, dicis, asserentes, Christum quadraginta diebus totidemq; noctibus ieiunasse, nec famem sensisse toto illo temporis spatio? De ieiūnio inter nos conuenimus. De Christi fame discutiamus, circa quā, miracula sine causa non multiplicamus. Vnum hīc tantum miraculum esse candidè profitemur, quo vno eodēq; miraculo fieri certè potuit, vt Christus sine cibo & potu, quadraginta dies nocteſq; transigeret, C
& vt famem, & sitim minimè sentiret. Quomodo hoc factum sit (iam diximus) nempè impediendo, ac suspendendo caloris naturalis actionem, aliorumq; contrariorum agētium. Ergo in hoc nulla planè multiplicantur miracula sine causa. Lōgè maius miraculum fuisset, quod famem toto illo tempore Christus pateretur, & mortalem cōseruaret vitam. Nam vel famis illa, quam tu D
dicis Christum passum fuisse, aucta fuit in dies, vel non, sed in eodē semper statu permansit. Si primum dicere vellis, inde sequeretur manifestè, vt Christus in illo ieiunio vitam finiret, nam in tanta fame, ac tàm extrema debilitate, vitam posse seruare, miraculum certè hactenus inauditum fuisset. Si secundum dixeris, æquale miraculū esse, fateari oportet, quia in agentibus naturalibus, si alioquim

Cypri. an. ser. de ieiu. & tentat. Domini.

Irenæ. lib. 5. cōtra hæres. 431.

A alioquim non impediantur. Eiusdē rationis est, actionem inchoare, & illam ad finem vsq; perducere. Et similiter eiusdem miraculi est, eorū actionē, vel in principio, vel in progressu suspendere. Si verum mīs miraculum est, longè melius est dicere Christum agentia naturalia in principio, vt quedū quadraginta dies, & totidē noctes in ieiunio trāsigisset, suspendisse: ita, vt toto illo tēpore naturalis cibi, ac potus, appetitus impeditus fuisset. Et quiporuit quadraginta dies, absq; vlla cibi, & potus sustētatione vitam ducere, poterat quidē lōgo maiori tempore eo modo transigere, immò toto vitæ decursu sine cibo, & potu viuere. Præterea sine magno miraculo, potest quis sine fame diuturno tempore vitā ducere, si modò rerum Diuinarum attētione rapiatur, & in extasim raptus, vires, & potētias, tàm intellectuales, quàm imaginarias in Deū absortas habeat. Si Moses accepturus legē à Deo, quam populo traditurus erat, sine fame aliqua in
C Synai monte quadraginta dierum spatio, in Deum absortus mansit: quare Christus legifer noster, nouam, & ęternam legem mortalibus laturus, non prius in hoc monte cū Deo æterno Patre versaretur? Et totus is in Deū absortus, & immersus, de lege gratiæ, de mundi singulari remedio, de Satanæ victoria, quam reportare sperabat, quadraginta dierū spatio remoratus agēs,
D sine aliquo famī morsu, tempus præterire potuisset? Si in monte Tabor gloriam suam discipulis tribus ostē surus, animæ suæ sacratissimæ gloriam corpori tanta cum maiestate communicare decreuit. Quis piè nō credat Christum Dei filium, in secreto cum Deo agens illis quadraginta diebus, quibus in monte delituit, animæ ipsius inefabilem glōriā corpori suo sacratissimo tanquam cibo super substantialiter communicasse, vt omnis cibi, & potus appetitus omnino sileret, & fames omnino toto illo tempore extincta maneret? Videsne (Caietane) modū, quo Christus quadraginta dierum spatio, in monte cum Dæmone certaturus, & legem mundo laturus, absq; vlla fame dūrauit, sine alicuius miraculi multiplicatione. A

Ad secundam Caietani assertionem veniamus. Dicit enim, Frustrà ieiunasset, si nihil famis sensisset. Christi ieiunium sine fame, frustrà fuisse dicere nullus? Ergo qui tàm B
benè instituti naturam habent, vt ieiunium cæteraq; virtutes absque labore operentur, frustrà, nec meritoriè operantur? Crediderim potius eos, qui virtutū opera exercent, & delectabiliter operantur, singulari Dei gratia, illis hoc concedi, & meritum inde magis augeri, quia non frustrà sic operanti cōcessa est gratia, sed vt magis ac magis in virtute radices agat, & hilari animo meritoriè operetur. Qui ergo in altu Dei cōtemplatione absortus est, C
nec famem patitur, nec ieiunij meritū defraudatur.

Sed hæc tanquam manifestissima omissa faciamus, vt ad tertiam Caietani assertionem veniamus. Dicit enim: Si famem non passus fuisset, nempè illis quadraginta diebus. Nihil tale ieiunium, vel ad meritū, vel ad corporis afflictionem, vel ad nostrum exemplum contulisset. Iam satis manifestè probauimus Christum nullam sensisse famis passionē toto illo tēpore. Sed dicis Christi ieD
iunij sine fame meritorij, minimè fuisse. Christus quadraginta illis diebus diuino cōsilio, voluptare sensus, quā cibi, etiam illis, qui cū parsimonia vtūtur, efficere solēt, carere voluit, ob singulare meritū, q̄ haberet non sibi, sed nobis, qui primorū parentū peccato obnoxi fuimus.

Cibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Cibus enim ille arboris vetitæ, qui viſu pulcher erat, & ad veſcendum ſuaue, delectationem, & ſenſus voluptatem excitauit, vt per mortificationem apetitus & voluptatis Chriſtus nobis meritũ pararet, ieiunare voluit, & aperitum mortificare, ne cibũ alioquim naturæ humanę gratum, appeteret. Et hoc ſignificabat Origen. cum ait de Chriſto: Mortificabat enim ſenſum carnis iugi continuoq; ieiunio, & cum completi fuiſſent dies eſurijt. Præterea Chriſtus, vt primorum parẽtũ Gulæ peccato ſatisfaceret, poſt quadraginta illis diebus famem ſentire voluit, quam non ſtatim extinxit, ſed illam æquo animo ſuſtinuit toto illo tẽpore, quo tres illas grauiſsimas tentationes à Satana pertullit, quæ non in momento factæ fuerunt, ſed aliquandiu durarunt, qua fame à Chriſto paſſa, de cõdigno promeruit plenam ſatisfactionẽ pro illo Gulæ peccato à primis parentibus perpetrato. Ad exemplum quoq; noſtrum, Chriſtus ieiunare voluit. Famẽ verò toto illo tempore quadraginta dierum non ſentire, vt inſtitueremur perfacilè Deo fore: vt qui proximè Deo accedunt per viam ſolitariam, & auſteram, libenter omnibus humanis cõſolationibus exẽplo ipſius careant, eaſq; contemnant, Diuinis fruentes. Hoc enim maximè deterrere ſolet homines, qui ad religionẽ & vitam ſolitariam ſe ſe conferunt. Nã deſperant ſe poſſe carere illis conſolationibus, quibus à longo tempore aſſuefacti erant. Chriſtus in ſe ſe exemplum illis exhibuit in deſerto manens, & vitam auſteram pro hominum ſalute patiens, quadraginta dierum ſpatio.

Ieiunauit Chriſtus vt meritum nobis pararet.

Origẽ. Hom. 29. in Luc.

Ieiunauit Chriſtus vt primorũ parẽtũ gulæ ſatisfaceret.

Hic quadraginta dierũ numerus (teſte D. Hieron. lib. 9. comment. in Ezechiel. c. 29.) ſemper afflictionibus & pœnis adnotatur. Per quadraginta enim annos populus erat in ſolitudine deſerti, vt poſteà circunciſus in Galgalis, ab opprobrio & ignominia Ægypti liberaretur. Num. 24. in cuius numeri ſacramẽto, & hîc idem Propheta Ezechiel pro tribu Iuda, quadraginta diebus dormiuit in dextro latere, & quadringentis annis populus ſeruiturus in Ægypto nunciatur, qui faciunt quadraginta decadas. Pluuiæ quoq; diluuij, quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Iuſtum enim erat, vt qui per quatuor elementa mundi, quibus ea conſtare dicũtur, dum ea diligit & fouet, Deũ offenderat, in ipſo numero puniretur. Quòd verò Noë poſt quadraginta dies arcæ feneſtrã apperuit, ſignificat ieiunio cælũ reſerari. Albinus quoq;, quæſt. in Gen. Quadragenarius numerus (inquit) tribulationem pœnitentiæ oſtendit. Ideò Moſes, Elias, & ipſe Saluator, quadragenario numero ieiunia confecerunt, tãquam tribus temporibus neceſſaria, ante legem, ſub lege, ſub gratia. Eſuriuit Chriſtus, vt tentandi materiam Diabolus inueniret, qui ad ieiunium non audebat accedere, quia ſic ieiunantem Deũ, non hominem ſentiebat. Tũc ſenſit hominem, tũc mortalem credidit, tũc eum putauit poſſe tentari, quando eum eſurire callidus explorator inſpexit.

Num. 14.

Ezech. 4.

Gen. 8.

Gen. 8.

Albinus in Gen.

Diabolus ſi non ſentiret hominem, non tentaret.

D. Hiero lib. 9. comment. in Ezechiel. c. 29.

3 *Et accedens tentator, dixit, &c.* Tentator ille, videlicet, qui tentare ſolet. Sic. 1. Theſſa. 3. Ne forte tentet vos is, qui tentat. Et 1. Corin. 7. Ne tentet vos Satanas, nẽpè, vt pertrahat vos ad exitium perpetuum. Eſt (inquit Clem. Alex. lib. 4. Strom.) tentator Diabulus, ſciens quidem quòd ſumus: neſciens autẽ an tollerabimus, ſed nos volens ex fide excutere, ad ſe etiam conatur adducere. Vnde elicere poſſumus, id quod Petrus Chryſol. ſerm. 11. obſeruat, nempè

1. Theſſa. 1. Cor. 7.

Clem. lib. 4. Strom.

Petr. Chryſol. ſerm. 11.

A nempè non Deum, non naturam, non carnem, non aſtra malum creare, ſed Diabolum incentorem, & inuentorem eius eſſe. Vnde Paulus Epheſ. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Is ad Chriſtum acceſſit, nempè in viſibili, & humana forma. Accedere enim eſt progreſſuus motus, qualis niſi in ſpecie humana fieri non poteſt. Vnde ſatis conuinci poteſt vniuerſa hæc tentationum ſeries, ad extra eſſe, & foris facta fuiſſe, & non intra, quẽadmodum ea, quæ primis Parentibus facta fuit, ad peccatum eos Dæmon ſolicitando, quos tentare non potuit, niſi per externam ſuggeſtionem. Indecens ſanè dignitati Chriſti fuiſſet, à Diabolo per internas cogitationes phantaſiæ contra ſpiritum tentari, at verò exteriùs ſolicitationes malas audire, vt illas vinceret ſuperaret, ac ei nullum dedecus erat. *Acceſſit tentator.* Eſt Satan doloſiſsimus bellator, non temerè prodit, ſed diligenter temporis opportunitatem obſeruare nouit, & attentè conſiderat, qua parte homo ſit infirmior, vt ea commodiùs poſſit ſua dirigere tela. Sic vbi vidiſſet Chriſtũ poſt quadragenariũ ieiuniũ eſurire, acceſſit demũ, & gula ipſum deijcere conatus eſt. Arte ſua Chriſtus, Dæmonẽ deluderevoluit. Sciebat enim eũ pro more ſuo antiquo, nullis validioribus telis oppugnare ſolitũ, quam gula, ſuperbia, vanaq; gloria, quib' Parẽtes noſtros, priùs in Paradyſo deiecerat, ob id tentatori ſe expoſſuit Chriſtus, vt tãquam homo primorum Parentũ tentationes ſuperando, victoriam de Satana glorioſam nobis reportaret. Ideò fame in primis laborare voluit, quò faciliùs Satan gulæ tentatione adoriri eum poſſet. Hoſtis ſpicula dura habere præuiſa, bona ſpes victoriæ eſſe ſolet. Sic quoq; nouiſſe, quibus machinis Satan ſoleat electos adoriri, maximũ habet ad victoriam momentũ. Quæ verò iſta ſint, hîc ſatis ſuperq; in capitibus noſtris primo, & ſecundo Adam videmus. Hæc nimirùm, ſunt ventris ſtudioſa cura, vanus honor, ſeu inanis præſumptio gloriæ, diuitiarum peſsima ſitis. His aggreſſus eſt Chriſtum, aggreſſurus & nos. Hîc enim coniuratus hoſtis, in perniciem mortaliũ, inde ab orbe cõdito, vix quicquam accuratiùs elaborauit, quam à ſancto ieiunio, ad inſanum ventris ſtudium, & à laudabili ſobrietate, ad execrandũ luxum, & malorũ eſcas, prouaſq; in cibis voluptates, non modo commune vulgus pertrahat, ſed innocentes etiã, ac perfectos homines, quẽadmodũ Adæ, Euę, Chriſtiq; nobis exempla cõmoſtrãt. Cur verò ieiunium omne credentibus non diſſuaderet. Is, qui certo intelligit ſuas robuſtiſsimas vires, oratione, ieiunio, & gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, frãgi prorſus & diſsipari, quiq; cæteras hominis vires, quantũuis potẽtes, ſi tẽperantia & abſtinentia, rãquam de neceſſario auriga & cuſtode, fortaſſe deſtituãtur, velut imbecillas & caducas, facilè negliget. Vt enim veteres omnes, cum Caſsiano ſentiũt, prima nobis calcanda eſt gulæ cõcupiſcẽtia, quæ partim crebra cordis cõpũctione, partim ieiunijs, vigilijs, ſacriſq; ſtudijs, extinuanda eſt. Impoſsibile eſt alioquin faturũ ventrẽ, vt idem affirmat, pugnas interioris hominis experiri. Nunquã poterit ardentis cõcupiſcentiæ ſtimulos inhibere quiſquis deſyderia gulę refrenare nequiuerit. Hæc prima contentio Chriſto cum Dæmone fuit, in qua à ſeculo non auditam vnquam victoriam reportauit. Nam dum Saran veluti contra imbecillẽ congredieur, glorioſiùs

Epheſ. 6.

Infirmitatem hominis Dæmõ cõſiderat, vt ædificium ſpirituale proſternat.

Chriſtus Dominus primorum Parentum tentationes deuicit.

Oportet cõſiderare quibus machinis Satan electos adoriri ſtudeat.

Nõ modo vulgus, ſed innocentes & iuſtos proſtrare inimicus inuigilat.

Gulæ' qualiter arcenda.

T ſupera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A superatur. Hæc enim est vera victoria, vt quia Adamum immortalem, glorioſum, & epulantem, ſubuerterat, nunc ab homine mortali, humili, atquè eſuriente vincatur. Vt ergo Satan tropheum nouum, tot triumphis, & victorijs ab hominibus partis, accumularet, Chriſtum vnicum Dei filium aggreditur, dicens: *Si filius Dei es, dic vt lapides, &c.* Vidit infœlix hoſtis famem: & victoriam ſperauit, pugnamq; confidenter aggreſſus eſt, atq; Adamum

B ſe videre putauit, vbi famis paſsionem cernit. Cæterùm tanquàm ad Adamum acceſsit, ſed Adami creatorem, Adami naturæ amictum inuenit, & ait ad eum: *Si filius Dei es, &c.* Quare ſic aggrediatur Chriſtum (docet Ignatius in Epiſtola ad Philip.) multis quidem verbis. Nã cùm mundi regnum crudeli tyrannide occuparet Satan, ſciretq; nulla alia poteſtate debellandum fore, quam ipſius Dei, ſemper pauidus,

C ſemperq; in maximo timore verſabatur, ne à ſuæ potentiæ ſede deiectus, homines, quos tanquàm ſeruos poſsidebat, in libertatem ipſe Deus vindicaret. Et licet præclara teſtimonia in eius natiuitate vidiſſet, quæ à ſeculo nunquam viſa fuerant in ortu cuiusvis, ſeu ſanctitate, ſeu dignitate præcellentiſsimi viri, veluti Angelos choreas ducentes, & nouo gloriæ concentu, orbem replentes, nouam inſolitamq;

D ſtellam, Magos ex Oriente, ad præſepe, vbi infans latebat, adducẽtem: nihil tamen fuit, quod animum Satanæ magis promoueret, & ad maximum timorem pariter, & inuidiam prouocaret, quàm Patris ęterni præclarum teſtimonium, quod de eo magnifica voce, è cælo dimiſſa, protulit, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Quod Ioannis etiam teſtimonio cõteſtatum viderat, Qui cum verè agnum illum peccata mundi tollẽtem A eſſe fatebatur. Verùm enimverò cũ ipſum famelicum vidiſſet Satan, ſtatim ſuſpicari cœpit (vt eleganter Chryſoſt. ait) ne forſam ipſe ex multitudine filiorũ Dei, quos gratia ſua in filios vnus vocauerat, ex dignioribus eſſet, quem Pater altiſsimus tanto honore affecerat. Vnde argumentum efficaciſsimum ſumere licet, ad manifeſtè probandũ incarnationis myſteriũ Dæmones minimè intellixiſſe. Id quod D. Pauli teſtimonio cõprobare poſſumus, nã de incarnationis myſterio loquens, ſic ait: Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus in cęleſtibus, per Eccleſiã multiformis ſapientia Dei. Quæ quidem altiſsima Pauli ſententia, non de Angelis ſanctis (vt nonnulli exiſtimarunt) intelligẽda eſt, ſed de Dæmonibus, qui quouſq; audierũt Euangeliũ prædicari ab Apoſtolis, Sacramenti huius veritatem ignorabant. Chriſtus namq; ſic ſuam diuinitatẽ celauit, vt à Demone agnoſci non potuerit. Vnde ſponſa in

C Canticis, de Chriſto ſponſo ſuo, ait: Ecce ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Cùm aliquis ex feneſtra per cancellos, & rimulas aſpicit, partim videtur, partim verò non, adeò vt ſi ibi aliquem adeſſe videatis, quis nam ille ſit, agnoſcere non poteſtis. Ita Chriſtus proſpiciens quidem erat Diuinitatis ſuæ oculis, per humilitatis cancellos, & miracula faciens, Diui-

D nitatis ſuæ ſigna præclara emittebat, ex quibus Diuinitas ipſius abſcondita, poſt humanitatis cancellos iudicari poterat. At tentator, licet multa præclara ab ipſo facta, vidiſſet, non tamen cum videret illum hominem ſimilem nobis, & famelicum valde, Deum eſſe credebat. Quare maxima rerum cõcluſus anguſtia, vt ſe ſe ab hac perplexa, quæ

Ignatius in Epiſtola ad Philip.

Chryſoſt.

Ephe. 3.

Cant. 2.b.

A quæ anxium ipſum tenebat dubitatione explicaret: callida ſanè aſtutia explorare aggreditur, verus & naturalis Dei filius ne eſſet, an adoptiuus tantum, vt ſi cognouiſſet eũ naturalem Dei filium eſſe, omnes ſuas vires exerceret, omneſq; ſuas artes & technas explicaret, ne humanum genus, ſalutem, quam ab ipſo expectabat, conſequeretur, nihilq; non tentaret, quo remedium mũdo per ipſum afferendum impediret. Ideò

B ipſum agnoſcere nitebatur, vt mortem eius impediret. Si enim Dominum gloriæ cognouiſſent, nõ vtiq; crucifixiſſent. 1. Cor. 2. Si verò vnus ex ſanctiſsimis viris, quos Deus tanto honore aſſicere ſolet, vt filios dilectiſsimos vocet, ipſe fuerit, tũc in peccatũ (ſi fieri poſſet) eum pertrahere adnitatur. Ideò ſanè callidus ille hoſtis intra ſe cogitabat: Si dicto meo lapides in panes cõuertat, haut dubiè Diuinam potẽtiam poſ-

C ſum in eo facilè dignoſcere, Deiq; naturalem filiũ eſſe, cuius propriũ eſt dicto ſuo cuncta parere: ſin verò dixerit, ſibi id impoſsibile eſſe, manifeſtum relinquam, non eũ eſſe verum, ac naturalẽ Dei filiũ: ac proinde per facilè mihi erit, hãc occaſionem famis ipſius nactus, in maximũ peccatum eum pertrahere, ob idq; dixit: *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* In quibus verbis, vt filio adoptiuo dictis tentatio nititur. In

D quo genere tentationis, fateor ſanctorũ Patrũ cõmunem ſententiam eſſe, Satã Chriſtũ tẽtaſſe ex gula: quibus tamen, libẽter aſſentior. Difficultatem tamen facit, Satanæ vafriciem conſiderando, quod adhuc quid grauiùs contra Chriſtum ex hac tentatione nanciſci volebat. Nam, ex gula tentare filium Dei, ex pane per ipſum ex lapidibus facto, licet famelicus nimis eſſet, non certè videtur, grauis gulæ tentatio, verùm ſi dixiſſet ex lapidibus iſtis, fac tibi Manna, vel para tibi cibum ex A his lapidibus, pulchrum viſu, & ad veſcendũ ſuaue, aliqualis gulæ tẽratio eſſet. Ideò in his verbis: Si benè perpẽdimus, nihil potiùs exoptauit Satan, quàm vt Dominum ad diffidẽtiam oraculi Diuini prouocaret, & ſic de Patris erga ſe amore, ac cura dubitaret. Vide obſecro, quã pulchrè hæc prima tẽtatio illi reſpondeat tẽtationi, qua primos Parẽtes aggreſſus eſt. Nã (teſte D. Chryſoſtomo Homil. 13. in Matthę.) maxima rerum concluſus anguſtia Satã, voces emittebat ancipites: vt ſicut B accedens ad primum hominem, finxit illa, quæ non erant, quò ea quæ erant, diſceret: Ita ignarus ſuſcepti hominis, de eo inſtrueretur. Adeò, vt ſi Dei ſit filius, ſaltim victus ab eo audiat, id quod verè eſt: ſin tãtũ homo eſt, poſsit illi aliquid per blãdimenta laudum furari. Et ſicut tũc de æquitate diuini mandati, ſuſpitionem in eorum mentibus iniecit inquirendo. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradyſi? Ita quoquè mo- C do ad diuini oraculi diffidentiam prætrahere Chriſtum nitebatur. Ideò non dixit: Cùm filius Dei ſis dic, &c. Sed per conditionem dubitando pronunciat: *Si filius Dei es.* Qua locutione ſimul adulatur, & pungit: ita, vt ſi verè Dei filius eſſet, id neceſſario modo deberet oſtendere, alioquin ſummo eſſet rubore ſuffundendus, ſi in ea occaſione conſtitutus, non ſuæ ſaluti maxi- D mè conſuleret, quòd ſi facere omiſiſſet, minimè Dei filius eſſet habendus. Fruſtraq; alios, vt id de ſe crederent, expectaret. Quod ſi id verbo ſuo faceret, haut dubiè ſe certiſsimo ac efficaciſsimo argumento Deum, Deiq; filium naturalem, oraculumq; paternum, verum eſſe demonſtraret. Hoc Satan empiaſi illius verbi, *Dic*, oſtendere voluit;

Prima tentatio Satanæ fuit, vt Chriſtum ad diffidẽtia de Deo prouocaret.

D. Chryſoſt. Homil. 13. in Matth.

Tentatione Adæ Chriſti tentatio correſpondet.

Gen. 3. d. 1.

Satan adulatur Chriſto, & ſimul pungit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non enim dicit, Patrem cęlestē ora, sed *Dic*, impera. Quæ phralis Hebraica est imperium dicens, qua mater filiorum Zebedæi vsa est, dicēs: Dic vt sedeant ij duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Et manifestiùs in 1. Gene. cap. Dixit Deus fiat lux, &c. quia imperio diuino dicendo imperabat, sic Satan credebat solo iussu id ab eo facilè fieri posse. Ergo (inquit Chryst. Hom. 2. de lapsu primi hominis) quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors, & ita in B omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Rom. 5. Et quia sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificantur. 1. Cor. 5. Ideò aduenięs Dominus noster IESVS Christus voluit sanare labē primi hominis, in quo principale peccatū ceciderat. Itaq; vt deijceret tentationem eius, & sanaret primi hominis peccatū, repulit primū diffidentiam circa concupiscentiā ventris. Item, cum per inuidiam C Diaboli mors intrasset, in orbē inuidendo Satan honori Adæ, in peccatum pertraxit, id ipsum quoq; in Christo facere nitebatur. Vnde Euthymius in Matth. sic ait: Audierat à Ioanne, & per vocē cęlitùs de lapsam, hunc esse Dei filium. Ignorans ergo, quòd Dei filius carnē assumpsisset, siquidem latuit eum arcanū incarnationis mysteriū, suspicatus est hominem quidem esse, à Deo tamen ob virtutes ipsius adoptatum. D Itaq; et iam tantum inuidit honorem, sicut & veteri Adam, idcirco propiùs accedens, primam produ-cit tentationem, nempè diffidentiæ per gulositatem, per quam cępit & primum Adam. Quia ergo nullus aderat cibus, eò quòd desertus nimis esset locus, iubet de lapidibus panes efficiat.

Obseruemus etiam, Diabolum in hoc longè fideliorem esse his, qui transubstantiationem (vt proprio vtar vocabulo) fieri posse, etiā in Eucharistiæ Sacramento omninò negant. Ecce enim credit filium Dei solo verbo lapides in panes posse conuertere, cùm tamen alia sit panis, & alia lapidis substantia. Cur non æquè facilè erit Christo omnipotēti, verbo suo, panem in corpus, & vinum in sanguinem transmutare? Virgam tenebat Moses (ait Ambrosius lib. de ijs, qui initiātur, cap. 9.) proiecit eam, & facta est serpens. Currebant Ægypti flumina B puro aquarū meatu, subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere, qui rursus ad aquarum naturam redijt. Etiam virga leuata, aquæ maris se in speciem murorum congelarunt. Exod. 14. Ex dente molari asini aqua Sansoni sitiēti fuit data. Si tantum valuit humana benedictio, vt rerum naturas conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina? Addam hîc verba Cyrilli Hierosolym. cathech. Mysti. 4. Aquam Christus aliquando mutauit in vinum, quòd est sanguinis propinquum, in Chana Galilæa, sola voluntate, & non erit dignus cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutarit? Hanc igitur in Christo potentiam saltim à Satana adiscant hæretici, & negare desinant, id quod Satan in sua tentatione fatetur. Hinc quoq; perdiscere licet, vt Theodo. ser. 10. de prouiden. notauit, quo pacto à nobis ipsis contra nos belli occasionē hostis ille arripiat. Famē enim conspicatus, ex illa, ceu edito loco, tela immittit. Nā, & verum est prouerbiū: Necessitas cogit ad turpia. Prodigus adolescēs fame compulsus, porcos pascit, & quam multi aut pigritia, aut ingluuie ad necessitatē & famen cōpulsi, adigunt se se prauis Satanæ cōsilijs, vt furentur, occidant, se prostituāt, & nihil non quantūuis impium attentant,

Dic, Phrasis Hebraea quid significet.

Matth. 20.

Genes. 1.

Chrysost. Homil. 2. de lapsu primi hominis.

Rom. 5.

1. Cor. 5.

Euthym. in Matth.

Transubstantiationem fatetur Diabolus quam ille retinet negat.

Exo. 7. 1. Reg.

Ambros. lib. de ijs qui initiātur. c. 9.

Exod. 17.

Exod. 14.

Iudi. 15. 1. Reg.

Cyrill. Hierosolym. cathech. Mysti. 4.

Ioan. 2.

Theodo. ser. 10. de prouiden.

Necessitas qualiter ad turpia urgeat.

Deut. 8.

* Viuet.

Matth. 16.

A tentant, vt miserò isto corpori, cibū aliquem conquirant? Hinc meretrici cum è corpore quæstus, hinc fures, latrones, falsi testes, mendaces, & quorquot sunt huius generis. At qui piè volunt viuere in Christo IESV, licet tentationibus concuriātur, ad A Diuinas promissiones cōfugiētes, spe gaudentes, tribulationes patientes, subsidiū sibi, & singulare remedium acquirent. Id quod Christus nobis docuit in sua responsione.

EXPOSITIO.

4 *Qui respondens, dixit, &c.* Sicut Satan suis tentationum telis, nihil magis in votis habebat, quàm vt ipsum Christum ad diffidē B tiam oraculi Diuini, & in fidelitatem maximè prouocaret. Ita voluit Christus nequissimi ignea tela, fidei scuto retundere, & suam inuictam fidem, quam diuinis oraculis adhibebat, ostēdere. Opponēdo Satanæ oraculū etiā diuinū, quo Deus ipse pollicitus est, se nunquam defuturum, sed afatim subministraturū C necessāria omnia ijs, qui in Dei vocatione persistūt. Ad memoriam reducit Dominus Saranæ, ea, quæ filijs Israēl in deserto contingerant, vt inde conuictus abscedat, videns filios iam adoptione vocatos, & in desertum aductos, ad victum necessaria, liberaliter concessisse. Israēlitæ enim cum longo tempore per desertum peregrinarentur, vbi necessarijs omnibus, omninò carebant: D nam farina illa, quam secum asportauerant, omninò consumpta fuerat: ideò nihil iam magis quàm se se fame perituros breui credebant. Hinc est, quòd difidētibus grauissimum in Deum, & Mosen murmur subortum fuit. Deus verò opportunè Manna è cælo dimisso, eos liberaliter pauit ac nutriuit, adeò vt in illo, nec cognito, aut cogitato vnquam cibo, omne ciborum genus reconditū inuenirent. Si ergo Deus, tanta liberalitate erga populum difidentem, & impudenter murmurantem, vsus est, ea rantum de causa, quòd vocationi Diuinę obsequēdo, in desertū peregrinaretur. Quid mihi ipsi Diuinæ vocationi incumbenti, non polliceri possum, cū Diuinum oraculum certissimāq; promissionem habeā? non modo generalem illam, quam omnibus Dei vocationi parētibus fecit, dicens: Dedit tibi Dominus Manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt ostēderet tibi, quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Domini: verùm etiam peculiarem ad me factam habeo promissionem, qua Deus me in filium vnicum, sibi dilectissimum habere, ac tanquam verum patrem se mecum acturū pollicitus, & pro D testatus est. Et licet Christus oraculo ipsi à Patre æterno facto omninò niteretur, nolluit tamē illud Satanę nunc obijcere, ne plusquam hominē ipsum suspicaretur esse, sed generale populo Israēlitico donum cōcessum, ad memoriā illi reuocauit. Ac si diceret: Cur mihi lapides proponis, perinde ac si vnā hac via fames leuari posset. At nec Diuinæ literæ docent, non esse solum panē,

C Deut. 8.

TEXTVS.

4 QVi respondens, dixit: Scriptum est, Non in solo pane * viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quo viuat homo, sed quâlibet prætereà rem, quam iubeat Deus virtutem nutriendi, habere. Nam qui potest sicut è petra aquam educere, sic ex quacunq; re sustentandi virtutē elicere valet, *Non enim in solo pane, &c.* ac si diceret: Vel me, ò Satan, filium Dei iudicas, vel hominem tantum credis, vtrinq; te conuictum, ac tuo ictu confossum ostendam: nā si filius Dei sum, nullo ciborum genere indigeo, omnia enim mea sunt, nutuiq; meo cuncta parent, ego ipse sum, qui tribus digitis orbis molem contineo, & palmo cælos dimetior: non ergo opus est, vt cibo creato, aut miraculosè facto sustenter. Si me filium Dei gratia adoptatum credis, num me à cibo non eximere possum, sicut exemptus est Elias & Moses? Quòd si tantum homo sum, priùs sane cōsulere debuetas, vt ad Deum humilimas preces funderē. Nec enim nativitatis fructus pascunt homines. Hoc enim Deus con-

Deut. 8. C testatus est in illis Deuter. 8. verbis: *Non in solo pane viuet homo, &c.* Quò ergo mihi panem, quem Diabolus offert (ait Ambrosius serm. 35. de ieiun.) cum habeam panem, quē Christus impertit? Quò mihi cibum, per quem protoplastum deiectum memini? Esau primitiuis fraudatū vidi? Genes. 25. Iudam Scarioth proditionis scelere denotatum? Ioan. 13. Non est bonus cibus, post quem negatur Dominus, & ingreditur inimicus. Manifestū ergo relinquitur, quòd Satan nullum habuit à Christo responsum, quod magis quæstioni ipsius satisfacere potuisset. Id quod D. Cyprian. serm. de ieiunio & tentatione Christi notat, dicens: Non erat digna responsione quæstio malignantis. Nec enim technas Diabolo Dominus ignorabat, sed Diuino cauillatori satisfecit eloquio, subtilissimo dogmate edocēs, corporis, & animæ vitæ, proprijs alimonijs deberi subsidia, & cibum A animæ. id est, verbū Dei, edulijs corporalibus præponendum, & citiùs attentiusq; menti prouidendum, quàm ventri. Nec opus erat, vt hoc facto insidiatori innotesceret, quia nullo signo eius poterat inuidia cōmutari, cuius intolerabilem iniquitatem desperatio suggillauit. Sic itaq; factum est, vt nihil certitudinis seductor extorserit, sed dubius incertusq; dimissus est, nec obtinere potuit, vt se proderet Christus miraculo, vel vt intemperanter ad sibum properans, seductoris consilio pareret. Christus itaquè sacræ Scripturæ armis, Diabolū repulit, B dicens: *Scriptum est, Non in solo pane, &c.* Per panem, communem cibum, quo solent ali corpora nostra, intelligit, per verbum quod procedit de ore Dei, intelligit omne id, quo Deus decreuit nos sustētare in hac vita. Est enim Hebraismus Scripturæ sacræ communis, in quo considerare etiam oportet, quod licet verbo suo Christus tentatorem suum C mergere in abysmū minimo negotio potuisset, veluti fecit cum soliū Deo in cælo paratum, vsurpare tentauit, qua de re (ait Dominus) vidi Satan sicut fulgur, &c. id ipsum in hac tentatione virtute suæ potentię facere quidem valebat, ea tamē vti noluit, sed tantum Diuinæ Scripturæ virtutem ostendit ei, dicens: *Scriptum est, &c.* vt patientiæ suę nobis præberet exemplum, id quod in maximam Christi commendationē D cedit, qui hostem suum extinguere noluit, sed patiēdo superare. Discāt iam homines exemplo Christi, patiendo vincere. Item Scripturę sacræ authoritate, Diaboli astutias euincit Christus, vt nos instructos reddat, quibus armis omnium tentationum genera, superanda à nobis sint. Munierat se se Christus, antequàm à Satana tentationibus impeteretur,

D. Ambros. serm. 35. de ieiun.

Genes. 25.

Ioan. 13.

D

D. Cyprian. serm. de ieiunio & tentatione Christi.

A petereturr, ieiunio, atque oratione, tanquam progymnasmata quædam ad instans bellum prodeuntibus necessaria. Sic cum grauissimis ictibus percutitur pugnans, nullo validiori clypeo quàm fidei, nulloq; penetrabiliori gladio, quā verbo Dei poterit se se homo defendere, & in aduersarium tela conuertere. Sumite (ait Paulus) gladium spiritus, quod est verbum Dei. Est enim Dei verbum penetrantissimum telum, quo configitur nequissimus ille, ità A vt vlteriùs progredi nō audeat, aut circa eandem tentationem verbum facere. Notandū autem in Hebræo non esse dictionem, Verbum, sed ea addita est ex editione Septuaginta interpretū, & in vulgata posita, ex qua addita etiam est in vulgāta nostra editione in Deuteronom. c. 8. Eleganter vertit Caldæus: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni quod egreditur de verbo Domini.*

Dictio, Verbum, non est in Hebræo, sed à Septuaginta addita.

Ephes. 6. 17.

B EXPOSITIO. B

5 *TVnc assumpsit eum Diabolus.* Particula illa, *Tunc*, cōsequutionem rei denotat: ita vt statim post primam tentationem à Christo superatā, Diabolus secūdam aggressus fuerit tentationem. D. verò Lucas tertio loco ponit hāc tentationem, quam hîc D. Matth. secūdo collocat. Vter corū verum ordinē seruauerit, videre oportet. D. Augustinus lib. 2. de consen. Euangel. cap. 13. dicit, incertum esse vter corū ordinem seruauerit, sed nihil referre cum omnia facta esse manifestū sit. Et D. Thomas in hoc loco, & 3. par. q. 41. artic. vlt. ad 5. argum. citando D. Augustin. rem hanc incertam relinquit. D. verò Ansel. ordinē Historiæ seruatum à Luca fuisse, ait: Sed D. Matthæus ordinē tentationū Adam considerauit: & ideò eodemmet ordine, quo primus Adam à Diabolo fuit superatus & victus, à secundo Adā Diabolus vinceretur. Adam enim priùs fuit de Gula tentatus, deinde de Vanagloria, eritis sicut Dij. Tertiò de Auaritia, cum dictum est ei, sciētes bonum & malum. Tàm benè est (inquit) auaritia scientiæ cupiditas, quā pecuniæ. Hūc ordinem D. Matthæus seruauit. D. verò Lucā historiæ ordinē seruasse probat. Quoniā natura exigit, vt priùs tentetur homo de concupiscētia carnis, deinde de concupiscentia exteriorum, & tandem de superbia vitæ. Idem ait Glossa & Albertus. Sed sine dubio ordo verus historiæ, nō à D. Luca, sed à D. Matthæo seruatus est: vt fatētur Euthy. & Abulen. & Caiet. & Ianse. c. 14. & Cyprian. in serm. de ieiunio, & Chrysost. hîc. Item D. Ambros. D. Lucam exponens, in his tentationibus D. Matth. ordinem sequitur.

C C

D. Augustin. lib. 2. de consen. Euangelist. c. 13.

D. Thom. 3. par. q. 41. artic. vlt. ad 5. argum.

D D

Ordo historiæ, non à D. Luca, sed à D. Matthæo seruatus.

Euthym. in Matth. Abulen. q. 31. in 4. c. Matthæ. Caiet. 3. par. q. 41. art. vlt. Ianse. c. 14. Cyprian. in ser. de ieiu.

TEXTVS.

5 TVnc assumpsit eū Diabolus in sanctā ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum tēpli. 6. Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi Iesus rursum: Scriptū est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Id etiam manifestũ est: nam prima tentatione finita, ait: *Tunc assumpsit eum Diabolus*: & in tertia ait: *Iterum assumpsit eum Diabolus in montem*: vbi duplicem assumptionem à Diabolo Christo factam vides: primam in sanctam ciuitatem: secundã in mõtem. Item in tertia tentatione Matthæus, sic ait: Tũc dicit ei IESVS, *Vade Satana*, & tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei. Vnde constat Diabolũ minimè vlteriùs accessisse ad

B tentandum Christum: & ideò manifestũ patet D. Matthæum suo ordine, eo modo, quo tres Satanę tentationes factæ fuerunt, posuisse, & hanc fideliter secundo loco collocasse, quam Lucas, rem gestam narrans, ordinem seruare non tantopere curarit.

Prima itaq; tẽtatione superatus, ad secundam versipellis ille se se furibundus accingit. Et cum nihil certum adiscere potuisset, vtrùm Deus an homo esset, in aliud tentationis

C genus prorumpit. Hæc apud se dicens: Iste tantę virtutis, & fortitudinis, qui in fame non vincitur, & si non est filius Dei, est tamen Santissimus: compertum habeo sanctos viros licet fame, & inędia non vincantur, vinci tamen sæpè solent, & omninò per vanæ gloriæ, & nimiæ iactantiæ desyderium cadere. Ideò ad secundam vanæ gloriæ tentationẽ se se parat. Et primò cernẽs Chri-

D stum se scripturarũ testimonio muniisse, eisdemmet armis ipsum superare nititur, quibus ad se defendẽ dum erat vsus, vt autem sua cõmodiùs vteretur arte, Christum è deserto eduxit, & in inclytam illã Hierosolymorum ciuitatem detulit, & comitem abduxit. Iam hîc difficultas, de modò huius assumptionis à Satana in personã Christi facta, subortitur. Chrysost. dè opere imperf. Hanc assumptionem nõ ad Diabo-

Chrysost. de oper. imper.

li potentiam, sed ad summam Chri A
stipatientiam refert, sic dicens: Quãdo audis dicentem ductus est à Diabolo, nihil cogites de potentia Diaboli, quia potuit ducere Christum, sed de patientia Christi mirere, qui substinuit, vt à Diabolo duceretur. Ergo in sequente Domino, non infirmitas, sed patientia est. Inducente autem Diabolo, non virtus, sed superbia est, quia voluntatem Christi non intelligẽs, quasi inuitũ deducere putabat. Origen. autem sic ait: Sequebatur planè, quasi athleta ad tẽtationem sponte proficiscens, non B
formidabat tentatẽ, nec insidias calidissimi pertimescebat inimici. Et quodãmodo Christus intrà se loquebatur, duc quò vis, tenta vt placet, ad tentandum spõte me tribuo, sustineo, quę suggeris, &c. Non cõsultum fore iudico, grauiter diuexa ri vtrùm hęc, & sequens tentatio in visione factę sint, maximè quod Lucas dicit, in momento tẽporis, omnia regna totiùs vniuersi si fuisse conC
specta. Et Euangelista noster hîc dicit, *Diabolum suprà pinnã templi*, idest, summũ fastigiũ Christũ posuisse, quã licet difficultatem inuoluant, non tamen ea. quæ tàm seriò inter hos duos principes agitur, tanquã ęgri somnia, in visione imaginaria censenda sunt facta. Quæ sanè subtilis, ne dicam futilis, speculatio nõ

D parùm fidei nostræ stabilitatẽ eneruare poterit: nec satis pium esse cẽsemus dicere, Diabolum interiores Christi sensus cõmouisse nouis apparentium rerum speciebus. Idcò cum D. Gregor. Hom. 16. in Euang. dicimus, Christum Dominum ab ipso Dæmone fuisse in templum, & in montem excelsum transportatũ. Nec mirùm (inquit) est, si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit, etiam ab illius membris crucifigi. In eadem sententia est Chrysost. Hom. 5. imperfecti, & fere reliqui expositores. & D. Thom. 3. par. art. 4. ad 7. Quæ quidem sententia ad Euangelicum textum magis accedit: nam verbũ illud, *Assumpsit*, propriè hoc significat. Deinde verbum illud: *Statuit eum super pinnaculum templi*, supponit quòd ab ipso vehebatur. Et addi potest cõiectura ex doctissimo viro Suarez, quia hic modus erat facilis Dæmoni. Nam si humanu gressu totum illud iter esset agendum, non nisi longo tempore, & magna Christi de fatigatione cõfici posset. Rectè quidem D. Thom. Chrysostomum sequutus, notauit, quòd quãuis Christus per aëra vectus sit, non tamen permisit ab alijs cerni, ne aut scandalum, & admirationem eis ingeneraret, aut magus videretur.

In tentatione qua Christus patitur.

Orig. in Hom. 32. in Lucam.

D. Gregor. Homil. 16. in Euang.

D. Thom. 3. par. art. 4. ad 7.

Sed certè adhuc mihi dubium facesit, quomodo ductus sit Dominus in sanctã ciuitatẽ. Nam vel per aëra humeris Diaboli impositus, assumptus fuit, id quod certè indignissimum Christi personæ videtur, vel aliqua parte corporis Christus

C apprehensus à Diabolo in sanctam ciuitatem asportatus fuerit. Sicut ex Iudæa Abacuc capilo capitis deductus fuit ab Angelo in Babylonẽ, vt pasceret Danielem. Quid indecẽtius, quàm dicere Diabolum per comã capitis Christum arripuisse, illumq; ad eius libitum traxisse, nũc in sanctam ciuitatem, nunc suprà tẽpli pinnam, nunc in montem excelsum. Quis talia audire patietur? Si

D hæc indigna à Christi videntur persona. Ergò fateri oportet, quòd per terram more humano itinera hæc confecerint. Origenes quidem, & Chrysost. in imperfecto, in verbis paulò ante citatis, videntur dicere, terrestri itinere Dominum assumpsisse, quoniam dicunt: Sequebatur eum. Hoc idem Ansel. probabile esse censit, & significatum à D. Luca. Eadem est sententia Alberti, & D.

Dan. 14. f. 35

Origen. Chrysost. Ansel. Albert. Chrys. Hom. 5. imperf.

Thomę, & sanè hoc videbatur ẽcõmodatiùs, tàm ad decorem personę Christi, quàm ad id quod Diabolus tentare in ipso volebat. Nam si Satan Christum per aërem portabat, planè se ipsum, & suas prodebat insidias, quoniã, & si purus homo Christus esset, & se ab illo sic deductum vidisset, absq; dubio cognouisset eũ Diabolum esse, qui tali tanq; potenti vteretur arte, atq; ita factum fuisset, vt nulla in re ei obsequeretur. A *D. Thom.*

Sed tamen Abulens. q. 34. & 35. Contendit, Christum per aërem à Diabolo fuisse portatum, vt iam superiùs diximus. Id quod nonnullis probat argumẽtis. Primũ, quia literæ contextus id ostendere videtur. Dicit enim Matthęus, *Assumpsit eum Diabolus in sanctã ciuitatem*. Ergo eum Satã portauit: nam si ipse per se iter fecisset, non diceret assumpsit eum. Et D. Lucas id ipsum confirmat, dicens: Duxit eum in Hierusalem. At hæc ratio non magnopere mouet, nam de sponte sequentibus, & libere euntibus eodẽ modo D. Matth. C
loquutus est cap. 17. Et post dies sex, assumpsit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum. Maiorẽ certè erga me vim facit, id quod statim in textu cõsequitur: *Et statuit eum suprà pinnaculum templi*. Quod propriè dicitur de eo, qui ab alio portatur. Potissimum tamen Abulens. argumẽtum hoc est, Si Diabolus non portauit Christũ per aërem, sed pedes, venisset ad vniuersa illa certaminis loca, iam non D
paucos dies à prima tentatione trãsigere oportebat ad finem omnium vsq;. Liceret ne Christum tàm diu esurientẽ, absq; cibo vllo relinquere? Oportebat certè breui tentationes finire, ne tot diebus Christus same cruciaretur. Nam desertum, vbi Christus primam passus est tenta-

Abulen. q. 34 & 35.

Matth. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tionem, à Hierusalem remotũ fuisse constat. Id quod Brocardus terræ sanctæ insignis descriptor ostendit: Quia (inquit) à mõte isto, in quo Dominus ieiunauit, à Galgala medium milliare distat: à Galgala verò ad Iericho vno, à Iericho autẽ ad Hierusalem, vsq; septem esse milliaria dicit, quæ octo cum dimidio milliaria cõficiunt, & hæc quidem milliaria, non Italica, sed potiùs Germanica dicenda sunt: nam terræ sanctę milliaria longissima sunt. Quî potuisset Christus, secundum humanã tantum naturam, fame iam lõga vexatus, tot diebus in itinere pedestri laborando persistere? Hæc omnia ex verbis D. Lucæ confirmari possunt; dicit enim: Ostendit illi omnia regna orbis terrarum in momento temporis. Ex quibus verbis facilè intelligere datur, omnia breuissimo tempore fuisse facta: nam quid necesse erat momento temporis, tot tantasq; res ostendere, si tẽpus duorum dierũ ad minus in itinere Hierusalem cõsumptum erat? Malè certè conuenire videbatur, tanta festinatio cum tãta mora. Nec etiam est probabile Diabolum voluisse, vt Christus pedestri itinere, & difficili fatigaretur, quem benebolum potiùs habere volebat.

Brocardus in descriptione terræ sãctæ.

Tentationes breuissimo tẽpore peractæ.

B Sed ad ea, quæ diximus: Quomodo non timeat Diabolus se ipsum suasq; insidias prodere, Christum per aërem deferens. Respondit optimè Abulens. q. 36. dicens: Minimè Diabolum putasse astutias tẽtationesq; suas fore impediendas. Nam Christo suadere volebat, se Angelũ Dei esse, & suo vtens officio eum, tãquam Dei filium, portabat, & per hoc Christus in vanã extolleretur gloriam, cum se deportari videret, & à multis conspici. Et sicut seruauerat eum per aëra volantem, pari quoquè ratione teneretur seruare eum è pinnaculo templi cadentem: & propterea posteà dixit: *Mittete deorsum, scriptũ est enim: Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, &c.* vt Christus putaret, cum vidisset se se ab Angelo deportatum, nihil esse timendum, etiam si è pinna tẽpli precipitẽ se daret: nam is, qui eum per aërem portauit, & absq; vllo periculo in tuto posuit, id ipsum esset facturus, si in oculis totius populi raptim per aëra descenderet. Sic ergo constat necessum Satanæ, & etiam Christo fuisse, per aëra se deduci pati. Satanę, quia cum ventum fuisset ad tentationẽ, putabat iam Christum timorem amisisse, & sic absq; vllo timore se se committere ventis, & adimma cũctis astantibus descenderet. Christo quoq; intererat, ne, si deduci se se à Dæmone hoc pacto non pateretur, tentationum sequẽtium fructum nobis amitteret, & Satan nõ sibi satisfactus discederet. Quoniã igitur Diabolus in forma corporea Christo apparuit, per aliquam corporis partem Christũ apprehendit, & Hierosolymam deduxit. Sicut Angelus Abacuc per capillos in Babylonẽ deportasse legimus. Vel fortasse manum, vel brachium eius apprehẽdit, quasi socius & amicus, vel alio quocunq; simili modo Christum liberè ei se tradentem detulit. Et licet Satan in animo haberet, Christũ ostentare cunctis cernentibus illum per aëra vectari, tamẽ Christus, ipso Diabolo ignorante, effecit, vt à nemine hominum sic deductus videri posit. Sicut scriptum est de eo, ipse autẽ trãsiens per medium illorũ ibat. Quoniam si Abacuc à nemine fuit visus, cum deportaretur ab Angelo à Iudæa, vsq; ad Babylonẽ. Quanto credibiliùs est Christum à nemine fuisse visum. Hæc est D. Thomæ sententia. 3. par. q. 41. art. 4. ad vlt. & Lyra. & Abulen. q. 36. Hoc vnum toris viribus adnitamur, vt Christi IESV pacien-

C

Dæmon Christũ deportauit.

Abulen. q. 36

D

Diabolus nũ potuit astutias suas fore impediendas.

Luc. 4.

D. Thom. 3. par. q. 41. art. 4. ad vlt. Lyra. Abulen. q. 36.

A pacientiam, & animi constantiam imitemur, & ad vniuersos Satanę incursus, gratia Dei parati simus, & etiam si semel contra ipsum Dæmonem victoriam reportemus, nõ continuò nobis securitatem polliceamur, sed animũ infractum ad nouos assultus, semper paratum habeamus, tanquam veri Christi IESV imitatores.

Vt igitur ad textus expositionem veniamus. Dixerat Christus: *Non in solo pane viuit homo:* quo oraculo Deo

B voluit curam, quam erga suos habebat strenuam, ostendere, nec poterat Satan hoc testimonio euincere, vtrùm adoptiuus, an naturalis esset Dei filius, voluit adhuc Scripturæ sacræ argumento, hoc ipsum expiscari ab illo: ita, vt vel ad inanem gloriam illum pertraheret, vel saltim fateretur, se filium Dei naturalem nõ esse: *Mitte* (inquit) *te deorsum:* ac si huiusmodi veteretur argumento Diabolus. Ita sanè necessarius est

C panis, vt homo sustentetur, ac scala ad descendendum ab hac tẽpli summitate. Si tantopere in Deum fidis, vt dicas te à Deo sine pane posse ali, ac sustẽtari, fidere quoq; teneris ipsi Deo, quòd sine scala poterit te ad ima descendere, & in tuto ponere, absq; minima tui læsione. Si ad id quod tibi persuasissimum est, nempè quòd te Deus sine pane poterit alere, & Scripturę sacrę testimoniũ in me profers, Deut. 8. Proferam in

Psal. 90. c. 6

D te, & ego quoq; Diuinæ paginæ irrefragabile testimonium: *Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, &c.* Cùm igitur hæc ambo pariter sint Deo possibilia, & oraculis ac promissionibus Diuinis hæc duo equæ nitantur, si fiduciam omnem, dum tàm rigida fame cruciaris, in promissione diuinæ curæ ergate sitam habes, pariter in hac promissione, quæ tibi peculiariter facta est, circa Angelorum curam erga te habendam nitaris oportet. Proinde cre- A dens te sine scala posse descendere Angelorum manibus fultũ, *Mitte te ergo deorsum: Quia Angelis suis, &c.* En quã astutè explorare pergit Satã, an Christus Dei filius sit, necne. Simulq; hoc explorãdo, pariter solicitabat eum inanis gloriæ appetitu, in vanam sui ostensionem adducere, ac præterea in tẽrationem grauissimã Dei, & sui ipsius perditionem, per præcipitium, si paruisset. Si verò obedire recusaret, tum, & demonstraret se non esse filiũ Dei, B & diffideret iam planè de oraculo Diuino, asserenti in Iordane ipsum esse filium Dei dilectum. Vide obsecro quàm astutè hanc tentationem superiori subiecit. Quoniam enim Christus suam in Deo fiduciam omninò collocaram, in sua responsione indicasset, per præsumptuosam iam, & vanam confidentiã tentat Christum superare, scripturam adducens, quę maximam efficatiam C ad id euincendum facere videretur. Pertinet enim hic Psalmus, ad eos qui suam omnem fiduciam in Deũ collocatam habent, sicut principiũ Psalmi indicat: Itaq; quoniam per confidentiam ex Scriptura desumptam, superatus fuerat Satan, hinc occasione acepta, per confidẽtiam, quam etiam Scriptura suggerit, conatur Christum secundo superare: *Assumpsit ergo eum in sanctam ciuitatẽ,* hoc est Hierusalem: vt ex Luca patet: Quæ ciuitas sancta vocatur. D *Isai. 52.* Isai. 52. Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancta. Matthæ. 27. Exeuntes de sepulchris venerunt in sanctam ciuitatem. Et licet corruptissima tunc esset ciuitas, sancta meritò vocabatur, eo quòd Deus ibi inuocari, & suam potentiã ac misericordiam, datis etiã ad hoc promissionibus, in ea manifestare voluerit, aliaq; miranda operari. *Et statuit eum supra pinnaculum templi.*

Matth. 27.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hoc eſt, ſuprà extremitatem ſupremam templi. Nam pinnaculum dicitur faſtigium, ſeu ſumitas ædificij in acumen tendentis, quia veteres pinnam dixerunt, quod acutum eſt, aut quia pinnaculis addi ſolet pinna, quæ facili mota ventorum indicet flatum. Græci, *Pterigion*, dicunt, hîc, & in Luca quam alam paruam vocant, quòd in modum alarum facilè mutetur: veteres pinnam vocabant, quod acutum erat. Verùm ſi formam tẽpli, quam Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. depingit, examinemus, & Paleſtinorum conſuetudinem, in ſtructurijs domorũ, quas planas in altum facere ſolent, perpẽdamus, facilè erit intelligere, templum non habuiſſe faſtigiũ acuminatum: & ideò pinna dicitur, ſuprema ſumitas cuiuſlibet rei, acuminata ſit, ſiue non, de hac templi ſumitate ſcriptum eſt. 3. Reg. 6. Texit quoq; templum laquearibus cedrinis. Erat enim tectum templi planũ, cuiuſmodi erãt tecta domorum in Paleſtina. Vnde Matth. 10. Et quod inaure audiſtis prædicate ſuper tecta. Ponebatur tabulatum ne homines caderẽt, ſicut præceptum erat, Deut. 22. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitũ, ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & præceps ruente. At verò Ioſephus in loco citato, ait: In ſummo autem aureis verubus horrebat acutiſſimis, ne ab ſedentibus auibus polluerentur. Malè quidẽ Chriſtus conſiſtere poterat, vbi nec auibus quidem locus erat. Hoc certiſsimum eſt, nec aliqui dubium eſſe potuit, quim de altiſsima templi parte loquatur Euangeliſta: vt Origen. Homil. 31. in Lucã, & Hilarius, & omnes antiqui patres interpretantur. Nam in eum locum Dominus ductus eſt, vnde eſſet caſus periculoſiſſimus. Vnde etiam, & ab omnibus, qui in vrbe erant, videri poſsit, ſi ſe deorſum mitteret: vt inde in vanam gloriam efferretur. Vnde colligere poſſumus, hunc cũdem eſſe locum, de quo idem Ioſephus in eodẽ cap. ſic ait: Superior autem pars eadem membra non habebat, quominus erat auguſtior, celſior autem quadraginta cubitis, nec ita vt inferior ambitioſa. Ex verbis Euangeliſtarum credere poſumus, in hãc ſumitatem, ſiue faſtigiũ, quod vertebat ad vrbem, ſuper tabulato illo fuiſſe alam iſtam, & ibi Dominum fuiſſe collocatũ. Vel etiam conijcere poſſumus, pinnaculum cathedram, ſeu ſuggeſtum fuiſſe, ſitum in ſuprema parte muri, inter atrium ſacerdotũ & primum, in quo & ex quo ſacerdotes legem, & prophetas populo, qui in ſecundo atrio ſtabat, interpretabantur. Si Satan ad inanem gloriam, aut ad Dei inanem confidentiam pertrahere Chriſtum nitebatur, opportunum hîc locum inuenit, vbi maxima ſpectantiũ multitudo frequenter conuenerat, & eo tempore aderat, quæ poterat viſo miraculo, eum maximè comendare, & in ſummam laudem euehere. In eum itaq; locum Diabolus Chriſtum collocauit, in quem plurimos inani gloriola deceperat, & in miſerum ſuperbiæ baratrum ſecum deiecerat, quaſi Chriſtum vnũ ex ipſis futurũ ſperaret. ¶ *Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum.* Diaboli hæc vox eſt, qui cum ſemel ex eminẽtiſſimo omnium creaturarũ loco, ſua ſuperbia cecidiſſet, non poteſt non inuitare, & prouocare omnes, vt ad imma ſe dejiciãt. Demon enim deorſum fluens vna ſignificatione dicitur, quanquam demon, intellectus, alia ſignificatione dicatur. Dicitur namq; deorſum fluẽs, tum à fine in quem ſuperbiẽdo deuenit, tum etiã ab officio, quod in homines exercere non ceſſat. Ob finem in quem miſere

Pinna quid ſit

Ioſeph. lib. 6 de bello Iudaico cap. 6.

Tectum templi quale fuerit

3. Reg. 6.

Matth. 10.

Deut. 22.

Ioſephus ibi.

Origen. Homil. 31. in Lucam.

Hilarius.

Iſai. 14. A ſere deuenit, dixit Iſai. c. 14. Quomodo cecidiſti lucifer, qui mane oriebaris? Et Chriſtus ipſe: Vidi (inquit) Satanam, ſicut fulgur de cælo cadentem, ab officio quoq; quod exercet in homines, dicitur deorſum fluens, quia ſicut filiorũ Dei eſt ſublimia ſemper ſapere, loqui, & quærere: vt Paulus ad Galat. 3. ait: Quæ ſurſum ſunt querite, vbi Chriſtus eſt, &c. & Chriſti officium eſt quærere, & ſaluum facere quod perierat, & ouem perditam ſuper humeros ad caulam cæleſtem, vbi nouem Angelorũ chori paſcũtur, reducere, & ſecum in cæleſti gloria collocare, vt teſtatur Paulus, dicẽs: Qui ſimul nos cõſedere fecit in dextera maieſtatis in excelſis. Ita quoquè Dæmonis officium eſt, homines ſecum ad inferna pertrahere, & in æternæ perditionis baratrum (ſi poteſt) conijcere. Suadere quidem poteſt, ac ſub ſpecie boni cohortari, dicens: *Mitte te deorſum*, præcipitare tamen, quos ſuadere nititur, minimè poteſt. Hoc exemplo facilè videre licet, quã ſit Satan viribus cõfractus, cum ſuis potentiſſimis viribus, hominem macilentum, debilẽ, & ieiunio confectum præcipitare nõ valeat, niſi ſe ſe homo in profundum conijciat. De hac re elegantiſſimè D. Chryſoſt. philoſophatur, in illa Homilia, cui titulum dedit: Nemo læditur, niſi à ſe ipſo. Tu te ipſum præcipitem das. Tu te ipſum miſerè proſternis. Dæmonis officiũ eſt, ſuadẽdo ad malum ſemper dicere (vti Iſa. c. 51. ait) Incurbare, incurbare, vt tranſeamus ſuper te. Et Iob cap. 16. conqueritur, dicens. Cõuulnerauit lumbos meos. Querela hęc, non Dæmonis ſolum eſt, ſed etiam propria ſui ipſius. Ac ſi dixiſſet: Satan ſimul mecum me miſerè læſit, quod ſi ſuadenti, vt incurbarem me ipſum, quatenus ſuo grauiſsimo põdere lumbos confringeret meos, nõ conſenſiſſem, haud me poſtratũ daret, ſed me met ad ſum qui feci, ideò in me tela conuertit. Putabat Satan Chriſtum ſuæ gloriæ vanæ ſuaſione perimere. Et ad id ſuadendum Chriſto, ſcripturam inſano modo citatam, qua omnem ſecuritatem, etiã ſi ſe ipſum præcipitaret, polliceri ſibi poſſe, exiſtimabat, in medium adfert, dicens: *Angelis ſuis Deus, &c.* Textus iſte (teſte Druthmaro) de Ezechia Rege ſcriptus eſt, de illa defenſione admirabili, quam ei Deus omnipotens, de manu Sennacherib Regem Aſſyriorum præſtitit, quam vertit etiam Propheta Dauid, ad fauores immẽſos, quos Deus ipſe prẽſtare ſolet vnicuiq; electorũ, in ſua protectione nitenti. Quis maior fauor (oro) deſiderari poteſt ab eo, qui Deo verè fidit, quam vt pro eo puriſsimi cuigilẽt Angeli, eum ſtudioſè protegãt, eũ (ſic illis iuſsit Deus) mirabili patrocinio tutẽtur, ac vbi pedem vertere volet, continuò adſint ei Angeli, qui manibus eũ, magna cum reuerẽtia, tanquam vas preciioſsimũ geſtare, pro maximo honore ducant. Manibus enim portare eſt, omne obſequium, omne auxiliũ magna cũ reuerẽtia exibere. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ.* Pedes, infima, & humiliſima pars corporis ſunt, qui ſi tanta cura cuſtodiuntur ab ipſo omnipotenti Deo, vt excellentes illos Angelos Diuinitatis aulicos, ad manibus illos comportandos mittat, quãtam obſecro curam adhibebit de capite, ac reliquo corpore? Si de corpore ſic ſtudioſè tractat Deus, quantam obſecro diligẽtiam, quamq; extremam in animæ cuſtodiam ponet? Grato animo perpende homo, quanta ſit tibi gloria tradita, quanta tibi fœlicitas conceſſa, vt Angelos, quos tanto fauore proſequitur, miniſterio tuo dicatos habeas. Conabitur Satan verba hæc de Meſsia ſcripta

fuiſſe

Druthma. in Matth. Pſalm. Qui habitat de Rege Ezechia loquitur.

Fabor quem Deus ſibi fidẽti præſtat.

Manibus portare quid.

Ioſeph. ibi.

Satan ad eò viribus confractus hominẽ, nullo modo poteſt præcipitare.

D. Chryſoſt.

Iſai. 51.

Iob. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuisse suadere, & à Deo mandatum fuisse Angelis promulgatum de eo, tanquam de viro singulari, deq; singulari fauore, singulariq; reuerẽtia intelligendũ omninò cẽsebat, ideò tãtopere nitebatur in illa dictione, *De te*. At verò hic locus non de Messia loquitur, sed de viro iusto in Domino confidẽti, qui habitat, seu pacato animo quiescit in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cæli conmoratur. Messias verò, altissimus cæli Deus est, cui non Angelorum custodia, cum caput, & eorum seruator sit, datur, sed membris ipsius demandata est. Hinc facilè videmus, quàm miserè & infideliter Satan, Scripturas sacras inuertat, cuius mores hæretici omnes studiosè seruant. Quæ consideratio postquã ab interpretibus satis latè prosequuta est, prudẽs omitto, ne carthas implere videar. Si modo dicã, quòd in tribus Satan errauit. Primũ, quia hæc verba, non de Christo, sed de viro iusto dicta sunt: vt docent Origenes Homi. 31. in Luc. & Hieronym. hîc, & in eundem Psal. Secundum, quia ea, quę in illo Psal. scripta sunt patet, non Christo, sed iustis conuenire, & contra Diabolum dicta, vt quod liberetur à timore nocturno ab incursu, & Dæmonio, &c. Quod planè non dixit, quia contra se dictum videbat, certum est, quòd si in cęteris, quę diximus, peccatum non esset, in hoc planè peccabat. D Quod ex verbis Psal. nihil tale colligi potest: Deus mandabit Angelis, vt in manibus tollant te, ideò mitte te deorsum: vt rectè ait Chrysost. Non enim si Deus mihi suam prouidẽtiam polliceatur, propterea me temerè impericula conijcere debeo? Non enim promisit Deus suã opẽ temerè pericula suscipienti: & hoc Christus significare voluit in sua responsione.

In locus ille, Angelis suis mandauit de te. De Messia sit accipiendus.

Hæretici in vertẽdis Scripturis, Satan imitantur.

Origen. Homil 3. in Luc. C *D. Hieron.*

D. Chrysost.

7 *Ait ille Iesus rursum, Non tentabis,* *&c.* Iniquam Satanæ tentationem, A æquissimo Scripturę sacræ testimonio retundit Christus, dissimulans se nihil ab homine alienum putare. Ideoq; eam tantum responsionẽ præbet, quã quiuis Christianus homo exhibere poterat. Notat quoq; ipsum Dæmonem ex maxima scripturarum ignorantia errare. Cùm scripturam malè citatam, & pernersè intellectam, alia scriptura rectè adducta, ceu clauum clauo retũdat. Illa particula, *Rursum*, hîc posita, si ad, *Ait*, referatur, iterationem designat, nam semel anteà responderat, B citato Scripturæ sacræ testimonio. Si verò ad sequens verbum referatur (nã & Græca dictio, *Palin*, idest, iterũ, vel è diuerso vtrouis referri potest) contrarietatem significat. Quasi dicat: E diuerso, vt scripturã scripturæ per Satã citatæ opponat. *Non tentabis, &c.* Locus iste Deut. 6. habetur: Sicut tentastis (inquit) in loco tentationis. Tentatio ista, siue locus tẽtationis fuit, quãdo Num. 21. dixerunt: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? &c. Hæc tentatio fuit, quando habuerunt Manna, & petierunt sibi carnes dari, quas tũc nisi miraculosè habere poterant. De qua tẽtatione dixit Paulus. 1. Cor. 10. Nec tẽtemus Christum, sicut quidam eorũ tentauerunt, & à serpentibus perierunt: vt post verba ex Num. citata, dicitur: Misit Dominus in populũ serpentes ignitos. De quo etiam dictum est illud Psal. 94. Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in diserto, &c. Ab euẽtu enim locus dictus est Massa, idest, tentatio. Exo. 7. Volebãt quidem filij Israël, cum maxima famis, ac sitis penuria laborarent, re ipsa experiri, an esset Deus inter ipsos, necne. Hęc sanè maxima Dei tentatio est, qua homines ipsum Deum tentare nitũtur, nempè quando ex diffidentia de Deo,

Deut. 6. *Num. 21.* *1. Cor. 10.* *Psal. 94.* *Exodi.* *Dominum tuum tentabis.*

A Deo, aut incredulitate eius, quòd de Deo credere deberẽt, non confidunt in Dei bonitate, & in omni potenti virtute ipsius, sed animo diffisso, & murmurãte, Deum, suam potentiam, & auxilium declarare optãt, sicut Israëlitę hîc fecerũt contra ipsum Deum. Sic quoq; & Christũ tentauerunt Iudęi. Ioan. 6. Quod signum facis, vt videamus & credamus tibi? Et Luc. 11. Alij tentantes signum de cælo quærebant ab eo fieri. Sic & Deus dicitur nos tentare, quando experiẽtia animos nostros probat, & probatos quales sint alijs cognoscere facit. Hoc tẽtationum genere, tentauit Deus Abrahã. Genes. 7. Tàm iustus est Deus, quando nos eiusmodi tentationibus tangit; quàm nos iniqui, si hoc modo eum A tentare nitamur. Tentat ergo Dominum, qui relictis ordinarijs ad finem medijs, præsumit aliter Deum sibi affuturum. Sumitur autem futurum indicatiui, pro imperatiuo, ac si manifestiùs dixisset Christus, ne tentes, quæ phrasis est frequens Hebræis. Citatur autem hîc locus, magis secundum Septuaginta translationem, quàm secũdam Hebræã veritatem, & in nostra lectione D. Hieronymus Septuaginta translationem posuit. Hebræa enim pluraliter habent: Non tentabitis Dominum Deum, sicut tentastis in loco tentationis. Septuaginta verò eo modo, quo hîc noster Euangelista, possuerunt.

Ioan. 6. *Luc. 11.* *Tentat nos Deus, quãdo experiẽtia animos nostros probat.* B *Genes. 7.*

EXPOSITIO.

8 *Iterum assumpsit, &c.* Hanc tertiam tentationem D. Lucas secundo loco ponit, vt videas Euangelistas voluisse summam rerũ cõplecti, nõ ordinẽ. C Patiẽs Christi dissimulatio Diabolũ induxit, vt opinaretur, eũ non esse Deũ per naturam, sed hominẽ. Hinc est, quòd magnificum illum titulum filij Dei silẽtio inuoluit, nec iam in animo est Satanæ, miracula petere, sed ad maximũ idololatriæ peccatum, per auaritiam quæ (teste Paulo) idolorũ seruitus est, pertrahere nititur. Ideò in mõtem excelsum valdè, Diabolus Christum assumpsit, fingens se Angelũ illum esse, cui omnis dominij cura demandata esset. Quod D. Lucas notauit: Tibi (inquit) dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriã illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa, &c. *In montem excelsum valdè.* Mons est in deserto à latere montis Phasga, seu Nebo dicto, vt loci eminẽtiam ad animi excellentiam, & extollentiam excitaret, & deinde orbis regiones commodiùs conspici possent. Non inepte quidem in montem hũc duxit Iesum Diabolus, mũdi gloriam ei ostẽsurus: cùm in eiusdem montis verti-

C

TEXTVS.

8 ITerum assumpsit eũ Diabolus in mõtem excelsum valdè: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorũ. 9. Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. 10. Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 11. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cem subduxerit Mosem Dominus, cum promissionis terram ei demonstrare voluisset. Ex alio Iordanis latere, Addumi desertũ est, hoc est locus sanguinum, quia ibi multi à latronibus occidebantur: vt constat Luc. 10. Sicut Balac Rex Moabitarum (vt est in. 23. cap. Numer.) sæpè in alijs, & alijs locis ædificauit altare, & appossuit vitulum, & arietem, vt Balaam malediceret populo Israëlitarũ: visum enim ei erat, quòd si ipse locum pro sua sinistra intentione mutaret, mutaret quoq; Balaam, vt si non in vno, saltim in alio, optatũ consequeretur effectũ, atq; ita tandem, id quod in vno loco consequi non potuit ad mali sui desyderij effectum in alio, vel alio obtinere sperabat. Ita quoq; Satan tria loca, tanquam propria sua altaria, ad Christum deuincendum parat. Primò, in deserto: secundò, in templi pinna: tertiò, in altissimo mõte ad fallendum aptissimo. Quò id quod in primo loco obtinere nequiuit, in secundo majori cum Satanæ augmento obtineret. Et quod in secundo euincere non potuit, in tertio, magna cum gloria Satanæ, & cum extremo Christi vilipendio possideret. Verùm vbiq; frustratus, & cũ summa ignominia victus abscesit.

Num. 23.

B

C

Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorũ. Eo mod o quo superiùs dicta, facta fuerunt, ipso quoq; censemus, hæc omnia fieri potuisse à

D Dæmone, videlicet, vt primaria regna, primarias q; prouincias, digito ac verbo monstraret, dicens, ab illa parte, quæ Africæ diuisio nuncupatur, tot sunt regna, tot ciuitates, tot arces munitissimę. Ab illa quoquè parte, quæ Asiæ descriptio est, tot atq;, tot sunt pinguissima regna, vrbesq; præclarę, &c. Et gloriã eorum ad sui iactantiam potiùs fodinas, auri, argenti, atq; metalorũ ditissimas ostẽdebat. Itẽq; gemmarum lapidumq; pretiosarum mineralia magna cum arrogantia iactabat, cunctarum hanc diuitiarũ principem ad cuius nutum cũcta parebant, se profitebatur esse. D. Lucas dicit: In momento tẽporis illa Christo ostendisse, vel certè, arte quidẽ magica, & incãtationibus (quibus artibus vtitur Diabolus, & extremus magister est) effecit, vt ex mõte illo omnes ciuitates mundi opulentissimæ apparerent, omneq; aurum, & argentum, omnia etiã gemmarum genera, Christo breuissimo tempore demonstrauit. Non tamẽ ex hoc intelligere licet, quod statim illa opũ diuitiarũ, atq; regnorũ ab oculis Christi euanuere, sed quod toto illo tempore magna cum gloria, & splendore apparuerunt, quo Christi tentatio durauit. At verò in Christi fantasia, nihil Dæmon operatus est. Sicut enim regna illa, & diuitiæ, non ueræ fuerunt, sed fictitię, sic mundi honores, atq; diuitiæ, & C vniuersa, quæ sub cælo sunt, vana ac fictitia esse, si cum cælestibus conferas, vmbræ certè sunt illarum diuitiarum, atq; cælestium. Vapor est (ait Iacobus. c. 4. de mundi rebus loquens) ad modicũ apparens. Nonnè res illę vanissimę dicendæ sunt, quæ tanquam vmbræ statim euanescãt? Potentissimorum hominum diuitiæ, magno labore partæ, quem finẽ fortiuntur? Testetur hoc Dauid: Dormierunt (inquit) somnũ suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ne cures ea, quæ stultè miraris, & optas, nam vanissima omnia sunt. Filij hominum (ait Dauid) vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Psal. 4. Si ergo verè diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Has quę rebat Paulus, cũ diceret Philip. 3. Omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

Iacobus. c. 4. de mundi rebus loquens.

Psal. 36. 35.

Terrena quã cito transeat.

Sapien. 5.

Iob. 9.

Psal. 4.

Philip. 3.

Est pręterea considerandũ, quòd non

A non solum falsæ erant, & imaginariæ diuitię illę, quas Diabolus Christo ostendebat, sed in momento ostensę breuiter euanuerunt. Vides hîc ad oculum finem, quem sortiuntur vniuersa, quæ mundus extimat bona, nempè honores potestates, seculiq; diuitiæ, & quicquid in magno pretio à mundi cultoribus habetur, cito vniuersa ab oculis fugiũt, & euanescunt. Hoc significare voluit Paulus. 1. Corint. 7. dicens: Præterit figura huius mundi, non rerum solidarum substantia est, sed figura inconstans, & futilis, & in momento non apparet. Ideò Sanctus Iob cap. 20. dicebat: Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsq; ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent: Vbi est? velut somnium auolans non inuenietur, C trãsiet sicut visio nocturna. Videas quam graphicè Iob vniuersa huius vitæ bona depingat? In puncto cuncta præterire dicit. Hoc etiam Dauid testatur, dicens: Vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros Libani, transiui, & ecce non erat. Vnde hoc, quia vanitati subiecta est omnis creatura. Hinc Sapiens, Sapien. 5. de huius mundi diuitijs loquens, dicebat: Transeunt omnia illa velut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Et Iob cap. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore.

Mundane diuitiæ & honores cito fugiunt.

1. Corint. 7.

Iob. 20.

B

Haud facilè sermone complecti potest, quanta cum rethoricę, & emphasis boatu, quantaq; cum arrogantia sua regna, diuitias, gloriam atquè delitias dilataret Satan, quo Christum in sui admirationem pariterquè adorationem induceret. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* Ac si in sui commendationem diceret: Ex his A paucis, quæ tecum egi, virum te iustum agnosco. Ego verò me totum Deo tradere percupio, sed hæc diuitiarum regnorumq; amplitudo, me nimis anxium, & occupatum tenet: adeò, vt vix posim Diuinis intendere. Ideò ea alicui tradere in animo est, ea tamen lege, ne peccato superbiæ, atquè auaritiæ cooperatus videar, viro quidem iusto ac Sancto, qualis tu mihi videris, ea dare decreui, non tamen tanta cum potestate, & dominij auctoritate, vt nullum sibi superiorem agnoscat. Ideò, *Hæc omnia tibi dabo*, si me superiorẽ agnoscẽs, *cadens adoraberis me*, tanquam supremum omnium rerum dominum. Licet Satan princeps huius mundi dicatur, eò quòd sceptrum, & imperium suum in eos tantum exerceat, qui terrena sapiunt, & sequuntur, non tamen rerum, & regnorum Dominus esse B potest: Domini enim est terra, & plenitudo eius. Et in manu eius sunt omnes fines terrę, ipse est qui regna concedit, cui sibi placet, & regnare interdum facit hominem hypocritam propter peccata populi, omnis namq; potestas (teste Paulo) à Domino Deo est. Verùm superbè nimis aliena, tanquam propria vendicat, & pollicitationibus mendacissimis incautos decipit, vt ad auaritiæ vitium inducat, & inde facilè in maximum idololatriæ peccatum conijciat. *Si cadens adoraberis me.* Antiquum tenet inueterator aduersa- D rius, vide obsecro causam dicti, sedem quippè illam, quam in supremo cælorum loco cum esset quondam viderat, pro Christo homine præparatam: inuidens, eam sibi vsurpare contendit, ideoq; arroganter dixit, & super astra cæli, id est, super omnes Angelorũ Hierarchias, à dextris Dei se exaltaturum solium, & sedem imperialem Christi

Psalm. 23. & 94. Dan. 4.

Satanæ superbia facit, vt aliena tanquã propria vsurpare nitatur.

Isai. 14. c. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai.14.

A filij Dei vsurpaturum, & sic similitudinem tandem, & æqualitatem Dei, ac imperium mundi, Christo debitum, sibi putauit adscribere. Verùm dignam, quam pro tanta superbia merebatur pœnam reportauit Satan, detracta namq; statim ad inferos, eius superbia fuit, & in profundum laci ipse demersus, sicut enim tunc primatum Regni cœlestis ambiuit: Ita quoquè modo supremam dignitatem, super homines, & Angelos sibi arrogans, & æqualitatem Dei sibi tribuens, adorari à Christo impudentissimè postulauit: ita, vt cadens Deus adoraret ipsum, nempè, vt Diuinos honores, & adorationem illam latriam soli Deo debitam, sibi decerneret, & tribueret. At Christus, qui antea ad omnia patientissimus fuerat, videns hanc iniuriam Deo fuisse à Dæmone illatam, magna cum indignatione pœnas sumpsit de eo, dicens: *Vade Satana.* Satanas Hebraicè, idem quod apostata (secundum Irinæum, lib. 1. in Hæreses) significat. Vnde coniiciunt Doctores sancti, tum ex nominis significatione, tum ex modo tentandi, hunc Diabolum Luciferum fuisse, qui quem admodũ ab omnibus adoratur Dæmonibus: ita etiam ab hominibus adorari summopere studeat, & soliciter. Verùm sicut è cælo ob intollerabilem eius superbiam deiectus, & in profundum inferni demersus fuit, ita quoq; modo cum indignatione maxima deiectus à Christo fuit, & in profundum abysi demersus. *Vade Satana*, siue abi, quo verbo quandam animi, non leuem indignationem exprimit, qua eos reijcere, & aduersari solemus, quos aliquandiu cum molestia tolleratos, tandem insigni improbitate victos, semel in vniuersum abijcimus. Ita hîc Christus, cum impudentissimus Satanas peteret, vt prostratus Christus ipsum adoraret, cum indignatione ipsum abiecit, dicens: *Vade Satana.* Hoc loco sancti Doctores affirmant, quibus etiam Albertus magnus assentitur, quòd Lucifer à facie Christi repulsam passus, Diuina Iesv virtute, statim in profundum inferni deiectus fuerit, ibiq; relegatus, & ligatus, vsquè ad Antichristi aduentum sit mansurus, quo tempore soluendus est, ad seductionem etiam electorum, si fieri potest. Quod Ioãnes Apoc. c. 20. testatur, dicens: Et vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abysi, & cathenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eũ per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni, & post hoc oportet illum solui modico tempore. Et vt ostenderet Ioannes, quo tempore sit soluendus, subnectit statim vniuersalis iudicij visionem.

B Apoc. 20.

C Irinæn. lib. 1. in Hæres.

Lucifer fuit Dæmon, qui Christum tentauit in deserto, & in templo, & in monte.

D

Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, &c. Patris æterni honorem à Diabolo vsurpatum, Scripturæ authoritate Christus merito sibi his verbis vendicat, quæ authoritas ex Deut. 6. & 10. capitibus desumpta est. Verùm vbi Christus dicit, *Adorabis*, Textus eo loco, *Timebis*, dicit. Sic enim Hebræi his locis verbum habent, quod non adorare, sed timere significat, pariter quoq; Græci habent timebis. Quod enim antiquo timoris Testamento, timere dicitur, in nouo gratiæ, & amoris adoratio nominatur, & sic à Christo interpretatur. Ratio huius in prõptu est, Quia timor ille, reuerentialis, nempè, qui Deo super omnia exhibendus est, includit amorẽ, seruilemq; excludit timorẽ, ab hoc verò

Deuter. 6. & 10.

Nota.

Seruire quid in sacra pagina.

A verò reuerẽciali timore, cũ amore coniuncto, proficiscitur honor, & cultus, quẽ latriã appellamus. Ideò timoris nomine relicto, adorationis nomen posuit: id quod etiã ex Deuteronomij contextu, poterit tibi constare. Antequam enim dixisset, *Dominum Deum tuum timebis*, dixit hæc verba. Cùm saturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis, quibus verbis haut dubiè prohibetur aliorum deorum cultus, ac deinde subijcitur, *Dominum Deum tuum timebis*, satis patet per verbum, *Timere*, significare omnem cultum, & reuerentiam Deo debitum, ac maximè adorationem. Qui enim timet aliquem, ac reueretur, eundem etiam veneratur, & adorat. Adoratio enim timoris, & reuerentiæ, externum signum esse constat. Verbum itaq; *Timebis*, Dominus vertit in *Adorabis*, quo commodiùs Diaboli tentationi responderet. Diabolus enim ad

B

C prostrationem, & adorationem sui Dominum inuitabat: Dominus verò respondit ex Scriptura, *Dominum Deum tuum adorabis.* Verbum Hebraicum correspondens in Scriptura verbo, *Adorare*, propriè significat se coram aliquo venerationis causa humi prosternere, aut inclinare. *Et illi soli seruies.* Licet secundum generalem significationem, adoratio sanctis, & præclaris viris exhiberi soleat, illa tamen adoratio, quę seruitium importat, non homini, sed soli Deo impendi debet, quoniam ipse sibi tribui postulat. In verbo enim *Seruire*, aliquid excellentius includit, quàm id quod sanctis, seu præclaris viris, quantumuis dignitate excellentibus exhibetur, nempè vt talis veneratio sit exterior, quæ ex corde pio, & religioso procedat, & qua ipse Deus collatur, tanquam solus auctor vitæ, & omnis boni lator, ad quem oportet seruitium impendere, cum q; tali, quod nulli alteri, nisi Deo soli, impendi debeat, videlicet, in illum firma fide credendo, omnemq; spem nostram in illum collocando, & hostias illi soli offerendo, cultum itaq; Diuinum illi soli exhibemus, ac reliqua illa adorationis officia, quæ ad solum Deum pertinere cognoscimus. In Græco quoq; sermone differentia hac de re esse solet, non parua, siquidem seruitium, aut reuerẽciam quam homini impendimus, *Dulia*, vocamus. Seruitium, & obsequium quod erga Deum exhibemus, *Latria*, appellatur. Hinc est, q; Theologi triplicem illam venerationis distinctionem fecerunt, nempè, latria, dulia, & hiperdulia. Intelligemus hunc locum in hunc modum. Seruies, seruitute, scilicet, latriæ, illi soli, ita, vt nulli hominũ aut creaturarum seruias tali seruitute, quã latriam vocamus, quæ soli Deo debetur. Illam distinctionem, habet D. Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 1. vbi sic ait: Nomine seruitutis cultum Deo debitum intelligi. Latrium quippè (inquit) nostri, vbicumq; sanctarum Scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcepit Apostolus, seruos Dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria verò, secundum consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis digna eloquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter, vt penè semper ea dicatur seruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Hæc ille.

A

B

Adoratio triplex.

D. Augustin. lib. 10. de Ciuit. Dei. c. 1.

C

Latria quid.

D

11 *Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli, &c. Tunc*, tribus tentationibus potenti virtute superatis, Diabolus confusus, & humiliatus nimis, à Christo discessit. Qua in re

Universidad de Deusto
Biblioteca

A formam nobis Christus præscripsit, quâ obseruare tenemur, si Dæmonum tentationes superare cupimus, ac post tentationem victoriam reportare præclaram exoptamus. Summa omnium tentationum, quibus nos Satan impetere solet, in his tribus, quibus Christum tentauit, maximè colligitur. Videlicet, in primis, quando virum conspicit maxima inopia laborare, ac inedia, seu quando eum in graui aliqua necessitate constituturum videt, statim ad

Inopia laborantes à Dæmone vexantur.

B Diuinæ opis diffidentiam, omni studio nititur pertrahere ipsum, quò facilius ad illicitas artes varijs peccatis obnoxias, subleuandę inopiæ gratia, hominem abducat, cui è vestigio secuto sermonum Christi, ac cum ipso Christo protecti, infracto animo resistere tenemur, dicētes: *Non in solo pane viuit homo, &c.*

Deut. 8.

Hoc est nostram spem munire tenemur, scuto diuinarum promissionum, certiores effecti, quòd Deus tēpore opportuno, escas, & omnia

C necessaria sit afatim supeditaturus. Contra verò videns Satan, nonnullos diffidentia non tangi, præsumptuosa confidentia eos deijcere nititur: ita vt à Deo sibi præstari præsumant, quod aliàs suis viribus facere plusquam possibile est. Huic tentationi occurrendum est Christi verbo: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Sunt tamen tertiò non pauci,

Nimia confidentia etiam alios deijcere studet.

qui licet, nec diffidentia, nec præsumptuosa confidentia tangantur, misera tamen cupidine terum huius seculi adeò cōcutiuntur, vt pro

D ni in terra statuam auream mundi adorare pro nihilo pēdant. Huic tentationi, cui vniuersum Babylonicum regnum obtemperauit, serui Dei constantissimo animo cum pueris Hebræis resistere tenentur, ac cum Christo dicere: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Ita tandem fiet, vt tribus his Scrip-

Dan. 3.

Cupidine corruptibilium alij tentantur.

turæ auctoritatibus, tanquam triplici clypeo muniti, non superabimur à Dæmone diffidentia vlla, nec præsumptione flectemur, nec rerum huius seculi concupiscentia tangamur, in quibus tribus omnium tentationum summa complectitur, omnia tandem superabimus. Dæmonis victoria parta, ipsoque iam fugato Satana. *Ecce Angeli accesserunt.* Si Dæmones superare veteris, & iterum, atq; iterum victoriam reportabis, duo tibi pollicerī bona poteris, alterum, quòd Satan tàm confussus à te est discessurus, tanquam viribus plane enerua-

B tus, vt vix audeat ad te vnquā redire: quoties enim à te superabitur, toties debilior efficietur. Resistite (ait Iacobus) Diabolo, & effugiet à vobis, tanquam canis, qui semel fuste percussus, secundò redire non audet. Alterum bonum, quod tibi cōtinget, erit promptissimum Angelorum ministerium. *Ecce* (ait Matthæus) tanquam si rem nouam narrare voluisset, *Angeli*, in humana

C arquè visibili specie, magno iubilationis assensu, tāquam victori lætitiæ carmina sonant, atq; desertum egregijs encomijs implent. Si de victoria, quam Dauid de Golia illo vastissimo Gigante reportauit, omnis Hebræorum populus gloriabatur, & magna lætitia cum canticis omnes excipiebant Dauidē. Quanta cum maiori lætitia fuit ab Angelis, post victoriam gloriosam de Dæmone partam, exceptus Christus.

D Tunc Christum cum lætitia ministrant, cibum adferentes, aliaque ministerij officia magnifico triumphatori cum gaudio exhibentes. Qua in re Christi diuinitas nobis ostenditur, sicut enim in tentatione, non pauca humanitatis ipsius argumenta fuerunt ostensa, ita, & in victoria, quam de hoste reportauit, Diuinitatis ipsius demonstrantur insignia,

4. Reg. 17.

In triumpho à Satana reportato Christi Diuinitas ostenditur.

A insignia, nempè quòd Dæmones vincat, atq; prosternat, quod Angeli tanquam supremo principi ipsi ministrent, licet Euangelista, non loquatur hîc de ministerio illo Angelorum, quo Christi diuinitati semper assistunt, & obsequentissimo ministerio inseruiunt, ad testificandam tamen excellentiam humanitatis Christi super Angelos, dixit: *Ecce Angeli accesserunt.* Non Angelus vnus, qui ad cibandum vnum hominem sufficere posset, sed plures des-

B cribuntur Angeli, non tantum quidem prouidentes ei, & necessaria tribuentes, sed ministrantes ipsi, tanquam serui obsequentissimi. Ennides, quòd victoria de Dæmone obtenta, consortium nobis iucundissimum acquirit Angelorum, qui suprà modum lætantur videntes, quòd hi à nobis in terra superātur, qui in cælis Deum ipsum superare tentarunt. Et dum nos præliamur, & contra robustissimum ad-

C versariorum exercitum, manus conserimus, si mentis oculos apertos habeamus, eos semper nobiscum ad defensionem accinctos videbimus,

4. Reg. 6.

opportunum auxilium afferentes. 4. Regum. 6. Noli timere, dicebat Giezi sanctissimus Vates Eliseus, plures enim nobiscum sunt, quàm A cum illis. Quādoquidem millia Angelorū nobis assistunt, vt nos roborēt, illuminent, doceant q; ne in aliquo tentationum genere succumbamus. Præclara est illa historia. 2. Machabæor. cap. 10. qua diuinum auxilium præliantibus, Deum mittere manifestè ostendit. Apparuerunt enim circa Machabæum præliantem, quinque viri de cælo missi, hoc est, quinque Angelorum ordines, qui hominum ministerio destinati à Deo peculiariter sunt: nempè Angeli, Archangeli, Principes, B Potestates, ac Virtutes, qui omnes nobiscum præliantur, & inimicorum exercitum nos vincere faciūt. Immensas Deo pro tanto beneficio rependamus gratias, qui robustissimum aduersariū, ita sua virtute superauit, ac vires eius confregit, vt gratia, ac fauore ipsius Christi protecti, facillimum post hac nobis relinquatur, quo vniuersa, quantumuis ignita, tela retūdere, & victoriā C cum præclaro triumpho reportare valebimus. Deo itaq; gratias, qui nobis hāc victoriā per IESVM Christum concesit, & fecit cum tentatione prouentum, vt possimus stare aduersus insidias Diaboli.

2. Mach. 10.

EXPOSITIO,

TEXTVS.

12 CVm autē audisset Iesus, quòd Ioānes traditus esset, secessit in Galilæam. 13. Et relicta ciuitate Nazareht, venit, & habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulō, & Nephthalim. 14. Vt adimpleretur,

D

12 *Cum autem audisset Iesus, &c.* Duos annos integros prætermisit D. Matthæus à Baptismo Christi, vsq; ad Ioānis incarcerationē. Id quod Ioānes Euangelista vidēs, & multa, tàm à D. Matthęo, quā à D. Marco, & D. Luca fuisse silētio mandata, quæ certè miracula inani moueri erant, & Christi Diuini tatem demostrabant, & fidelium corda magna suauitate replere poterant, & in Diuinum amorem accendere. Euangelista Ioannes ne tōdus tanto frustraretur thesauro, no

Universidad de Deusto
Biblioteca

A luit, ea quoquo pacto in absconditō delitescere, sed cūctis manifesta facere. Et hæc quidem efficacissima fuit causa, quæ D. Ioannem promouere potuit, vt suū Euangelium literis mādarer: vt optimè notat Euseb. Nizepho. Hieronym. Augustin. & Beda, cum multis alijs Doctoribus. Ex quo tollitur (vt citati auctores benè notarunt) dissonantia, quæ apparet inter cæteros Euangelistas, & Ioannem.

Isai. 9.

Euseb. lib. 3. Hist. c. 24. Nizeph. lib. 2. c. 45. Hieron. in vita Ioan. Augustin. & Beda in initio comment. in Ioan.

B

Sed quæritur, quare illam duorū annorum historiam, præterierint Euangelistæ tres? Respōdetur, quoniam Christus non cæpit prædicare publicè, donec Ioannes prædicare desijt, missus in carcerem, & ideò Euangelistæ, à tempore prædicationis eius, putauerunt contexendam esse historiam. Verùm cùm quæritur, cur aliquid non dictum sit ab vno Euangelista, quod dictum est ab altero, non sunt Euangelistæ cogitandi, quasi diuersi scriptores, sed quasi vnus, cum vnus sit præcipuus auctor omnium, quæ illi scripserunt, idest, Spiritus sanctus. Vt igitur idem Euangelista quędam omittit, quæ posteà recapitulando narrat, vt Matthæus per recapitulationem narrauit de collationem Ioannis cap. 14. & hoc facit, quia ea alio loco reseruat: ita Spiritus sanctus, historiam prioris temporis Christi reseruauit alio loco, & tempore, id est, Euāgelio Ioannis, & sic integra, & plena est Euāgelica historia. Cur autem Christus, tunc cæperit prædicare, dicemus in illa verba: *Et inde cæpit Iesus prædicare.* Duorum autē annorum historiā prętermissam esse à priorib⁹ tribus Euāgelistis, docet Eusebius in hæc verba. Certum est enim, quòd in superioribus tribus Euangelijs, hęc videntur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista, vel inclusus est in carcere, vel decollatus. Et Hieron. in vita Ioannis, ait: Ioannem Euāgelistā legisse trium Euangelistarum opus, & vera eos dixisse fi masse: Sed vnius tantū anni, in quo, & passus est, post carcerem Ioannis historiam texuisse. Idem cum his authoribus scribit Nicephorus, & Beda, Ansbertus, Glossa, D. Thomas, & Hugo Cardi. Quare iuxta cōmunē omnium sententiam, testimonia illa Ioannis Baptistæ de Christo baptizato, quæ referuntur Ioann. 1. & cætera, quæ hic narrantur, vsquè ad cap. 4. interposita sunt, inter tentationem Domini, & hæc, quia modo interpretamur: *Cum autem audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, &c.* Nec vlla est de hoc controuersia. De hoc autem est magna, quòd multi existimant hunc reditum à Iudæa in Galilæam, de quo loquitur Matthæus, Marcus, & Lucas, finita tentatione, esse cum, quem narrat Ioannes 4. Quando pertransiens Samariam, conuersa est Samaritana, qui in Ioanne est secundus reditus in Galilæam: vt Augustinus, Tacianus, Beda, Ansbertus, Glossa, Albertus, & Iansenius, & ferè omnes recentiores. Sed habet hæc sententia plurimum difficultatis. Nam duo Euāgelistæ Matthæus, & Marcus causam redeundi in Galilæam, hanc esse dicunt, quòd audiuit Dominus traditum esse Ioannem. At Ioan. 4. longè aliam affert: Vt ergo cognouit Iesvs, quòd audierunt Pharisæi, quòd Iesvs plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes, reliquit Iudæam, & abijt iterū in Galilæam. Sed ait Augustinus his verbis Ioannis recitatis: Tunc ergo intelligimus iam esse traditum Ioannem: Iudęos verò audisse quòd plures discipulos faceret. At hoc nō videtur posse dici, quoniam propè finem cap. 3. legimus, Ioanne baptizāte, & non dum in carcerē misso, discipulos ei dixisse: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu testimonium perhibuisti, hic baptizat, & omnes veniūt ad eum. Cùm autem cognouit Dominus hoc audisse Pharisęos, reliquit Iudęam, & abijt in Galilæam, ne videretur, cum Ioāne de honore, & gloria, velle contēdere. Si autem nūnc Ioannes fuisset vinctus, iam nulla erat cōtentionis suspicio: & ideò cum audiuit eum traditum esse, statim cæpit prædicare, vt hîc ait Matthæus.

Duorum annorum historia, quare prætermissa à tribus Euāgelistis.

C

Euangelistæ, non quasi diuersi scriptores, sed quasi vnus, cogitandi sunt, & quare.

Ioan. 14.

Euāgelica historia, non diminuta, sed plena est.

D

Plura sunt argumenta, quæ mihi videntur probabilia, ad ostendendū illum secundum reditum Christi, in quo cōuersa est Samaritana, prętermissum fuisse à tribus Euangelistis, racuisseq; eos omnia, quæ sunt in Ioanne, vsq; ad finem cap. 5. in cuius initio scriptum est: Et post hæc erat dies festus Iudæorū, & ascēdit Iesvs in Hierosolymā. Hoc ergo tēpore audiuit Ioānē fuisse traditū, scilicet in potestatem Herodis, & in vincula coniectum, & tunc secessit in Galilæam, & gesta sunt, quæ nūc à Matthæo narrantur. Nobiscū sentit Renardus, & Claudius. Sed cur

Renardus in Harmonia Euang. c. 5. Claudius hic.

Iansen. cap. 12 & 23.

A

Dominus, audito hoc nuntio de vinculis Ioannis, reliquit Iudęam, & venit in Galilæam? Abulens. q. 86. non nullas causas tradit, quę mihi videntur valdè probabiles. Prima est, Dominus, vsq; ad vincula Ioannis, nūquam publicè prædicauerat, sed priuatim docuerat (vt dictum est) oportebat autem, vt publica prædicatio à Galilæa inciperet, in qua nutritus erat, & semper manserat, vt illis priùs benefaceret quàm alijs (vt dicit Theophylactus) vt doceret nos priùs beneficos esse erga coniunctiores, deinde erga remotiores. Accedit, quòd id erat prædictum ab Isaia, vt statim Matthæus indicat: Quamuis autem pauca miracula in Nazareth fecerit, id euenit propter propriam illius ciuitatis incredulitatem, quæ non erat in alijs ciuitatibus Galilææ, vbi miracula faciebat, vt Chana Galilææ, Ioann. 2. & 4. & in Capharnaum. Secundò, quoniā Apostoli eligendi erant ex Galilęa, & ideò oportuit eum primum docere. Tertio, quia volebat Christus priùs prędicare rudibus, & pauperibus hominibus, quàm sapientibus, & nobilioribus, qui erāt in Iudæa, & præsertim in Hierusalē. Vt illud impleretur Isai. ad annunciandum mansuetis misit me: Sive vt Dominus ait Lucæ. 4. Euangelizare pauperibus misit me. Quod pro signo, quod ipse esset Messias Dominus dedit, Matthæi. 11. Pauperes euāgelizātur. Vnde cognati eius cū exortarentur, transi hinc, & vade in Iudæā, vt discipuli videant opera, quæ tu facis: nemo quippè in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palàm esse, si hæc facis manifesta te ipsum mundo, Ioan. 7. De hoc reditu Domini (ait Lucas cap. 4.) regressus est Iesvs in virtute spiritus, idest, per virtutem Spiritus sancti, mouente eum, & impellente Spiritu sancto. Vnde Theophylactus ait, Videtur mihi,

Abulēs. q. 86

Cur Dominus audita Ioannis in carcere detentione reliquit Iudæam.

Theophyl. in Cathena.

B

Isai. 9. cap.

Ioan. 3. & 4.

C

Isai. 61.

Lucæ. 4.

Matth. 11.

D

Ioan. 7.
Lucæ. 4.

Theophyl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mihi, quòd diuino quodam afflatu correptus redierit, hoc enim est, quod ait in virtute spiritus. Possumus etiã intelligere in virtute spiritus, id est, ostẽsurus virtutem Spiritus sancti, in miraculis, quæ ex eo tempore facere instituerat: & ita intellexit Euthymius hîc.

Euthym.

12 *Cum audisset Iesus, &c.* Post Satanæ superatas tentationes omnes nõ statim, ad opus Euangelicæ prædicationis se Christus accingit, nec anteà incipere decreuit, quàm certo relatu intellexisset, Ioannem traditum fuisse, nempè à Pharisæis Herodi, verisimile enim est Herodem, non ausum capere Ioannem, nisi consentientibus & cooperantibus Pharisæis, quorum tũc summa erat authoritas, vt ex Iosepho patet, quos verisimile item est Herodi suggesisse, vt Ioannem ob rerum innouationes, quas meditabatur, quasq; sibi ipsis contrarias iudicabant, in carcerẽ conijceret. Christus enim manifestè declarat Matth. 17. à Pharisæis Ioannem traditũ, cum dicit: Elias iam venit, & non cognouerũt eum, sed fecerunt in eum quęcunq; voluerunt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Quibus verbis satis constat, ab eis Ioannem fuisse traditum, à quo ipsemet Christus, & sicut Pharisæorum inuidia Christũ ad mortem tradidit, ita quoq; Pharisæorum inuidia Ioannem Herodi tradidit. Postquam ergo cognouit IESVS, quòd Ioãnes traditus esset, & sciret Pharisæos longè maiori inuidia laborare contra ipsum, quã contra Ioannem, ob maiorem discipulorum concursum ad se confluentium, Iudæam deserere decreuit, vt illorum inuidiæ locum daret. Itaq; locus iste aliter intelligẽdus venit, quàm nonnulli interpretes volunt, qui dicunt Ioannem ab Herode traditum in carcerem. Verùm quidem est, ab Herode fuisse in carcerẽ missum, sed intelligendum est, ob Pharisæorum inuidiam, Ioannem fuisse ab ipsis Pharisæis Herodi traditum, & ab Herode in carcerem cõiectum, vbi caput, propter lasciuã Herodiadis saltationẽ, ipsi amputatum fuit. Secessit itaq; Christus in Galilæã, relicta Iudæa, tum vt Pharisæorum furorem declinaret: qua in re docuit Christianum virum licitè posse instantia pericula fugere, à fidei tamen confessione non deesse, tum etiam, vt iam tradito Ioanne, statim Euangelicæ prædicationis negotium palàm aggrederetur, secreto anteà non paucis prædicarat. Nam Nathanaelem, Philippũ, Nicodemum, & publicè etiam Samaritas docuit. Id quidem non ex instituto, & certa deliberatione, sed ob iter, & per occasionem factũ esse constat. Nunc autem expresè munus hoc aggreditur in Galilæa.

Ioãnes à Pharisæis Hæroditraditur.

Pharisæorũ inuidia in Ioannem.

Secessit in Galilæam. Hãc Christus prouinciã sibi delegit, in qua suam inciperet prædicationem, vt Prophetarum oracula impleret, teste D. Matthæo, adfert enim Isaiæ testimonium, & multis verbis ornat, fœlicissimum hoc auspicium Euangelicæ prædicationis, applicans Prophetæ vaticinium, non enim parum expedit Christiano, scire locum, in quo Christus prædicationem, cum tam claro initio cæperit, nempè à Galilææ prouincia, vt hinc ostenderetur nobis humilia, primum locũ apud Deum habere, atq; sciant futurum aliquando, quòd Euangelij gratia à Iudęis repulsa, ad profanos populos esset deferenda. Hinc est, quòd Petrus, dum sermonem haberet de Euãgelicæ prædicationis gratia, dixit: Vos scitis, quòd factum est verbum per vniuersam Iudęam, incipiens enim à Galilæa, post baptismum, quod prædicauit Ioannes. Et Iudęi ipsi dũ Christum accusarent, Luc. 23. dixerunt: Docens per vniuersam

Christus vbi Pharisæorum inuidiam deuitauit.

Christus secreto prædicauit ad multa, antequam officium prædicationis aggrederetur.

Vnde Christus in prædicatione cœpit.

Act. 10. c. 22.

Luc. 23.

A uersam Iudæam, incipiẽs à Galilæa, vsq; huc. Ne quis Iudæorum possit excusationem prætexere, se nescisse Christi prædicationem, cum tã claro initio cæperit, & miraculis patentissimis confirmatam videat. *Et relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaum maritima, &c.* Non mihi omninò placet quorundam expositio, qui sic exponere voluerunt. *Relicta Nazareth*, idest, pertransita, & prætermissa, vt putauit Euthym. Alber. & Caietan. Sed potiùs intelligendum est, quòd cum in eam venisset, cito eam reliquerit, vt Anselm. & D. Thom. exponunt, cum multis alijs. Et res sanè videtur aperta, & manifesta, quam, miror, nõ satis consideratam à multis. Nam D. Lucas loquens de eodem aduẽtu in Galilæam, affirmat, Christũ Nazareth venisse, Nazaræorumq; crudelitatem reprehendisse, qui durissimo corde, ea de causa eum præcipitare voluerunt, & sequitur. Ipse autem transiens, per medium illorum ibat, & descendit in Capharnaũ, ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos Sabbatis. Quæ Matthęus breuiter comprehendens, ait: *Et relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitabit in Capharnaum.* Propriam item Nazareth ciuitatẽ, vbi tandiu Dominus educatus fuerat, & à parentibus alitus, libenter reliquit, vt ad Euangelicæ prædicationis officiũ, quando opus fuisset, quocunq; eum Spiritus sanctus duceret, proficisceretur. Hinc est, quòd Lucas dixit, Christum ab Spiritu sancto regressum è deserto, vt intelligamus eum non afflatu humano, sed Diuino impulsu egressum, & eodẽ Spiritus sancti impulsu magna potestate prædicationem Euangelij, suo tempore aggressurum, ob idq; ciuitatem propriã Nazareth, eum relinquere oportebat, ne in negotio prædicationis Euangelicæ, terra aliquid iuris prætẽde-

Euthym. Albert. Caietan. Ansel. D. Thom.

Luc. 4. c. 31.

Mihil, qui prædicationem Euangelij aggreditur curare de patria debet.

Christi prædicatio ex gratia fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.8. A se se facit, sic enim Paulus. Isaias enim audet, & dicit inuentus sum à non quærentibus me.

14 *Quod dictũ est per Isaiam, &c.* Primo tempore (inquit) ideſt anteà, in primo illo tempore, aleuiata est vilis fuit, & nullius existimationis, & pretij. Aleuiare, est, vel põdere graui carere, vel diuitiarum, vel honorũ, seu ab extimatione. Opponitur nouissimo, quia posteriùs aggrauata est, hoc est, quam plurimis bonis, atq; diuitijs maximis abũdauit terra illa Zabulõ, & Nephtalim. Et vt
B manifestiùs explicet, de qua terra sermonem faciat, dicit: *Via maris.* Ac si dicat: Intelligas volo de ea, quæ vulgo via maris appellatur, alacu qui eius gentis consuetudine, nomen maris obtinet. Sicut & cæteræ aquarum cũ Hebeæorum more maria appellantur. Hunc locum Ioan. cap. 6. Mare Tyberiadis appellat. Et Matth. 4. Mare Galilææ. Et Lucæ cap. 5. Stagnum Genezareth, & hoc proprijssimè. Hæc autem terra Galilæa Gentium dicitur, eò quòd
C Salomon eam donauit Hiran Regi Tyriorum, qui Gentilis erat. Primo enim tempore aleuiata est terra Zabulõ, & Nephthalim, quia secundũ Hebræorum expositionem, ab Assyrijs leuiori malo afflicta est terra illa, cum Tegletphalasar duas has tribus in captiuitatem abduxisset: vt scribitur. 4. Reg. 15. Posteriori verò tempore, grauiori malo oppressa est vniuersa maritima regio, cũ scilicet Salmanasar, reliquum vniuersum Israëlem captiuum adduxit, vt
D scribitur. 4. Reg. 17. & 18. Hîc locus petitus ex cap. 9. Isai. Spiritus sanctus ad Euangelij prædicationem, quam Christus fœliciſsimo auspicio in illa regione incepit, per collationem aptat. Agit enim eo in loco Isaias de bellis varijs per Assyrios motis, primum decẽ tribubus, deinde etiam ipsi regno Iudæ: tàm erant atrocia bella, vt populus Iudęorum A meritò in vmbra mortis dicatur sedisse. Loquitur Prophęta more eorum, qui in extremo mortis agone constituti sunt. Videas iam morientem lumine oculorum priuatum, à quo nihil quàm extremum halitũ expectare poteris. Sic de Iudæis vaticinatur, vt potè qui omni auxilio humano destituti, non aliud quàm mortem præsentiſsimam expectabant. Itaq; per tenebras, & vmbram mortis, extrema intelligimus pericula, adeoq; ipsam mortem, nunc
B nunc irruentem. Et eo planè modo, quo opportunè Dominus populum suum de manu sęuiſsimi tyranni potentiſsimè liberauit, cæſso vniuerſo Assyrij Regis exercitu. Vnde Hierosolymitani ciues, tanquam si ex denſiſsimis tenebris in lucem clariſsimam educti fuiſsent, ingẽs solatij, atq; lætitiæ lux suborta est ipsis: ita quoq; mundum liberare decreuit. Sicut enim tenebræ triſtitiam, ita quoq; lux metaphoricè gaudiũ designat, quem habuerunt in admirabili eorum libertate, cum Dominus
C vna nocte percuſsit in exercitu Assyriorum centũ & octuaginta quinque millia. Quoniam autem salus hæc populo Iudaico facta, typus fuit redemptionis factæ per Christum, cõmodè præsens vaticinium de Christo adductũ est, & D. Matthæus in sensu literali affert. Sicut igitur Rex Assyrius olim Galilææ gẽtiũ deprædatus est, & captiuã eã abduxit, Dominus autẽ eã miseri-
D corditer liberauit. Ita quoq; Dominus vidẽs illam Galilææ partẽ, magna vi, ac potentia à Dęmone possessam, ac crudeli tyrannide deuastatam, vitijs, atq; peccatis planè corruptam, eam priùs restaurare, & in libertatem vindicare decreuit, vt qui priùs ducti fuerant in captiuitatem corporis, ipsi priùs de mentis captiuitate, potenti virtute essent reducti,

30an.6. Matth.4. Luc.5.

4.Reg.15.

4.Reg.17. Isai.9.

A reducti, & qui ob peccata commissa velut desperati, ac damnati erant, ijs nunc per illustrem, lætamq; Euãgelij prædicationem Deus illucesceret. Tria itaq; hac periodo à Prophęta prædicantur. Primùm, quòd terra Zabulon, & Nephthalim, prima crederet, & prima Christi fidem susceptura, prædicationemq; Euangelij alacri animo amplexatura. Secundùm, quòd ipsa terra Zabulon, & Nephthalim, & reliquus populus, gloriosam fecit (sic enim vertit Hieronymus) viam maris trans Iordanem, dando eis Apostolos ad prædicandum Euangelium: nam vt ostendunt, Cyrillus, & Procopius, & Basilius, & Hieronymus, & Chrysostomus, & Eusebius de demõstratione Euangelica lib. 7. cap. 4. ex his locis delectus est maior Apostolorum chorus. Tertiùm, *Terra Zabulõ, & Nephthalim, & reliquus populus trans Iordanem, & Galilæa gentium, & populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucẽ magnam*, Christum, videlicet, qui erat
C lux vera, quæ illuminat, &c. Hunc sensum postremum Euangelista nobis expressit. Vt enim referaret hoc oraculũ, & sensum nobis aperiret, abstulit reliqua omnia verba, solũ reliquit postremum verbum, quo intelligeremus omnia illa superiora. Hic locus, secundum D. Hieron. per interpretationem sic explicandus venit. Primo tempore, alleviata est terra Zabulon, & Nephtalim,
D peccatorũ, scilicet, onere, eo quòd prima crediderit, & Apostolos Christo dederit, ipsumq; sequuta fuerit. Postremo vero tempore aggrauata est via maris, &c. eò quòd incredula fuit, & ad grauissima peccata ianuam aperuit, aggrauata fuit punitione Diuina, & à Romanis subuersa, vt scribit Iosephus de Bello Iudai. lib. 3. cap. 4. Ideò Christus dixit: Et tu Capharnaum, vsq; ad cælos exaltata in profundum demergeris. Hanc interpretationẽ sequi-
A tur Vatablus. Hęc per parenthesim dicta sunt, nam postea redditur ad superiorum sententiam, & describitur ad huc regio, quæ prima esset creditura, & in qua frequentissimè versaturus esset Dominus. Dicitur *Galilæa gentium*, eò quòd post captiuitatem Babylonicam, plures exgẽtibus illic habitabant. Siue quòd in ea prouincia Salomon viginti ciuitates Hiram Regi Tyri dederit, &
B obtulerit. 3. Reg. 9. Pro cedris, & abietibus, quas acceperat ad templi structuram, & hæc, quæ Galilęa gẽtium dicta est, terra Cabul dicitur, quæ vox fœnicum lingua significat, id quod displicet (vt ait Ioseph. lib. 8. cap. 5.) quoniam illæ ciuitates displicuerunt Hiram. Et vt idem Iosephus ibi ait: Cùm Hiram oppida illa vidisset, & non valdè probasset, iussisse renunciare Salomoni, sibinõ esse opus eis oppidis. Ideò illi regioni nomen mansit Chabulan, ad regionis vilitatem notandam: vt signi-
C ficaretur Euãgelicam lucem, etiam ad viles Gentiles deferendam.

16 *Sedentibus in regione vmbræ mortis, &c.* Vbi Propheta dixit, *Habitantibus*, noster Euangelista posuit, *Sedentibus*, æquè benè vtraq; trãslatio, secundum Hebraicam veritatem, constare poterit, quemadmodum vertit Hieronymus in Isaiam. Aliter, *In regione, &c.* Est autem regio malorum, in qua densę caligines sunt, veluti in inferno, vbi tenebræ perpetuæ sunt. Vmbram mortis significat perpetuam conscientiarum inquietudinem, quę non aliud est, quã
D præsens mortis obuersatio, ipsiq; terrores mortis. Seu peccatum, vmbram mortis appellat, de qua apud Lucam Zacharias, ait: Visitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Tenebras vocat, nõ has sensibiles, sed errores, & impietates. *Lux orta*

Terra Zabulon, & Nephthalim prima credidit Euãgelio.

D. Hieron.

Hæc terra Zabulon, & Nephthalim Apostolos peperit.

Cyrillus. Procopius. Basilius. Hieronym. Chrysost. Euseb. de demonst. Euãg. lib. 7. c. 4.

Hæc terra lucem magnã, tempę Christum vidit.

D. Hieron.

Terra Zabulon, & Nephthalim, quo modo sit alleviata, & postea aggrauata secundum Hieronymum.

Ioseph. de Bello Iudai. lib. 3. c. 4.

Vatablus.

Quare Galilæa gentium sit dicta.

Salomon. 20. ciuitates Hiram Regi Tyrorum dedit, quas contempsit. 3. Reg. 9.

Ioseph. li. 8. cap. 5.

Ioseph. ibi.

Euãgelij lux ad Gentiles dellata.

D. Hieron. in Isaiam.

Quid per tenebras & vmbrã mortis intelligendum.

Luc. 1. g. 78.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus lux vera quomodo se se mortalibus ostenderit. Ioan.8.9.& 12. Ioan.1.

A *est eis.* Hoc ipsum est, quòd videre lucem. Christus se ipsum mundi lucem vocat Ioan.8.9.& 12. Et in.1.cap. habes: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Qua in re infinita Dei nostri pietas, erga homines ostenditur: non enim passus est Deus eos in tãta caligine diutiùs sedere, & in tenebris inextricabilib⁹ versari, cùm autem lucem non quærerent, nec minus, quàm de luce cogitarẽt homines, ipsa eos quæsiuit, ipsa illis orta est, suaq; potenti virB ture eorum oculos aperuit, vt ipsam lucem splendidissimam, nempè Christum Deum nostrum, & mentis, & corporis oculis aspicerent.

17 *Ex inde cæpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, &c.* Ex inde, non tantum locum, vnde, secũdum Isaiæ vaticinium auspicari prædicationem oportebat, designat, verùm etiam tempus, quo debebat lucem Euãgelij diffundere, ostendit. Hinc

D. Hieron. est, quòd Hieronym. ait: Ioanne tradito, rectè ipse incipit prædicare. in definẽte lege, consequenter incipit

C *Rupert.* Euangelium. Et Rupert. Quandiu Ioannes prædicauit, nequaquam IESVS publicè prædicationis officium subijt, sed postquã in traditione eius clausum est os Prophetarũ, & legis: lex enim, & Prophetæ vsq;

Matth.11. b.10. ad Ioannem: tunc demum, id quod Prophetarum erat, successit, nempè Christi Euangelium. Hoc factum

D. Chrysost. est (teste Chrysost.) Primò, vt ostenderetur Christi dignitas, qui talem

D ac tantum Prophetam habuit, qui plusquam Prophera à Deo iudicatus est, & hanc filij excellentiam Pater decantat, dicens: Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. Secũdò,

Luc.1.g. vt nullã possent Iudæi excusationẽ habere de sua nequitia, qui æquè de Ioãne, ac de Christo murmurabãt.

Matth.11. Qua de re Christus, ait: Matth.11. Venit Ioannes, nec manducans, nec bibens, & dicunt, Dæmoniũ habet: venit filius hominis, manducans, & A bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, &c. Tertiò, vt quę de se ipso dicturus erat, ab illo dicerẽtur. Nam si post testimoniũ Ioannis ausi sunt Christo dicere: Tu de te ipso testimoniũ perhibes, testimonium tuũ non est verũ. Quid dicerent, si nihil priùs Ioannes dixisset? Cùm autem Præcursor Domini, Ioãnes, tanquã lucifer, qui solem iustitiæ Christũ præcederet, mundo datus fuisset à Deo, suum cursum peregisset, & solem splẽdidissimum ostendisset, ne B diutiùs sol immoraretur, ex inde, lux orta est, nẽpè Christus, qui cæpit prædicationis Euãgelicæ radios per vniuersum orbem, inde diffundere. Noluit anteà Dominus prædicare, tum vt ea, quæ dicturus erat, Ioãnes ipse anteà diceret (qui apud Iudæos tantus erat, vt putaretur Christus) & primùm Ioannes sua prędicatione de Christo testaretur, antequam ille prædicaret in publicum, & verè Christi verbi prænuntius esset. Et ostenderet etiã sermo- C nem primum, quem habiturus erat Christus, nempè de pœnitẽtia, sicut ab ea Ioannes incepit: ita Christus incipere voluit. Tum etiam, ne eodem tempore prędicando, populus in partes scinderetur. Ioannes tamẽ signum fecit nullum, quia ea gloria Christo seruabatur. Nunc itaq; ad exordia prædicationis Christi contextus historiæ peruenit. *Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cælorum.* Eisdemmet verbis Ioannes suã D prædicationem inchoauit. Sic enim infrà c.10. præcepit Christus Apostolis: Euntes prædicate, dicentes, Appropinquauit regnum cęlorum. Sic Luc.9.& 10.& Marc.6. Exeuntes prædicabant, Vt pœnitentiam agerent. Sic Luc.24. Opportebat prędicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Idem iussit Petrus Actorum.2.& 3.

Ioannes quare miracula non edidit.

Luc.9.& 10. Marc.6. Luc.24.

Act.2.& 3.

à pœni-

A à pœnitentia prædicationem suam orditur Christus post Ioannis doctrinam, quia verum præludium est pœnitentia, qua regnum cælorum, nempè fides Euangelicæ gratiæ, ad vos appropinquet, & veniat. Regnum

Regnum cælorum quid. cælorum hîc, & in Ioannis prędicatione, Euangelij fide intelligenda, sine qua regni cælestis actionem habere minimè possumus. Nõ sine animi ponderatione prætereundum esse cẽseo, hanc fuisse primam,

B quam nobis Christus trãdidit doctrinam, post longum silentium, nẽpè triginta ferme annorum, quo tẽpore maturè consideranit sanctissimi sui Euangelij exordium. Illudq; hoc pacto vniuerso mundo proposuit: *Pœnitentiam agite, &c.* Hac in re

Vide 56. Isai.56. prophetiam adimpleuit Dominus, qua ait: Hæc dicit Dominus, Custodite iudicium, & facite iustitiam, hoc est, *Pœnitentiam agite.* Quia iuxta est salus mea, vt veniat, nem-

C pè, *Appropinquabit enim regnum cælorum.* Ianua fidei, qua ad regnum cælorum peccatores ingrediũtur, pœnitentia est, per hanc quasi per fidei angustam portam intrare nos oportet, ad regni cælestis amplitudinem. Quoniam autem regnum Dei iam

Pœnitẽtia ianua regni cælorum. adest, pœniteat nos oportet ante A actæ vitæ, & simul firma, & vinæ fide credamus, huic fœlicissimo Euangelij nũtio, quod nobis iam prædicatur à Christo. Hęc enim duo verè requiruntur ad participationem bonorum, quæ nobis per Euangeliũ promittuntur: ita sanè, vt vnum sine altero sufficere minimè possit, atq; sic ambo sufficiunt, si seriò præstentur, vt, & omnia alia, quæ requiruntur secum adferant, & in se concludant. Quis enim seriò pœnitere poterit, & commissa mala, quę cum Euangelica pietate pugnant, fugere B poterit, qui eodem iterare audeat? Et quis seriò omnem adhibebit fidem Euangelio, qui detrectare audeat id, quod sacrum Euangelium exigit, nempè opera, quæ lex Euangelica præcipit? Hinc est, quòd Marcus ista duo coniungit, dicens: Pœ-

Marc.1. nitemini, & credite Euangelio. Marcus etiam hîc addidit: Quoniam impletum est tempus, nempè tempus illud quod Deus præstituerat apud se saluti hominum, & redemptioni. C Conuenit cũ hac sententia id, quòd

Galat.4. Paulus ad Galat.4. dixit: At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c.

EXPOSITIO.

18 *Ambulans, &c.* Non leuis difficultas in ter sacros scriptores suborta est, circa vocationem horũ quatuor Apostolorum: Sunt qui cõtendant hãc

D Petri, & Andreæ vocationem, eandem esse cum ea, quam D. Ioannes c.1. ponit, ij enim duo discipuli secuti sunt Dominum. Verũ diuersas esse, diuersoq; tempore factas, diuersosq; sortitas effectus manifestissimũ est. Illa enim, quam Ioannes describit, in Iudæa Ioanne adhuc in Bethabara baptizante, facta fuit, hæc autem in Galilæa contigit, illa eo tempore, quo Ioannes

TEXTVS.

18 AMbulans autẽ Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores.) 19. Et ait illis, Venite post me: & faciã vos fieri piscatores hominum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ioannes in libertate erat, & Christũ digito ostẽdebat. Hæc autem cum iam Ioannes in Herodis carcere cõstitutus fuisset susceſsit. Fatemur quidem à tempore vocationis, quam Ioãnes describit, hos discipulos Christi factos, ipsosq; à Deo vocatione sancta sua vocatos, at non cõtinuò ipsum Dominum secutos fuisse, sicut nec sua, quæ tunc temporis possidebant, relictos omninò fuisse constat, postquam ad piscatoriam artem, qua victum sibi parare solebant, relicto Domino redierunt. Maior tamẽ oritur difficultas, an hęc duorum Apostolorum vocatio, quam hîc Matthæus describit: & Marcus cap. 1. sit eademmet cum ea, quã Luc. cap. 5. ponit. Licet nonnulli sint, qui eandem esse contendãt, eo quòd Lucas aliquid addiderit ad ea, quæ Matthæus, & Marcus describũt, & breuitati studentes prætermiserunt, nempè miraculum factum in magna illa piscium captura. Quod Lucas post eos scribens supplere voluit. Mihi tamen D. Augustini sententia, quam non pauci sequuntur, omnino placet, qui omninò negant eandem vocationẽ fuisse, ob diuersa, quæ contigerunt. Apud Matthæum, & Marcum, binos à Domino vocatos legimus. Primò, Petrũ & Andream, deinde progressus pusillum alios duos fratres, hos inuenit retia reficientes, illos verò piscãtes. Lucas autem dicit, hos piscatores inuenisse lauantes retia sua, nauibus ad terram subductis, magna admiratione stupefacti præ multitudine piscium, quam ceperant, Petroq; tantum Christus eo tempore dixit: Noli timere ex hoc, &c. Itaq; secundum D. Augustini sentẽtiam, & Lyranineenon aliorum, triplex fuit Petri, & Andreæ vocatio. Prima, ad Christi notitiam. Secũda, ad familiaritatẽ, quã cum eo contraxerũt. Tertia, ad discipulatum, & sequelam perfectam. Prima sanè fuit statim à Christi baptismo (vt testatur Ioannes cap. 1.) quando duo Baptistæ discipuli ipsum de Christo testantẽ audierunt: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi, quo verbo audito sequuti sunt eum, & in notitiam, & cognitionem Christi venerunt, quòd ipse Messias, ille à cunctis expectatus esset. Qui autem fuerint ij duo discipuli Ioannis, Euãgelista de vno Andrea testatur, dicens: Erat autẽ Andreas, frater Simonis Petri, vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum, ijs verò Andreas fratrem suum Simonem Petrum, magno pietatis affectu, ad IESVM vocauit, quod laude dignissimum est. Tum, q̃ ipse primus ex omnibus Christi discipulis, Christi fidem sequutus est. Tum etiã, quòd primus Christi prędicator effectus, Simonem Petrum totiùs Ecclesiæ caput, & fundamentum post Christum ad ipsius Christi fidem, & cognitionem adduxerit. Secũda vocatio est, quam Luc. cap. 5. describit, vbi Christus propter turbas ad prædicationem eius irruentes, ascendit in Petri nauem ad prædicandũ: prædicatione iam expleta iussit rete laxare in capturam piscium, videsq; autem Petrus, tantam piscium multitudinem captam, & virtute humana fieri hoc minimè potuisse, diuinam in Christo virtutem fatetur, ad genua ipsius procidens, & dicens: Exi à me Domine, cui Christus pollicetur id quod posteà præstaturus erat, dicens: Noli timere, ex hoc enim homines eris capiens. Hinc factum est, vt magna cum reuerentia Christi familiaritatẽ contraxerint, non

Mar. 1. Luc. 5.

Augustin. de consen. Euangel. c. 17. Chrysost. hic. Theophy. & Euthym. hic.

D. August. Lyran. hic.

A Triplex Petri, & Andreæ vocatio fuit.

Prima fuit à Christi baptismo, vt testatur Ioannes cap. 1.

Andreas, Petrum suũ fratrem ad Christi cognitionem adduxit.

C

Secunda vocatio, qua Christus ascendit nauem Petri, de qua Luc. 5.

Luc. 5.

D

Tertia vocatio fuit ad perfectam eius rerũ renuntiationẽ, & sequelam Christi, de qua hic D. Matthæus tractat.

A non tamen à Domino fuerunt, tunc ad discipulatum vocati, sed tantum prædictũ fuit Petro, quòd esset vocãdus. Tertia verò vocatio hæc est, quam D. Matthæus hîc ponit, vbi ad mare Galilææ piscaturę officium exercẽtes, vocauit hos duos fratres ad se Dominus potenti sua virtute, qui statim relictis retibus, sequuti sunt Dominum. Non enim præcipites Christum sequuti sunt, sed bis iam vocati, ad tertiã hanc vocationem efficacem, ne quis suspicaretur præcipiti eos cõsilio venisse, statim paruerunt. Hæc de vocatione horũ fratrum dicta sufficiant. De modo, quem Dominus seruauit, dum eos ad se vocare decreuisset, de verbis, quibus eos hortabatur, deq; promissis quibus eorum animos alliciebat, iam videamus.

Ambulans Iesus, &c. Ambulabat solus, quia nullum adhuc sibi sociũ, aut discipulum secum adferebat, imò paucos vocarat, quia solum Andream, & non ad perfectam sequellam, ad quam nunc vocare decreuerat, habuit: solus, & cogitabundus, meditabatur humani generis remediũ, quod adhibere parabat, ad grauissimam hanc rem, discipulos tanquam milites conscribendos eligebat, qui vnà cum illo sacri Euangelij prædicatione vniuersum orbẽ inuaderent, ad alligandos Reges in compedibus, & nobiles in manicis ferreis, nempè, vt omnes fidei vinculis astricti, Christo sua nomina darent. Hîc Isaiæ prophetiã impletã esse videmus (teste Ruperto.) Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, sicut in die Madiam. Vide eundem Rupertum in hunc locum. 18 *Mare Galilææ.* Hebræis mos est, omnem aquarum abundantiam in vnum locum cõgregatam mare vocare, licet lacus sit. Hic lacus variis fortitur in sacris literis nomina, secundum regiones, quibus adiacet: ideò enim quòd in regionem Galilææ ex parte cadat, mare Galilææ vocatur, ob eam ciuitatem insignẽ, quæ in eius ripa sita est. Mare quoq; Tiberiadis dicitur, ob ciuitatem Tiberiadis adiacentem. Proprio verò vocabulo dicitur Cinnereth, ac corrupto nomine lingua Syriaca, vocatur Genesareth. Vide Iosephũ lib. 3. de Bello Iudai. cap. 13. qui de hoc lacu multa scripsit. Licet multi alij scriptores aliter hunc lacũ, seu mare describant, & mensurentur. Sed ego Iosepho oculato testi, credendum potiùs arbitror: cui in latitudine assentiunt Ægesippus, Beda, Plinius, nisi quòd Plinius quingentos passus addidit. In longitudine verò assentitur ei Aranda, licet latitudinem octo milliariorum esse censeat. Hoc mare amenis oppidis circunscriptum erat (vt ait Plinius) habebat enim in Orientali litore Corozaim, quæ Iulias dictaest, & terrã Gerasenorum in Occidentali verò Capharnaum in superiori parte, deinde Bethsaidam, patriam Petri, & Andreæ, quam cum vicus esset, Tetrarcha Philippus vrbem fecit, & incolis, atq; opibus auxit: & in honorem Iuliæ filiæ Tiberij Cæsaris, Iulia dem vocauit, vt ait Iosephus.) Habet etiam ditus illud Occidẽtale Tiberiadem, & Taricheas nobiles ciuitates. Ex quo intelligimus, quomodo ambulans iuxta mare Galilęę, viderit Dominus Petrũ, & Andream, qui scilicet in patrio litore piscabantur.

Vidit duos fratres. Animo perpendere oportet nouum nascentis Ecclesiæ exordium. Vniuersi orbis restaurationẽ aggressurus Dominus, contra sæuissimum tyrannum cædentem populũ, in indignatione plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, & persequentem crudeliter, contra truculẽtum hostem, qui conturba-

Ioseph. lib. 3. de Bello Iudai. cap. 18.

Ægesippus. Beda. Plinius.

Aranda in libello descriptione Terræ sanctæ.

Maris Galilææ descriptio, lõgitudo, & latitudo.

Ioseph. li. 18 Antiq. c. 3.

Isai. 14.

Ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, &c. Contra principes itaq; huius mundi, rectores tenebrarum harum, bellum cõmisurus, non potẽtissimos, & strenuos arte bellica instructos milites, sed debiles, in ermes, pauperes, & omni scientia ignaros eligere decreuit, tum, vt diuinæ legis excellentiam, ac Euangelicæ prædicationis gratiam, magis ac magis illustraret, potentiamq; Diuinam ostenderet,
B qua miraculum hoc præclarum præ cunctis miraculis commendandum Deus fecit, nempè, vt duodecim homines natura ac ingenio vilissimi, vniuersorum Philosophorum gimnasia, accutissimaq; eorum argumẽta superarent, ac vniuersum mundũ Euangelij prædicatione ad Christi fidem subijcerent. Videte enim (ait Paulus) vocationem vestrã fratres, quia non multi sapientes secun
1.Cor.1. dum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta
C sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & cõtemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Si enim Deus nobiles, atq; potentia insignes, sibi Apostolos elegisset potentiæ humanæ os
Deus quare non insignes & nobiles sibi Apostolos elegit aut diuites. obloquentium, tantum tamq; arduum negotium ascribere facilè potuisset. Si diuitijs affluentes sibi aggregasset socios, quis non dicere au
D sus fuisset, non paucos cupidine diuitiarum, ad laboriosam Euangelij vitã confluxisse? Si sapientissimos Philosophos omni scientiarum genere peritissimos, ad Apostolatus munus vocasset, qui sua doctrina, suisq; accutissimis rationibus, ac irrefragabilibus argumẽtis totum orbẽ ad Euangelicã veritatẽ adduxissent, quis non facilè videret, humanæ sapientiæ opus, mundi conuersionem fuisse. Cedat totius mundi A
potentia, rusticanæ humilitati, cedat diuitiarum iactantia pauperrati Euangelicæ, concedat inflata Philosophorum sapientia Apostolicæ ignorãtiæ lauream. Hos sanè eligere Dominus decreuit, ne quis mor- Hieron. in
talium, vel tantillum gloriæ, sibi in re tanta ascribere possit. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Hinc est, quòd B
1.Cor.1. Paulus etiam, hoc miraculum altramente perpendens, ait: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mũdi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus, per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, Iudi. 15.
saluos facere credentes. En alter Sãson, nempè fortissimus Christus, qui mandibula asini Philistæos prostratos, ac interfectos dedit, quãdo per C
Iudi. 7. Apostolorum rusticam ignorantiã, vniuersum orbem deuicit. Sicut panis ille ordeaceus, haud triticeus Madianitarum castra destruxit, sic Deus quare Philosophos abiecit.
non Philosophorũ arguta eloquentia, sed rudis Apostolorum ignorantia, omnes totius mundi errores dissipauit. En vasa illa terracea, vacua quidem, sed Spiritus sancti igne plena, quibus inimicorum castra subuertuntur. Hæc itaq; primaria fuit Ibi.
ratio, quare Deus voluit per imeruditos mundum ad fidem conuertere, nempè, vt omnis gloria humana sileret, omnisq; gloria Diuina locũ D
occuparet. Voluit præterea Dominus rudes, & crasos ingenio vocare, quò maximè ostenderet, quantũ sibi placeret humilitas, humiles sanè instructi, ac parati sanè sunt ad omnem cœlestem disciplinam capessendam, omnemq; gratiam amplexandã, tales enim Dominus magno quærit Humilitas maxime placet.

A quærit pietatis affectu. Super quem (inquit) requiescam, nisi super humilem, & quietum, & tremẽtem sermones meos? Quod si pauperes Isai.66.a.2.
sunt, diuitias sibi maximas comparauerunt, nam facti sunt diuites in fide, & hæredes regni, secretorum q; cælestium magistri constituti. Quẽ Isai.18.
docebit scientiam? (rogat Isai.) aut quem intelligere facier auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Hos sanè pauperes, & humiles
D. Hieron. in Ezechielem lib. 7. B elegit, instituit, & idoneos q; noui Testamẽti ministros fecit. D. Hierony. in Ezechielem lib. 7. ostendit ipsius Ezechielis visionem, quam cap. 47. ponit, mysterium hoc explicare. Sic enim post visionem aquarum, è templo manantium (in quibus Baptismi gratia ostenditur) ait:
Ezech. 47. b. 10. Stabũt super illa piscatores, ab Engaddi vsquè ad Engallim, siccatio laginarum erit, pluriformæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimiæ. Quæ
C sanè prophetia de Euangelicis piscatoribus intelligẽda venit. Ij enim sagenas, seu retia sua siccabũt, ideſt ad Euangelij piscationem se se paratissimos reddent, qui sic fœliciter piscationis officium exercebunt, vt Deus absq; vllo personarum respectu homines varios, tanquam pisces maris magni, in maxima multitudine, iactra eorum rete, vi, & gratiæ suæ potentia concluſurus est. Erant
D præterea ij duo fratres, Petrus, & Andreas, fraterna inter se se dilectione connexi, nõ ociosi, sed mutuo studio operi honesto, cui erant intenti, se iuuantes: erant enim piscatores, nec alteri officio (proprio relicto) se miscentes, sed circa piscationem occupati: quæ omnia non parum conducunt, vt Christus ipsos aspiceredignaretur, & præcunctis eligeret. Deus enim in ipsis, fraternam charitatem, & nexum dilectionis, quem ij qui ad vnionem habendã cum Christo in Ecclesia vocati sunt, magno studio seruare tenentur, ostendit: omnes quidem qui A
ad Ecclesiæ vnitatem habendam, & ampliandã vocati per gratiam Christi lumus, fraterno nos nexu amoris colligari semper oportet. Omnes nos (ait Paulus) fratres sumus Rom.12.b.5.
in Christo Iesv, alter alterius membra. *Mittentes rete in mare, &c. Amphibliſtrion*, certũ retis genus esse cõstat, quemadmodum, & sagena, nõ quod Latini verriculum appellant, sed sic dictum quod in flumine, seu mare iactum complectatur magnũ B
aquarum spacium. Quem nos Hispani, *Esparuer*, appellamus. Galli quoq; eo fermè nomine dicunt, *Vn espreuier*. Rete autem Græcis, *Diction* est. *Erant enim piscatores*. Vt ostenderet ex quam vili officio ad supremã Apostolatus dignitatẽ eos vocarat Deus, id quod in magnam admirationẽ mortales rapere poterat. Hæc enim mirũ Gentilibus fuit (vt Theodor. testatur in lib. de Græcorum affectioni. Ser. de legibus.) quòd peccatores Christus assumpserit; per C
quos vniuersum orbem sibi vendicaret. 2. Cor. 4. Ita sublimitas hæc fuit, non hominũ, sed virturis Dei. Ideò (vt scribit D. August. tract. 7. super Ioann.) idiotas elegit vt mundũ confunderet idiotismo, & cælestẽ sapientiã in terra collocaret. Nõ purpurã, sed pauperes, non diuites, sed inopes, non rethores, sed ignorãtes. Non in his apparatibus agnoscitur Spiritus Dei, sed vt olim Eliæ D
ostensum est, in placido illo sibilo auræ tenuis, in humilitate, & simplicitate. Hinc est, quòd Prosper Aquitanus, part. 3. de promiſ. & prædict. c. 12. & Isidor. lib. de Resu. c. 55. ostẽdunt summopere oportere piscatores tales eligere: vt Hierem. Varicinũ cap. 16. impleretur: Mittam (inquit) ad vos piscatores, & venatores, & venabuntur eos. Quitantam

Theodor. in lib. de Græcorum affectioni, Ser. de legibus.

2.Cor.4.

D. Augustin. tractat. 7. super Ioann.

Idiotas quare Christus elegerit.

Prosper Aquitan. par. 3. de promiſ. & prædict. cap. 12. Isidor. lib. de Resu. c. 55. Hierem. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ac talem in vniuerso orbe aduersus Satanam victoriam reportarũt, qui erant? *Erant enim piscatores*, Actor. 4. habemus, quòd videntes Petri, & Ioannis constantiã, comperto quòd homines essent sine literis, & idiotę admirabantur, & cognoscebãt eos, quòd cũ Iesv fuerant. Notat etiam D. Matthæus officium eorum, quo erant maximè intenti, vt sciamus Deum summè affectũ esse erga eos, qui in suis muneribus, ac functionibus occupãtur, ipsisq; auxilium, ac B fauorem præstare solitum esse. Zacharias Baptistæ patẽs, incensum offerebat, pro officij sui ratione, & dũ munere, ac officio fungeretur proprio, Deus Angelum ad eum misit, qui faustum, ac fœlicem Præcursoris ortum præuntiaret. Piscabãtur ex officio Petrus, & Andreas, ipsis adfuit Dominus, & ad summã Apostolatus dignitatem eos promouit, & dignos fecit. Videant (obsecro) ij & sibi doleant, qui curam, & diligẽtiam, quam ex officio proprio præstare tenentur, omittunt, & otio vacantes, ministris grauissima sua mania cõmittuntur. Quã indigni meritò à cunctis habendi sunt eiusmodi homines, vt ad maiora promoueantur: adeò ij persimiles mihi videtur Ozeæ, cui ex officio arcã Testamenti in humeris proprijs gestare incũbebat, eam tamen vacis gestandam non impunè cõmisit. Propter quod iratus est Dominus cõtra Ozam in- D dignatione magna, qui percussus coram arca interijt. Vereor ne quoq; ipsos similis punitio expecter, quib' peccati similitudo pares fecit. Est prætereà notandum, hos Apostolos ex infimis, & humilimis curis, quibus occupati tenebãtur, ad Apostolicæ dignitatis fastigiũ, quo nullum in Ecclesia maius esse potest, nullis præcedentibus meritis, sed sola Dei gratia vocatos fuisse, quò magis ac magis Dei potentiam pariter, atq; liberalitatis excellentiam homines A fateri cogantur. Antiquissimus Diuinæ liberalitatis mos est, vt homines ex infima mũdi fœce, ad præclarissima quequæ officia promoueat, & extollat. Testis est Moses, qui cũ in pascendis ouibus soceri sui totus esset, & de pingui pabulo, quo gregem pasceret plusquam de regno solicitus, Dominus ad summũ dignitatis fastigiũ eũ euehere disposuit, sicq; ducem populi, legislatorem suum, Deumq; Pharaonis constituit. Testis quoq; nobis esse potest B Saul, qui licet tenuis fortunę homo, & ex minima tribu Israelis originẽ traxisset, eo tẽpore quo asinas patris solicitus quærebat, & nihil minus quã de regno cogitabat, en Deus ipse in Regem populi sui eum inungere præcepit. Testis itaq; fidelissimus (vt cætera exempla omissa faciam) Dauid nobis esse constat, qui dum minimus esset inter fratres ac omnium abiectissimus, & in paculis ouibus pascendis occupatus, C ad Israëlitici regni, & prophetici muneris dignitatem à Deo fuit vocatus. Hoc ipsum sanctissimis Apostolis contingit, qui dum retia in mari iaciunt, & piscationi intentissimi sunt, nihil minus quàm de officio, & dignitate Apostolatus hactenus mũdo incognito cogitantibus, tũc Deus ipse potenti sua virtute, ac summa liberalitate vtens, eos ad supremã Apostolatus dignitatẽ, nẽpè, vt mundi præclarissima lumina, D Doctores totius orbis, & Ecclesiæ firmissimæ colũnæ essent, vocauit.

19 *Venite post me faciam vos, &c.* Erãt enim rerum diuinarũ planè rudes, nec poterãt dignitatẽ, & excellẽtiã officij, ad quod vocabantur, intelligere, nec minus qua arte, aut scientia, tàm præclarum munus esse exercẽdũ, mente concipere: ideò voluit Deus, sub ænigmate officij terreni, in quo satis versati erãt, dignitatẽ, & artem

Quem grauiter puniatur qui ab officio proprio desistunt.

Deus ex minimis ad officia sublimia vocat.

A & artẽ piscaturę cælestis explicare, dicẽs: *Venite post me, &c.* Ac si dixisset: Estote discipuli mei, & continui vitæ sectatores, nec paruum lucrum inde vos reportaturos expectetis. *Faciam vos fieri, &c.* Paucis his verbis multa complectitur Dominus. Ac si dicat: Offerte promptam vestram voluntatem, & ego omnia mea, Diuina mea voluntate, & liberalitate supplere paratus sum, ideſt, Ego vos instituendos suscipio taliterq; instructos reddã, vt ex vestra misera ruditate extractos, faciam B vt seruiatis mihi in piscandis hominibus nouis retibus Diuini sermonis, quas intra cordis vestri penetralia, Diuina arte parabo, vt prædicationis rete, per vastum huius mundi mare per vos iactum, non iam pisces simplices, & ratione carentes, sed homines potentia, sapiẽtia, atq; diuitiarum iactantia gloriantes, intra rete vestrum comprehendatis. Hinc videre licet, quanta Deus humili hac similitudine, licet ex subiecta materia, & officio sumpta, significare voluit, nempè sitim, qua æstuabat erga hominum salutem, quò citiùs à potestate Dęmonis liberatos, in suam potestatem reduceret, & in libertatem Euãgelicam vindicaret. Id quod ostendit, socios, ministros, & coadiutores sibi tanto studio cõquirendo. Ostendit prætereà Apostolatui dignitatem supremam in terris esse, postquam ipsos noui Testamenti idoneos ministros fecit. Declarauit tandem conuersionem gentium implanq; & vberem futuram, id quod tosum sub piscaturæ parabola indicare voluit Dominus, dicens: *Venite post me faciam vos, &c.* Non abs re erit hic considerare, id quod D. Paulus Burgensis grauissimè in 17. c. Geneseos, scribit: Circa verba illa à Domino Deo Abrahamo dicta, dum velet circuncisionis Sacramentum instituere, fuit enim

Apostolatus dignitas suprema.

Conuersionem gentium amplam in piscatura piscatus ostendit.

Quam nobis Apostoli imitandi sint.

Diuinæ res ratione in. 17. cap. Genes.

Ambula coram me, & esto perfectus, ibi præcipit Dominus coram ipso ambulare, hîc verò in noua lege Apostolos post se venire iubet. *Venite* (inquit) *post me.* Magna certè differentia est corã ambulare, vel retrò sequi præcedentẽ. Nam ille, qui coram alio ambulat, non semper eũ videt, sed potiùs ille, qui sequitur hominem sequentem cõmuniter videt, saltim posteriora ejus quę sequitur. Vnde facilè intelliges, id quod Dñs dixit Moſi postulanti: Ostende mihi faciẽ tuam. Posteriora (inquit) B mea videbis, faciem meam vĩdere non poteris, &c. pollicetur se ostensurum, tempore legis gratiæ sequentibus se posteriora, nẽpè opera eius Diuinitatis fidelissima testimonia: faciem verò, hoc est, Diuinitatẽ tẽpore præmij in gloria. Sed iam videamus quid sit Ambulare coram Deo, & Ambulare post Deum, & Christum eius. Pro qua re (inquit Burgen.) attendendum est, quòd de iustis, seu perfectis, qui fuerunt ante aduentum Christi, sæpè dicitur in Scriptura quòd ambulant coram Deo, vt in hoc loco, & in. 4. Regum 22. a. vbi Ezechias dixit: Memento, obsecro, quomodo ambulauerim corã te. Similiter de eodem Isaj. 38. cap. a. & sic in quibusdam alijs. De iustis autem, qui fuerunt post aduẽtum Christi, non dicit, Quod ambulauerunt coram Deo, sed Potiùs quod sequuntur Deũ. Ioan. 12. Qui mihi ministrat me sequatur, &c. Et Ioan. 8. Qui sequitur me, &c. Sic de D quam plurimis alijs, cuius ratio est, Nam secundum Doctores, exemplar perfectionis humanæ est ipse Christus, in cuius imitatione tota consistit humana perfectio: & ideò, quia primi iusti exemplar perfectionis, scilicet, Christum in hac vita existentem habebant post se, ideò perfectio eorum constabat in hoc, quod ambulauerunt coram Deo,

Ambulare corã Deo quid.

A *Genes. 17.*

4. Reg. 22. a

Isai. 38. a.

Ioan. 12.

Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ideſt, ambulauerunt per viam, per quam Chriſtus erat ambulaturus. Poſtremò verò iuſti, quia exemplar perfectionis, ſcilicet, Chriſtum habebant ante ſe ſeu coram ſe, perficiebantur in hoc, quòd Chriſtum ſe querẽtur. Vnde Matth. 19. ait Chriſtus: Si vis perfectus eſſe vade, &c. & veni ſequere me. Vnde in propoſito norandum eſt, quòd Deus daturus Abrahæ mandatum circunciſionis, in quo præcepto Abraham fuit primus cæteris fidelibus, conueniẽter dicitur ei: Ambula coram me, &c. Nam impletione huius præcepti Abraham fuit imitator perfectionis Chriſti, ſpecialiter in duobus. Primò, in placendo Deo per obedientiam, cui per præuaricationem Adam diſplicuerat. Secundò, in eo quòd obedientia ipſius Abrahę fuit quodammodo exemplaris ad eius poſteritatem. Vnde ſic de Chriſto dicitur: Quod ſicut per inobedientiam vnius, &c. ſic ſuo modo Abrahæ obedientiam ſequuti ſunt fideles. Et hæc poteſt eſſe ratio quare iuſti, qui ante aduentum Chriſti, ſeu eius paſsionẽ deceſſerunt, dicuntur eſſe in ſinu Abrahæ. Quanuis multi iuſti deceſſerunt antequam Abrahã fieret, vt Adam, Abel, & multi alij, & ideò in hoc loco propriè dicitur Abrahę: Ambula corã me, &c. Hoc eſt dicere: Ambula per viam obediẽtiæ, per quam ego ſum ambulaturus: & eſto perfectus, ſic quòd eam tradas poſteris tuis imitandam, eo D modo quo ego tradam viam meam poſteris meis imitandã cunctis. De hoc enim cõmendatur Abraham à Deo, vbi ſic dicitur: Scio enim, q̃ præceperus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini. Quæ quidem expoſitio, etiam cõcordat rationi naturali: Natura enim (ſecundum Boetium) initium ſumit à perfectis: & ideò, quia Deus diſpoſuerat, quòd Abrahã eſſet pater multarum gẽtium, & accepiſſet A ſignaculum fidei iuſtificantis, quem poſteà alij quàm plurimi ſequerentur: ideò eidem dicit hoc loco, eſto perfectus, quaſi diceret, accipiatur à te quodãmodo initium perfectionis modo prædicto. Et notandum, quòd de quibuſdam iuſtis, qui fuerunt ante Abrahã, legitur, quòd ambulauerunt cum Deo, vt legitur de Enoch, & de Noë, quod concordat prędictis: nam de iſtis nõ poteſt dici propriè, quòd ambulaſſent coram Deo, ſicut de Abrahã, cum non eis B conueniant ita expreſſe prædictę tationes, nec de eis poſſet dici, quòd fuiſſent ſequuti Deum, cum fuerint ante aduentum Chriſti: ſed benè eis conuenit ambulare cũ Deo, ſcilicet in via iuſtitiæ, & innocentiæ, quæ ſanctis conuenit communiter. Hæc omnia Burgenſ. Verùmenimverò poſtquam cæleſtis magiſter hac piſcandi metaphora vſus ſit, operę pretium erit paucis videre quid ſit mare, quid piſces, qui verſantur in eo, C quid rete, quo capiuntur, quid piſcatores qui eos capiunt. Mare mundũ ſignificare Dominus (Matthæ. 23.) oſtendit, vbi regnum cælorum ſimile eſſe dicit ſaginæ miſſę in mare, & ex omni genere piſcium congregãti. Mũdus enim ſic mare magnũ, & ſpacioſum eſt, in quo reptilia quorum non eſt numerus animalia puſilla cum magnis permixta ſunt, in quo mundani homines velut piſces D in mari circumvoluuntur, & deliciantur, vbi maiores, & potentiores minoribus inſectantur, & in prædã rapere non verẽtur. Mundi verò ſtatum mari, appoſitiſſimè comparati, vtriuſq; rei ſimilitudo ſatis declarat. Si enim mare amarũ eſt, ſi infidũ, ſi procelloſum, ſi inſtabile, & varium periculiſq; plenũ: quid quæſo in mundo eſt, quod non his ſexcentiſq; alijs calamitatibus obnoxium ſit. Nauigantibus enim nobis (ait Ambro-

Matth. 19.

Gen. 1. d. 4.

4. Sent. Hiſt. c. 1.

Rom. 2. d.

De Pœnit. diſtin. 1. c. Porrò.

Luc. 16. d.

Rom. 5. d.

Gen. 18. d.

Natura initium ſumit à perfectis.

Ambroſ. A Ambroſius) in hoc mare magnum valdè pertimeſcẽdum eſt, ne nauem noſtram, aut procella tẽpeſtatis arripiat, aut fluctus abſorbeat, aut in æternam prædam pirata crudelis abducat. Piſces verò qui in hoc mari verſantur homines ſunt, Abacuc Propheta teſtante, qui dum in perſona iuſtorum conqueritur, quòd mali iuſtos perſequantur, piſcium metaphoram appoſitiſsimè depingens, ait: Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem. Quemadmodum enim minores piſces in maiorum prædam cedunt, ita inops ac tenues homines, potentium iniuria patere Eccleſiaſticus docet, his verbis: Venatio leonis onager in deſerto, ſic, & paſcua diuitum ſunt pauperes. At verò Deus ſuo tempore vindictam ſumet eligendo bonos in vaſa ſua, malos autem foras mittendo. Rete autem, quo è mare iſto homines capiuntur, Euangelica eſt prædicatio, è ſacrorum voluminũ præceptis, ac Chriſti dictis factiſq;, & ex veteri, & nouo Teſtamento, ita ab Spiritu ſancto cõtexta, vt quam plurimos inuoluat, nec inuolutos quoquo pacto elabi ſinat. Quemadmodum enim rete in mare iactum varios piſces capere ſolet, ita, & Euangelium in mundum prædicatum, varios ex omnibus gentibus adducit Deo homines. Piſcatorum verò nomine verbi Dei miniſtros eſſe certiſsimum eſt, quorum officium eſt homines varijs vitiorum gurgoſtais merſos, ad Diuinæ lucis, rerumq; cæleſtium cognitionem, attollere. Hic conſiderare licet, quos hominum miriades (proh dolor) ſunt, qui piſcium more, in voragine vitiorum læti vitam degentes, nihil aliud quàm de ſuis voluptatibus cogitant, tanquam ſi ad lo-

Abac. c. 1. d. 14.

Ecclꝛ. 13. c. 23.

Matth. 23.

Euangelica prædicatio rete verè eſt.

Verbi Dei miniſtri Piſcatores appellantur.

Jas corporis delicias nati fuiſſent. A Quod ſi Euangelicus piſcator eos ex aquis vitiorum ad terram viuentium pertrahere nitatur, & Deo piſcaturam facit, ſtatim in piſcium naturam conuerſi, qui extra aquas ſtatim vitam amittunt: ſic videbis eos adeò mortificatos, & relicta vitiorum aqua, vbi placidè natare ſolebant, exanimes, vt penè mortuos illos iudices, id quod nonnullis ante actę vitæ tędio, nonnullis verò eximia peccandi conſuetudine, à qua iam extracti, quaſi extra ſe ſe exiſtimant euenire, certiſſimum eſt. B Adeò enim in vitijs, & peccatis callos obduxerunt, vt iam vitium cum in naturam conuertiſſent, eniorrui videtur. Si Æthiops poterit mutare pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam, ita & vos poteſtis benefacere cum didiceritis malè. Ad hos igitur Euangelicus piſcator deſtinatur à Deo, vtinon tam humana quam Diuina virtute fultus, Euangeſicum rete iaceat, quo animas in profundum malorum nãtantes, C & ad ſuperas cæli regiones educẽs, munus ſuum, ad quod à Deo eligitur, fœlicitee exerceat. Iã diximus, quòd hos piſcatores pollicitus fuerat Dominus populo ſuo mittere, dum per Hieremiam cap. 16. dixit: Ecce ego mittam piſcatores multos (dicit Dominus) & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. D Quod à Prophęta quondam vaticinatum fuerat, tãquam vnicum, ac ſingulare mundi remedium, iam Dominus hos vocando in Apoſtolos ad prædicationem Euangelij, hac in re exequutus eſt: vt videas hanc vocationem à Prophetis præuiſſam, & propriis coloribus effigiatam. Det Deus verbum Euangelizantibus virtute multa.

Hierem. 23. d. 23.

Hie. 6. c. 16

Pſal. 67. b. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

A 20 *At illi continuò relictis retibus sequuti sunt eum.* Vide obsecro Diuini verbi potentiam. Adeò est viuus, & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, vt statim corda etiam à Deo auersa, admirabili, atquè inefabili quadam virtute, ad Deum conuertat. Postquam hos duos fratres oculis misericordiæ aspexit, ita eos sua visione disposuit, vt dulcissima, ac efficacissima visionis sagitta duorum corda vno actu penetrarit, ita, vt tangeret ac vulneraret carnem, ossa, medullam, sanguinem, animam, spiritum, cor, & omnia tandem præcordia, quò facilius ad Dei amorem, ad fidem Christi, ad obedientiam mandatorum, ad ipsum Christum sequendum, atquè ad contemnendum vniuersa propter ipsum, mirabili quadam facilitate, ac dulcedine promptos, & expeditos faceret. Ita tandem eos Christus vidit, vt Diuino ipsius visu, eorum mentes, quò facilius in ipsum crederent, mira claritate illustrarit, & voluntates igne suo ita inflammauit, vt nihil præter ipsum intimo amore prosequerentur: animos deniq; ita perfectos reddidit, vt ad ipsum mox sequendum promptos faceret. Hinc est, quòd Iob dicit: In oculis eius quasi homo capiet eum. Tantus enim splendor (vt D. Hieronymus ait) ex occulta Christi Diuinitate, in eius vultu ellucebat, vt facilè vel ipso aspectu ad se homines trahere posset. Verùmenimverò tantus ac talis respectus, quē isti duo fratres erga Christum gerebant, fuit, vt licet ex visione, ad ipsum sequendum, & perpetuo ministerio se ipsi addicēdum dispositi omninò essent, ex feruore tamen mentis, iam vel minimam occasionem ardentissimè expectabāt, qua possent, & Christi mentem rudes planè percipere, & voluntatem fortiter exequi: sic tandem rediti fuere, vt vbi Christi verbum audientes: *Venite post me, &c. Continuò relictis retibus sequuti sunt eum. Continuò.* Nescit (inquit Ambrosius) tarda mollimina Spiritus sancti gratia. De sanctis illis animalibus, ait Ezechiel: Vbi erat impetus spiritus, illùc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent, & quò faciliùs ministerium, iam sibi iniunctū exequerentur. *Relictis omnibus sequuti sunt eum.* Nudos quippè, & ab omni terrenarum rerum amore expeditos vult Dominus eos, quos ad Euangelicæ piscationis munus elegit. Est enim (vt Chrysostomus air) virtutibus cunctis cognata paupertas. Athleta ad luctam nudus accedit: confligit etiam cum fluctibus nauta nudus: miles in acie non nisi expeditus astat. Sic igitur duo isti fratres ad vnam Domini vocem omnia protinus reliquerunt. Sed quid mirùm si conditoris visus pariter, atquè vox post se homines trahat, qui eam vim magneti contulit, vt graue, & ponderosum ferrum post se in sublime tollat, & in aëre suspēsum teneat. Hinc discamus omnes, quanta celeritate ad Diuina mandata exequenda præparare nos debeamus: nam continuò relictis retibus mandato paruerunt. Sic Noë promptè statim Deo obediuit in omnibus, quæ ei Deus, instante vniuersa eluuione terrarum, facienda præcepit. Et Abraham Dei præceptum sine mora, circa filij immolationem exequi voluit, quò suam erga Deū obedientiam ostenderet. De Noë scriptū est: In articulo diei illius ingressus est Noë. Pro quo Pagninus vertit: In ipsomet die. De Abraham autem. Abrahā de nocte consurgēs, &c. Grauissimū Dei præceptum sine vlla dilatione, animosè perficere voluit. Noctu Diuinū accepit mandatū, & summo mane, nec dum sole orto, ad exequutionē se accingens, filium

Ambros.

Ezechiel. 1. & 10.

Nudi & expediti ad Euangelij piscationē quærit Dominus.

Chrysost.

Genes. 7.

Genes. 22.

Pagninus.

Genes. 7.

Ebr. 4. c. 12

Iob. 40.

D. Hieron.

Quātus splēdor ex Christi facie ellucebat.

A filium vnicum, quem summo prosequebatur amore, ad sacrificandem ducit. Vides hîc quoq; promptum Apostolorum obsequiū, qui Christo eos vocanti parentes, continuò relictis retibus, sequuti sunt eum. Eodem planè modo Saulus in terra prostratus, quàmprimùm Dei verbum audiuit, illicò dixit: Domine, quid me vis facere? & nulla interposita mora opere Dei verba impleuit. Hos fortissimos athletas imitari tenemur. Nam sicut is, qui fundit æs ad conflandum vas, non debet opus differre, ne æs frigescat, & induretur, & ineptum fiat ad conflationem: sic qui in animo sancti Spiritus calore, Diuinam habet monitionem, ad honestum aliquid efficiēdum, non debet eam prorogare, sed confestim exequi, & conflare opus, ne ob gelidi animi dilationem amittatur. Ideò Ecclesiasticus dicebat: Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Israëlitæ in terram promissam tendentes, Pascha suum cōmedebant festinantes. Et nos, vt verbis vtar Pauli: Festinemus ingredi in illam requiem. Et acceptis Diuinis monitis, operemur cum gaudio festinanter, quicquid nobis in mādatis dederit Deus. Imitemur Deiparam Virginem, quæ à Spiritu sancto grauida, mox abijt in montana cum festinatione. Imitemur, & Pastores, qui Dei claritate circunfulsi, & Angelica monitione illustrati, venerunt festinantes, & inuenerūt Mariā, & Iosephū, & infantem positum in præsepio.

Act. 9.

Similitudo.

B

Eccles. 5.

Exod. 12.

Hebr. 4.

Luc. 1.

Luc. 2.

EXPOSITIO.

Lex noua veteri respondet in Apostolorum vocatione.

21 ET *procedens inde, &c.* Quā eleganter lex noua cum veteri respōdeat, in hac vocatione eorū, qui ad Euangelicā muneris gratiam eliguntur, hîc facilè videre licet. Nam quemadmodum olim Synagogæ Iudæorum, nō solus Moyses, sed & Aaron delecti simul sunt fratres, vt totius populi curam gererent: Ita quoquè Christus ad hāc totius Ecclesiæ gubernationem, nō solum Petrum, & Andræam fratres vocare dignatus fuit, sed cum plures habere decreuisset, ad vocationem eorum, qui ad arcē fidei obtinendam, & principi Christo conscribendi erant, processit, & duos iterum fratres germanos vocauit: vt in hac duplicata fraternitate nobis declararet, quantum à Synagoga, Ecclesia nostra in amore, & fraternitate distare debebat. Fuerat enim hoc Moysi à Ietro consiliū datum, vt eligeret ad tam amplā populi gubernationem, secum Tribunos, & Centuriones, atq; Iudices, qui auaritiam fugerent, quorum apud omnes optimum testimoniū esset. En hîc vides legislatorem nostrum Christum, non modo Petrū, & Andreā ad hoc munus elegisse, sed statim Iacobum, & Ioannem illis coniunxisse, quorū probitas non modo suis, sed potiùs Christo notissima fuit, tantaq; ab eo habita, vt vni, videlicet, Petro,

C

C

C

TEXTVS.

21 ET procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioānem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. 22. Illi autem statim relictis retibus, & patre sequuti sunt eum.

D

D

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ecclesiam sibi summè dilectam spõsam, alteri nempè Ioanni, matrem sibi charissimam cõmẽdaret. Quos vidit etiam tàm longè ab auaritiæ affectu ex corde esse, vt vniuersa propter eũ relinquere parati essent. In cuius rei testimoniũ Christi voce audita, retia, nauem, & patrem statim relinquere pro nihilo reputarunt.

Notat autem in primis, D. Matthæus Christi vocantis dispositionem, dicens: *Et procedens inde.* Non longam protraxit moram, sed prima iam duorum fratrum vocatione facta, statim ad secundam duorũ etiam fratrum ad Apostolatus munus obeundum, vocationem properat, qua in re multa quidẽ, eaq; grauissima consideranda veniunt. Primùm, quòd in Ecclesiæ structura facienda, quam fabricare mollitur Deus, quatuor firmissimas columnas Christus fundauit in ea, nẽpè, Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem. Quas certè colũnas Deus ab æterno præsciuit, & sua æterna

C præscientia vidit summè necessarias fore ad Ecclesiæ fabricam construẽdam, atq; ad tale ministerium Deus illos prædestinauit, quos, & filius eius vno, eodemq; tempore vocare dignatus fuit, vt hæc structura cresceret in tẽplum sanctum in Domino: in quo, & nos coædificamur in habitaculum Dei, & in Spiritu sancto. Et sic vt ante idem Paulus dicit,

Ephe.2.d.21 fateri oportet, quòd nos iam ædificati sumus supra fundamentũ Apo-

Ephes.2. D stolorum, & Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo IESV.

Deinde cõsiderare oportet ipsius Christi clementiã. Nos enim pius Dominus expectat, donec ad illum veniamus: hoc enim quomodo fieri posset, vt eum præueniamus, qui nos semper sua gratia præuenit in benedictionib⁹ dulcedinis? Quis

Deus sua vocatione nos præuenit.

Rom.11.d.35 prior dedit illi, & retribuet ei? D. Augusti. Benedictio (inquit) dulcedinis, est gratia Dei, qua fit in nobis, vt nos delecter, & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis. In qua si nos non præuenit Deus, non solum nõ perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profectò, nec minus perficere, nec etiam incipere. Quia, vt incipiamus dictum est: Misericordia eius præueniet me. Vt verò perficiamus dictũ est: Misericordia eius subsequetur me. Et idẽ D. Augustinus: Arbitrium voluntatis humanæ nequaquam destruimus, quando Dei gratiam, qua ipsum adiuuatur arbitrium, non superbia negamus ingrata, sed grata potiùs pietate prædicamus. Nostrum enim est velle, sed voluntas ipsa etiam mouetur, vt surgat: & sanatur, vt valeat: & dilatatur, vt capiat: & impletur, vt habeat. Hæc D. Augusti. Quis ergo saluus fieret, nisi Deus illum requireret, & præueniret? Ideò, vt in hos Apostolos vniuersam eruditet Ecclesiam, illos priùs quæsiuit. Ideò Euangelista ait: *Et procedens inde Iesus.* Quasi requirẽs eos, quos sibi ab æterno præelegerat.

A Augusti. lib. 3. contra duas Epist. Pelag. cap 9.

1. Cor. 3.

Phil. 2.

Augusti. To. 4. lib. de bono voluntatis, cap. 17.

B

C

Vidit alios duos fratres. Fratres ad se Christus vocat, vt nobis manifestũ perpetuò relinquat, Ecclesiam in amore fraternitatis stabilitã, & fundatam, in eo semper fraternitatis amore fore conseruandam. Nunquam enim ędificia in altum consurgere possunt, nec perpetuò stabilita manere, nisi lapides benè elaborati, & vniti ad inuicem vitumine colligentur. Omnes nos huius cælestis D. ędificij viuĩ lapides sumus, & fraternitatis regula adæquati, vitumine etiam amoris inuicem nos colligatos esse oportet, vt sic tãdem Ecclesiæ structura, magis ac magis crescat.

Ecclesia in amore fraternitatis fundata.

Reficientes retia sua. Primos duos fratres, nempè, Simonem Petrum, & An-

A & Andream rete mittentes in mare inuenit. Secundos verò fratres Iacobum, scilicet, & Ioannem retia reficientes vocauit. Omnes quidẽ hos fratres Christus inuenit, & in mare, & in suis nauiculis piscaturæ intentos, atq; solicitos, minimè occiosos, sed solicitudine non pigra operi vacantes honesto. Et licet literali sensu hoc Euangelista declarare intendat, nempè, partim abiectissima horum fratrum officia, qui in laceris retibus resiciendis erant intenti.

B Verùm hoc symbolo mysticè Spiritus sanctus statum præsentis, & futuræ Ecclesię exprimere, & quasi ad viuum delineare voluit. In exordio nascentis Ecclesiæ, primus status Apostolorum, atq; omniũ rectè credentium is fuit, vt rete Euangelicæ fidei integrum, sanum, & incorruptum, per vastum huius seculi mare summo studio indefesoq; labore, mittere non cessarent Apostoli, &

Status nascẽtis, & progressus Ecclesiæ fœlicissimus in his verbis adumbratur. C dum in hoc fœliciss imo statu Ecclesia durauit, quã multi huius maris pisces, intra fœliciss imum rete conclusi sunt! Quot millia Sanctorum, Martyrum, & Confessorum, atquè virginum, summa quiete, ac trãquillitate, intra rete Euangelij cadebant, nihil sibi dulcius amantes, quã intra nassam Ecclesię in obsequium Christi se tradere. At verò multorum malorum piscium imprabitate factum fuit, vt grauitate, & pondere heræsum, & grauissimorum peccatorum, rete quod antea sanũ, atq; integrum fuerat, ruptum, lacerum, atq; destructum penè fuerit. Siccine Deus, rete Euangelicæ fidei, Diuina arte contextum, filijq; Dei summo studio, ac labore piscatoribus quęsitis, ac inuentis, quibus post promissionem illis factam pol licendo: *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Diuinũ (inquam) hoc rete in illorum manibus traditum, ruptũ, ac lacerum manere, nõ ob piscato-

Hæretici rũ improbitate Euangelicum rete lacerati fuit. D

rum negligentia, sed piscium extrema nequitia patietur relinquere? Non certè, quin potiùs opus à Deo semel inceptum, stabit, & Euangelicæ doctrinæ retè per hæreticos, & malos Christianorum mores deprauatum, ruptum, & laceratum, reficiet, restituet, sanum, atq; integrum in sua perfectione reparabit. Hinc est, quòd Spiritus sanctus futura in Ecclesia, quasi digito commonstrare volens, proiectionẽ retis in mare Petro, vnà cum Andrea eius fratre tribuit, eò quòd Petrus primus ipse post Christum Euangelium an B nunciare cœperit. Ioanni verò cum Iacobo retium refectio, ac restauratio cõceditur. Nam Euionitarum, Cherintorum, & cæterorum hęreticorum crudeli malitia, cum Euangelicum rete disruptum Ioannes videret, post reditum ab exilio, quod in Pathmos perpessus fuerat: reficere volens, suum Euangelium scripsit, sic tandem Ioannes scripto à se Euangelio, labefactatam ab hæreticis Euangelicæ prædicationis sinceritatem, recuperauit, & Euangeli- C cum rete, Diuina gratia refecit.

22 *Illi autem statim relictis retibus, & patre, &c.* Hic est ille Diuini verbi gladius, viuus, & efficax omni gladio ancipiti penetrabilior, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, ac Spiritus, compagũ quoq; ac medularum, & discretor cogitationũ, & intentionum cordis. Quanta quamq; prodigiosa Christus ęterni Patris verbum (de cuius persona ad D literam Paulus hîc loquitur) sua vocatione in his fratribus effecerit, quis sermone exprimere valebit? Cõtinuò, audita Christi voce vnius cuiusq; cordis penetralia adeò concussa fuerunt, vt animæ ac Spiritus eorum, gladio amoris Christi percussi, nihil eorum, quæ ad ipsos maximè pertinere videbãtur, omninò curarent, sed sese toros Christo tra-

Petrus, & Andreas quare primi vocẽtur in mare proijciũt?

Irinæus lib. 3.

Quare Ioanni, & Iacobo rectum refectio tribuatur.

Hebr. 4. c. 12.

Verbi Dei efficatia magna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dare statim decreuerunt. Quando hæc mirabilis mutatio, dextera Christi circa ipsos fuit facta, quid cõtinuò intrà animi penetralia intraq; spiritum senserint, nec etiam ipsi perfectè explicare poterãt, opere tamen ostenderunt omnia relinquentes. Credibile est interiùs eos cum Paulo dixisse: Domine, quid nos vis facere? Et continuò discretor cogitationum, ac intentionum Deus, noua arte, nouoq; Diuino ingenio, nouos homines illos effecit, B hominumq; piscatores Diuina potentia ordinatos, & consecratos reliquit. Sic tandem omnia humana relinquentes, continuò ad cælestia properarunt. Hic est gladius verbi, de quo ipsemet Christus dixerat: Non veni pacem mittere, sed gladium: veni separare hominem à patre suo, &c. Et Matth. Omnis qui reliquerit patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut agros propter nomen meũ, C &c. Qui ad munus Apostolicum vocati sunt, quò rectè suo munere fungantur, seriò ac fideliter omnia terrena relinquere tenentur, & qui nõ renuntiauerit omnibus, quæ possidet (inquit Christus) non poterit meus esse discipulus. Elias quõdam prophetico munere Eliseum dotare volens, postquam illum diligenter quæsierat, offendit virum magna solicitudine arantem in duodecim iugis boum, & inter tot terræ cultoribus, Eliseus vnus erat, qui D terram suo scindebat aratro, nihil minus pensi habens, quàm quòd donum prophetiæ sibi posset obuenire. At verò Elias Diuina mandata secreto perferens corde, inter duodecim illos arantes, statim Eliseũ dignoscens, ad ipsum accedens, nullis vrens verborũ præambulis, proprio exutus pallio super eũ misit, suaq; veste Eliseum decorauit. Mirabile dictu, statim ac Eliæ pallio se vestitum, ac circundatum vidit, tanta irruit in Eliseũ turbatio, tamq; mirabilis mutatio in viro facta fuit, A vt internum Dei verbum, & vocatio intrà cordis penetralia facta, mentem, ac Spiritum, omneq; animæ medulas, adeò vehementer concusserit, vt bobus cum aratro relictis, sentiens iam in se se spiritũ propheticum à Deo cęlitùs sibi datum, habere, & Eliæ pallio, quasi prophetico habitu inuestitus, & in religione Prophetarũ aggregatus, statim post Eliam currens, sic ait: Osculer, oro, patrem meum, & matrem meã, & sic sequar te, cui Elias in re iusta, B iureq; naturæ debita, consentiens, facultatem concesit, dicens: Vade, & reuertere, quod enim meũ erat, feci tibi. Ac si manifestiùs dixisset: Pallio te indui meo, quo symbolo in numero Prophetarum te connumeratum ostendi, & ea quæ à Deo in mandatis acceperam, erga te exequutus sum, sic tandem feci quod in me erat. At verò Deus, qui te ad id muneris elegit, & vniuersis donis gratiæ illuminationeq; interna, te C illustratum, atq; ornatum sic effecit, vt nihil eorum, quæ ad perfectissimum Prophetam perficiendũ desiderari possunt, in te plenissimè nõ resplendeat, efficiet, vt patre ac matre relictis, & vltimum vale eis dicto, menomine ipsius Dei in Prophetica religione intentum, tanquã magistrum libenter sequaris. Abijt Eliseus nouo iam spiritu repletus, & currẽs ad patrem matremq; aloquutus, bona corũ habita venia, va- D leq; iam dicto, absquè mora reuersus, se ipsum, & omnia, quę habebat Deo litare decernens, mactatis paboum, quibus laborare solebat, & aratrum, quod antecà in vsu illi fuerat confringens, & igni tradẽs, boũ carnes cum illo coxit, cõuiuiumq; populo parauit, quo cunctus populus cum lætitia de status sui mutatione, congratularetur ei. Ijs omnibus

Acto. 9. d. 6.

Verbi Dei gladius, quã sit penetrabilis.

Matth. 10. d. 34.

Matth. 16. c. 29.

Luc. 14. g. 33

3. Reg. 19. d. 20.

Elisei electio ab Elia facta.

Elie pallio quasi habito propheticus Eliseus fuit indutus, & spiritu prophetico ditatus.

Eliseus patrem ac matrem reliquens vocationi suæ respondit.

Eliseus boues, aratrum, & alia cremat, & carnes coctas populo ponit.

A bus absolutus, & patre ac matre vnà cum omnibus, quæ anteà vsui illi fuerant relictis, continuò Eliam sequutus, ministrauit illi. En habes (candide Lector) in hac Elisæi vocatione ad viuum effigiatam horum fratrum electionem, atq; vocationem. Verùm Eliseus ad Propheticã dignitatẽ à Deo electus, & ab Elia vocatus fuit. Ij verò ambo fratres à Deo sũmo ab æterno electi, à Christo fuerunt ad longè maiorem dignitatem, nempè ad Apostolatum B quæsiti, inuenti, atq; vocati. Differũt enim vocationes istę in duobus. Primùm, quia Eliseus è terræ cultura, & laboribus eductus, ad prophetiæ dignitatẽ peruenit. Ij verò quatuor Apostoli è mari vocati, piscaturæ, & marinis laboribus, & anxietatibus, vnà cum retibus, cæteriśq; piscaturæ instrumentis, quibus victitare solebant, relictis, & tandem patre, & paterno iure dimisso, exitum adhuc suæ vocationis ignorantes, Christo pauperi tenuisq; fortunæ exteriùs apparenti, continò verbi Dei virtutem intrà viscerum penetralia sentientes, humilem obedientiam præstiterũt. En vides Eliã Diuina ordinatione per terrã quærere Vates, & Prophetam instituere Eliseum. Christus verò non minori, quam Elias zelo æstuans ad restaurationem orbis è mari Apostolos vocat, & mundi rectores instituit. Alterum, quod consideratione dignum est in duplici hac vocatione, nempè Eliæ Eliseum vocãtis, & D Christi Apostolos quatuor primos, è mari trahẽtis est. Quod licet Elias ad Propheticum munus Eliseũ vocarat, & sua cum veste cooperuerat, quarenus, & habitu, & professione se se Prophetam à Deo factũ agnosceret: Non tamen continuò sequutus est vocantem Eliam, sed priùs ad paternas ædes reuersus, patrem, matrẽq; conuenit, reiq; eventum èxplicuit, id quod Eliæ aliquã- A tulum displicuisse, ex verbis ipsius constat, dixit enim: Vade & reuertere, quod enim meum erat feci tibi. Deinde nõ modo patri ac matri, rem omnem dixisse constat, sed populum conuocauit, & illum conuiuio excepit, qua in re non paruã interposuit moram. At verò Christo hos fratres ad se vocante, & ipsi vocem virtutis illius audientes, inconsulto patre propè ipsos astante, nec vale ipsi imprecato. *Statim relictis retibus, & patre secuti sunt eum.* B Statim (inquit) quia aliud quidẽ est Deum hominem per hominem vocare, aliud per semetipsum. Quãdo enim per hominem vocat, moram sæpè trahere solet vocatus homo. Quæ mora laudabilis esse solet: nã sapienter cum consilio, & prudentia grauissima negotia aggrediamur oportet, iuxta illud vetus laudatumq; prouerbium: *Festinalentè*, quo Imperator Octauianus Augustus adeò delectari solebat (Aulo C Gællio, & Macrobio authoribus) vt non solum in cõmuni colloquio, sed in Epistolis eo etiam vteretur. Nam sculptũ in sigillo habebat papilionem, vnà cum cancro: per papilionẽ, vermiculum alatum, & velocem celeritatem: per cancrum verò, qui retrogrado, & tardo fertur, & moram, & cunctationem hieroglyphicè significabat. Titus quoq; Vespasianus eodem etiam prouerbio oblectabatur, qui in numismate sculptum habebat Delphinum D ancora inuolutum: qui per Delphinum velocitatem, per ancoram verò tarditatem intelligebat, cum hac sententia, *Festinalentè*. Est igitur festinandum, sed cum prudentia, & consilio, quòd si hæc duo infestinatione desint, error, & dolor festinatione sequentur. De huiusmodi temeraria festinatione intelligere possumus Isaiæ verba: Qui crediderit, non

In quo vocatio Eliæ qua Eliseum vocauit, à vocatione qua Christus Apostolos vocauit differat.

Eliseus à terre laboribus Apostoli verò à marinis vocati fuere.

Eliseus non statim illum sequutus, Apostoli verò statim Christo sequuntur.

Gellius in noctibus Atticis. Macrob. in Satur.

Octauianus sculptũ in sigillo habebat papilionẽ cũ cancro, & quid significaret.

Quæ prudentiæ festinandum.

Isai. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non festinet. Pro quo Septuaginta interpretes habent: Qui crediderit non confundetur. Et iuxta eorũ versionem citat hoc testimonium D. Paulus, atq; D. Petrus: Vbi vides temerè festinare, idem esse quod confundi: Per vocationem igitur per hominem factã, moram trahere licet. Verùm cum Dominus ipse vocatione sancta sua efficienter vocat nos, cuncta statim despicere debemus, & ad ipsum absq; vlla mora venire. Ideò meritò cum sponsa perpetuò ipsi Deo humiliter postulare debemus. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Parum erat certè lacerum rete relinquere, sed non erat parum amantissimũ patrem in mari, & in labore deserere, Petrus, & Andreas retia tantum reliquisse agnouimus, sed Iacobus, & Ioannes, non modo retia, verùm, & patrem sub cuius obedientia, tutella, ac protectione, vitam ducebant, libenti animo dimiserunt. Qua in re ex parte Dei C raram quandam energiam, & efficacitatem, quam sermo Christi, qui magis ac magis vberiores fructus adferebat, Spiritu sancto per eum, mira ratione corda audientium, ad obedientiã fidei permouente, ostendit, necnon simplicem ex parte horum discipulorum fidei obedientiã declarat, qui nihil cunctantes de authoritate, ac maiestate vocantis, nihil diffidentes de promisso: ũ adimpletione, quantumuis sublimi, nihil planè solliciti, qua ratione sustẽtari possint, sed se ie totos omnibus prætermissis prouidentiæ, & potestati vocantis comittentes, mox ipsum eos vocantem sequuti sunt. *Statim relictis rẽtibus, & patre sequuti sunt eum.* Non priùs de suarum rerũ dispositione cogitarunt, non de parentibus, non de supellectile ac re familiari, nõ de paruo aut magno, sed omnium detrimentum liberaliter fecerunt propter Christum, omnia tandem arbitrati sunt vt stercora vilissima, vt Christum lucrifacerẽt. At dices, quid obsecro pauperrimi piscatores dimittere poterant, qui vix aliud quam ruptum lacerumq; rete possidebãt? Huic quæstioni cũ D. Gregorius in homilia huius Euã C gelij elegãtissimè pariter, & sanctissimè respondet, supersedendũ censeo, ne pauca secundũ expositionis exigentiã dicẽs, Elegãtiora atq; vtiliora cũ detrimẽto lectoris omittã.

Romã. 9. & 10. 1. Pet. 2.

Festinare idẽ quod confundi.

Cant. 1. & 4.

Verbi Dei energia ad corda hominũ mouendũ.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

23 *ET circuibat, &c.* Ardẽs humanę salutis desyderium, ostẽdit ipse Dominꝰ post quam vniuersam Galilæã, mira studio proficiẽdi circuit, nec intermittit oppidula, & vicos, in ijs enim exiguis locis, maior profecto est necessitas doctrinæ, & eruditionis, quàm D in amplissimis ciuitatibus. Discant iam huius nostri seculi concionatores, vbi verbũ Dei disseminãdum sit, non (obsecro) tãm insatiabili siti Pharisæorum more, in opulentissimis ciuitatibus primas cathedras quærãt. Non (obsecro) tãto verborũ fastu, tantaq; doctrinæ arrogan-

23 ET circuibat Iesus totam Galilęã docẽs in synagogis eorum, & prædicans Euangeliũ regni: & sanans omnem languorum, & omnẽ infirmitatem in populo.

24. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes,

A arrogantia, verbũ Dei prodigãt, quod non certè in persuasibilibꝰ humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in ostensione spiritus tradere tenentur. Non regum curias, vbi magna cum contentione hinc inde cõcionatorum copia scatet, ambiant. Non homines qui conciones eructant ad nauseam vsquè, auditores sibi sollicitent, quibus non est finis audiendi, sicut nec initium operandi, semper audientes, & ad scientiam veritatis, nunquam peruenientes. Imitentur Christum, & Apostolos, quorum in terris vices gerunt, qui circuibãt vicos, & oppidula vbi fructum ferre possent opportunum. *Docens in* C *synagogis eorum.* Tria enim Christus opera, dum Galilęã circuiret, exercuit. Primùm, docuit. Secundùm, prædicauit Euangelium regni. Tertium, omnem languorem, & infirmitatem in populo sanauit. Normã exhibens concionatoribus, non modo ne de loco vbi eos concionari oporteat contendant: sed potiùs quam doctrinam populo tradere teneantur, & quas partes Euãgelicus ecclesiastes habere debeat, considerent, & opere exerceãt. Si enim primarię partes oratoris sunt, docere, D mouere, & delectare (Cicerone teste) quare non Euangelicus orator has partes seruare contendet, cum Christus ipse sua Diuina Rethorica eas tanto studio seruarit? Primũ docuit, tanquam verus magister, ac populo proposuit, quæ ab ipsis facienda omittenda vè essent. Docuit veram legis intelligentiam, hactenus, licet magna Scribarũ, & Pharisæorum cõtentione, minimè cog-

habentes, varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui Dæmonia habebant, & lunaticos, & paraliticos, & curauit eos. 25. Et sequutæ sunt eos turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

2. Cor. 2. & 4.

Tria Christo in Galilea fecit, nempè docere, prædicare, & sanare.

Quam normam seruare hortentur cõcionatores.

Cicero.

Rethorica habet quas Christus seruauit.

nitam. Docuit cæ- A
lestẽ illam doctrinam, quã nec Prophetæ sanctissimi, immò nec ipsi Angeli, tanta claritate intellexerant. Docuit, vt intelligerent promissionẽ factam à Deo per Isai. iam esse impletam: Oculi (inquit) tui videbunt Doctorem Isai. 30.
tuum, & aures tuæ audient verbum B
post tergum monentis, & dicentis: Hæc est via, &c. Docet ipse Deus ore suo, qua in re oportet, vt dignitatem suam homines, supra Angelos agnoscant. Angeli enim inferiores, à superioribus (teste D. Dionysio) illuminantur, superiores verò spirituum ordines ab ipso Deo immediatè instituuntur. At verò ipsemet Deus, qui supremum tantũ ordinem docet, nec dignatur inferiores immediatè docere, homines tanto honore afficit, vt ipsos miro charitatis amore per se ipsum, non per inferiores Angelos, vt ordo vtriusque Hierarchiæ, Angelicæ, videlicet, & humanæ seruaretur, docere, & instituere statuat. Docet itaq; Christus, idq; in synagogis, vbi notandum, quòd Euãgelista Græcum synagogę vocabulum retinet, sicut, & nos Ecclesiæ nomen seruamus, est autem Latinè conuentus, & cõcio populi. Synagoga locus erat pu- D
blicus quo Iudæi conueniebant, vt Sabbathis legerẽt legẽ, & Prophetas, & vt sermones de eorum interpretatione haberent. Erant autem synagogæ vbiq; quoniam templũ habere non poterãt extra Hierusalem. In his docuit Christus, non in angulis, aut clam in deserto, sed in illis locis, vbi discendi gratia populus conueniebat, vt plures lucrifaceret,

D. Dionys.

Christus ore proprio nos docens, dignitatem hominũ supra Angelos esse declarauit.

Synagoga locus publicus quo Iudæi cõueniebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ceret, & vt doctrinam suam minus
suspicioni obnoxiã redderet, vt so-
lẽt facere ij, qui malæ doctrinę sibi
conscij sunt, qui sæpè locum publi-
cum declinare solent. Hoc est, quod
Iodn. 18. testabatur Christus Pontifici, di-
cens: Ego semper docui in synago-
ga, & in templo quo omnes Iudæi
conueniunt, & in occulto loquutus
sum nihil. Hanc primã Rethoricæ
partem, nempè docendi, seruauit
Christus, docẽs in synagogis. *Et prædicans Euangelium regni.* Hæc est secũ-
B da pars Diuinæ Rethoricæ, quam
Christus seruauit, seruareq; Eccle-
siæ concionatores docuit, nẽpè mo-
uere, id quod prædicatione ardẽtis-
simâ Euangelicis veritatibus plena,
vnà cum ampliſsima illa regni cęle-
stis promissione fecit. Prius dixit
Differentia quæ inter docere, & prædicare est. Christum docuisse, iam dicit Chri-
stũ Euangelium regni prædicasse,
differunt enim docere, & prædica-
re. Doctoris officiũ est intellectus
audientium ita illustrare doctrina,
vt etiam ignorata percipiant, etiam
C si eos non vehementer ad opus inflã
met. Prædicatoris verò est, animos
audientium ita accẽdere, & inflam-
mare interiùs, vt etiam si eos nõ ve-
hementer erudiat, ad opus tamen
quãtumuis arduum exequendũ di-
Prædicatoris est affectum mouere, Doctoris autem est intellectũ illustrare. spositos reddat. Prædicatoris itaq;
est affectum mouere. Doctoris au-
tem est, intellectũ illustrare, vtrũq;
egregiè Christus præstabat, vtrũq;
pariter Euangelici concionatores
præstare tenentur: vnum enim sine
D altero, à vero Ecclesiaste præstari
minimè debet. Docere quidem, quę
virtutis sunt, aut quæ ad Scriptura-
rũ rectã intelligentiã pertinent, quę
absq; regni cælestis feruenti prædi-
catione, & ostensione inutilis sanè
Prædicare, et sine doctrina fabulam texere est. est; & inefficax ad salutem æternã
promerendam. Rursus verò, regnũ
cælorum prædicare, sine factæ do-
ctrinæ copia, velut fabulam texere
esse videtur. Nec fieri potest vllo
pacto, vt qui non in sana doctrina A
educatus exiſtit, is nec exequatur,
nec doceat quæ iustitiæ sunt, nec
regnum cælorum sibi consequatur.
Sicut etiam, nec quis constanti ani-
mo, debitè, atq; fructuosè, virtuti
insistere potest, nisi fide constanti,
spęq; firma, cælestium bonorum, in
officio veritatis, vitæ, & doctrinæ
contineatur. Euangelicis itaq; con
cionatorib⁹ thesis hæc vna sit opor-
tet, nempè illius regni cælestis enun
ciatio, videlicet, docere tenẽtur om
nes: quibus officijs Regnum prome
reri potest, quibus ve prauis operi-
bus, facilè tantum gloriæ pondus
amittere. *Euangelium regni.* Dicitur
Euangelium regni, ab effectu, quia
per illud Deus regnat in nobis, &
per ciusdẽ Euangelij promissiones
nos fide iam regnamus, cum spe reg
ni breuiter possidendi, parta victo-
ria per Cristum, Dęmonis, peccati,
mortis, & inferni. Aut est fausta an-
nunciatio, quòd in terris Deus in
suis regnare vèlit, per viuam Euan-
gelij fidem, & post hãc vitam, illos
C magnacum gloria transferre ad se C
in regnum æternum.

Et sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Tertium
opus, quod Christus gesit, ex quo
vniuersus populus maximã corpo-
ris, & animi lætitiam concepit, fuit
sanare omnem languorem, & omnẽ
infirmitatem in populo. Feruebat
tunc regio illa varijs, atq; grauissi-
mis, tàm corporis, quàm animæ in-
firmitatibus, Diuina sapientia sic
disponente, vt eo ipso tempore, quo
summus ęcælo medicus ad sanãdos D
homines venerat, populus eum, quẽ
recipere summo affectu tenebatur,
per beneficium tẽporale faciliùs ag
noſceret, suæq; salutis restauratorẽ, ob sequijs dignis veneraretur, &
coleret. Necnon vt insignem hunc
medicum, qui vtrumq; hominẽ sa-
num fecit in Sabbatho, Deum esse
fatererentur.

A fatererentur. Quantum (obsecro) gau
dium conciperẽ ciues, qui suam ci
uitatem, morbis, & infirmitatibus
scaturientem cernentes, hominem
sibi Diuinitùs datum aspicerẽt, qui
in momento omnem languorẽ mor
bum, & infirmitatẽ, ita expelleret,
vt vniuersam ciuitatem in salutem
vindicaret, & quasi in nouam resti-
tueret? Quòd si ex salute corporũ
parta, lętitiam non vulgarem cõce-
perunt ciues, quãtam (obsecro) ma
iorem haberent pij, & boni viri, qui
ex salute animorum concessa vide-
B rant ciuitatem, quondam dolis, fur B
tis, & rapinis, varijsq; sceleribus cõ
taminatam, iam in aliam faciem om
nino diuersam, mutatam, pro dolo,
pietatem, pro turpitudine, honestã-
tem, pro furtis, & rapinis, bonorum
largitionem cõmutasse? Ijs affecti
beneficijs à Deo, iustè populus po-
terat delectari, & magna lætitia per
fundi.

24 *Et Lunaticos.* Ob id lunatici dice
bantur, quòd furor non esset perpe
C tuus, sed certis recurreret interual- C
lis. Negat autẽ D. Hieronymus eos
vi syderis lunæ, malè affectos fuisse,
cum essent dæmoniaci, sed arte Dę
monum factum dicit, vt talibus in-
teruallis eos furor inuaderet, quo
Dei creaturam, & opificium Dei in
famarent. Idem sentit Chrysost. in
17. cap. Matth. Homil. 58. & Theo-
phy. & Euthy. in illo Matthæi cap.
Verùm Euangelista distinguit inter
D dæmoniaticos, & lunaticos, ita, vt D
diuersa mala esse intelligamus. Id
quod Erasmus notauit. At verò, q
lunatici Dæmones haberent, aper-
tè docet Euangelista Matthæus. 17.
De his multa tractat Abulẽs. q. 125.
Et paraliticos. Paralitici sunt ij, qui
membra ita dissoluta habent, vt sui
corporis partem aliquã mouere nõ
possint, sed sunt membra illa, quasi
à reliquis separata membris, quæ ar
bitrio mouentur. Varia enim, ac di-
uersa morborũ genera Euangelista A
describit, quò varia Dei erga nos
beneficia agnoscamus, & animo
grato, vt expedit, accipiamus. Nam
si gratiori animo quã fieri à nobis
consueuit, ea mente clara reuolui-
mus beneficia, duo nobis inde bona
haud dubiè proficiscẽtur. Vnũ q in
illa cogitatione ingratitudinis no-
tam fugientes, maiora etiam (nã hic
est incomprehensæ Diuinæ bonita-
tis mos) assequemur, alterum quòd
in amorem Dei vehementiùs inflam
mabimur. Item consideratione dig
nissimum est, quòd cum Deus sua B
erga nos pietate vtens, vtrumq; ho-
minẽ curare venisset, nẽpè corpus
malè affectum, & animã plane cor-
ruptam, hunc modum semper in me
dicãdo seruauit, ita, vt dum corpus
ab infirmitate sanat, animam quoq;
pariter in viram amissam restituit.
Qua in re nos docet, quanto studio
peccatũ fugere teneamur, quod, &
corpus, & animã in gehennã ignis
æterni pertrahat. Operatur quoq;
Deus mirácula illa, quę in curandis C
corporum morbis cõsistebant, quò
homines faciliùs agnoscerent, eum
iàm venisse, qui omnium hominum
peccata erat ablaturus: radix enim
omnium infirmitatũ, peccatum ple
rumq; esse solet, quod cũ intra ani-
mæ penetralia lateat, & ab eo planè
varias infirmitatũ species exterius
in corpore producit. Vnde non fa-
cilè quis de salute animæ iudicium
ferre potest, nisi per salutẽ externã D
reparatam videat. Veluti, qui iecur
malè affectum habet, cuius indiciũ
ex inflãmatione, quam in manus sen
tit, accipit, nec priùs intelligit iecur
restitutum in pristinum salutis sta-
tum, quã vt videat calorem, ac inflã-
mationẽ manuum omninò euanuis-
se, sic qui videt infirmitates iam om
nino curatas, facilè intelligit radicẽ
infirmitatum, nempè peccatũ cessas-
se. Hoc planè signum ad verę salutis
assertorem

Varia Dei erga nos beneficia, in variis morbũ curationibus agnoscere debemus.

Deus dũ corpus sanat, animam in vitam amissam restituit.

Peccatum vũ dix omniũ infirmitatum.

Similitudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai. 35. assertorem agnoscēdū, Vates Isaias dederat, dicens: Tunc apperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebūt, &c. Hoc ipsum nobis Euāgelista noster inferiùs ostēdit, dum ostenderet omnes malè affectos, ab ipso Christo curatos, ait: Vt adimpleretur, quod dictū est per Isaiam Prophetam dicentē: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vbi planè Euangelista ostendit, quòd id quod potissimum dictum est ab Isaia, de iāguoribus animi per Christū curandis, pariter dici potest de curatione corporalium morborū, nimirùm quòd horum curatio indicaret curationem spiritus, & animi ægroti. Dicens itaq; Euangelista Christū omnem lāguorem sanasse, simul etiam ostēdit, nullum esse peccatū, immò nullum esse malum, quod non curatum fuerit per ipsum. Ideò hæc volēs Euāgelista paucis verbis ostēdere, ait, *Et sanauit eos.* ¶ 25. *Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, &c.* Decapolis (vt D. Hieron. scribit) est regio decem vrbiū trans Iordanem, circa Hypam, Pelam, & Gadaram. Idem notat Beda hic, & Marc. 7. Inde dicta est Decapolis, huius meminit Marcus cap. 5. & 7. Sed Patriarcha Hierosolymitanus Iacobus in lib. de Terra sancta, quem citat, & sequitur Brocardus, ita ait: Regiones Decapoleos fines sunt maris Galilææ ab Oriente, & Sydon magna ab Occidente est latitudo eius. In longitudine verò incipit à ciuitate Tyberiadis, per litus maris Aquilonaris, vsq; in Damascū. Dicitur autem Decapolis è decē principalibus eius ciuitatibus, quorum nomina sunt hæc, Tyberiades, Sephet, Cedes, Nephthalim, Assor, Cæsarea Philippi, Capharnaū, Iouitera, Bethsaida, Corozaim, & Bethsan, quæ etiam Cyrepolis est appellata. Omnes istæ ciuitates ferè sunt contra Iordanem, & multū distant à terra, quā dicit Hiero. Quæ quidem sententia longè certior videtur quam Hieronym. quantā non obscurè cōfirmat D. Marcus in cap. 7. sui Euangelij, dicens: Exiens de finibus Tyri venit per Sydonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Non ergo erat trans Iordanem. Hanc sententiam sequitur Abulens. & Iansc. c. 25. & ad eam Plinius accedit lib. 5. cap. 18. sic inquiens: Iungitur ei Iudææ, latere Syriæ, Decapolitana regio à numero oppidorum, in quo non omnes cadē oppida obseruāt, plurimi in Damascū, & Opostthon, Philadelphiā, Raphanan, omnia in Arabiam recedētia, Scyropolim, Gadaram, Nipondiō, Pelan, Gelasan, Canatan. Itaq; includit Plinius vrbes, quas D. Hieron. nominauit, & sic vtrūq; defendi potest, licet D. Marci sentētia in eum pugnare videatur. Non tamen ibi omnes ciuitates esse dicat.

D. Hieron. in locis Hebræis.

Beda hic. Marc. 7.

Decapolis quid sit.

Iacobus Patriarcha Hierosoly.

Brocardus.

Finis Capituli Quarti.

CAPVT QVINTVM.

EXPOSITIO.

Luc. 6.

VIDENS Autem, &c. Nonnulli putāt hanc concionem diuersam esse ab ea, quam Lucas cap. 6. describit: Nam eam toto anno dicunt habitam fuisse, hanc verò semel in monte Thabor prædicatam, quodq; hac suos primum instruxerit discipulos, post modum autem populo eadē per partes inculcauerit. Item ex D. Luca constat, hunc sermonem habitum fuisse, non in monte, sed in loco campestri, idq; stādo: ex Matthæo verò constat, habitū in monte fuisse, idq; sedente Domino. Verumenimverò vnum eundēq; esse sermonem eodē tempore, & loco habitum nulli dubiū esse debet. Verùm cōtrariū latè facis Reuerendissimus D. Iansenius in sua cōcordia c. 39. probat. Verū nostram sententiam post Augustin. lib. 2. de consens. c. 19. tenent Abulens. q. 2. & Tacianus in Harmonia Euang. cap. 22. Quæstio hæc dubitatione non caret, quia nō pauci sunt, qui insistere nitantur, & affirmare audeant, vnam eandemq; concionem esse, quam Matthæus, & Lucas ponunt à Christo factam, in qua, licet, verba ex parte conuenire videātur, loci, & temporis differentia lōga est, vtrā sit vnus Christi docentis. Dicunt enim locum illum campestrem, de quo Lucas scribit, planitiem quandam in latere montis situ fuisse, sicq; in monte, & in loco campestri Christum prædicasse, dicunt, de quibus Matthæus montem, tanquam de loci principaliori parte, denominationem accipit, & montem vocat, & de planitie non curat, quia minima montis pars planities erat. Lucas verò tanquam de loco digniori, ob Christi doctrinā in ea datam, illam tantū planitiem nominat. Vertū sermonis proprietas nō patitur, vt pars montis locus campestris dicatur: nā cāpi omninò montibus opponuntur, vt saepè in Scriptura sacra, in qua summa rerū proprietas seruari solet, & longam planitiem à montibus separat, vt patet Psalm. 103. Ascendunt montes, & descendunt campi, locum quem fundasti eis. Item Matthæus dicit: *Ascendit in montem*, & ibi docebat. Lucas verò dicit: Descendens stetit IESVS in loco campestri. Ascendere, & Descendere cōtraria sunt, quæ eidem conuenire poterūt? Præterea

Iansenius concordiæ, cap. 19. Augusti. lib. 2. de consens. cap. 19. Tatianus in Harmonia Euang. c. 22.

Psal. 103.

TEXTVS.

1 VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius. 2. Et aperiēs os suum, docebat eos, dicens: 3. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnum cælorum. 4. Beati mites: quoniam ipsi possidebūt terram.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Matthæus dicit: Longissimum sermonem Christum super montē habuisse, idq; sedens, nam tria integra capita, quæ Matthæus narrat, nullo pacto stans, vt Lucas testatur, concionari potuisset, oportebat ergo tam longum sermonem sedendo facere. Quod verò dicunt Dominum in montem conscendisse, vt duodecim Apostolos ex turba discipulorum eligeret, quos ad prædicādum Euangelium per vniuersum orbem missurus erat, & inde antequam sermonem inciperet descendisse in locum campestrem, & ibi turbas docuisse, multò minus probabile esse videtur, quoniam D. Matthæo contradicit omninò, qui ait: *Videns Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, &c.* Quis credat eum de mōte descendisse, antequam cōcionem haberet? Ad hoc enim in montem conscendit, vt sua eos doctrina noua imbueret: & quæ (obsecro) planities in illo monte tā ampla esse potuit, vt innumeram penè hominum multitudinem capere posset, vt tranquillè Christi concionem audirēt? Deniq; sermo, qui est apud Lucam, ante electionem duodecim Apostolorum, qui ex turba discipulorum in Apostolatū segregati fuerunt, habitus fuit. Hanc autem electionem, longè post concionem in mōte factam, de qua hîc D. Matthæus tractat, D. Lucas factam fuisse testatur cap. 5. sic dicens: Factum est autem in illis diebus, exijt in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei, & cū dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit, & descendēs cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, &c. Hæc autem minimè cum Matthæi verbis conuenire possunt, qui ait: *Videns Iesus turbas, ascendit in montem.* Ascendit (inquam) secum eas ducēs eò, vt statim dicturi sumus: *Et cum sedisset, accesserūt ad eum discipuli eius.* Vbi (obsecro) essent turbæ, aut quomodo expectando manerēt, toto illo tempore quo ipse Dominus pernoctabat in oratione Dei. Atq; ex discipulis, quos eo tēpore habebat, duodecim eligebat, quos nomine, & re Apostolos nuncupauit. Deinde in locum campestrem, quo tandem venit cum illis, non concionatus vtiq; fuisset, nisi multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sydonis, &c. qui omnes magno desiderio verba vitæ audiendi confluebant, in loco illo campestri, Christum offendissent.

Ex quibus omnibus satis manifestè constat diuersas fuisse cōciones, qua in re sunt, Beda, Euthymius, Chrysostomus in imperfecto, & in hunc locum, & D. Thomas. 1.2.q. 69.art.2.ad vltim. Et quānuis idem sit initium, & finis huius concionis, in vtroq; Euangelista, nihil refert, vt inde argumentum sumant, ad affirmandum vnam tantum fuisse cōtionem. Solet enim Dominus multa repetere, quæ alibi dixerat, vt in Euangelijs posteà videbimus. Verū in hoc sermone multa consultò Lucas omissa fecit, quæ à Matthæo diffusè scripta videmus, quoniam D. Matthæus (teste Augustino) in hoc sermone proposuit omnia, quæ ad vitæ Christianæ perfectionem pertinere videbātur. Hinc factum fuisse putamus, vt cum Apostolis nouiter à Christo designatis, quam pluriméq turbæ deuenissent, opportunū D. Lucæ visum fuit, nonnulla ex dictis à Matthæo eo tempore repetere, qui cum integris tribus capitibus sermonem fecisset. D. Lucas dimidiato capite tam longum sermonem complectitur, cætera tanquam iam à D. Matthæo dicta, remittens.

Nec

A Nec ideò dicere volumus eandem fuisse cōcionem, sed sermo ille, qui est apud Lucā, non post multos dies factus fuit à Christo: vt ait Augustin. 2. de consen. c. 19. cuius hęc sunt verba: Non sanè istos duos sermones, quorum vnū Matthæus, alterū Lucas inseruit, longa temporis distantia separauit. *Videns Iesus turbas.* Cū cœpisset iam Dominus Euāgelium regni prædicare, morbosq; non animi solum, sed etiam corporum curare, atq; eius fama in totam Syriā abijsset, sequutæ sunt eū turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & trans Iordanem, quo facto sequitur Euangelista noster.

Cum vidisset turbas, seu *Videns Iesus turbas*: D. Augustin. 2. de consensu cap. 19. sic ait: Posse hoc videri, vt vidēs Iesvs turbas, & declinandi causa, eas ascenderit in montem. Quod tamen ille dixit, posse videri. Multi sine dubitatione hoc affirmant, vt Theophyl. & Leo Papa in serm. omnium Sanctorum. Hieronym. etiam ait: Dominus ad montana conscendit, vt turbas ad altiora secū trahat, sed turbæ ascendere non valent, &c. Cùm re vera ideò dicat: *Videns Iesus turbas*, vt manifestè Euangelista ostēdat, ea causa Dominum loqui cœpisse, quòd videret turbas, de quibus in vltimis verbis cap. præcedentis Euangelista dixerat, has turbas ex varijs conuenisse locis studio audiēdi verbum Dei. Quod subindicat Chrysostomus, & Euthym. & ita imperfectus inquit: Omnis artifex secundum professionē suam opportunitatem operis videns gaudet. Carpētarius enim si viderit arborem bonam, concupiscit eam præscindere ad opus artificij sui. Agricola si viderit terram pinguem, eam arare desyderat. Equus etiam de stabulo exiliens, si cāpos potentes viderit, frenum rapit, & ad cursum excitatur.

Sic etiam Dominus vidēs magnam populi congregationem, ad docendum excitatus est. Hoc etiam Abulens. q. 5. probat: Sed haec in re non est, quòd plures citemus auctores, cum ipsemet Euangelista apertè dicat: Turbas ascendisse, & sermonē Domini audiuisse. Sic enim ait cap. 7. Et factum est cum consumasset Iesvs verba hæc, admirabātur turbæ super doctrina eius, erat enim docens sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi. Ex quo videmus, quàm apertè Dominus Iansenius cap. 39. suæ cōcor. lapsus fuerit. Qui probare contendit Dominū quidem ascēdisse in montem, sed ibi non prædicasse, dūnec in campestrem locum descēdisset, quoniam in monte (inquit) non erāt, nisi Apostoli, vbi autem prædicauerat aderant turbæ, cum nihil apertius Matthæus dixerit, quàm eum in monte docuisse. Et Hilarius can. 4. ait: Congregatis igitur pluribus turbis, in montem cōscendit, & docet. Non considerauit Iansenius, se damnare multorum patrum labores in explicando, cur in monte Dominus docuerit: Qui omninò inanes esse videntur, si in monte hæc nō docuit, quæ dere nonnulla dictu fuisse sumus.

Ascendit in montem. Quis hîc mōs sit, non pauci dubitant. D. Hieronymus, sic ait: Nonnulli simpliciū patrum putant, eum Beatitudines, & cætera quæ sequuntur, in Olyueti monte docuisse, quod nequaquā ita est, ex precedentibus enim, & sequētibus in Galilæa monstratur locus, quem putamus esse, vel Thabor, vel quemliber alium excelsum mōtem. Deniq; postquā finisset sermones suos statim sequitur: Cum autē introisset Capharnaum, &c. Sententiam, quam hîc D. Hieron. reprehēdit, placuit Chromatio Episcopo, in expositione huius loci. Brocardus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in descriptione terræ sanctæ auctor est, hunc montem, de quo loquitur Euangelista distare ad iactũ lapidis à mare Galilææ, tribus autẽ leucis à castro Sepher, quod castrũ distat quindecim leucis ab Achone, qui portus est in mari mediterraneo, & initium Phenices. In quo etiam monte traditur sæpè Dominum orasse, & miraculum quinq; panum fecisse, ad cum etiam fugisse, ne rex crearetur. Ab hoc videri potest totum mare Galilææ, & Iturea, & Traconitis, vsq; ad Libanum, B totus mõs est heruosus, & amenus, longitudo eius est ad duos iactus arcus, latitudo ad iactum lapidis. Distat à Capharnaum leuca vna. Hæc omnia ex Brocardo desumpta sunt.

Hunc montem esse puto illũmet, de quo D. Lucas cap. 5. loquitur, dicens: Exijt in mõtem orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. D. Matthæus nullam mentionem fecit huius egressionis Christi ad orãdum, C nec etiam meminit electionis Apostolorũ ibi factę: iam enim diximus in vno eodẽq; mõte varia à Christo negotia peracta, priùs enim Euãgelicæ legis perfectionẽ in illo docuit mõte turbas, deinde post solennem illam concionem Christus ad orandum, & Apostolos ex discipulis eligendos conscendisse diximus. Et ne ieiuno sermone tam alta mysteria prætereamus, videamus (licet à D. Matthæo prætermissa fuerint) quomodo D. Lucas ea describat: Factũ D est autẽ in illis diebus. Exijt in montem orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. Non quòd turbas auersaretur Dominus, quibus, & docendis, & sanandis, & alendis, erat intentus, sed docuit quid nobis faciẽdum sit, vt videlicèt tantisper cum multitudine versemur, dum eis prodesse in aliquo possumus, deinde ab illis abstineamus, nosq; ad nos metipsos recipiamus, vt ad altiora suo tempore progrediamur. Duo Christus fecit, quibus, & se ipsum ad grauissima negotia peragenda præparauit, & ad maximam rerum considerationem nos ipsos disposuit. Vnum, quòd in mõtẽ, turba dimissa, ascẽdit. Alterum, quòd in oratione Dei pernoctauit. Etenim si diligentiùs mysteria perscrutemur, reperiemus præclarissima quæq; in monte facta, ac declarata arcana fuisse. Vt cum vellet Deus Abrahæ fidem probare, & Isaac obediẽtiam promptissimam, necnon & sacratissimæ passionis suæ mysteria reuelare, iussit Abrahę, vt filium in monte, quem ipse illi ostensurus erat immolaret. Lex per Mosen, in monte lata est. Elias in monte Oreb diuinas visiones cõtemplari meruit. Ipse quoq; Dominus, ac Seruator noster oraturus patrem, in monte sese recipere consueuit. In monte transfiguratus, tribus discipulis maiestatem suam declarauit. Post Resurrectionem rursus, iussit discipulos in C Galilæam profectos, conuenire in montem, quem ipse constituerat illis. Deniq; ascensurus in cælũ egregium illud spectaculum discipulis suis in monte exhibuit. Ex quibus omnibus satis constat, Christi in montem ascensum, non ad commune aliquod negotium, sed ad præclarum aliquod mysterium peragendũ dispositionẽ. Alterum, quod Christus gesit fuit, cum æterno patre tota nocte dulcissima miscere colloD quia, atquè cum eo ardua, quæ per ipsum iam breui, in salutem mundi cõmissurus erat negotia disponere. Vnde manifestum est, quòd præter generalem illam rationem, ob quã frequentissimè solitus fuerat Dominus orare, nimirùm propter electorum salutem, & prosperũ Euangelij profectum, nunc speciali quadam ratione orat, & ideò vehementiori quodam affectu, ad patrem vadit

Luc. 5.

A vadit, & instantissimæ orationi ipsum deprecatur. Quia pondus earũ rerum, quas tractaturus erat, talem tantamq; instantiam postulabat. Duo enim iam facere parabat, quæ sanè tanquam validissimæ duæ columnæ, super quas totius Ecclesiæ moles niteretur, futurę erant, nempè Apostolorum electionem facere, deinde summam totius perfectionis Euangelicæ, quam Apostoli ipsi opere præstaturi verbo, & doctrina erant, mundo proponere. Vidõ (obsecro) quam graue sit negotium, ex tanta discipulorum copia, quã Christus iam habebat, quotq; perpetuos comites, ac testes eorum quæ gerebat, accepit, ex his (inquam) sibi cõiunctissimos, duodecim præcipuos eligere, quos Apostolos ideò nominauit, quia tanquam à latere legatos, per vniuersum mundum legationem Euangelij eos deferre, plusquam omnes alios volebat, quiq; tàm essent fideles legati, vt nihil quam quod habebant in mandatis tractarent. Videns itaq; Christus cooperarijs sibi opus esse, ad amplissimam totius orbis messem colligẽdam. Videns tantam hominum turbam accurrentem, & de futuro cælorum regno fœliciter præludentẽ, agnoscẽs Patris æterni donũ, omni extimatione dignissimum illud esse, idoneos operarios in messem suã mittere, ad ipsum se contulit Patrem, suaq; instantissima oratione postulans, vt fœlix faustumq; faceret, quod auspicari volebat, & vt instantem Apostolorum electionem dirigeret, & prosperam reddere dignaretur. Hæc tandem fuit prima occasio, quæ Dominum ad orandum impulit. Hinc facilè duo considerare licet, primum, quam sibi cordi nostra salus Christo fuerit, qui tàm anxiè, & instanter patrem interpellauit, vt ortum nascentis Ecclesiæ, idoneis ministris, & ducibus dirigeret, & prosperaret, quorum prædicatione, quam plurimi in electorũ regnum conscriberentur. Secundò docuit, quanta cura ac circumspectione, Ecclesiarum ministri sint deligendi, quantaq; religione Deo sit supplicandum, vt ipsemet, tanquam Ecclesiæ supremus gubernator, eligat idoneos Ecclesiæ ministros, & illos nobis ostendat. Id quod, & Apostoli, magnæ cum diligentia fecerunt, Act. 1. cum alium in locũ Iudæ subrogare voluerunt. Docemur tãdem, quid facere teneamur, & nos B quoties pietatis aliquod officiũ aggredimur, nempè Deũ summis precibus interpellare, vt fœlix faustũq; faciat, id quod ipso aspirante exequi volumus. Altera nec minor occasio, quæ Dominum ad instantissimè orandum excitauit fuit, quia doctorus iam erat Euangelicæ prædicationis, & perfectionis summam, & nouam legem ex his instituere, Electis ũ Apostolis, quos idoneos ministros noui Testamenti fecit; C quæ mandata, quas leges quæ sacrosancta instituta, per vniuersum orbem perferre, & promulgare Dei vice teneantur, eis iam dare oportebat. Et tanquam alter Moses legem populo laturus, montem conscendit, & legem quam in cælis ab ipso Deo acceperat, vt illam mortalibus traderet, in illum Synai montẽ laturus conscẽdit, ibiq; ipsum Deum orat, vt legem Euangelicæ gratiæ, quam ab ipso accepit, & iam dare proponebat mundo, ipsemet Deus D promissis stando, illam legem sanctam suam dare dignetur, & in cordibus eorum, & in intimis visceribus eorum super scribat eam.

Ascendit in montem, & cum sedisset, &c. Hic Isaiæ prophetia adimpleta est, dixerat enim ea gaudio hanc insignem Dei gratiam: Vniuerso orbi pollicendo, De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusa-

Duo Christus in monte fecit. Primum, Euangelicæ perfectionis doctrinam dare. Deinde Apostolos eligere.

Apostoli quare hoc nomine decorati.

Duo in monte Christus postulauit à Patre. Vnũ, vt filius faceret Euangelium. Alterũ, vt Apostolorum electionẽ dirigeret.

Salutem nostram Christus, quã magno studio curabat.

Quare Christus orare voluit.

Isaiæ 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lem. Ac si dixisset: Gratulentur mortales, ob singulare beneficium ipsis à Deo exhibendum. Nam licet lex à Moyse in monte Synai data fuerit, digito Dei in tabulis conscripta, qua de re Hebræorum populus meritò gloriabatur, tamen lex illa imperfecta erat, quia neminem ad perfectionem vitæ ducebat. Ac verò lex, quam per Messiam vnicũ Dei filium in monte Syon dandam video, perfectissima est, quæ omnem vitæ Christianæ perfectionem in se continet. Hinc est, quòd perfecta lex de Syon exibit, & verbum Domini, quod per vniuersum orbem diffundendum est, de Hierusalem. Isaias hic repetitione vtitur: lex enim, & verbum Domini, idem est ac Euangelium. Hæc noua lex est illa, quam Dominus per Hieremiam in cordibus nostris sese scripturum pollicebatur: Dabo (inquit) legem meam in cordibus eorum, & in visceribus eorum superscribam eam. Quem locum D. Paulus in Epistola ad Hebræos, de Euangelio interpretatur, quòd Christus in hoc monte prædicare incipit. Summa Regis dignitas, in legibus condendis in Regno, cui dominatur, consistit, & incohercendis subditis, vt secundum legis præscripta degant. Consideratione dignissimum est, quòd hanc summam filij Dei dignitatem, quam in isto mõte, ostendebat Christus, tanquam supremus legis nouę lator, Lucifer ille Dæmonum princeps à principio in suprema gloria ipsi inuidebat. Id quod suis verbis ostendit, dicens, Isai. 14. In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Haud dubiè Lucifer filij Dei dignitatem, quam etiam in sua sacrosancta humanitate in cælo, & in terra habiturus erat, libido corde inuidebat, idem his verbis comprehendit. Nam videns solium Christi, humanitati in cælo paratum, super omnes Angelorum choros, sibi soli non tribuendum, sed vsurpandum putauit: ideò dicebat in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Sed quibus gradibus ad tantam altitudinem conscendendum putabat? Eisdem met certè, quibus Christus: nam Dominus Rex iam Dominus legifer noster, in mõtem Syon daturus legem conscendit, quem ascensum præuiderat Lucifer, & gloriam quam inde Christus per vniuersum reportare oportebat, inuidebat, & inuidendo dicebat: Sedebo in monte Testamenti. In Hebræo, Moheth, varia significat, & inter alia congregationem, & Testamẽtum Moheth dicit. Ac si dicat: Sedebo in monte Syon, vbi noui Testamenti lex dãda est: ideò eleganter nostra vulgata editio vertit, in monte Testamenti. Pagninus tamen in sua versione transtulit: Sedebo in Monte Ecclesiæ. Et rectè quidem, Ecclesia enim fidelium, congregatio dicitur, & est. Putabat Lucifer super vniuersam Ecclesiam, in hoc mundo militantem, supremum dominium vsurpare, sibiq; soli obedientiam humilem, adorationemq; latriam exhibendam. Nam per montem Testamenti, montem hunc, vbi templum Hierosolymitanum fuit constructum, quo omnes ad sacrificia facienda, & diuinas laudes celebrandas, conueniebant, intelligit: vbi Testamentum, hoc est, diuina lex erat, & docebatur. In lateribus (inquit) Aquilonis ostendere volẽs, per latera Aquilonis, eandemmet Hierosolymam. De qua etiam dicitur in Psalm. 47. Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Supremum itaq; Imperium, super vniuersam

Lex à Messia lata, perfectissima est.

Hier. 31.

Hebr. 8. & 10.

Isai. 14.

Psal. 47.

A vniuersam Ecclesiã affectauit. Ideò sicut Christus in montem legem nouam laturus conscendit, ibique tanquam supremus Legislator sedebat. Sic quoq; Lucifer ad hunc Testamẽti montem conscensurum sese dicebat, & supremam super vniuersam Ecclesiam authoritatem, atq; dominium, & latriæ adorationem se habiturum, sibi pollicebatur audacter. Itaq; id totum, quod Christus in Ecclesia militante habuit, se obtenturum suis viribus putabat, & tandem in cęlum, & B super omnes cælos sua propria virtute conscendere, sicut Christus Dei filius, inani fiducia sperabat. Verùm hanc singularem gloriam vnico eius filio Pater æternus seruauit, & leges Ecclesiæ in hoc monte præscribere ordinauit.

Ex dictis facilè constare poterit, quare Dominus montem ad legem dandam conscenderit. Verùm sacri Doctores nonnullas alias rationes afferre solent. Sed primariam iam iam dictam esse puto. D. Chrysostomus in opere imperf. eleganter probat Dominum in mõtem ad docendum ascendisse, vt Isaiæ Prophetiam adimpleret: Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Syon. Inde Euãgelium propagandum, & verbum Domini de Hierusalem Isaias vaticinatur. Et licet Hebræa trãslatio habeat, quæ, & non, qui, vt D. Hieronymus vertit, & de Ecclesia prophetia facta sit, vt doceat veram, & fidelem doctrinam ab Ecclesia Catholica proficiscere debere: D. tamen Hieronymus, ad Christum Ecclesiæ caput, Prophetiam referre videtur, & de hac Christi doctrina in hoc monte data Prophetam loquutum fuisse. Idemmet Chrysostomus aliam in eodem loco rationem adfert, nempè, vt suo facto Christus ostenderet quomodo viuere debeant prædicatores Euangelij. Nemo (inquit) A potest in valle stare, & de monte loqui, sed aut vbi stas inde loquere, aut vnde loqueris ibi sta. Potest esse alia ratio eiusdem Chrysostomi, sed in eandem coincidere videtur. Quoniam Ecclesia sæpè in Scriptura sacra mons dicitur, vti eam Dauid vocat: Mons Dei, Mons pinguis: nam qui mysteria veritatis, & doctrinam verè sublimem, pinguedinęq; salutis referram, discere voluerit, in montem Ecclesiæ conscendere tenetur. Nam hæreticorum montes, videlicet falaces eorum B congregationes, non pingues appellantur, sed coagulati: quia in eis non traduntur veritatis mysteria, sed splendidissima mendatia veritatem repugnantia. Et ideò coagulati dicuntur, quia vt idem Propheta ait: Coagulatum est, sicut lac cor eorum. Hinc est, id quod idem Propheta ibi dicit: Vt quid suspicamini montes coagulatos. D. Hilarius Can. 4. aliam reddit rationem nempè, vt altitudo, & maiestas docentis insinuaretur. Congregatis (inquit) plurimis turbis montem conscendit, & docet, in paterne maiestatis celsitudine positus, cælestis vitæ præcepta constituit. Non enim æternitatis institura, nisi in æternitate positus tradidisset: hanc mandatorum celsitudinem in montis celsitudine ostendere voluit. Cajetanus quoquè aliam affert rationem, dicens: Quia legi, quæ vniuerso mundo promulganda erat, locus congruus fuit, non templum, D aut ciuitas, sed mons. Has tanquam primarias adduxisse rationes sufficiat.

2 *Et aperiens os suum docebat eos, dicens.* Moris est Scripturæ sacræ, vt quando viri graues, & eximij, os suum aperire dicuntur, tunc aliquid magni ab ipsis expectare debeamus. Sic enim, & de Iob dicitur,

Quare Christus in monte docuerit.

Prima ratio. D. Chrysost.

Isai. 40.

Vt hæc prophetia impleretur.

Secunda ratio, vt prædicatores docerentur.

Tertia ratio, quia Ecclesia mons est.

Psal. 67.

Hæreticorũ congregationes, non montes pingues, sed coagulati dicuntur.

Psal. 118. 70.

D. Hilarius Can. 4.

Aperire os, quid in sacro eloquio.

Iob. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & loquutus est. Et Daniel. 10. Aperiens os meum loquutus sum, & dixi, &c. Hîc D. Matthæus significare voluit, Dominum magna quædam, ac nunquam audita, dicturum. Ac si dixisset: Hactenus nisi pauca quædam verba, Dominus dixit, nempè: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* In hac verò concione (secundum Augustinum) comprehenditur, quicquid pertinet ad perfectũ Christianæ vitæ statum instituendum. *Et aperiens os suum.* Nouum quid in se continet hæc Euangelistæ circumloquutio. Quæ licet Hebræorum phrasis sit, magna in se (& in hoc præcipuè loco) continet mysteria, per Os, Hebræi voluntatem intelligere solent, manifestè enim Genes. 24. vbi nos habemus: Vocemus puellã, & quæramus ipsius voluntatem, in Hebræo est: Vocemus puellam, & interrogemus os eius. Hinc etiam est, quòd quando Prophetæ conqueruntur de populo Israel, eo quòd voluntatem minimè fecerint, hac vtuntur phrasi: Os Domini non interrogastis. Sic Iosue. 9. Os Domini non interrogauerunt. Et Isai. 30. Os meum non interrogastis. Aperire igitur os, perinde est: ac si Euangelista dixisset Hebræorum more: Diuinam suam voluntatem nobis Dominus in hac concione aperuit, quam non more solito, quemadmodum hactenus per Prophetas, & ministros suos patefacere solitus fuerat, ostendit, sed per os eius, nempè per vnigenitum eius filium, qui æterni Patris os, & verbum est, nobis dignatus fuit explicare. Hoc est, quod Paulus dixit, Hebr. 1. Multipharie multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Mittere solent Reges legatos ex Regni principibus, qui Regis secreta, & magni momenti arcana ore perferunt explicãda, & quo grauius negotium, quod inter principes geritur, est, eo legatus maioris dignitatis mitti solet, vt ex dignitate missi, negotij grauitas existimetur. Si verò res tanti momenti fuerit, vt legationis officium filio proprio comitti oporteat, iam vniuersum regnum suspensum, & in maximam admirationem rei grauitas cum nouitate coniuncta tenet. Omnes q; ad tam insolitam legationem animo intenti, suspensiq; ora tenentes vniuersi negotij nouitatem, grauitatẽq; audire percupiunt. Ad hanc igitur legationem, quæ cæli, & terræ reparationem, Saranæq; regni deuastionẽ continebat: æternus Pater vnicum eius filium, in mundum tanquam os, & verbum ipsius mittere disposuit. Filius autem legitima sua fungens legatione, in montem conscendens nouam legem laturus, mentem Paternam mundo exponere volens: & verbum æterni Patris, os suum aperiens eo facto ostendit, simul se, & os, & cor Patris erga mũdi remediũ aperire, & omnes opes, quas hactenus cœlũ clauserat, iam velle in vniuersum orbẽ profundere. Hinc est, quòd verbum illud bonum aperiendo, Os, tot Beatitudinum genera, quot in cælis continebantur, eructat. Quid est in cælo grande, atq; sublime, ad quod obtinendum vniuersorum volũtas toto impetu ferretur, quàm ipsa beatitudo, nempè status ille fœliciss imus, omnium bonorũ aggregatione perfectissimus? Hîc iam per os Christi procedit, & datur. Et id quod Pater æternus in arcano suo consilio ab æterno nobis dare decreuerat, id ipsum tũc Christo proferente donat. Quis exprimere valeat, summum illum amoris affectum, quo Christus ad nouam, & cælestem legem condendam ferebatur?

Deu. 10.

D. Augustin. cap. 1.

Per Os, Hebræi voluntatem intelligunt.

Genes. 24.

Iosue. 9.

Isai. 30.

Aperire os, idẽ quod suã diuinam voluntatem nobis ostendere.

Hebr. 1.

2. Cor. 6. 11 batur? Si D. Paulus, quo suum erga Corinthos amorem explicaret magno feruore, dicebat: Os meũ patet ad vos ô Corinthij, quibus verbis ostendebat, se velle in corũ amorem viscera fundere: Quanto maiori affectu, os suum Christus aperiebat? Et si idem Apostolus dicit, cupidè volebamus tradere vobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis. Quis non videt longè maiorem amoris affectum in Christo esse? Nam aperiens os suũ, vt nobis Euangelium daret, manifestè declarabat, se simul etiam optasse, animam suam dare, & vniuersa, quæ cæli ambitu continentur, nobis conferre. Et vt summum hunc Christi erga nos amorem, & paternam volũtatem ostenderet, D. Matthæus hac loquendi phrasi vsus est, dicens: *Aperiens os suum docebat eos.* Continet enim initium concionis huius octo paradoxas profundissimas, quas hactenus ab intellectu humano, excogitatas nunquam audiuimus, quominus propositas. Quis (obsecro) quantumuis acutissimus Philosophus, in omniq; Rethoricæ arte versatissimus, ausus fuisset mundo persuadere, in paupertate diuitias incomparabiles latere: in mansuetudine, potiùs quàm in robustissimo bello, terrarum amplissimas regiones imperio subiugari posse: in persecutione, & morte iocundissimam victoriam, triumphumq; gloriosum latitare: in fame, & inedia, satietatem delectabilem inueniri posse: in morte vitam, in persecutione quietum regni statum possidere. Nemo certè mortalium ausus fuisset, vnquam mundo huiusmodi paradoxas proponere. Quod si quis tantum audaciæ sibi arrogasset, vt talia mundo, tãquam optima proposuisset, nonne homines mundi leges profitentes, summis cachinis mirisq; irrisionibus talem hominem excepissent? Solus filius Dei, diuina sua auctoritate, nouam hanc doctrinam, nouas has leges, nouumq; viuendi ritũ, è cælis alatum, & leges cælestes tradere, instituere potuit. *Aperiens os suum docebat, &c.* Chrysostomus, & Theophylactus in ea sunt sententia, quòd Euangelista hoc modo loquẽdi vsus sit, quia licet Dominus anteà docuerat, non tamen aperiendo os suum, sed exemplis vitæ suæ sanctissimæ, vitam nostrã instituere opere priùs voluit, quàm ore, ita taliter, vt sanctissima eius vita, tanquam lex inuiolabilis nobis proposita sit. Quid (obsecro) tota beatitudinum series, aliud est, quàm perfecta quædam totius vitæ Christi recopilatio? Basilio teste, quid (obsecro) suis frequentissimis prædicationibus docuit, quã quod ipse priùs operibus exequutus est? Cœpit IESVS facere, & docere. Vniuersa Christi IESV vita, quid aliud fuit, quàm summa paupertas spiritus? Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nõ habet, vbi caput suum recliner. Quid aliud quàm perpetua mansuetudo fuit? Discite (inquit ipse) à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quid nisi lachrymarum riuus fuit, pro peccatis mundi, vsq; ad vltimum vitæ halitũ fluens. Cùm clamore valido, & lachrymis (ait Paulus) offerens exauditus est pro sua reuerentia. Quid aliud quàm perpetua fames, sitisq; insatiabilis salutis proximorũ fuit? Hac siti adhuc in cruce torquebatur, cum diceret, *Sitio.* Quid aliud esse constat, quàm ardentissimus pietatis, & misericordiæ ignis vniuersa cõburens? Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Quid tandem totius vitę Christi decursus fuit quàm perpetua passio? Crucem enim perpetuo gestabat, &

1. Thess. 2.

B Aperiendo Christus os suum, significat se simul etiam optasse animã suã dare & omnia.

C

D Verba à Christo prolata nunquam ab intellectibus hominis ex cogitata fuit.

D. Chrysost. Theophyl.

Beatitudinũ series, nihil aliud quã perfecta Christi vitæ recopilatio. D. Basilius in Psal. 33.

C Actor. 1.

Luc. 9. & 58.

Mat. 11. d. 29

D Heb. 5.

Ioã. 19. c. 28

Luc. 12. f. 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sequutores fideles semper quærebat. Et qui non baiulat (inquit) crucem suã, & sequitur me, non est me dignus. Ex hoc doctissimo sanctissimæ vitæ suę thesauro, theses, & themata omnium concionum, quas ad populum habebat desumpsit. Hinc est, quòd prima huius capitis pericope, symbolum abbreuiatũ fidei, ex vitæ ipsius decursu composuit. Itaq; is, qui tã præclara ore sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius, loquutus est, qui tam mira, & seculo nunquã visa, vitę sanctissimæ suæ exemplo docuit, is tandem aperire iam dignatus est os suum, & ea docere sermone. Hoc futurũ longè ante præmonuit per Isaiã Deus, ita dicens: Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar, ecce ad sum. Quod vt manifestè de seruatore Christo dictum agnoscamus, addidit mox Propheta illa verba, quæ de Apostolis allegat Paulus, videlicet, quam pulchri super montes, pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prędicãtis salutem, dicentis: Syon regnauit Deus tuus. Atq; hoc est, quod ad Hebræos ait Paulus: Multifariè multisq; modis, olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Habentes igitur Dei filium eximiũ magistrum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, ac scientiæ Dei absconditi, quanto pietatis affectu, quantaq; fidei stabilitate, ac firmitate monita, atq; præcepta ipsius amplecti tenemur? Recordantes hanc esse summam dignitatem, immò fœlicitatem, ad beatitudinem nostrã, talem ac tantum nos in hac vita habere doctorem, si modo mandatis ipsius pareamus. Ipse enim dixit: Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Amẽ dico vobis, multi Reges, & Prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderunt, audire quæ auditis, & non audierunt. Si apud Pythagoricos tanta erat magistri eorum Pythagoræ authoritas, vt quicquid dixisset, nunquam indubitationẽ vocaretur, hinc illud quasi prouerbio tritum erat, *Αὐτὸς ἔφα*, multò profectò magis auditis ijs, quę cęlestis magister, atq; adeò Dei filius ac Deus docet, huius vnius stãdum sententiæ est, nec vllis hominũ inanibus opinionibus, aut persuasionibus moti, ab ea latum (quod aiunt) vnguem recedẽdum. Irritam quis faciens (inquit Paulus) legem Mosis, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit? Et alibi si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terrã loquebatur, multo magis nos, si de cęlis loquentẽ nobis auersemur. Audiamus ergo quid dicat.

3 *Beati pauperes spiritu.* Considera mecum (obsecro pie Lector) quo exordio nouam legẽ incipiat Christus. A quo (obsecro) sapientia Diuina, meliùs auspicari poterat, quã à beatitudine? Nam is, qui sua essentia beatus, & beatificãs est, quid potiùs è suo Diuinitatis pectore amore plenissimum, eructare poterat, quàm beatitudinem illam, qua ab æterno repletus erat, qua etiam nos omnes replere summopere studet. Dignũ profectò nouę legis principiũ, quod non iam maximis terroribus, vt antea nos cogit, sed cęlestib⁹ præmijs summo nos inuitat amore. Et si rectè attendere volumus congruunt, quę hîc à Christo ponũtur, cum illa sententia: *Pœnitentiam agite; Appropinquauit enim regnum cælorum.* Omnes enim has virtutes, quas hîc Christus nobis exponit, corporis grauissimæ pœnitentiæ sunt, intrà quas regnũ cælorum latitari testatur. A beatitudine cõuenientissimè auspicatur

A auspicatur Christus duplici causa permotus. Prima, quia in vniuersis actionibus humanis, primum principium mouens, ad eas animosè agẽdas, finis intentus est, qui quidem finis agendi ratio est, & propter eius consequutionem cuncta tollerãtur aduersa: ideò ab hoc vltimo beatitudinis fine fœliciter auspicatur Christus. Secunda verò causa, à beatitudine auspicatur, quia de nulla vnquã re tanta fuit inter homines dissensio, ac de vltimo fine. Quæ quidẽ varietatum opinio, Doctorum Philosophorum, ac indoctorum hominum mentes inuasit. Quorum omnium opinionum cateruas Cicero in lib. de finibus posuit, asserens quãplurimos in animo, multò, verò plures in corpore, nonnulli tamen in vtroq; bonorum, & malorum finẽ collocarunt. Ex hac autem triparti ta distinctione sectarum, Marcus Varro in libro de Philosophia, tãm multarum dogmatum varietatem scrutatus est, vt ducentas octoginta & octo sectas (non quod iã essent in orbe, sed quæ esse potuissent) annumerauit: vt auctor est August. 19. de Ciuitate Dei, cap. 1. Cum ergo necesse fuisset, mundum in tanta dissensione sedare: Christus, qui nobis Doctor ab æterno Patre exhibitus fuit, dissidium componere volẽs, de fine Christianæ vitæ, antequam de moribus ageret, auspicari voluit. Deinde quoniam iuter eos, qui propriùs ad veritatem accedere videbãtur, quales fuere Peripatetici, & Stoici, qui in maximo versabantur errore, beatitudinem hominis posse in hac vita mortali obtineri, asserentes: eorum ignorantiam detegere volens Dominus, suam cælestem doctrinam explicat, ostendens, nullam planè in hac vita beatitudinem perfectam esse posse, sed in illa cælesti. Nam beatitudo, quæ in Dei fruitione consistit, cum in hac vita haberi minimè possit nullo modo, seu in diuitijs, seu in voluptatibus, siue in scientia humana, nec etiam in aliquibus huius seculi bonis collocanda est vllo modo, sed in harum rerum contemptione, & contrariarũ electione consistit. Ideò Dominus, pauperes spiritu, mites, & lugentes, beatos prędicat, non tamen hîc, sed in illo regno, in quo vera beatitudo obtinenda est. Hæc verò doctrina, nõ Gentilibus tantũ necessaria erat, qui solum eorũ Philosophos, & sapientes putabant audiẽdos, & quorum doctrinas sectabantur: sed populo potiùs Iudæorũ tradenda erat, qui terrenis promissionibus sic assuefacti erant, vt nihil de futura fœlicitate sanè intelligere valerẽt: sed vniuersa bona, quæ tàm à Deo, quã à Prophetis eius nomine, eis promissa erant, magna ex parte carnaliter intelligentes, nihil præter terrena amara, atq; ea ex corde expectare videbãtur. Ideò Christus in primis docere voluit, quæ sit beatitudo vera, deinde quibus ad eam gradibus conscendere debeamus, dicens: *Beati pauperes spiritu.* Hac prima paradoxa erradicare nititur Christus omnium peccatorũ radices, siue enim pauperes pro humilibus accipias cũ D. Augustino, & Hilario Can. 4. & Chrysost. Theophyl. & Euthy. hîc, necnon D. Hieron. hîc, & in illud Isai. 61. Ad annunciandum pauperibus misit me, & Leo Papa in sermone omniũ Sanctor. & multi alij, qui censent pauperes spiritu eos vocari, qui nõ habent spiritũ magnũ, & inflatũ, sed omni superbia, & arrogãtia depositã, modestè de se sentiũt. Siue accipiatur pro paupere, vt contrariatur diuiti, sicut re vera hîc accipiendũ est: vt Ambrosius, & Beda in Lucam, & alij quam plurimi, id quod constat. Primò, quia sic D. Petrus Apostolus interpretatus est apud Clementem lib. 2. recogni. vbi docet

In quo vera beatitudo cõsistit.

D. Augustin. Hilar. can. 4 Chrysost. Theophy. Euthym. D. Hieron. Leo Papa in serm. omniũ Sanctor.

Pauperes spiritu qui sint.

Ambros. Beda in Lucam.

Clement. lib. 2. recogn.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A docet his verbis, propositã esse pauperibus beatitudinem, vt egestatem æquo animo ferant. Eodem modo intelligit Basilius quæst. 205. ex quæstionibus compendio explicatis. Et Bernardus serm. omnium Sanctorum. Et Chromatius in expositione huius cap. Idem D. Lucas nobis manifestare voluit, qui hũc sermonem repetens, dicit: Beati pauperes, tantummodo, non addens, *Spiritu*, quia de rerum temporalũ egestate Christus loquebatur. Præterea Præclosy lingua vulgari Semichaldæa, qua B Christus loquebatur, mendicum propriè significat. Cùm ergo Dominus Apostolis, adhuc rudibus, & turbis loqueretur, ita debuit vti vocabulis, in hoc maximè sermone, vt facilè à promiscuo sexu intelligeretur. Sic ergo pauperes vocat eos, qui rerum huius seculi inopiam sustinent. Hos pauperes vocat, sed vt in dicta paupertate summam perfectionem ponat, addit, *Spiritu*, sacræ Scripturæ more, spiritus altiorem animæ nostræ partem significat, quę Dei gratia illustrata, ac roborata est. Huic parti opponitur anima, quæ propriè in Scriptura sacra inferiorem partem significat, quę bonis sensibilibus, & huis commoditatibus ducitur. Hæc enim sensibilis dicitur appetitus, qui in Scriptura sacra, Caro, vocatur, quoniam carnis desyderia sequitur, & in carne dominatur. Hinc est, quòd Paulus ait (Galat. 5.) Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnẽ. Et ad Rom. 8. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hinc homo spiritualis, & homo carnalis, apud Paulum. 1. Cor. 2. Vt vt sit primo hoc ictu, omnium malorum semina extirpare voluit Christus, nã quemadmodum initium omnis peccati est superbia, & radix omnium malorum est cupiditas, ita virtutũ A omnium fundamẽtum, & basis, humilitas est, ac perfectionis Euangelicæ origo est rerum perituraru contemptus, & voluntaria paupertas. Tum, quia vulgus in diuitijs, & honoribus suam beatitudinem maximè cõlocare solet, oportebat, vt hac vulgi opinione reiecta, contrariam primo loco prædicaret Christus, & inde inciperet omnis beatitudinis origo, iudicio Diuino, vnde miseriæ, & ærumnæ omnes iudicio humano initiũ sumere plerumq; B solent.

At videamus oportet, qui nam isti pauperes spiritu sint: vt rectiùs intelligamus, quid hîc per pauperes significare velit, Hebraicum verbum consulamus. Nomen Hebraicum, Hani, & Hanare, dictum est à verbo Hana, quod est affligere licet, Hanar, interdum pauperem, interdum mãsuetum, atq; humilem significat. Id quod in secunda beatitudine videbimus, sed hîc propriè de paupertate Christus loquitur. Huiusmodi C hominibus prædicatum est Euangelium: ideò ait Euangelizare pauperibus misit me, id est, vilibus, & abiectis hominib⁹, propter paupertatẽ. Hunc legitimũ esse sensum, indicat Paulus. 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia, &c. Et Iacob. c. 2. apertissimè ait: Nonne Deus elegit pauperes, in hoc mũdo diuites in fide, &c. Vt autẽ facilius beatitudinis huius mysterium intelligamus, scire oportet, quòd quadruplices pauperes, in his verbis intelligere possumus, primi enim sunt ij, qui re vera, ita sunt pauperes, vt voluntate propria pauperes effecti sint, ij quidem pauperes spiritu sunt, sed spiritu suę proprio, non diuino spiritu moti, nec gratia fulti, id quod non magni faciendum est. Socrates enim, & Diogenes, & non pauci ex ijs, qui philosophiam profitebantur humanã, diuitias animo dimiserũt, quò cõmodius possint philosophiæ humanæ studio vacare: verum ij licet spiritu pauperes sint, promissione ista amplissima regni cælorũ meritò carent, quia nõ eo spiritu, quo Deus postulat, pauperes effecti sunt, non enim Deus quærit nostra, sed nos. Magnis profectò donis Ægyptij filios Israël ditauerunt, Deo sic ordinante, dũ eos ad terram promissionis proficisci decreuisset, & licet preciosissimis iocalibus, & vestibus, quibus ipsemet Deus colendus erat ab Israëlitis, in deserto donati fuissent, nõ tamen dona illa grata Deo fuerunt, quia non eo animo contulerunt, vt Deus bonis ipsorum coleretur, sed potiùs vt liberiores manerẽt in Ægypto filijs Israël inde ablegatis: voluntatis quidẽ affectum, potiùs quã operum effectum, acceptare Deus semper solet. Et ideò Ægyptiorum bona, minus accepta fuerunt ipsi Deo. Magni fecit Deus Abrahami C fidem, cum promptissima obedientia coniunctam, eo quòd filiũ suum vnigenitum, quẽ diligebat Isaac, in sacrificium Deo offerre non dubitauit, ob quod illum tantopere commẽdauit, Isaac verò licet proprium sanguinẽ effundere debebat, non tamen à Deo fuit cõmendatus, quare hoc? Quia Isaac quãuis vitam amissurus erat, nõ vt eam amitteret Dei amore mouebatur, cum necdũ mysterium intelligeret, rogabat enim: Vbi est victima holocausti? Vnde D manifestè colligitur, quod viro pio non satis esse debet, si vniuersa quæ possidet, ac tandẽ vitam propriam, liberalissimè profundat, nisi diuino amore, ad præclarum hoc opus exequendum, fuerit impulsus.

Secundũ pauperum genus est eorum, qui licet diuitias ingẽtes possideant, & locupletissimi sint, corde tamẽ eas, nec possident, nec desyderio afficiũtur ipsis, quia paratissimi A sunt, omnia pro Christo profundere, & omnia arbitrãtur vt stercora, cum Paulo, vt Christũ lucrifaciant: totũ hoc negotium in animo conficitur, atq; illud fortasse est, quod ait Salom. Prou. 13. Est quasi diues cũ nihil habeat, & est quasi pauper cũ in multis diuitijs sit. Ex istorum numero ditissimus Abrahã, potentissimus rex Dauid, opulẽtissimus Iob, & quã plurimi alij fuerunt, quibus tantũ abfuit, vt diuitiæ impedimento ipsis fuerint ad beatam vitam capessendã, vt potiùs pro medio rutissimo, instrumẽtoq; efficacissimo ad benè beateq; viuendum eas habuerint: nam (teste Ambrosio) sicut diuitiæ sunt impedimẽta reprobis, ita probis sunt adiumẽta virtutis, de ijs Eccles. 31. dicitur: Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abijt: nec speranit in pecunia, & in thesauris. Quanuis hîc diues vocetur nomine, pauper verò spiritu re vera est, vbi notãdũ, quòd ablatiuus, *spiritu*, determinatio diminuẽs est, quæ distinctionem facit, ab ijs qui re ipsa sunt pauperes. Ij quanuis diuitijs affluere agnoscantur, quia tamen cor non appoſuerunt, sed parati fuerũt animo omni tẽpore, & quãdo expediret, eas abijcere, pauperes spiritu dicuntur, & sunt, promissionem diuinam reportãtes. Non enim sunt diuites huius seculi, de quibus Paulus ait: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, qui præstat D nobis omnia abundantiùs ad fruendum. Ac si apertiùs dixisset: Diuitię dona Dei sunt, quæ nõ è manibus diuitũ sunt auferenda, ac si nocumentũ afferrent, vitia tamen, quæ ipsis comitari solent, corrigere oportet, nempè fastum, arrogantiam, ac superbiam, quæ tantopere excrescere aliquando solent, vt spem omnem, quam

Basil. q. 205.

Bernard. ser. omnium Sanctorum. Chromati. in expositi. huius cap.

Spiritus altiorem partẽ animæ innuit.

Anima in sacra pagina inferiorẽ portionem denotat.

Caro nomine quæ venãa, in sacra eloquio intelligitur.

Galat. 5.

Rom. 8.

1. Cor. 2.

Exo. 11. f. 36

Deus nostra non quærit, sed nos tra voluntatem.

Abrahã cõmendatur à Deo, Isaac verò non, & quare.

Ibidem.

Viro pio nõ satis est bona profundere, nisi Dei amore id fecerit.

Secundi pauperitatis genus.

Philip. 3. b. 8

Prou. 13.

Ambros. Diuitiæ sicut sunt impedimenta reprobis, ita probis sunt adiumenta virtutis.

Eccl. 31. 2. 8. Diuites multi facti sunt, quẽ pauperes spiritu meritò dicuntur, & sunt.

1. Timot. 6. d. 17.

Non diuitiæ, sed vitia, quæ ipsis comitari solent fugienda sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quam in Deo verò collocatam habere tenentur, in pessimo ipsorum mammona fixam habeãt. Vnde auaricia, quæ est idolorum seruitus, indies magis ac magis, insatiabili quodam diuitiarum appetitu, crescit. Quæ omnia vitia, Dæmonum tentationes, ac laquei, quibus Satan animas irretitas possidet, sunt. Qui volunt diuites fieri (idem ait) incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli, &c. Diues itaq; si inordinatum affectum, & malum vsum diuitiarum non habet, & paratus est vbi pietatis ratio exegerit, omnia contemnere pro Deo, hic meritò inter pauperes spiritu numerandus venit. Typum huius rei fuit mandatum sacrificij, quod filijs Israël Deus dederat, Leuitici. 3. dicens: Si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, offeres adipem, &c. omnis adeps erit Domini iure perpetuo, hunc offerendi ritum dederat Dominus illi populo, cui omnia (teste Paulo) contigerant in figuris: at verò iure perpetuo in omni lege naturæ scripturæ, & gratiæ, hoc à Deo in mandatis habemus, vt Sacerdotes, licet corpus, & substantiam hostiæ pacificæ, ad cõmodam vitæ sustentationem accipiant, adipem tamen, ac omnem pinguedinem in igne super altare comburere tenentur, in odorem suauissimum Domino. Nos sanè Sacerdotes Dei sumus. Vos (inquit Petrus) estis gens sancta regale Sacerdotium, &c. Fecit nos (ait Ioannes) regnum, & Sacerdotes Deo. Et si omnia bona nostra Deo offeramus, licet tamen ad commodam vitæ sustentationem necessarijs vti, at verò omnem animæ nostræ pinguedinem, omnem inquam affectum, & amorem Deo offerre, atquè igne diuini amoris in altare cordis nostri comburere tenemur: ita, vt totum sacrificium sit Domino acceptum, & adeps sit suauissimus odor Domino. Hoc sacrificiũ Dauid offerebat Domino, dicens: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, &c.

1. Ad Tim. 6. b. 9.

Diues qui potest numerari inter pauperes spiritu.

Leuit. 3. 4. 7. & c. 16.

1. Corint. 10. c. 11.

1. Pet. 2. b. 9.

Apoc. 1. b. 6.

Psal. 102. a. 1. & 2.

Leuit. 4.

Tertium pauperum genus est eorum, qui nulla necessitate coacti, sed spiritu Diuino afflati, vltro citroq; omnibus bonis, quibus vti licebat, aut quoquo pacto habere poterant, interiùs vltimum valedictis, nudi, & omnibus exuti rebus, Christum nudũ imitari, & sequi eligunt, nec modo se ipsos ab omnium rerum mundi expolliant, verùmetiam animum ab omni affectu possidendi terrena nudant. Hoc paupertatis genus proprium est Apostolorum, atq; discipulorum Christi, necnon eorũ qui sacras religiones profitentur, qui nõ modo bonis temporalibus toto animo renunciant, verùm affectum cordis possidendi temporalia commutantes pro æternis, ipsum Christum sequi, & imitari contendunt. Hoc opus sanè omnium perfectissimum est, nam nõ modo sua omnia, sed semetipsum Deo in sacrificium suauissimi odoris Domini toto corde offert, Christi configitur cruci, vt cũ Paulo iam dicere audeat: Mihi mundus crucifixus est; & ego mũdo: nihil præter Christum, & hunc crucifixum quærit, & summis encomijs prædicat. Iam sese nudum agnoscens, in Deo omnem suam spem fixam habet, dicens illud Isaiæ: Tu factor meus Domine; & ego lutũ, &c. Et cum Dauide: Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei? In manibus tuis sortes meæ. Hoc est verum, integrum, ac perfectum holocaustum, quòd Deus in lege veteri typo huius rei sibi fieri mãdauit. Duo enim sacrificiorum genera sibi facienda in lege præceperat Deus, alterum de quo parũ antea locuti sumus, nẽpè sacrificiũ animaliũ, quorum carnes in Sa-

Tertium pauperum genus.

Gal. 6. c. 14.

Isai. 64. a. b.

Psal. 72. b. c.

Quod sit verum & integrum holocaustum.

A in Sacerdotum vsus remanebant, omni adipe, atq; pinguedine interna combusta, in odorem Domino. Alterum verò sacrificiorum genus erat, quando totum animal, tàm caro, quàm interiora igne consumebantur, quia totum sibi requirebat Dominus, quod holocaustũ, idest, totum igne cõbustum vocabatur. In quo sanè tanquam in figura optimè depicta, adumbrare voluit Dominus, quantum sibi placebant Euãgelicæ legis holocausta, eorum qui in aridis paupertatis lignis voluntariè coniecti, ardentissimo Diuini amoris igne accensi, comburuntur, & de se ipsis perfectissimum holocaustum, nihil sibi reseruantes, Domino faciunt. Ij sunt perfecti pauperes spiritu, qui nõ modo carnẽ, corpus (inquam) & omnia, non modo superflua, sed & corpori necessaria, ad victum, & amictum, cõtemnũt, verùmetiam spiritum, & omnes animi affectus, Deo liberalissimè tradunt, & in manibus prælatorum omnia consignata relinquunt, nihil suæ voluntati reseruantes, quibus tantum spes polliciti præmij, tanquam propria manet, & spe fructus colligendi amplissimos, omnia quæ habebãt, in vsus pauperum seminarũt. De his propriè Christus loquitur, dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

Quarum genus pauperum, eorũ propriè est, qui in paupertatem incidentes, Deo sic ordinante, eam patienti animo propter ipsum Deum susceipere decreuerunt, cunctis diuitijs eam præferentes spe regni cælestis. Ij etiam suo præmio non carẽt, quiá pauperes spiritu, toto affectu paupertatem, in quam inciderunt, amplectentes, dici merentur. Hinc est, quòd D. Basilius q. 205. distinctionem pauperum spiritu faciens, sic ait: Ij sunt pauperes spiritu, qui non ob aliam causam pauperes facti sunt, nisi propter doctrinam Domini, qui dixit: Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Si verò quis etiam, quomodocunq; accedentem paupertatem, susceptam gubernet ad voluntatem Dei, veluti Lazarus, nec hic à beatitudine alienus est. Hæc ille.

Mat. 19. c. 21.

Quoniam ipsorum est regnum cælorũ. Non dicit de futuro, Ipsorum erit, sed *Ipsorum est iam regnum cælorum*, quod illud in secura iam possideat spe, quemadmodum primogenitus filiorum, cui legitimo iure hæreditas primogenituræ, quam possidet pater, iure hæreditario pertinet, dicere potest mea est hæreditas, quam pater iã habet. Ita quoq; pauperes spiritu, iure paupertatis, tanquam primogenitura in lege gratiæ concessa, dicere possunt, nostra est iam regni cælestis possessio. Quia cùm Christi doctrina certissima sit, per paupertatem spiritu fidei apprehẽsam, acquiritur verum ius, solidaq; actio, ad omne illud quod nomine regni cælorum, aut regni Dei intelligitur, cuius posteà dabitur possessio realis, vt iuris periti loquuntur, cum per sententiam sedentis pro tribunali, super sedem maiestatis suæ dicetur: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnũ à constitutione mundi. Huic ergo paupertati optimè respondet regnum, quoniam Rex verè est, qui super suos omnes affectus, imperiũ obtinet, & nullius rei inopiam sentit. Nam magnam omnium rerum copiam habet, & nulli seruit, sed imperat. Hîc quoq; aduertendum est, q̃ non tantũ Christus dicit: *Ipsorum est regnũ*, sed vt ad altiora, & sublimiora suos extollat, ait, *Cælorum*. Ne regnum terrenum promitti videretur, sed regnum longè maius, & fœlicius quàm vniuersa mundi regna sint, quod iã ipso facto tenẽt, & possidẽt in hac vita inchoatũ, vt D. Augustinus

De præsenti, quare dicuntur pauperes spiritu beati.

Matt. 25. c. 34.

Qui merentur dici pauperes spiritu.

D. Basilius quæst. 205.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Augustin. cap. 9. D. Tho. 2. 2. q. 69. art 2. D. Augustin. 1. retract. c. 19.

gustinus docet cap. 9. quē sequitur D. Thomas. 1. 2. q. 69. artic. 2. & latiùs hoc explicat D. Augustinus. 1. retract. cap. 19. sic dicens: Pauperes spiritu, hîc quodammodo incipiunt frui illa copia omnium bonorum, quæ illis promittitur in regno cælorum, quoniam cum nihil apperant, nullius egent, & sic tandem illi ipsi sunt, de quibus Paulus ait: Nihil habentes, & omnia possidentes.

D. Chrysost.

4 *Beati mites, &c.* In Græcis codicibus (vt videre est apud Chrysost. in vtroq; opere, & in cæteris Græcis partibus, hæc beatitudo tertio loco ponitur, & secundo, Beati qui lugent. Quem ordinem nonnulli ex Latinis secuti sunt, vt Leo Pontif. in sermone omnium Sanctorum, & Chromatius in expositione huius capitis. At verò ferè omnes Latini Patres, semper secundo loco ponunt: *Beati mites*, vt constat ex Hieronymo, Hilario, & Augustino. Sed non multum refert, si secundo, aut tertio assignetur loco, & longè conuenientiùs D. Matthæi ordinem sequemur. Secundo loco hanc beatitudinem collocando: *Beati mites.* Ij sunt mansueti, qui non facilè prouocantur iniurijs, qui placido animo cedunt improbitatibus, non resistunt malo, sed vincūt in bono malū. Ex vocabuli enim significatione, Græci sic mitem definiunt, vt *Prahis*, hoc est, Mites, sunt ij qui proni non sunt ad perturbatos animi motus, sed eos ratione moderantur. In Hebræo est, Hanabin, quod Septuaginta interpretes vertunt, Humiles, sed longè melius mites dicūtur. Ad mitem autem pertinet, non quidē nunquam irasci, hoc enim insensatorum magis proprium esset, quā hominum, sed ita irasci, & zelipassionibus imperare, vt nec indigneturnec murmuret contra Deum, si iniquos prosperare videat, & suprà iustos exaltari; nec cōtra peccatores, verbis exprobando contendat: aut iniurias ab ipsis sibi iniustè illatas, cupiat vindicare, sed ita sese erga Deū gerat, vt benigno, mansuetoq; animo, eius iudicia sustineat, & erga homines, vt vel patienti taciturnitate, vel placida responsione, vel malorum illatorum humili tollerātia; hominum improbitatem superare contendat. Est itaq; mitis, qui non repugnat maledictis, aut factis aliorum contra se, sed cuiq; aduersanti cedit. Hæc vox, Mitis, videtur translata à fructibus, dicimus enim mitia poma, cum ita matura sunt, vt tactui cedant, eundem morē mites imitantur, vt facilè se tangi sinant, postquam ad illam iudicij maturitatē venerunt, vt sciant à nemine lædi se posse, nisi à se ipso. Quod verò ad eos, qui hac virtute præditi sunt pertineat, aduersus Deum non murmurare, aut querelas proponere, ob fœlicem malorum præsentis vitæ statū, facilè videre potuimus. Psal. 36. vbi Dauid dehortatur ab æmulatione, & zelo, quod cōtra peccatores iusti haberepleriq; solent, videntes eos cunctis abundare delitijs. Consolatur sanè infirmiores, vt in pietatis studio strenuè perseuerent, nec commouecūtur ob felicitatem, quam eos habere cernunt, dicens: Noli æmulari in malignantibus, &c. quo in Psal. latè exitum, & finem peccatorum, & iustorū præclarè depinxit. Quòd verò erga proximum debeant se mansueti præstare, Paulus docet, dicens: Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetū esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Vt autem erga Deum, & proximum magis ac magis, hæc eximia virtus collatur; amplissimo præmio homines allicit Dauid in eodē Psal. dicens: Sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabūt terram, & ne

homines

Leo Pontif.

Chromati.

Hieronym. Hilario. Augustin.

Qui sunt vere mites.

homines putent Dominum tātum sustinendum esse de modestia, quā erga proximos seruare tenētur, adiuuxit. Mansueti autem hæreditabunt terrā, & delectabuntur in multitudine pacis. Deus bone, quàm magna est hęc māsuetudinis virtus, quæ non modo hominem, sui ipsius dominum constituit, verùm ipsum Deum ad sua vota, & desideria complenda constringit, vt Dauid in eodem Psal. testatur: Delectare (inquit) in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quid maius optare debemus, aut possumus quàm accipere à Domino, quicquid animo cōcupiscere valemus? Tàm est hæc virtus Deo chara, vt in scripturis passim eam commendatam reliquerit. Facit enim hæc virtus hominem gratissimum Deo. Ecclesiast. 11. Benè placitum est Deo fides, & māsuetudo. Has enim duas virtutes summo amore prosequitur Deus, nam per fidem, intellectus arcem occupat, per mansuetudinem verò, volūtatem, omnemq; humanarum affectionum exercitum, sibi deuincit, atquè prosternit Deus. Hæc virtus, in tantam honoris amplitudinem extollit habentem, vt Diuino colloquio cum dignum efficiat. Psalm. 24. Docebit mites vias suas. Et Eccles. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei. Et Psal. 33. Audiant mansueti, & lætentur. Et Iacobi. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Hinc fit, quòd Moses, qui mitissimus erat super omnes homines, qui morabantur in terra. Ob hanc virtutem (teste Dionysio) tantam meruit cum Deo familiaritatem, vt facie ad faciem cum eo loqueretur, tanquàm amicus ad amicum. Hæc virtus paratissimum hominem reddicante tribunal iudicantis. Psal: Cum exurgeret in iudicio Deus, vt saluos face-

Psal. 36. b. 11.

Mansuetudo Deum, & homines sibi gratissimos habet.

Psal. 36.

Psal. 24.

Ecclesiast. 11.

Psal. 4. Ecclesiast. 5. Psal. 33.

Iacobi. 1.

1. Tim. 3.

Dionysius de diuino bono.

Mansuetudo facit eum hominem reddit ante tribunal Dei.

Psal. 75. b. 10.

ret omnes mansuetos terræ. Idem Psal. Diriget mansuetos in iudicio, & exaltabit mansuetos in salutem. Et Isaiæ. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Hæc virtus tàm est Deo grata, & in se perfecta, vt ipse Dominus, se ipsum in exemplum imitandum proposuerit, dicens inferiùs cap. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Si hanc præclaram virtutem, toto pectore amplexarentur mortales, vt par est, quanta pace, & tranquillitate mundus frueretur? Verùm, quia homines tàm sunt dementes, & socordes, vt eam negligant, & contemnant, idcirco omnia sunt perturbationibus plenissima: existimant enim honorificum esse, nullo pacto alteri cedere, hinc lites immensas passim excitari videmus, adeò vt non modo inter ciues contentiones, turbæ, & rixæ vbiq; exoriantur, verùm inter populosas prouincias, interq; potentissimos principes, bella crudelissima exercentur, tanta crudelitate, vt populi occisorum sanguine inundare videantur, & Respublicæ, & regna corruant, atquè hoc malum ita latè patet, vt etiam pauperes pro re parui, aut nulius momenti, lites immortales excitent, & exiguam pecuniam, quam habent, & magno labore, sibi acquisierunt, malūt litibus insumere, quàm aduersario cedere: putant enim honestissimum esse vlciscendi genus, atquè vlcisci posse inimicum rem beatam prædicant. Sic quōdam ethnicus dixisse legimus, inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram. At Christiana philosophia, contrarium nobis proponit, dicens: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Hactenus visum est, quàm rectè Dominus beatos mites appellauerit, nunc videre licet, quid illis pollicea tur, quanquam omnia illa bona, quæ inde diximus proficisci, satis

Isai. 11.

Matth. 11.

Mansuetudo si adsit, mundus pace fruetur.

Mansuetudinis defectu, omnia turbā tur.

Vlcisci apud perditissimos homines est alterā vitam accipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtus operati præmiũ sufficiens est.

esse pro præmio potuissent, & virtus ipsa abundè vtenti sufficiens sit præmium: adeò vt quidam Philosophus dicere ausus fuerit, iniustissimum quidem esse, iustitiæ mercedem quærere: sed tamen Domini liberalitas, tàm est profussa, vt nostris omnibus rectè factis copiosissimam rependete mercedem vellit, pollicetur enim terræ possessionem mitibus. Hoc quod Christus ait possidebunt terram, sumptum videtur ex illo Psalm. 36. Mansueti autem possidebunt terram. Græcè est, *clironomisusin*. Hoc est, in hæreditatem accipient. Longè plus est hæreditate, seu in hęreditatem terram possidere, quàm possessione vti: hæreditatis quidem appellatio, pacificam quandam possessionem præ se fert, & quæ speretur etiam in posteros, & suos continuanda, in eo autem qui licet possideat, iniquè tamen possessione vtitur, hæc conuenire minimè potest. Sit quispiam qui totius terræ (quanquam nemini hactenus vnquam contingit) possessionem vi, & armis sit adeptus, is non continuò hæres terræ potest appellari, si immitis, si ferus, si violentia ac ferro, omnia sibi occupauerit: is tanquam tyrannus, & alienorum inuasor, perpetuo timore amittendi vniuersa, cruciabatur, ex omni parte insidias sibi parari, suspicabitur, & ne domesticis quidem ac intimis, tutò vitam, & fortunam committere audebit. Hunc ergo existimabimus, vel hæredem, vel certè securum esse possessorem terræ, qui nec spatium pedis tutò teneat? Minimè gentium. Ad mitem quidem iure hæreditario deboluitur terræ possessio, qui certam, atque fidelem Dei promissionem, mansuetudinem acquisiuit. Verùm quæ terra hæc sit, quam mitibus pollicetur Dominus, videndum iam est. Variè à varijs accipitur hæc terra. Bernardus huius terræ possessionem iudicat corpus humanũ, quod anima mitis, etiam in hac possidet vita, dũ carnis moribus omnibusq; suis membris per mansuetudinem imperat. D. Ambrosius non de corporea terra, qua grauamur in hac vita, sed de terra illa corporis nostri, qua post resurrectionem vestiemur: sicut enim Christus habitat in pijs, & mansuetis viris per Spiritum sanctum, qui datus est eis, etiam in hac vita, ita quoq; post corporum resurrectionem, reformato corpore humilitatis, resurgent configurati corpori claritatis suæ, & tunc plena erit, atquè perfecta possessio terræ corporis nostri in regione illa viuentium. Chrysostomus verò intelligit per terram, regionem hanc terrenam, quam pedibus calcamus, nã licet (opinione vulgi) mitis, adeò est fortunarum suarum remissius, vt omnia sua perdere videatur, & quinis auder mitem offendere, & bona ipsius vsurpare, Dominus tamen contrariam paradoxam proponens pollicetur miti, non modo custodiam eorum, quæ possidet, verùm longè maiores, etiam terræ huius possessiones, dicens: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Vsu venire sępè videmus, vt stabiliùs, & quietius, sua mites possideant bona, quã immites, qui passim animam cum amplissimis bonis, paterno labore coacerbatis, perdunt, & dissipant. Accedit ad hoc, quod homini miti totus mũdus patria est: accipiamus nũc hominem mitem, ac tractabilẽ qualem hîc Christus desiderat, mittatur in cæteras regiones, circũeat omnia totius orbis loca, inueniet profecto se non minus totius terræ possessorem, quàm paternæ domus, ab omnibus amabitur, omnes cum excipient, fouebunt, deducẽt, habebunt, vt domesticum, vt fratrem, sua omnia liberalitate maxima illi communi-

Psal. 36.

Mitibus, terræ promissio qualis sit

Mites hereditate possidẽt terram.

Inter legitimum possessorem, & tyrannum differentia.

Ad mitem terræ possessio iure deuoluitur.

D. Bernard.

Quæ terra sit illa quam Dominus mitibus promittit.

D. Ambros. De terra corporis nostri, quæ intelligit per hanc sententiam, sed secundum præsentem vitam.

D. Chrysost. de regione hac terrena pedibus calcata, quæ possessa fuerit.

Mites, immo mitissimi plerunq; damnum patiuntur.

communicabunt, ita vt verè hæreditatem terræ accepisse eos dici queat. D. Hieronymus per terram eam intelligit, de qua Dauid Psal. 26. dixit: Credo videre bona Domini in terra viuentium, nempè in cælo quod viuentium terra est, hæc verò nostra potiùs mortuorum, aut moriẽtium dicenda est, quàm viuentium. Et licet hæc Domini promissio, ad futuram potissimum vitam pertinere credamus, vbi virtutum præmia tribuuntur, tamen hęc virtus remunerationem habet præsentis, quæ nunc est, & futuræ vitæ. Possidebit sanè mitis, in primis se ipsum, summa pace, ac tranquillitate humanos affectus gubernando. Possidebit etiam, & in futura vita, terram corporis dono immortalitatis, dotibusq; corporis ex ornatam. Possidebit tandem cælum nouum, & terram nouam. Terrã (inquam) de qua Paulus loquitur ad Hebr. 2. Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum. Subiecit sanè illum Christo capiti, vnà cum membris, qui sunt hæredes Dei, cohęredes autẽ Christi. Mundus sanè hac vnica ratione quòd potẽtes, qui iniurias, vel etiam minimas vindicare solẽt, & domum domo, agrum agro copulare possunt, tãquam si soli iure, vel iniuria, occupaturi essent terram beatos prædicat: mites verò, quoniam frequenter è suis possessionibus pelluntur, ab eis miseri censentur, & iudicantur. Christus contra hanc mundi opinionem, sententiam tulit, dicens: *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram*. In Græco est, Hæreditabũt, siue hæreditates, aut forte possidebunt terram. Desumpsit hæc Dominus ex promissione illa, quam Deus antè ore Dauid fecerat, dicens: Mansueti autem hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis. Ex quibus sanè verbis intelligere possumus, quid Dominus vellit. Quasi dicat: Nunc mites, & humiles contemnũtur, & lacessuntur iniurijs, ex suis etiam sedibus, & bonis impiè pelluntur. Et licet hæc omnia patiantur, beati tamen sunt, quoniã hæreditabunt terram à qua minimè turbabuntur, sed tanquã in propria possessione quiescent, & beatissima pace ac tranquilitate fruentur. Ideò dixit: Et delectabuntur in multitudine pacis, in terra illa, quam Dauid sperabat, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium, sic interpretantur Hieronym. Augustin. & Chrysost. de opere imper.

Psal. 36.

Psal. 26. D. Hieron. D. August. D. Chrysost.

Sed quoniam dicit, forte hæreditabunt, aut possidebunt terram, meo iudicio, videtur Dominum alusisse ad distributiones illas terræ promissionis factas per Iosue, qua singulæ tribus suas sortes acceperunt. Quasi dicat: Tunc illis verus Iosue, diuidet sortem amplissimam terræ cælestis, in illa terra promissionis olim significata. Sed & hac beatitudine incipiunt frui in hac vita, quoniam qui verè humilis, & mitis est, magna pace animę fruitur, & vbiq; tanquam in propria possessione quiescit, & à nullo turbatur.

Mitis sortem distributionis accipit.

Terra nostra potius dicenda est moriẽtium, quàm viuentium.

Mites quæ possidẽt.

Hebr. 2.

D. Hierõ. de terra viuentium intelligit. Psal. 26.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

5 Beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur. 6. Beati qui esuriunt,

Beati qui lugent, &c.

Præteritis duabus sententijs, duas opiniones, quas vulgus suprà modum amplexabatur, nempè diuites esse fœlices, & mites omninò miseri, refellit Christus. Hac tertia paradoxa refel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A refellit quoq; ipse Dñs falsissimā vulgi opinionē, quā non modo gregarij homines, verū totus mundus pari cōsensu profitetur, nempè, beatā vitā eam esse, quæ ab omni luctu, ac tristitia aliena, in lætitia, & gaudio, in locis, & lusibus, noctes, dieśq;, absq; cōtradictione transigitur, ita vt diuitijs voluptatibusq; affluētes, tanto gaudio perfruātur, vt à cūctis
Psal. 142. B beati prædicentur. Beatū enim dixerūt populum, cui hæc sunt. At verò Christus eos, qui vitam in lætitia, & gaudio transigūt, demētes, atq; omninò infœlices prædicat, dicens: *Beati qui lugent, &c.* Hoc loco nobis idē faciendum videtur, quod in prima beatitudine fecimus, cum ostendimus manifestè, non omnem pauperatem à Christo commendatam esse, ita quoquè hìc videre oportet, quis luctus, quæ tristitia à Domino beatitudine donetur, cum passim videam in sactis literis lætitiam, & gaudium commendari, tristitiam verò sæpè reprobari. Hanc nobis quæstionem D. Paulus elegantissimè disoluit, duplex tristitiæ genus ostendens. Quæ enim (inquit) secundum Deum tristitia est, pœnitētiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur.
D Qui mœrore conficiuntur ex amissione charorum, à D. Paulo reprehenduntur, cum ait: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut, & cæteri, qui spem non habent. Hæc verè seculi huius tristitia est, sicut, & illa, qua homines plus æquo suis affectibus indulgētes, maximo mœrore tabescunt, si vel tantillum ex suo detrahatur honore, vel paruę pecunię iactura faciant. Valeant ij, qui nō modo beatitudinem, quam pio affectu

riunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. 7. Beati misericordes: quoniam ipsi miseri cordiam consequentur.

lugentes sibi comparant, amittunt, verùm mortem sibi ascisceere nō verētur. Quid enim hæc seculi tristitia secum afferet, quàm corporum infirmitates frequentes, adeò vt ossa exsiccentur? Spiritus enim tristis exsiccat ossa, & in interitum hominem inducit: Multos (ait Sapiēs) occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Tristitia verò, quæ maximā vtilitatem affert, lōgè alia est, nempè tristitia secundum Deum, hoc est: Tristitia quæ ex odio vitij, & virtutis amore procedit, hęc pœnitentiā parit in salutem stabilem, videlicet, pœnitentiam salutiferam, quam ipse Deus respicit ad delēdum peccata. Beati ergo, qui propria delicta intimo cordis dolore lugent, cum Psalmista dicente: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Quid (obsecro) mare illud ęneum in templo Salomonis, & luteres ænei aquarum capacissimi, significabant, nisi lachrymarum abundantiam, quibus animas nostras lauare deberemus. Est enim hoc admirabile in lachrymis, quod cum foris exeant, intùs animas lauant, & super niuem dealuatas reddūt. Cum deorsum cadāt, mira celeritate sursum ascendūt, & in cælum volant. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt (ait Sapiens) & exclamatio eius, super deducentem eas? A maxilla enim ascendūt vsq; ad cęlū. Cū sint aquę, de medio ignis egrediūtur, & ignis quo magis aquæ crescunt, ardētiùs inflāmatur. Nonne cor Magdalenæ alter Ætna mōs altissimus erat, Diuini amoris flāmas mirabili impetu emittens? Erat quidem. Et tamen in medio illius ardentissimæ flammæ, quidam Nilus lachrymarum, mira suauitate

C

2. Cor. 7.

Tristitiæ genus duplex.

Tristitia ex amissione charorum reprehensione digna.

1. Thes. 4.

Tristitia mūdi, mortē afferre solet.

Eccl. 38.

Tristitia quæ ex Deo cū quanta bona pariat.

2. Cor. 7. 10

Psal. 6. b. 7.

C

3. Reg. 7. f. 37.

Lachrymæ cum extrinsecus fluunt, intus animas purificant.

Eccl. 46.

D

Magdalenæ cor velut Ætna mons ignis fuit.

Magdalenæ lachrymæ velut alter Nilus fluebant. A suauitate currebat. Ex amore fluebant ardentissimæ lachrymæ, & lachrymæ sanctum amoris ignem mirabiliter augebant. O fœlices lachrymæ. Si odori feras aquas, ex floribus, & rosis, ex alijsq; fragrātissimis herbis distillatas magni facimus, quia externum odōrem, & paruam fragrantiam naribus propinquis emittunt, quanti æstimandæ sunt lachrymæ, quæ animas abluunt intùs, & Deo odoriferas reddūt? Beati itaq; dicūtur, & sunt, qui propria peccata lugent, beatiores tamen sunt, qui etiam aliena deflent peccata, ij enim Dei causam suscipiūt, & in honorem Deo exhibitum compensare proprio dolore contendunt. Dolent quoq; perditionem eorum, qui tanta impudentia Diuinam bonitatem offendere non verentur. Dolent tandē ob grauissima scandala, quæ pusillis parant. Sic Samuel luxit Saulem, & Dauid impios, dicens: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nō custodierunt legem tuā. Et D. Paulus flere se dicit eos, qui post fornicationem, & inmunditiam, pœnitentiam nō egerunt. Dixit Deus cuidā viro, teste Ezechiele: Trāsi per mediam ciuitatē in medio Hierusalē, & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cūctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et statim iussit illi, vt ijs seruatis, cæteros interficeret. Eos seruare Deus solet, vitamq; immortalem ipsis præstare decreuit, qui mundi scelera pijs lachrymis deplorant, & finem rerum venturum intuentur, atq; nouissima contemplantur. Litera enim Tau, quæ in Hebraico Alphabeto vltima est, finem rerum significat, quem debemus semper in memoria tenere, & ea veluti in fronte signari. Finem quoquè vitæ æternę, quem speramus, perpetua memoria recolere

Lachrymarū fragrātia odorifera Deo.

B

Tristitia quæ ex Deo cū quanta bona pariat.

2. Cor. 7. 10

2. Reg. 15.

2. Cor. 12.

C

5. Reg. 7. f. 37.

Ezech. 9.

Tau super frontem portantes à morte liberātur.

Deus illos quibus alios deflere iubet.

D

Tau quid significet.

Virum constanter lachrymas ob delicta proximi fundere oportet.

tenemur, atquè ob desiderium patriæ cælestis lachrymas fundere, si huius beatitudinis præmium nanciscì volumus. Beatus meritò voeandus est, qui voluptates huius mūdi animo spernens, cum Dauide dicit: Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Hic, haud dubiè terrena fastidiēs ad cælestia anhelat, & cum Paulo dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et cū Dauide: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Plorabant filij Israël, nec poterant continere lachrymas, ob Hierosolymæ suæ recordationem, videntes se in misera captiuitate à Babylonijs positos, & iuxta amœnissimos Babyloniæ fluuios sedentes, miserrimum eorum statum considerantes, dicebant: Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dū recordaremur tui Syon. Nos ob cælestis Syonis desiderium in miserrimo hoc exilio, & lachrymarum valle, oculos nostros fontes viuarum aquarum faciamus, si beatitudinem nobis promissam comparare volumus. Ascensionis in corde suo (inquit Dauid) disposuit in valle lachrymarum. Beatitudinū sanè gradus sunt à Deo dispositi, quibus ad cælestem Syon ascendere datur. Primus gradus est, propria deflere peccata. Secundus, proximorum offensas, in Deum commissas, & mala quæ in orbe fiunt cum Hieremia lugere. Tertius, pro æternæ patriæ desiderio, vnà cum sanctis plorare. Hæc Christi sententia: *Beati qui lugent*, non solum de ijs, qui ob sanctas nunc dictas causas, spretis huius mundi voluptatibus, sponte luctum suscipiunt: sed de his quoquè qui calamitates aliquas à Deo sibi immissas, æquo animo hìc perserūt, vt sub hac beatitudine comprehendatur illud Iacobi: Beatus vir

A

Psal. 76. a. 4.

Ad Rom. 7.

Psal. 119. b. 5.

B

Psal. 136. a. 1.

C

Psal. 83. b. 6.

Quibus gradibus ad cælestem Syon ascendere tenemur.

Beati sunt qui calamitates æquo animo perferūt.

Iacob. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Lugentes itaq; hîc dicuntur, non ſolum qui lachrymas emittunt, ſed etiam qui in rebus triſtibus, & calamitatibus verſantur, ſi modo immiſſas à Deo miſerias patienter ſuſtinerant. Et cum Pſalmiſta dicant: Ego in flagella paratus ſum. Et cum Iob: Etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Et cum Hieremia: Corripe me Domine, verùmtamen in iudicio, & non in furore tuo. Ij omnes lugentes beatitudine donantur à Domino.

Lugētes ſunt qui in calamitatibus verſantur.

Pſal. 37.
Iob. 13. c. 15.
Hie. 10. b. 24

B *Quoniam ipſi conſolabuntur.* Pro lachrymis debitè emiſſis tribuit Deꝰ, & hîc internam conſolationem, & in cælo æternam beatitudinem, in præſenti enim vita, non deerit nobis cęleſtis ille, & internus conſolator. Paraclitus ille Spiritus ſanctus, qui conſolator mentium eſt, temporarium luctum in æſtimabili mentium gaudio pẽſat, vt poſſint dicere cum Paulo: Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. Et cum Dauide: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sunt enim lachrymæ ſemen mirabile glorię, quod Dauid egregiè teſtatur, dicens: Qui ſeminãt in lachrymis in exultationę metent. Loquitur de lachrymis pœnitentiæ, & de illis, quæ ob pias, iuſtaſq; cauſas pij viri fundere ſolent: de quibus Iſaias tanquam ſi ipſemet Chriſtus loqueretur, dixit: Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me, ad annũciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolaret omnes lugentes, vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon. Non promittit Deus conſolaturum lugentes Babylonem, ſed Sion. Non illi ſunt gratæ lachrymæ fuſæ, ob mundi voluptates amiſſas, ſed eæ, quæ ob amiſsionem Syonis emittuntur. Lugere enim Syon eſt Eccleſiæ afflictiones deplorare, vel peccata in Syone admiſſa lugere, vel præ deſiderio cæleſtis Syonis, lachrymas profundere. Hos omnes mira ſuauitate, ac dulcedine cõſolatur Deus in hac vita. Verùm cum Dei promiſſiones, non tantum in hac vita, ſed etiam in futura impleantur, hæc promiſsio conſolationis lugẽtium, in illa fœlicitatis æternæ gloria potiſsimum implenda eſt. Ibi enim (vt Iſaias teſtatur) lætitia ſempiterna erit eis. Et Apocalypſi. 21. ait Ioannes: Auferet Dominus Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit vltrà, nec luctus, nec clamor, nec dolor, quia prima abierunt. Fœlices lachrymæ, quas manus Dei abſtergere nõ recuſant. Tunc exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis, exultationes Dei, hoc eſt maxima (eſt enim Hebræa phraſis, vt cum ait, cedros Dei) in gutture eorum. Hæc lætitiæ vberras quam lachrymæ pariunt, ſimilis omninò mihi videtur roſarijs hortorum: cum enim roſaria plantantur, nihil præter ſpinas vides, nec tamen ideirco eos hortorum cultores plantare deſiſtunt, ſciunt enim nouo vere veniente, roſaria ipſa mira florum, ac roſarum ſpecie, aſpectu hominum, & odoratus magna ſuauitate oblectatura. Ita quoquè lachrymæ, licet in hac vita ſpinæ pungentes homines videantur, in futura tamen vita, inenarrabilem pulchritudinem parient, & miram conſolationis fragrantiam emittent. Amplectamur itaque Euangelicum luctum, qui maximorum parens ſit gaudiorum, amemus lachrymas, quas ipſe Dominus magiſter omnium non

Spiritus ſanctus lugentes conſolatur.

2. Cor. 6. c. 10.
Pſal. 93.

C

Lachrymæ ſemen gloriæ ſunt.
Pſal. 125.

Iſai. 61.

D

Conſolatur Deus eos, qui Syon lugent.

Lugere Syon eſt Eccleſiæ afflictiones deplorare.

Ibi promiſſiones non tantũ in hac vita, ſed in futura adimplẽtur.
Iſai. 61. c. 7.
Apoc. 21.

Lachrymæ ſanctorum in gloria.
Pſal. 115.

Similitudo.

eſt auerſatus, & lachrymatus eſt (inquit) IESVS. Et videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, & tandem diem claudens, cùm clamore valido, & lachrymis, exauditus eſt pro ſua reuerentia: riſiſſe autem eũ nunquam legimus.

A

Ioan. 11.
Luc. 19.

Heb. 5. c. 7.

Citat ſemendequa Dominus loquitur eſt differẽtia inter Matthæũ & Lucam.

6 *Beati qui eſuriunt, &c.* Duo Euangeliſtæ Matthæus, & Lucas, licet eãdem beatitudinem poſuerint, non tamen eo modo loquuti ſunt ambo. Matthæus de fame, ac ſiti ſpiritus manifeſtè verba facit, dicens: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.* Lucas verò de corporali tantum fame ac ſiti, in hac beatitudine mentionem facit, dicens: *Beati qui nunc eſuritis*, vt autem nobis cõſtet de corporali fame, & ſiti loquutum fuiſſe in oppoſitione manifeſtat, dicẽs: Væ qui ſaturati eſtis, quia eſurietis, hoc de fame iuſtitiæ intelligi nequaquam poteſt. Sunt qui contendãt nodum ſoluere, dicentes: Quòd vterq; Euãgeliſtarum loquatur de fame, & ſiti ſpirituali, nam quemadmodum Lucas in prima beatitudine ſilẽtio præterijt ablatiuum, *Spiritu*, eò quòd Dominus ſuos alloqueretur diſcipulos, ex quo quiuis facilè poterat intelligere, Dominũ eos ſolos pauperes beatitudine donari, qui eſſent ſimiles Apoſtolis, qui voluntariam paupertatem elegerunt. Ita in hac beatitudine accuſatiuum, *Iuſtitiam*, non poſuit, quò exprimeretur quales eſuriẽtes Dominus deſideraret, beatoſq; prædicaret, eo quòd id ſatis manifeſtum reliquerat, ex ijs quibus Dominus loquebatur. Verùm hæc conciliatio mihi placere non poteſt, cum luce clariùs manifeſtum ſit D. Matthæum de fame, & ſiti ſpirituali loquutum fuiſſe. D. verò Lucam, de corporali verba feciſſe, niſi dicamus Dominum beatos ſic pronunciare eſurientes, & ſitientes iuſtitiam, vt eius deſiderio acceſſi, omni corporis cura poſthabita, famem, & ſitim, quam frequẽter patiuntur, omninò negligant, & in delitijs habeant: immò potiùs data opera, neceſſariam quoquè corpori alimentorum copiam, libentiſsimè ſubtrahunt, ieiunijſq; carnem macerare non omittunt, quò mentem virtutibus paſcant, & iuſtitia impinguentur. Hoc modo accipiendo famem, & ſitim, facilè erit amborum Euangeliſtarum concordiam facere: ita, vt D. Matthæus ſuper famẽ, & ſitim corporalem addere voluerit aliam famem, & ſitim longè maioris meriti. D. verò Lucas ſuppoſita ſpirituali fame ac ſiti, ita meritum eius extollat, vt eam anhelãtes famem, etiam ac ſitim corporalem contemnant. Vt vt ſit, Matthæi verba iam expendamus, ſi Deus ſpacia vitæ conceſſerit, vt ad Lucæ expoſitionẽ veniamus, de fame, & ſiti corporis verba exponemus: nunc de ſpirituali diſſeremus, vt priùs operemur, ſecundum Domini mãdatum, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.

B

Lucas de fame corporali loquitur.

C

Matthæus de fame, & ſiti ſpirituali verba facit.

Ioan. 6.

Beati qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiam. Scripturæ phraſis eſt, vt iuſtitiæ nomine virtutes omnes intelligamus. Sic Chryſoſtomus ait: Iuſtitia eſt omnium mandatorum plena cuſtodia. Cui conſonat Ambroſius: Vbi iuſtitia (inquit) ibi concordia virtutum eſt cæterarum. Non enim pars eſt iuſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium. Et luculentiùs adhuc Gregorius Niſſenus lib. de Beatitudinibus, hanc Chriſti ſententiam explicans, omnem virtutis ſpeciem hîc nomine iuſtitiæ deſignari teſtatur. Itaq; eſurire iuſtitiam, nihil aliud eſt, quàm omnium virtutum ornamentum deſiderare. Verùm Chriſtus proprio deſiderij vocabulo nõ eſt vſus, ſed per famem, & ſitim deſiderium explicauit. Tum, vt deſiderij vehementiam, & anxietatem, quam ad conſequendam iuſtitiam

D. Chryſoſt. Hom. 12. in Matthæ. D. Ambroſi. lib. de Parady. cap. 3.

Gregor. Niſſe. lib. de beat.

D

Iuſtitiæ nomine omnis intelligitur virtus.

Virtutem deſiderare eſt iuſtitiam eſurire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare Christus desiderium iustitiæ per famē, & sitim ponat.

habere tenemur, nobis indicaret: nā cū iustitia longo superet intervallo omnia, quæ in hac vita expeti possunt, desiderium quod erga eam habere tenemur, non poterat meliùs nobis ostendi, quàm per famē, & sitim. Fames enim, & sitis desideria sunt, longè superantia, quoduis aliud desiderium, vel honorum, vel diuitiarum. Tum etiam, vt naturā, quam induerunt iusti, nobis indicaret, famem, & sitim posuit, nam quē admodum tàm famem, quàm sitim, ex natura prouenire certissimū est: ita quoquè vehemens illud iustitiæ desiderium ex naturæ iustorū principijs, secūdum quam ex Deo sunt, fluere constat. Necnon etiam famē, & sitim posuit Christus, vt qualitatem, & conditionem eorū, quę maximè indigerent homines, ostenderet. Tā necessaria hominibus est iustitia, quàm cibus, & potus ad famē sitimq; pellendam, & vitam conseruandam. Hinc patet, quòd iustitia, veluti cibus, & potus spiritualis sit, animam pascens, reficiens, & viuificās, aut in vita spirituali conseruās. De hoc cibo dicebat Dominus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Dicens itaq; Christus: *Beati qui esuriūt, & sitiunt iustitiam*, perinde est, ac si diceret: Beati qui eo ardoris amore prosequuntur iustitiam, quo ardore cibum, & potum famelici prosequi solent. Beati qui iustitiam, veluti ad vitæ conseruationem necessariam, maximo studio requirūt, atq; in ea oblectantur, vt famelici in cibo, & potu oblectari solent. Vehemens itaq; desiderium erga iustitiam indicat Dominus his verbis: *Beati qui esuriunt, &c.* Esurientium ac sitientiū mos est, quāto esuriunt magis ac sitiunt, eo auidiùs cibum capere, & potum æstuāt, quo verò minor est edendi, atq; bibendi cupiditas, eo remissiùs, cibis ac potibus indulgere homines solent. Idem, & in animo fit, cernimus enim quosdam optare quidem iustos esse, sed tam negligenter in operibus iustitiæ incumbere, vt ijs sint per similes, qui omni appetitu edendi destituti coacti comedunt, ne omninò inedia cōficiantur, quo metu si carerent, nec exiguum quidem cibum illum caperent. Sic ij non pulchritudine iustitiæ, aut amore tantæ virtutis ad illam asequendam æstimulātur, sed solo Gehennæ metu cōmouentur, tantum abest, vt ijs hæc beatitudo contingat, vt potiùs illos Deus abhorrere videatur. Sūt enim illimet, de quibus in Apocal. dicitur: Vtinā frigidus, aut calidus esses, sed quia tepidus es, & ne frigidus, nec calidus, incipiā te euomere ex ore meo. Ij ergo, qui beatorum appellatione digni censendi sunt, totis animi affectibus insistant oportet in perquirenda iustitia, in cuius persequutione ea animi auiditate, atq; alacritate insistere debent, qua venatores in sectari feras solent. Hac similitudine Paulus ad Timotheum scribens, vtitur dicens: Sectare iustitiā. Accepto à venatoribus vocabulo, *Dioco*, sic enim in Græco est, debet semper existimare eam longiùs receisse, quod de Sapientia Salomon ait: Dixi (inquiens) sapiens efficiar, & ipsa, nimirùm sapientia, longiùs recessit à me. Quòd si placet exemplum aliquod huius facti videre. Paulum omnium virtutum exemplar inspicite, qui ad Philippenses scribens, ait: Non quod iam apprehenderim, aut perfectus sim, sequor autem (& hic est verbū, *Dioco*, sicut, & infrà) si quo modo comprehendam, in quo, & comprehensus sum à Christo Iesv. Fratres ego me nonarbitror comprehendisse. Vnū autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor,

Naturā, quā iusti induerunt per famem, & sitim intelligit Dominus.

Quid homines indigeat, per famē, & sitim Christus explicat.

Iustitiæ auiditas, edēdi, & bibēdi appetitui per similis.

Multi iustitiam appetūt sed remisse.

Apoc. 3.

Iustitia tota animi affectu persequenda est.

Philip. 3.

persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesv. Quicūq; enim perfecti sumus, hoc sentiamus. Vir tantus tamq; perfectus longè à perfectione se esse profitetur, quid nobis, qui nihil aliud quā cœnum, & sordes vilissimæ sumus, est cogitandum? Non dum (inquit) pati tanta potui, vt potuerim cōformis fieri Domino meo, qui tanta est passus, prosequor verò: non dixit, Curro, sed persequor, *Dioco*, vt vehementem affectum ostendat. Qui aliquem insequitur, nostis quanto cū impetu id agat, repellit quemuis, qui opponere se ei velit: nihil spectat aliud, nihil cernit, mentem, oculos, vires, animum, corpus, ad id vnum intendit. Persequor (inquit) vt quid? Si etiam comprehendam in quo, & cōprehensus sum à Christo Iesv. Eram (inquit) in perditorum numero, suffocabar, apprehendit me Christus, summo studio insectatus est fugientem, vt reuocaret ad se. Videte verò verborum repetitionem, vt intelligamus quanto cū affectu hæc dicat: Fratres (inquit) non arbitror me comprehendisse, vnum autē quæ quidem retro sunt obliuiscens, &c. Qui vas electionis erat, qui plus omnib⁹ laborauerat, qui tanta pro Christo passus erat, ter virgis cæsus, semel lapidatus, & multa alia grauissima perpessus, hęc omnia retro obliuiscens, quò magis currebat, eo maiori mentis affectu, ad brauium supernæ vocationis properabat. Hic tantus vir est à nobis imitādus, ne tā ea quæ hactenus fecerimus (cum enim fecerimus omnia, quæ præcepta sum nobis, adhuc fateri tenemur, quod serui inutiles sumus) quàm quid faciēdum adhuc supersit est cogitandum, & ardētiori affectu prosequendū. Hæc fames, hæc sitis nos vrgere debet in hac vita, & perpetuò nos cruciare, donec perueniamus ad perpetuam illam æternæ patriæ sacietatem. Vultis ad huc ostendam hominem sitientē vehementer: videte quid Dauid dicat: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Vt sitim ardentissimam demōstraret, accepit cervi sitientis similitudinem. Ferunt enim ij, qui de animalibus scribunt, cervos à canibus infestatos, cupidissimè ad aquas fugere, quò æstum, atq; anhelitū extingant. Iusti quoq; malis huius vitæ, tanquam à feris infestari fugientes, quo possint se tuto seruare, in hac vita non habentes ad Deum, tā quam ad tutissimum asylum confugiunt. Vbi tanquam ex fonte perenni, sitim omnē, quam patiuntur, asarim extinguere possunt, quā verò anxiè asiduèq; id ageret Propheta declarat, cum addit: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Hanc sitim imitabimur, si nobis persuadebimus, nos ab eo quam longissimè abesse, vt iustitiam simus assequuti, & semper aliquid addere curauerimus prioribus rectè factis, iuxta Salomonis consilium, qui per sementis metaphoram hoc admonet, cum ait: Manè semina semen tuum, & vesperi ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud, & si vtrumq; simul, bonum erit. Eodē pertinet, & illud: Da partes septē, necnon & octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Ac si diceret: Non sit tibi satis, si septem virtutes opereris, si desit octaua, prosequere, & non deficias, vt non sentias mala quæ fiūt super terram, vel benignè faciendum est per septem Dies, qui eum præterierint, & octauus apparuerit, cursus incipiendus est, & perpetuandum est opus,

Christus sum suo sitiuit fugientes insectatur.

Paulus exemplar eorum, qui Christum sequuntur.

Non quæ fecimus, sed quæ facienda restant, curare nouimus.

Quæ fames, & sitis in hac vita vrgere debeat.

Psal. 41. & 62.

Qua siti Dauid æstuabat.

Iusti à malis huius vitæ, tāquā à feris infestati, ad Deum fontem viuum accurrunt.

Iustus adhuc magis iustitiam sitire debet.

Eccles. 11.

Ibid.

Perseuerātia in bono omnino necessaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nescis enim quale malum euenturū sit tibi, & quibus aliquando opus habiturus sis auxilijs. Hoc ipsum est, quod dixit: Qui iustus est, iustificetur adhuc. Nūquam enim nos satis iustos censere debemus, sed semper opera iustitiæ esurire, & sitire tenemur. Iusti enim, quoniam nec se, nec alios vident in hac vita præstare iustitiā, omnibus partibus absolutam (nam omnis iustitia nostra, tāquam pannus menstruatæ, cum in multis offendamus omnes) etiā habita iustitia non sunt contenti, sed vlteriùs semper esuriunt, & sitiunt perfectiorem, rum in se, tū in alijs, iustitiam. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* His verbis nos Dominus auocare nititur, ab esurie, & siti terrenarum perituraruṁq; rerum, in quibus vulgus miserè torquetur, & mortales omnes anxietate indefessa cruciantur, & famem patiuntur vt canes. Fœlices qui famem, sitimq; omnem patiūtur ob iustitiam, qua saturari cupiunt. Diuitiæ enim satietatem interdum pariunt. Iustitia verò, quò magis gustatur eius dulcedo, maiorem famem ac sitim excitat, nam semper est quod esuriatur, & sitiatur.

Quoniam ipsi saturabuntur. Benè quidem pro mercede ponitur, esurientibus Euangelicam iustitiā, quòd ipsi saturandi essent. Quasi dicat: Miseri omnino sunt, qui temporales diuitias, atq; delitias tantopere insectantur, vt fame, atq; siti earum, per petuis cruciatibus diuexētur, & tandem lærali hydropesiæ morbo tabefacti, absq; satietate eorum, quę tāropere desiderarunt, moriuntur: sed fœlices qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. ipsi enim non semper esuriēt, nec sitient, suo tempore mira dulcedine satiabuntur in cælo. Tunc hāc quam tantopere sitierunt iustitiam, oculis maiestatis Diuinæ offerent, pro qua, satietatis præmiū amplissimum reportabunt. Hoc est, quod Dauid testatur, dicens: Ego autem in iustitia apparebo cōspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua. Ad futuram sanè vitam præmium hoc saturitatis referre potissimum oportet: in hac enim vita, perfecta saturitas inueniri nequaquā potest, cò quòd semper aliquid, immò non parum iustitiæ deest, quam semper esurire tenemur: in futura etenim vita, sicut est status omnium bonorum aggregatione perfectus, ita, & iustitiæ plena, ac perfecta satietas erit, postquam omnis iniquitas, vnà cum morte finem accipiet: Oculus non vidit Deus absq; te, quę præparasti diligentibus te. Sipax Dei superat omnem sensum, qui illam bonorum copiā, illum voluptatū torrētem (sic enim Scriptura appellat, cum ait: Torrente voluptatis tuæ porabis eos) illū (inquam) immortalis vitæ fontē, à quo mira dulcedine satiabuntur, os loquetur? Hanc mirabilem saturitatem, cum nequiret Paulus de eā eloqui, spatijs quibusdam indefinitis designauit, dicens: Vt possitis comprehēdere cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundū. Paulus qui persequebatur, si quomodo tandem comprehenderet, iam alios docet comprehendendi exactissimum modum. Hanc mirabilem iustitiæ, omniumq; rerum perfectā satietatem, cōparat nobis iustitiæ fames, & sitis, quam hîc patimur. In hac quoq; vita esuriētibus iustitiā, saturitas ex parte contingit, fœlicior, & longè verior, quām sit diuitum facietas. Si enim Saluator ait: Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet in ęternū. Et rursum: Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in ęternum, sed fiet in eo fons aquę viuæ salientis in vitam æternam. Duarum itaquè prædictarum beatitudinum promissio-

Apo.22.c.11

Isai.64.b.6.

Iacob.3.

Fames, & sitis verū terrenarum fugienda.

Psal.58.b.7.d.15.

Diuitiæ saciet atem, iustitia verò famem parit.

Psal.16.d.15.

In hac vita non plena saturatur iustitia iustitia vera & perfecta saturitas est.

Isai.64.

Philip.4.

Psal.83.

Comprehendere cum omnibus dicit Paulus dicta.

Ioan.6.

Ioan.6.

A promissiones, simul cum oppositis condemnationibus saturorum, & ridentium pulchrè describit Isaias: Ecce (inquit) serui mei comedēt, & vos esurietis, Ecce serui mei bibēt, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis, præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

Isai.65.

Contra auaros quintam beatitudinē Christus posuit.

B

7 *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quintā hāc paradoxam Christus potuit, contra huius seculi tenaces, auarosq; homines, qui auaritię tantopere inseruiunt, & colunt, vt idolum hoc, omni cordis submissione adorare videātur, & se ipsos suosq; amicos, propinquos, & sanguine sibi cōiunctos, ipsum quoq; Deum propter eum contemnant. Auaritia (inquit Paulus) est idolorum seruitus. Auari enim tantopere propria seruare studeant, vt ad omnem proximi necessitatem, aut miseriam, clausas habeant fores domus, & cordis. Talis planè erat durus, & pessimus ille Nabal, qui Dauidis famulos suam, ac Domini sui necessitatem exponentes, magna cum superbia ac duritia respondens vacuos demisit. Talis quoq; erat, si non lōgè peior, diues ille impius, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè & pauperem, ac vlceribus plenum Lazarum, quem quotidie ante fores suas iacentem, & ipsius pietatem postulantem, viderat, tanta animi duritia contempsit, vt canes potiùs liberaliter alere, quàm pauperē tenui saltim eleemosyna fouere vellet. Quot hominum miriades hac nostra tēpestate sunt, qui ad omnes pauperum miserias clausos oculos habent, & ad omnē lasciuiam, ad omnemq; luxum, profusissimi sunt, & plusquam par est liberaliores, putantes tantum ex suis bonis decedere, quantum in egenorum subuentionem impertierint! Vt hāc, hominum auaritię, luxuriq; inseruientium opinionem, è medio tolleret Dominus, hanc beatitudinem opinioni eorū omninò repugnantem posuit, dicens: *Beati misericordes, &c.* Misericors (teste Isidoro lib. 9. Ærymol.) à compatiendo alienæ miseriæ vocabulum est sortitus, hincq; appellatus misericors, quòd miserum cor habeat, dolens de alienamiseria. Ad misericordem autē pertinet, ex animo alienis miserijs ita compati, vt eas veluti proprias ducat, ac proinde eas pro viribus tollere nitatur. Hoc de omnibus misericordiæ operibus, tàm corporalibus, quàm spiritualibus, intelligamus oportet, vt notant Chrysostomus, Hieronymus, & alij. Nulla sanè virtus Deo in primis gratior est, ac in sacris literis magis cōmendata nobis, quàm hæc: nam licet charitas in rigore loquendo maior, parensq; aliarum virtutum sit, misericordiæ tamen dignitatem excellentiamq;, non modo non minuit, sed eam magis commendat, & extollit: cum ergo hæc præclara virtus, non excludat, sed potiùs charitatem in se inclusam habeat, tāquam fluuius è fonte procedens, magni quidē habenda est. In hoc tamen differre videntur, quòd fons perennæ charitatis, nunquam à sua matrice prosilire videtur, intra cor scaturire dignoscitur, misericordię verò fluuius, tanquam matricem exuberantem propriumq;, & vsitatum cursum internæ charitatis habere non contentus, omnes ripas proprię quietis inundans, & rumpens, per vniuersam terram omnia irrigans, diffunditur. Estq; aliud inter insignes has virtutes considerandum, videlicet, quòd charitas licet sua bona cæteris communicare soleat, misericordia tamen, non tantum bona donat, sed

Misericors, alienas miserias veluti proprias accipit.

D.Chrisost. D.Hieron.

Charitas misericordiam extollit.

Charitas & misericordia in quo differant.

Charitas sua est, misericordia fluuius ab illo fonte defluens est.

LRg.25. b.10.

Luc.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſed etiam in ſe aliorum mala ſuſcipit, & ea tāquam propria deplorat. Miſericordia itaq; non ſibi ſatis factū putat, ſi propria quæ habet bona deſtribuat, niſi etiam proximorum miſerias, ſibi tāquam proprias vindicet. Nec ſatis perfectæ miſericordiæ cor eſt, ſi tantum interiori animo, ad alicuius calamitatem ſubleuandam, miſericordia commoueatur, niſi etiam eleemoſyna ſuccurrerit, ſi modo facultas non deſit. Quod ex vi Græci vocabuli facilè intelligi poteſt, eſt enim ibi, *Eleimones*. Vnde etiam, *Eleimoſyni*, quam nos mutatis duabus literis Latino more eleemoſynā appellamus, quæ dictio nobis tàm eſt familiaris, Vt ſi de ea loquentes, diceremus pro eleemoſyna, Miſericordiam, nō ita facilè intelligeremus. Eſt apud Apoſtolum locus, qui idcirco apleriſq; non intelligitur, quod pro eleemoſyna, miſerendi verbo vſus eſt inter

C pres, vbi ait: Qui miſeretur in hilaritate, vult enim Apoſtolus, vt cum eleemoſynam faciunt, hilares animo faciant, non triſtes, perinde ac ſi pecuniæ iacturam feciſſent, inopi eā miſericorditer impartiendo. De eleemoſyna ergo in hac beatitudine ſit mentio, & beatos appellat eos, qui miſericordiæ, hoc eſt, eleemoſynæ, operibus incumbūt. Qualiter autem fieri debeat, docet Salomon: Inclina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuū,

D & reſponde illi pacificè in manſuetudine. Vult vt ipſo etiam corporis habitu, ac forma præbeamus nos faciles, & non ſolum audiamus pauperes loquentes, ſed etiam inclinemus illis aurem hilariter, ac ſine triſtitia, vt & vultus alacritate, & corporis ſubmiſſione ad poſtulandum neceſſaria animetur: alioqui ob timorem ac verecundiam poſtulare non auderent. Cùm verò audieris, vult vt amicè, ac modeſtè reſpondeas, tanquam ei, cui te ipſum præferre non A decet, multo verò minus contemnere. Vide etiam quid præterea dicat Sapiens: Redde (inquit) debitum tuum. Eleemoſynā debitum vocat, & Seruator ipſe, cum de eleemoſyna loqueretur, eam iuſtitiam vocat, dicens: Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Idem ipſum David teſtatur: Diſperſit (inquit) dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, & rectè ſanè vocatur iuſtitia. Quid enim tàm iuſtum B eſt, quàm indigentibus præbere beneficia? Contrà verò, quid tàm iniuſtum, quàm id nō præſtare? Quare idem Sapiens dicebat: Auaro nihil eſt ſceleſtius, & nihil eſt iniquus quàm amare pecuniā. Cuius videlicet ſtudiū id efficit, vt generis noſtri conſortes, & fratres non agnoſcamus. Miſericordem eſſe, non tàm virtutis eſt, quā vitij non eſſe, eiuſq; non ferendi, cum non ratio ſolum, verùmetiam natura ipſa ad id nos C ſtimulet, & quaſi cogat. Quare non rationi ſolum, verùmetiam naturæ aduerſari, quàm ſceleratum ſit, quis ſatis explicet? Natura autem omnes ad miſerēdum ſuccurrendumq; indigentibus inuitari, non homines ſolum, verùmetiam ratione carentium animalia, multa proferre exēpla poſſem, ſi ſpatium eſſet in his diuagandi. Si ergo in brutis veſtigia, tàm aperta humanitatis inueniuntur, vt in Elephantibus, & Leonibus, necnon in Lupis conſtat, idq; etiam in alienum genus, quid de homine, vnde humanitatis appellatio deducta eſt, dicere poſſumus, ſi in ſuum genus fuerit inhumanus, minuſq; miſericors? An non erit hoc monſtro per ſimile? Et tamen pauci admodum ſunt, qui verè miſericordium appellatione ſint digni, dum miſerendi actum exiguis nimirùm terminis circunſcribunt, putantq; ſe valdè

Miſericordia aliorum mala, tanquam propria ſuſcipit, & deplorat.

Eleemoſyna ex Græco vocabulo à Latinis ſumitur.

Eleemoſyna hilari animo facienda.

Eccleſ. 4.

Eleemoſyna qualiter fieri debeat.

Eleemoſyna debitum eſt.

Matth. 6.

Pſalm.

Eleemoſyna iuſtitia vocatur.

Eccl. 10. 29

Ibid.

Ad eleemoſynam natura nos ſtimulat.

In brutis humanitatis veſtigia inueniuntur.

Pauci admodum ſunt, qui miſericordes appellari debeant.

A ſe valdè miſericordes in egenū fuiſſe, ſi teruncium, aut panem vnum illi porrexerint. Ob hanc opinor causam Salomon dicebat: Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? hoc eſt, multi nomen ſibi miſericordiū vendicāt, ſed factis ipſis, quis ſit qui fideliter miſericordiæ negotiū exequatur? Dicebat idem Salomō, ſed paulò obſcuriùs: Delectat hominē pietas eius, & melior eſt pauper, quā vir mendax. Hoc eſt, delectat hominem, ſi prædicetur de eo liberalitas, pietas, & in elargiendis eleemoſynis affluētia, etiāſi falſum eſſe ſciat, melior eſt ſanè homo pauper, de quo tale quid prædicari nequit, qui non ſolum effugiet hoc crimen, ſed etiam excuſabitur, quòd miſericordiam exercere facto non potuerit. Nec modo natura inſitum eſt, omnibus affectum miſericordiæ inopi oſtendere, & exhibere, verùmetiā ipſa ratio, quę hominis propria eſt, conſentaneum eſſe demonſtrat, vt

C pauperi, & egeno opem feramus. Certè ſola ſuicōſideratio, quo munere reliqua animantia diſtituūtur, quòd ſi haberent, vereor ne quam plurimos noſtrum ſuperarent, ita frigidos ac pigros, ſegneſq; homines in pietate video, ſola (inquā) ſui contemplatio ſatis eſſe deberet, ad commouendam in egenos miſericordiam: nam ſi noſmet eorum loco ſtatueremus, & alta mente cogitaremus, quàm multis, ſi nos in ea

D egeſtate eſſemus, egere cōtingeret, & præterea nullum genus eſſe calamitatis, in quod, & nos incidere nō poſsimus, quare quod in nos fieri optaremus, in alios exercere nos o nainò oportet. Rectè quidem Philoſophus quidā dixit: Homo qui in homine calamitoſo miſericors eſt, meminit ſui. Deinde vtilitas maxima, quam ex hac præſtita miſericordia homines conſequuntur, vrgere eos ad benignè faciendum deberet vehementer. Quæ (obſecro) maior vtilitas homini cōtingere poteſt in hac vita, quàm Deo ea in re, de qua ipſe maximè gloriatur, nempè in miſericordia aſsimilari? Nulla enim maior creaturæ perfectio eſſe poteſt, quàm creatoris ſui ſimilitudinem referre, & quò magis creatorē ſuum referat, eo maiorē perfectionem, ſibi acquiſiſſe manifeſtum eſt. Eſt quoq; notiſsimum, nihil Deo magis proprium eſſe, quàm miſericordia vti. Hinc eſt, quòd Paulus B ait: Deus qui dives eſt in miſericordia, non Deum diuitem appellat, eò quòd ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portetq; omnia verbo virtutis ſuæ. Non quòd omnia per ipſum facta ſunt. Non quòd omnia ei tradita ſint à Patre, ſed quid (inquit) dives in miſericordia. Hoc vniuerſa fatetur Eccleſia, dicens: Deus cui propriū eſt miſereri ſemper, & parcere. Nec ſolum miſereri Dei proprium eſſe fatemur, quin C etiam (ſecundum intelligentiæ noſtrę modum) inter perfectiones Diuinas, quæ ad creaturas reſpectum habere cōſtat (teſte D. Thoma) nulla res, in qua maiorem ſibi gloriam acquirat Deus, inueniri poteſt, quā in miſericordia. Ex qua ipſe Deus cognoſci, & laudari à nobis maxime vult. Sic enim Moſes in illa admirabili viſione, quam vidit, quādo in monte Dominus gloriam ſuam tranſeuntem oſtendit, in qua ſanè D Diuinam eſſentiam per modū tranſeuntis Moſen vidiſſe credimus: licet quàm multas, & varias omniq; gloria dignas Dei perfectiones in illa viſione vidiſſet, miſericordiam tamen mirificis laudibus commendat, dicens: Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera,

Miſericordiā habere ergā proximū, ratio ipſa monet.

Qui in maxima miſeriis incidere poſſe, miſericordiā exercere oportet.

Seneca.

Vtilitas, quæ ex miſericordia conſequitur hominē.

In miſericordia homo Deo aſsimilatur.

Ephe. 2. d. 4.

Hebr. 1. d. 3.

Ioan. 1. d. 3.

Nihil Deo magis proprium quam Miſericordia.

D. Tho. 2. 2. q. 30.

Exod. 34.

Ex miſericordia Deus à nobis agnoſcit vult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſcelera, atquè peccata, &c. Quibus verbis, Dei miſericordiam magno affectu prædicat, & cõmendat: quãta autem ea ſit, quis oratione exprimere poteſt? Plena quidem eſt omnis terra (ait Iſai.) gloria eius, nempè miſericordia ipſius, qua ſummã ſibi gloriam Deus acquirit. Si de hac præclara miſericordiæ virtute, tantopere gloriatur Deus, & nihil fœlicius homini eſſe poteſt, quàm Dei ſimilitudinẽ in ſe referre, quanti (obſecro) erit facienda hæc miſericordiæ eximia virtus, quæ hominẽ

B Deo ſimillimum reddit? Sic enim Dominus ait: Eſtote miſericordes, ſicut, & pater veſter miſericors eſt. Pro quo Matthæus habet: Eſtote ergo perfecti, ſicut, & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Vnde ſignificatur, quòd ad perfectionem Diuinam obtinendam, per nullam aliam ſecuriorem viam, quàm per miſericordiam, & benignitatem, nos poſſe incedere. Hæc autem miſericordiæ virtus, non tantum in eleemoſynarum largitione conſiſtere, ſed etiã in his omnibus, quibus aliqua proximi miſeria iuuatur, & alterius onus portamus, manifeſtũ eſt. Miſericors ſanè is eſt, qui licet non habeat, vnde ægeno ſubuenire poſſit, miſericordiæ tamen viſcera, calamitatibus ipſius cõpatiendo oſtẽdit, & exhibet. Miſericors eſt, qui monet errãtem, docet ignorantem, conſolatur afflictum, veſtit nudum, paſcit eſurientem, condonat peccãti in ſe debita, orat pro peccatoribus, aut denique qui quicquid dotis habet, alijs ſubleuandis, & refocillandis impẽdit. Nec verò ij, qui cor poream miſericordiam præſtãt, miſericordes appellantur, & ſunt, verùmetiã illi inter miſericordes primas partes tenere cenſendi ſunt, qui ſpiritualia miſericordię opera exercent. Tunc ſanè eſurientes paſcere, ſitientibuſq; potum dare cenſebimur, quando ijs qui eſuriunt, & ſitium iuſtitiam, ea præbemus adiumenta, tum dictis ac monitis, tum exemplis, vt per nos non ſtet, quo minus eorum fames, ſitiſq; expleatur. Hoſpites excipiemus, cum non contẽti domeſticis fidei, curabimus pro viribus, ſi quomodo poſsimus, aliquos ex ijs, qui adhuc ſunt ſine Chriſto, alienati (vt ait Paulus) à conuerſatione Iſraëlis, & hoſpites Teſtamentorum promiſſionis, hos (inquam) hoſpites in domum noſtram, hoc eſt, Catholicam Eccleſiam introducere curamus. Nudos operiemus, ſi id fecerimus, quod Sapiens ait: Audiſti verbum aduerſus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. Cùm ergo vitioſum aliquid de proximo quoq; vel cernimus, vel audimus, tanquam operimẽto quodam ſic ſilentio inuoluamus, vt excuſantes factum illud zelemus, aut ſaltim extenuantes apud eos, qui dente canino inuehi in illum voluerint, nudum operire videmur. Illi verò iniqui admodum ſunt, qui non ſolum nuditatem proximorum operire recuſant, verùmetiam opertã denudare, & in publicum pudenda reuelare non verẽtur, & quaſi eum qui veſtitus eſt, honoris, & famæ ornamentis ſpoliant. Quid (obſecro) ab eis expectari debet, quã execratio illa, quam filius Noë Cham meruit, qui patris verenda impudentiſsimè fratribus reuelabit? Infirmos inuiſimus cum eos, qui imbecilliores in

D via Dei ſunt, erigimus, atq; animamus, facimuſq; quod Iſaias admonet, cũ ait: Dicite, puſillanimes corroboramini, & nolite timere. Hoc eſt, ſi eum qui in aliquo deliquerit, amica admonitione corripimus, ſi ignoranti, aut dubitanti ſalutare cõſilium damus. At in carcere quẽ eſſe dicemus, ad quem ſit eundum? Eum certè opinor, qui non in quauis carcere,

Miſericordia quibus in rebus exhibenda.

Quomodo miſericordiæ ſpiritualia opera ſint à nobis exercẽda.

Iſai.6.3.

Luc.6.

Mat.5.8.48

A cere, ſed in carcere Dęmonis, à quo captiui tenentur, ad ipſius voluntatem manet. Vitiorum enim conſuetudine, quaſi cuſtodia quadam, ac carcere duriſsimo compeditus, ita detinetur, vt ſe iam ab ijs vinculis expediri minimè poſſe videatur. Ad huius generis homines, à teterrimo hoc carcere liberandos, maximo ſtudio eundum eſt, & magna erga eos miſeratione vtendum, atquè eo maiori, quo periculoſior eorum, & quaſi deſperata eſt ſalus, admouendæ ſunt machinę omnes, quibus expugnari is carcer, quo incluſi detinentur, poſsit, & exorandus ad-

B iuuè Dominus Deus, vt educat (quẽadmodũ Propheta ait) animas eorum de carcere, vt liberati, tandem aliquando decantantes dicere valeant: Derupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudijs. Ijs enim in primis ſunt, quorũ cõuerſio cælos exhilarare, & Angelos mira lętitia iubilare facit: de quibus Seruator ait: Gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitẽtiam

C agente, &c. Sunt, & alia miſericordiæ opera nempè iniurias remittere, triſtes, & afflictos animo conſolari, necnon & alia, quæ breuitati ſtudens libens omitto, omnia hæc Diuina liberalitate præmiantur.

Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Par parireferre videtur Dominus, cum pro miſericordia pauperi, nunc exhibita, ſuam erga nos miſericordiam pollicetur Deus. Verùm lõgiſsimo interuallo, Diuina, & humana miſericordia inter ſe differunt, tu enim humanã humano miſericordiam præſtas, Deus autem diuinam illam, & omnibus numeris abſolutam miſericordiam, miſeris concedit hominibus, quatenus è miſeriarum barathro educti, Diuinę efficiantur conſortes naturę. Condonamus nos proximo offenſam in nos, vel leuem cõmiſſam, condonabit nobis Deus omnia delicta. Remiſimus propter Deum vindictam, quam de proximo ſumere cogitauimus, remittet nobis Deus æternam, quam ſumere decreuerat. Subuenimus tenui noſtra pecunia fratris inopiã, opes ſuas cæleſtes Deus nobis dare pollicetur, pro terrena itaquè miſericordia, cæleſtẽ larga manu à Deo accepturi ſumus. Hoc ſanè miſericordi conceſſum eſt, vt iure æquiſsimo miſericordiã Diuinã ante tribunal Dei exigere poſsit, obligatorias enim literas non paucas, nobis in ſacris codicibus cõſignatas reliquit Deus, quarũ vna hęc eſt. *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Et Tob. 4. Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Et alibi: In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum. Et eris tu velut filius altiſsimi obediens, & miſerebitur tui, magis quam mater. Et iterum: Anima quę benedicit impinguabitur, & qui inebriat, ipſe quoq; inebriabitur. His multiſq; alijs Scripturæ ſacræ teſtimonijs, ſuam Deus miſericordiam erga miſericordiam exhibẽtes declarat. Nec ſibi factum ſatis indicat ipſe Deus, donec ipſemet, hominis miſericordiam in proximũ operantis, quaſi ſeruus conſtituatur, & ſit tanquam verus ſeruus in poteſtate legitimi ſui Domini, & ille qui mutuò accipit in fœneratoris poteſtate. Quod Sapiens manifeſtè oſtendit, dicẽs: Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Et idem, qui accipit mutuò ſeruus eſt fœnerantis. Ex quibus manifeſtè colligi poteſt, quanti Deus virum miſericordem faciat, poſtquam ſe ſe totum exhibet miſericordi. Quid maius deſiderari ab homine poteſt in hac vita, quam Diuinæ miſericordiæ claues

penes

Miſericordes, ante tribunal Dei miſericordiam, iure optimo petere poſſunt.

Tob.4.

Eccleſ.4.

Prou.11.

Deus à miſericordib⁹ fœneratur.

Prou.19.

Prou.22.

Clauem, quã miſericordiæ Diuinæ, pectus aperitur miſericors habet.

Matthæus. 12

Eccleſ.19.

Pſal.141.

Pſal.115.

Luc.15.c.10.

Per parit miſericordiam reſpondet Deus.

Gen.9.d.25

Miſericordia humana Diuinam lucratur.

Iſai.35.d.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A penes se habere? Ita vt ipsius manibus constituta tam habeat diuinam erga se misericordiam, quam certo certiùs obtinebit, si misericordia cũ proximo vsus fuerit. Nulla præterea à securior via, ad peccatorum veniam obtinendam à Deo, quã pietatem, misericordiamq; exercere. Quod varijs Scripturæ sacræ testimonijs comprobare possumus. Sapiens ait: Ignem ardẽtem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Idemq;: Munus absconditum B extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Sanctus quoq; Tobias iam iam moriturus, filio suo eleemosynam cõmendans, ait: Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniã eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animã ire in tenebras. Ipse tandem Dominus in Euangelio sic ait: Verùmtamen, quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quod intelligẽs sanctus vir Daniel, postquam audiuit sententiam damnationis contra Babyloniæ regem iam fuisse prolatã, sic ipsi affatur. Quam obrem rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitã ignoscet Deus delictis tuis. Hæc sanè tutissima via est, qua ad peccatorum remissionem peruenire possumus. Nec verò solum peccatorũ D veniam, misericordia cõsequimur, verùmetiam thesauros maximarũ virtutum acquirere nos ipsa quoq; facit, quod in figura ostendit nobis Eliseus. Mulier enim quædã de vxoribus Prophetarum, clamabat ad eum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quòd fuit timens Deum, & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid vis vt faciam tibi, dic mihi quid habes in domo tua? At illa respondit: Non A habeo ancilla tua, quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar. Cui ait: Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui, & mitte inde in omnia vasa hæc, & cũ plena fuerint, tolles. Fecit mulier secundum Prophetæ mãdatum, cumq; fecisset, ait Eliseus: Vade, & vende oleum, & da creditori tuo, tu autem, & filij tui viuite de reliquo. Quid manifestiùs de virtute eleemosynæ dici potest? Si misericordię oleum in vasa pauperum fuderis, ostio clauso, ita vt secreto committẽs, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, certo certiùs tibi suadere poteris, tam magnũ olei misericordiæ incrementũ te facturũ, vt ditissimus effectus, possis iam peccatorum debita, non modo soluere, verùm virtutũ, atq; gratiarũ donis abũdare. De hac olei misericordiæ infusione, dixerat Prophe- C ta: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Ob huius olei incrementũ Paulus eleemosynam sementem appellat, dicens: Qui parcè seminat, parcè, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Sicut enim, qui semen in terram spargit, bona sua disperdere videtur, licet non modo non perdat, sed cum magno incremẽto recipiat, eodem planè modo, qui bona sua in D pauperũ eleemosynas dispergit, licet ea amittere videatur, nõ modo non amittere, sed ea multiplicare certissimum est: cum Deus ipse centuplum se daturum, & vitã æternam polliceatur. Sunt sanè pauperes, fertilis illa terra, super quam Isaac seminare solebat, quę pro vno centum referebat. Est quidem propria horum bonorum, quæ in pauperum vsus expenduntur, cõditio, vt quo

Misericordia securior via ad peccatorũ remissionem.

Eccl. 3.

Prou. 21.

Tob. 4.

Luc. 11.

Dan. 4.

Misericordia maximas virtutes nobis acquirit.

4. Reg. 4.

Matth. 6.

Psal. 111.

2. Cor. 9.

Misericordes fuas semina terra spargunt modo quæ in cælo colligant perfecte.

Genes. 26.

A vt quo magis sparguntur, eo maiori multiplicentur incremento: si verò parco, & auaro animo seruantur, vnà cum possessore pereunt. Hinc est, quòd Salomon figurata loquutione, de præbenda eleemosyna admonet, dicens: Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. Quid magis perditum humanis oculis videri solet, quàm id quod in aqua proijcitur? Verùm non perdes (inquit) nam fluenta lachrymarum, quæ pauperum ora irrigare solent, suo tempore in portum tutissimum gloriæ reportabunt, vbi eiusmodi merces æternæ gloriæ præmium consequentur. *Beati tandem misericordes:* A *quoniam ipsi*, in hac, & in futura vita, misericordiam Diuinam, patiter, & humanam consequentur. De Diuina misericordia promissa, satis manifestum reliquimus. De humana verò Theophylactus Christi verba interpretatur, nam qui hodie misericors fuit in pauperes, cras, si ad inopiam venerit, omniũ animos ad misericordiam flectet, & ab omnibus misericordiam consequetur: sensus iraq; erit: *Misericordiam consequentur*, partim quidẽ hîc à Deo pariter, & hominibus: perfectissimè autem post hanc vitam à Deo largissimo remuneratore in vitam æternam.

Eccl. 11. d. 1.

Theophyl.

EXPOSITIO.

8 *Beati mundo corde, &c.* Octauam hanc paradoxam Christus posuit, contra mundi huius Philosophos, contra Iudæorum, C & Pharisæorũ superstitiosam munditiem. Contraq; omnes, mundi fastum sectantes. Philosophi omnes in ea erãt sententia, vt crederent eo magis homines Deo posse appinquiores fieri, quo sapientiores essent; non D enim putabant Deum aliter agnosci, aut suo modo videri à quoquam posse, nisi ab eo, qui perfectissima operatione intellectus, Deum specularetur. Itaq; dicebant in perfectione partis speculatiuæ cognitionẽ, visionemq; Diuinam consistere: eosq; beatos prædicabant, quos sapientes agnouerant, quasi illi Deũ sint perfectius visuri, & cogniturі. Christus verò, non in perfectione C partis intellectiuę, sed imperfectione mentis, & partis affectiuæ, quæ cor vocatur, consistere, ostendit, dicens: *Beati mundo corde.* Quibus verbis ostendit hanc præparationem, & viam ad benè, beateq; vinẽdum omnibus, quãtunuis ineruditis, communem esse: munditiam namq; cordis etiam vetulæ, & anus indoctæ habere possunt. Iudæi quoque, & Pharisæi, eum tantum beatum prædicare solebant, qui toto studio corporis munditiam sectabantur, & corpore mũdi

Philosophorũ opinio circa Dei cognitionem.

Pars illa affectus humani, cor dicitur.

Mũditia cordis ad benè beateq; vinẽdum necessaria.

Pharisæorũ mũditia qualis.

TEXTVS.

8 BEati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. 9. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. 10. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A erat, talis enim liberè templum intrare, & cum sanctis coram Domino apparere poterat. At verò Christus hac paradoxa docet, corporalem illam munditiam, quam Pharisæi tantoperè sectabantur, non magnopere sectandã: illa enim ficta, ac hypochrisi plena munditia est, quam Christus ipse deplorat. Væ (inquit) vobis Scribæ, & Pharisæi hypochritæ, qui mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis, intùs autem pleni estis rapina, & immũditia. Et subditur, B Pharisæe cæcæ, munda priùs quod intùs est calicis, & paropsidis, vt fiat id, quod foris est mundum. Ij sunt de quibus Sapiens ait: Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Veram, & perfectam munditiam, ipse Dominus puritatis amator cõmendat, ac beatitudine donat, quã in vera cordis munditia, & puritate sitam esse docet, dicens: *Beati mundo corde.* Mundus, & qui mundi partes sectantur, eos fulpicit, & veneratur, omnique honore dignos prædicat eos, qui omni studio corporis nitorem, munditiem que vestium affectant, quòd tales digni meritò censentur, vt cum Regibus, & Principibus versentur, & facies illorum videant, & ab eis spectentur, & ipsi. Dominus verò, contrà, qui non iuxta externam faciem iudicat, mundos corde beatos esse censet, quod nõ terrenum, mortalemq; Regem sint visuri, sed ipsum Deum, Regem Regum, quẽ indecore suo videbunt. *Beati* (inquit) *mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Videtur, Dominum ijs verbis alludisse ad verba Dauidis, dicentis: Quis ascendit in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Ipsemet sibi respondit: Innocens manibus, & mundo corde, &c. Et subditur. Hæc est generatio quærentium eum, quæ- A rentium faciem Dei Iacob. Cor mundum hîc accipitur, vt generaliter omne mentis vitium excludat, ita, vt cor nullis sit inquinatum vitijs, purum scilicèt, & à malis cogitationibus, & à prauis desiderijs, & singulariter ab omni duplicitate, ita, vt puritatis amator, purum cor, sua habitatione dignum sibi faciat. Et D. Hieronymus, Mundo corde vocat, quos non arguit conscientia vlla peccati. Idem etiam Hilarius Can. 4. docet, Chrysostomus, & etiam B Chromatius in expositione huius capitis. Tale cor precatur Dauid, sibi à Deo fieri: Cor mũdũ (inquit) crea in me Deus. Hoc in loco generaliter accipi debere mũditiam cordis, constat ex Psal. 23. citato, vnde diximus verba desumi, necnon ex interpretatione Ambrosij, & Basilij qui Quæst. 280. explicans, quis sit mundus corde dicit: Qui non reprehendit se ipsum, in reprobatione, aut deffectu, aut negligentia mandati Dei. Non enim putarem adeò certum, id quod hîc Chrysostomus dicit, nempè munditiam cordis pro castitate corporis, & animi tantum hîc accipi posse. Nam ea vnica virtus, si cæteræ non comitentur, tanta beatitudine, vt Deum ipsum videat, digna minimè censeri debet. Quanuis castitas, & continentia, maximè ca pacem mentem reddunt visionis, & cognitionis Diuinæ: & hæc puritas, quãuis propinqua sit, & quodammodo parata ad Dei visionem, D non tamen sola castitas, aut virginitas, eam consequitur. Virgines illę decem, in sponsi thalamum, simul intrare cupientes, ex eis quinquæ passæ sunt repulsam, non ob virginitatis defectum, sed quia cætera rum virtutum oleo carebant. Mundi itaq; corde hîc sunt intelligendi, qui omni vitio cordis, & mentis carent, ita vt quantum homini in hac vita datur, nihil in se patiantur, quod Dei oculis displiceat, qui minutissima quæq; apertè vident. Sic docet Paulus: Pacem sequimini eum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Videas hîc Paulum hunc locum interpretantem, vbi enim Christus dicit mundo corde, Paulus munditiam cordis sanctimoniam vocat, nempè virtutem, omnem mentem hominis sanctificantem. Ad hanc B cordis munditiam Isaias inuitat, dicens: Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et D. Iacobus: Purificate corda vestra duplices animo. Rectè generaliter accipiendo cordis munditiam, hęc beatitudo superioribus coniungitur, nam vt omnibus numeris absolutum, ac perfectum constituat Christus hominem, non satis esse docet, si pauper sit spiritu, si mitis sit ad omnes, si C propria, & proximorum crimina lugeat, si iustitiæ famem patiatur, si misericordiæ opera exerceat, nisi etiam omninò mundus sit corde. Nam illæ virtutes possent quidem exteriùs ab aliquo præstari, qui licet omnia exactissimè exequatur, potest tamen habere cor cogitationibus, ac desiderijs prauis occupatum, vel certè sinistra bonorum operum, quæ facit intentione deprauatum. Ideò licet omnia exactissimè præstentur, non dum tamen gradus omnes, ad videndum ipsum D Deum, se conscendisse putet, nisi ad gradum puritatis cordis peruenerit, in illo fastigio, & culmine sistens, Deum ipsum videre poterit. *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Non itaq; sat est omnes externas, atquè præclaras, quas posuit Christus virtutes, ad videndum Deum, operari, nisi internis quoq; virtutibus comitatæ sint. Aut certè hæc beatitudo superioribus coniungitur, eo quòd ex illis consequatur. Cordis enim munditia, præcedentium virtutum effectus certissimus est. Per luctum enim, & misericordiam proximo exhibitam, peccata purgantur, & cor ab omni iniquitatis immunditia liberatur. Cor frequenter in scriptura accipi solet metaphoricè pro mẽte, vt hîc quoquè accipimus, propterea quod sicut cor omnium vitalium operationum principium esse constat, ita B quoquè mens omnium cogitationum, & affectuum principium esse certissimum est. Hinc est, quòd Sapiens præcipit, omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Verùm quis (obsecro) erit qui hanc sibi beatitudinem polliceri audeat? Quis potest dicere (ait Sapiens) mundum est cor meum, purus sum à peccatis? Cæli non sunt mundi (inquit Iob) in conspectu eius, quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquas iniquitatem? Et idem: Nun quid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna, etiam non splendet, & stellę non sunt mundæ in conspectu eius. Et D. Ioannes: Si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si sanctissimi viri sordibus interdum scatent, quis ante Deum iustificari poterit? Non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Si nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vitæ dies vna super terram, quis poterit gloriari castum se habere cor? Facilè huic quæstioni satisfieri poterit, si dicamus quòd quemadmodum Scriptura verè iustos vocat, non sanè eos qui nullum committunt peccatum, sed qui ab omni crimine sunt alieni, ita quoq; illos

Ex cæteris virtutib⁹ cordis munditia sequitur.

Cor in Scriptura sacra pro mente accipitur.

Mens omniũ cogitationũ, & affectuum principium.

Prou. 4.

Prou. 20.

Iob. 15.

Idem. 25.

1. Ioan.

Psal. 142. & 2.

Mundus corde vocatur is qui criminalibus caret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mundos corde cenſet concors ſententia patrum, qui licet cor habeãt leuibus maculis conſperſum: Diuina tamen gratia à criminalibus læta libuſq; criminibus, quæ hominem in iram, & indignationem Diuinam conſtituunt, purus eſt. Dicuntur itaq; mundo corde ij, qui non abſolutam, & perfectiſsimam munditiam, veluti in gratia confirmati, habent, ſed qui munditiam fragilitati noſtræ poſsibilem habent, & in ſe ſeruant. Veluti ſi per viam valdè lutuoſam ſit tranſeundum, per quam ſi quis tranſire cuperet, oporteret ipſum ſordes maximas contrahere, antequam poſsit ad optatum peruenire locum: tranſeat tamen aliquis adeò circunſpectus, & viæ gnarus, qui pauculis ſit conſpurcatus maculis, cum ſanè cautum, circũſpectum, & mundum vocare poſſumus: eo certè modo mundos corde prædicare poſſumus eos, qui in
C lutuoſa huius ſeculi vita, leuium peccatorum maculas, ſine quibus tranſigi non poteſt, contraxerunt.

Similes.

Quoniam ipſi Deum videbunt. Superioribus beatitudinibus, ita Chriſtus conſtituerat præmium, vt laboriresponderet, & vnum quodq; opus pro dignitate ipſius tuum præmium reportaret: Pauperibus, regni cælorum diuitias: Manſuetis, qui ſua manſuetudine omnia videbantur amittere, terrarum poſſeſsiones: Lugentibus, veram conſolationem: Eſurientibus, ſatietatem
D perennem: Miſericordibus, Diuinam illam, & ampliſſimam Dei miſericordiam pollicetur. Quæ omnia ſanè præmia, abſquè Diuinæ viſionis participatione perfectè obtineri non poſſunt, cur iam ſpeciali quadam doni dignitate ijs, qui mundo corde ſunt, Diuina viſio pollicetur? Deus lucem inhabitat inacceſsibilem, quàm nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, atquè adeò lux eſt ipſe Deus. At lucis ea A
eſt natura, vt niſi purgatos, & naturali quadam acumine præditos inueniat oculos, percipi nequaquam poſsit, præſertim ſi magna eſt, vt eſt ea, qua ſol eſt præditus, quę ob ſuam magnitudinem, humanos hebetat oculos, quia ad tantam percipiendam lucis copiam infirmi ſunt: quę-dam tamen animalia ferunt̃ (quẽ-admodum de Aquila creditur) quæ ob robuſtam oculorum aciem, in ipſum ſolem intuitum defigere ſolent. Hæc ergo lux, quæ Deus eſt, B
& inacceſsa dicitur, ob incomprehenſam eius magnitudinem, vt autem comprehendi, quantum creatæ rei fas eſt, poſsit, oportet eos, qui id aſſequi cupiunt, purgatiſsimos, & percipiendæ tantæ lucis aptiſsimos, habere animi oculos. Id autem ex puritate ſola, munditieq; cordis comparari poteſt. Quod vtiquè fiet, ſi à vitiorum peccatorumque ſordibus perpurgatum, in continua virtutum exercitatione, tanquam in lucis conſuetudine retineatur. Hinc eſt, quòd rectè facta Paulus arma lucis appellat, contra verò iniquè facta, tenebrarum opera vocat. Notiſsimum quidem eſt eos, qui tenebris ſunt aſſuefacti, omninò percipiendæ lucis ineptos eſſe: cum autem peccatum tenebræ ſint, quicumq; ab eo, quàm longiſsimè diſceſſerit, & virtutum lumini ſeſe aſſuefecerit, quò accuratiùs id fecerit, tanto Diuinã lucẽ intuendã, aptior proculdubio erit. Vt ad hãc Diuinam viſionem, tandem peruenire regius Propheta poſſet, cordis mũditiam poſtulabat: Cor (inquit) mundum crea in me Deus, quid ſit cor mundum creare ipſemet explicat, dicens: Et ſpiritum rectum in noua inviſceribus meis, quare hoc tanto affectu poſtularet, oſtendit cũ ait: Ne proijcias me à facie tua. Ac ſi dixiſſet: Si immundum cor meum fuerit,

Cordis munditiæ, quare pro ſingulari præmio viſio Diuina reſpondet.

1. Timo. 6.

Oculos mentis purgatos habere, idem quod mundum cor habere.

Arma lucis opera dicta ſunt.

Pſal. 50.

A fuerit, ſcio me longè à Diuina tua viſione proijciendum. Deus bone, quàm ampla eſt hæc promiſsio videndi Deum? Nam in hac viſione vniuerſa vitæ æternæ fœlicitas conſiſtit, Saluatore hoc teſtante: Hæc eſt (inquit) vita æterna, vt cognoſcant (hoc autem idem eſt, quod videant) te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Iesvm Chriſtum. Si huius corporei luminis aſpectus, tanti ab hominibus fit, vt qui eo carent, omni ſolatio, & gaudio deſtitui videantur, quod Tobias de ſe ipſo fatebatur, dicens: Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli nõ video. Si (inquam) hoc gaudio deſtituuntur, quod cælum, ſolem, terrasq; amœna virentia, cernere non poſſunt, quod tamẽ cum minimis quibuſq; animantibus commune eſt, quanti (obſecro) hæc Dei viſio, quæ ſola beatos efficit, quæ non cum reliquis animantibus communis, ſed
C cum purgatiſsimis cæleſtibus illis mentibus, hominibus reſeruata eſt, fieri debet? Hæc itaq; ampliſsima promiſsio, licet in futura vita potiſsimum impleatur (nam in hac vita, Deum nemo vidit vnquam, in propria, ſcilicet eius eſſentia) ex parte tamen etiam in hac vita id adimpleri videmus, quandoquidem puri corde capaciores ſunt Diuinæ cognitionis, quàm hìc de ipſo habere poſſumus. Sicut enim (inquit Theophylactus) ſpeculum ſi mũdum fuerit, recipit imagines, ſic anima pura, Dei faciem, & Scripturarum ſcientiam ſuſcipit. Itaq; in hac vita magis indies Deus ſeſe cõmunicat hominibus, qui mundo ſunt corde, & perfectiùs Deum cognoſcunt, ſed in cælo perfectiſsimè videbunt Deum, ſicuti eſt. Præterea, mundum cor habere, totius ſanctitatis ſubſtantia eſt, & viſio Dei beatitudinis ſubſtantia cum ſit, merito ijs

In Diuina viſione æterna fœlicitas conſiſtit. Ioan. 17.

Tob. 5. 12. B

Videndi Deũ promiſſio, etiam in hac vita eo modo qui fieri poteſt, conceditur.

Theophyl. D

promittitur, qui perfectam cordis A
munditiam habent, & ſubſtantiam Diuini amoris in ſe habent. Præterea hæc ratio addenda eſt. Viuere caſto corpore, & corde, Angelicũ, potiùs quàm humanum eſt, & ideò more Angelorum viuentibus peculiariter promittitur, & conceditur, quod Angelorum puritati datum eſſe fatemur.

9 Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Qui ſacrarum literarum cognitionem, vel paruam habent, facilè videre poterunt hanc commendationem, beatificationemque pacificorum, in veteri Teſtamento nullibi inueniri, tempore etenim veteris legis, tempus bellorum erat, nihil quàm bella audies, bella inter nationes barbaras, bella inter Reges, bella contra filios Iſraelis, bella contra ciuitates terræ promiſſionis, bella contra Philiſtæos, bella contra Dauid, bellis tandem omnia eo tempore replebantur: Tempore autem nouæ legis, omnia in pace, & perpetua tranquillitate conſtituun
C tur, ita, vt nihil potiùs Chriſtus fecerit, quàm pacem componere, mũdumq; pacificatum reddere. Sed quæ (obſecro) cauſa fuit, vt in veteri lege, tot tamq; ardentia bella excitarentur, in noua verò omnia mira pace, & tranquillitate fruerẽtur? Nullam potiorem cauſam reddere poſſumus, quàm quòd Satan vniuerſum Abrahæ ſemen perdere funditus nitebatur, ne Chriſtus, qui fue
D rat ipſis promiſſus, originem ab ipſo traheret, ſciebat enim verſipelles, quanta imminerent ipſi mala, ſi promiſsio Abrahæ facta, ſuum ſortiretur effectum. In ſemine (inquit Deus Abrahæ) tuo, benedicentur omnes tribus terræ. Et Paulus: In ſemine tuo, quod eſt Chriſtus, quod ſi quoquo pacto ſemen benedictum deuaſtare potuiſſet, ſperabat Chriſtum minimè venturum, promiſsio

Commẽdatio pacificatiũm in veteri lege non inuenitur.

Tempore nouæ legis omnia pacificantur.

Abrahæ ſemen funditus perdere Satã nitebatur.

Gen. 17.

Galat. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nemq; Diuinam irritam futuram, & vanam. Hinc est, quòd Pharao Satanæ quidem spiritu motus, grauiter obstetricibus præceperat, vt omnes masculos, quos ex filijs Israël in lucẽ prodire vidissent, absq; pietate vlla interficerent, vt hoc nouo crudelitatis genere, vniuersum Abrahæ semen extinctũ daret. Hac eadem arte vtebatur Diabolus per Herodem, cũ omnes masculos abimatu, & infrà repertos in Hierusalem, & in omnibus finibus eius, gladio crudeli trucidari præcepit, quo Christum iam natum extingueret, & promissionem mendacem faceret. Hac quoq; ratione, tot bella ab orbe condito excitauit Dæmon. At postquam inueterati Satanæ ars, tãta Dei sapientia delusa est, & Christus in terris apparuit, non iam bellorum, sed pacis tempus desideratissimũ affulsit, iam ab Angelis pax-
per vniuersum orbem proclamatur: Gloria in excelsis Deo, & in
C terra pax hominus: vbi Theophylactus coniunctionem illam, Et, causalem, Vt, sæpè moris est in Scriptura facit, vt ad Ephesi. 1. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, vbi, Et, coniunctio pro causali accipiẽda est. Ac si dixisset: Omnia sunt Christo subiecta, quia ipsum constituit Deus caput, super omnem Ecclesiam, ita quoq;, & in terra pax hominibus, causalis esse debet. Ac si
D manifestiùs dicere voluisset: Gloria est iam ipsi Deo in cælis, quia in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sicut enim in veteri Testamento omnia prostrepebant armis, omnia bella sonabant, ita quoquè in nouo, nihil auditur quàm pax, quia ipse Deus auctor pacis, & amator, tanto amore accensus, de sinu Patris ad nostram sese demisit humilitatem, vt pacem inter Deum, & nos, Dæmone victo, conciliaret,

Pharao quare obstetricibus præceperat, masculos nascentes perimere.

Herodes quare præcepit masculos interfici.

B

Luce 2.

Ephes. 1.

Gloria in excelsis, quomodo intelligatur ab Angelis dictum.

homines etiam, qui non solum Deo A
indigent, verùm etiam aliorum hominum commercio, & societate vtuntur, in tranquillitate pacis coniungeret. Et quidem cum omnes homines deceat pacis studium, ex eo quòd ratio ipsa, quæ illos à reliquis animantibus distare facit, eos ita admonet, ijs tamen in primis cõuenit, qui Christo nomen dederũt, & eius se legibus profitentur esse subiectos. Hos enim pacis futuros studiosissimos, tot ante seculis Isaias prædixit in hæc verba: Conflabunt gladios suos in vomeres, & B *Isaiæ 2.*
lanceas suas in falces, non educet gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Ipse verò Seruator, hanc suis accuratissimè commendauit, cum diceret: Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis, quæ, cum tanquam partus charitatis sit, eandem charitatem, à qua pax proficisceretur, ita voluit esse commendatam, vt solum hoc illis præceptum dandum esse vi C *Ioan. 13.*
deretur. Hoc est præceptum meum, (inquit) vt diligatis inuicem. Et alibi: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, quod cum peculiare signum esse vellet eorum, qui in se crederent, adiecit. In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter vos. Et sanè si inter ethnicos bella exercebantur antiquitùs, minùs erat mirandum, cum inter ipsos Deos, quos summo D
honore colebant, Mars collocaretur, qui gerendis bellis præesset: at sub Christo, qui nasci noluit, priùs quàm totus orbis in pace compositus fuisset, qui in ipso natiuitatis exordio, mox Angelos pacis præcones immisit, qui in ipsius vitæ exitu, pacem nobis, tanquam testamentum, reliquit, qui (vt ait Paulus) est *Ephesios 2.*
pax nostra, bella exercere, ac lites, hoc omninò absurdissimum est,

Ratio cur decet homines ad pacis studiũ moueat.

Pax Christi peculiare eorum signum.

Pacem

A Pacem itaq; quam sæpè cõmendat, hîc non modo cõmendat, sed secundum quorundam sententiam eam sequentes, & quæ pacis sunt sectantes, beatitudine donat, dicens: *Beati pacifici.* Verùm cum vox Græca, quę hîc ponitur, non sit, *Hyrinicos*, hoc est pacificus, sed *Hyrinopyos*, hoc est, pacem facientes, & pacis conciliatores, in hac beatitudine ponuntur, ac beatificantur ij, qui non solum in se ipsis pacem iam habent, quales sunt qui mundo sunt corde, nec
B solũ qui cum omnibus pacem, quãtum in eis est, habere student, quales sunt, qui mites sunt iam dicti, & beatitudine donati, sed qui etiam summo studio nituntur, eos, quos agnoscunt à se dissidentes, sibi recõciliare, aut pacem componere, inter eos, quos discordes vident, aut etiã quos à Deo alienos esse sciunt, totis viribus cum Deo reconciliare student. Hoc in loco pacifici (secundum Augustinum) intelligũtur etiã qui internæ paci studentes, omnes animi sui motus compositos, & ratio-
C ni subiectos habent. Secundum verò Chrysostomum, pacifici illi dicuntur, qui etiam student cũ omnibus pacem habere: tamen, secundum Seruatoris intentionem, pacis conciliatores accipiendi sunt. Quare autem hæc beatitudo septima, superioribus coniungatur, facilè videre possumus, nimirùm quòd posteà quàm quis Diuina gratia mũdo cor de factus est, supereſt, vt & alios, quos videt in Deum odium fouere, & inimicitias habere, quanta potuerit diligentia, illos ad sanam reducere mentem, & cum Deo reconciliare studeat, & si quos videat dissidentes, charitate motos, pacẽ inter eos componere curet, quemadmodum iam suarum virium partes composuit. Hoc enim cum sit, quid maius, & excellentiùs omnibus prædictis: ita, licet omnia superiora adeptus

Qui pacifici dicuntur, & à Deo beatificantur?

D. Augst. Pacifici dicũtur, qui omnes animi motus compositos habere studeant.

D. Chrisost.

Beatitudo septima quare superioribus coniungatur.

sit, hoc adipiscendum illi supereſt, A
nempè vt pacificus sit secum, & pacem componat inter omnes. Pacificus quidem primo modo dicendus est is, qui quãuis ab alio passus fuerit offensam, non modo ex animo offensam, vt à Deo sibi agnoscatur, condonat, verumetiam omnẽ operam impendit, vt offensorem sibi reconciliet, & pristina inter eos restituatur pax. Huius rei manifestissimum dedit nobis Dauid exemplũ, qui non modo iniurias, sibi à Saule illatas condonabat, verùm semper B
ipsi bona pro malis rependebat. Secundo modo pacificus propriè vocatur is, qui partes inter se dissidentes, ad concordiam redigere conatur, cuius officij primas partes filius ipse Dei, & tenuit, & docuit, postquam proprium sanguinẽ effundere non dubitauit, vt homines conciliaret Deo. Sicut enim nihil magis detestatur Deus (teste Salomone) quàm virũ discordias inter fratres seminantem, sic quoq; nihil gratiùs in vita Deo fieri potest, quàm lites C
sedare, & pacem cõponere. Hinc est quòd sicut septimo loco constituit Salomon, eum qui seminat discordias inter fratres, ita quoq; Dominus, septimo loco inter beatitudines, ponit pacificos, qui fœdera pacis inter eos tractant, & efficiunt. Tertio tandem modo pacificus vocatur is, qui omni studio nititur, quos à Deo alienos videt, illi reconciliare. Hoc perfectissimũ pacificãtium genus est, quod maximè Apo-
stolis, Apostolicisq; viris competere certum est. Ipsi enim Euangelium pacis omnibus ex officio annunciare tenebantur, quo sanè Euangelio pacem inter Deum, & ipsos componebant. De eiusmodi quidem pacificis maximè hîc verba facere videtur Dominus, cum eiusmodi pax solã, verissima censenda sit pax, ad quã prædicandã Apostolos, quibus

Pacificus est is, qui offenso rem ignoscit vult, & diligentiam exhibet, vt sibi reconcilietur offensor.

Prou. 6.

Pacificũ est etiã, qui partes dissidẽtes conciliat.

Pacificãtium perfectissimũ genus est eius, qui inter Deum, & homines pacem cõponit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basil.q.215.

A hæc potiſsimum dicta ſunt, miſſurus erat. Hanc ſentẽtiam D. Baſilio acceptam ferimus, qui de huiusmodi pacificis Dominum loquutũ fuiſſe, teſtatur, quæſt 215. vbi inquirit, Quis ſit pacificus ille, qui à Domino beatus prædicatur? reſpõdit. Qui Domino cooperatur, iuxta Apoſtolum, qui dixit: Pro Chriſto legatione fungimur, tãquam Deo exortãte per nos, obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. Et rurſus: Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad

2.Cor.5.

Rom.5.

Deũ. Nam pax, quæ aliter ſe habet,

B negata eſt à Domino, vbi ait: Pacẽ meam do vobis, non quomodo mũdus dat ego do vobis. Hæc ille. Pacifici ergo ſunt illi, de quorum beatitudine etiam vaticinatus eſt Iſaias, dicens: Quàm pulchri ſuper mõtes pedes annunciantis pacem, annunciantis bonum, prædicãtis ſalutem, dicẽtis, Syon Regnauit Deus tuus. Hãc pacem etiam Dauid precatur, quam montibus committi predicãdam docet, dicens: Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.

Ioan. 14.

Iſai.52.

Rom.10.

Pſal.71.

C

Quoniam filij Dei vocabuntur. Hebraiſmus eſt, tales erunt, tales habebuntur, pro talibus agnoſcentur, ab ijs qui ſpiritu Dei præditi, filios Dei verè agnoſcũt. Sic Gen.21. In Iſaac vocabitur tibi ſemen, quod Paulus ſic exponit: Neq; qui ſemen ſunt Abrahæ omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Ideſt, non qui filij carnis filij Dei ſunt. Eo modo id

Gen.21.

Rom.9.

Matth.21.

D quod D. Matthæus dicit: Domus orationis vocabitur. D. Lucas exponit: Domus orationis eſt. Ita quoq; hoc loco filium Dei vocari, idem eſt, quod filium Dei verè eſſe, non enim expectare debent, vt filij Dei fiant, ſed vt tales vocentur, hoc eſt, manifeſtentur, & pro talibus ab omnibus habeantur. Non dum enim in hac vita manifeſti ſunt filij Dei, multi enim eorũ tanquam viles, & abiectiſsimi homines tractantur, & tanquam purgamenta huius mũdi omnium peripſema habentur, cum eorum dignitas, & maieſtas abſcondita ſit, ſuo tamen tempore manifeſtabitur, tunc filij Dei, non modo à bonis, verùmetiam ab ipſis damnatis, qui inferni tormenta patiuntur, vocabuntur: Nos inſenſati (fatẽtur) vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. Chariſſimi (inquit Ioannes) nunc filij Dei ſumus, & non dum apparuit quid erimus. Scimus quod cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt. Pacifici ergo tanta dignitate donantur à Deo, vt filij Dei nominentur, & ſint. Videte (inquit pacificator Ioãnes) qualẽ charitatẽ nobis Deus dedit, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Sed quare (obſecro) hæc dignitas pacificis tãtum reſeruatur? Obſeruauimus hactenus præmium cuiq; beatitudini C proprium, quid ac conſentaneum fuiſſe à Domino aſſignatum, vt pauperib⁹ diuitias regni cælestis: mitibus, qui facilè de iure ſuo decederent aduerſantibus, repenſa eſt terræ poſſeſsio, lugentibus vera conſolatio, eſurientibus, & ſitientibus ſaturitas, miſericordibus promiſsio miſericordiæ: ijs qui mundo eſſent corde, vt res accommoda promiſſa, eſt viſio Dei. Vidẽdum ergo eſt, qua de cauſa nunc dicit eos, qui pacifici D fuerint, vocãdos eſſe filios Dei? Meritò ſanè pacifici filij Dei vocantur, ob magnitudinem operis aggreſsi, quod planè Diuinũ eſt, humanaſq; vires excellens, in quo Deo ſimilimus pro huius vitæ ratione pacificator efficitur: & ideò filius Dei, vel habito reſpectu ad Deum Patrem, vel ad ipſius Dei filium, meritò vocatur. Si enim habeamus ad Patrẽ reſpectum, quia non eſt Deus diſſenſionis,

1.Cor.4.

A

1.Cor.4.

Sap.5.4&5.

B 1.Ioan.3.d.2.

Pacifici ſpectant ad diuinitatem à Deo denominatur.

Ioan.3.d.1.

Pacificus Patri accommodatus filioq; per ſimilitudinem ipſi.

1.Cor.4.

A ſionis, ſed pacis. 1. Cor. 4. Cum ipſe æternus Pater pacẽ tantopere amet, vt Filium ſuum in mũdum miſerit, in quo complacuit, ſibi reconciliare omnia in ipſum pacificãs per ſanguinem eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt, & ob vehemẽtem hunc pacis affectum Deus pacis vocetur, qui, vt inimicos ſibi conciliaret, proprio Filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, qui etiam ob hanc cauſam, ſibi tantopere complacuit in Filio: *Hic enim* (inquit) *eſt Filius meus dilectus, in*

Coloſ.1.

Rom.15.g.33

B *quo mihi bene complacui*, manifeſtum eſt Patrem paterno affectu, tanquã filios affici erga pacificos, qui ei ſimilimi, atq; eius imitatores perfecti ſunt. Hinc eſt, quòd in hoc capitulo ait Dominus: Diligite inimicos veſtros, benè facite ijs qui oderũt vos, vt ſitis Filij Patris veſtri qui in cælis eſt. Quibus verbis nobis manifeſtum reliquit, quod paternarũ virtutũ imitatores, Filij meritò vocãtur, perfectiori quadam ratione,

Matth.5.

C quàm ſi à Patribus carnaliter gignerentur, maior enim eſt animi perfectio, quàm corporis.

Pacifici filij Dei minus exequantur, & nomen.

Philip.2.

Si habito reſpectu ad Dei filium loquamur cum Chryſoſtomo, profectò pacifici meritò filij Dei vocãtur. Vnigenitus ſiquidem Dei filius, eiuſdem naturæ, cum Patre hãc ob cauſam è cælo deſcẽdit, atq; ad nos venit in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, vt humanum genus Deo reconcilia

2.C.v.5.

D ret, pacaretq; ea, quæ in terris, & in cælis ſunt: Deus enim (inquit) erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Et alibi: Nunc autem in Chriſto IESV, vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua. Legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in

Epheſ.2.c.13

ſemetipſo in vnũ nouũ hominẽ faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniens Euãgelizauit pacem vobis, qui lõgè fuiſtis, & pacem ijs qui propè. Cùm ergo ipſa pacificatio, Dei peculiare ſit opus, non iniuria ij, qui imitatores filij Dei facti, reconciliandæ inter alios pacis auctores ſunt, filij Dei appellandi, ab ipſo Dei filio dicuntur. Quod ſi quis mẽte concipiat, quanta hæc ſit dignitas, id aſſequi poſſe, vt euadas filius B Dei, omnes profectò longè maiore ſtudio in hoc incumberent, vt lites, & inimicitiæ è medio tollerentur, & pax tantopere à Deo dilecta introduceretur. Quis noſtrum (obſecro) vt filius regis euaderet, non difficilia quęquę aggrederetur? At lõgè plus eſt filium Dei fieri. Quod ſi præterea addas ei, qui id aſſequi cupit, non ſolum non eſſe laborãdum, verùmetiam ſumma cum voluptate licere tanto bono frui, quis non C libentiſsimè acceptaret conditionem? Quis (obſecro) labor eſt, aut ſi quis omnino eſt, nõ ſaltem maxima cum iucunditate coniunctus? dare operam debet, vt pax inter diſcordes concilietur, aut vbi inuenitur, ea conſeruetur. Sicut enim filij diaboli appellatione digni ſunt illi, qui lites ſeminant inter fratres, quibus nihil dulciùs videtur, quàm vt diſſidijs, & diſcordijs omnia proſcindãtur, ſic qui vt lites componant, & cõ D cordiam foueant, nihil non tẽtant, adeò vt propriã vitam, quãdo opus fuerit, exponant, meritò filiorũ Dei appellatione digniſsimi ſunt. Sicut enim (teſte Ambroſio) ſunt in his beatitudinibus incrementa virtutũ, ſic ſecundum eum ſunt, etiam in eis præmiorum incrementa. Primum enim præmium eſt, quòd pauperum ſit regnum cælorum, ſed cum noſtrum poſsit aliquid eſſe, licet nunc

D. Ambroſ. Beatitudinũ gradus.

Incrementa virtutum in beatitudinibus ſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A à possessione priuemur, maius quodammodo est possidere terram: solent tamen homines multa possidentes tristitia maxima affici, ideò tertio loco ponitur cõsolatio. Verùm quia consolatio euenire poterit, nõ tamẽ vsq; ad satietatem, propterea satietas quarto loco ponitur, & ne saturi aliquem defectum metueremus, misericordiæ promissionem quinto loco posuit Dominus, qua ab omni miseria liberos, securos nos redderet, & quoniam parum est aliquando conregnare, nisi conuersatio cum rege habeatur, ideò sexto loco Dei visio promittitur, &

B quoniam videre regem, famulis, & seruitoribus etiam datur, dignitas filialis conceditur septimo loco. *Beati itaq; regnum cælorum, non tantum consequentur, sed etiã possidebunt, consolati, saturi, & ab omni miseria liberi, videntes Deum, vt filij Dei tandem sint.* Filij verò hæreditatem paternã adibunt, nos quoq; si filij, & hæredes per Deum.

Beati omnia bona simul consequẽtur.

C 10 *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, &c.* Sequitur iam octaua beatitudo, in qua ea de re tractandũ est, quæ Christianæ Philosophiæ summam complectitur, de persequutione videlicèt, malorũq; perpessione. Hinc Christi Ecclesia ortũ habuit, hac sanè virtute aucta est, vt creseceret persequutionibus, & credentium Christo sanguis, Christianorum esset seminarium. Et quidem cum semper Chri

D stiano homini hoc sit expectãdum, nascentis tamen Ecclesiæ fuit peculiare: tanto enim eos inimici debachabantur furore, vt qui illos occiderent, arbitrarentur se obsequium præstare Deo. Ad hæc ergo perferẽda, cum suos Dominus animare vellet, non solum iubet, vt non formident, verùm, & rem beatam proponit, dicens: *Beati qui persequutionem, &c.* Sed antequam in huius beatitu-

Ecclesia vnde exordium habuit.

Credentium sanguis Christianorum seminariũ est.

Ioan. 14.

dinis thesauros ingrediar, libet in- A
quirere, quare hæc cum altera sequenti vltimo loco sint relictæ. Septem enim beatitudines superiùs positæ, quæ in actione consistunt, miro ordine ponuntur à Domino, ita, vt omnes intelligant esse, quosdam gradus inter virtutes, & beatitudines designatas. Primus enim gradus Philosophiæ Christianæ est, honores, & diuitias contemnere, deinde vt dum despicitur, aut iniuriam in suis facultatibus patitur, vincat in B
bono malum, per mansuetudinem, tum vt cõtemptis, etiam mundi voluptatibus, lugeat hanc peregrinationẽ: de hinc vbi benè affectus fuerit, & dispositus, respectu tripliciũ huius mundi bonorum, scilicet, erga honores, diuitias, & voluprates, supereſt, vt iustitiam, & misericordiam sectetur, quibus virtutibus benè erga proximũ disponatur. Hinc restat, vt ad munditiam cordis ascẽdat, qua in se ipso optimè disponatur, ac tunc, vt quemadmodum ipse C
pacem secum, cum omnibus, & cũ Deo habet, studeat, & alios, & inter se, & cũ Deo reconciliare. Hinc ergo satis intelligere licet, in posterioribus beatitudinibus, semper aliquid poni, quod sit perfectius priori, vt in hac octaua beatitudine, septem namq; superiores in virtuosa actione consistebant, hęc verò octaua, in qua etiam includitur nona, sicut specialis in generali, in laudabili passione consistit. Et rectè quidẽ D
hæ duæ beatitudines superiores sequuntur, tum quòd maiorẽ adhuc perfectionem præ illis contineant, immò absolutam perfectionẽ, qua non est maior. Maioris sanè perfectionis est, pro præstita, & adimpleta iustitia persequutiones æquo animo tollerare, quàm quę sunt iustitię facere, & maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suã ponat quis pro iustitia, & pro Christo.

Suos gradus designauit Dominus inter virtutes, & beatitudines.

Absoluta perfectionem dua vitam perfectionis in se continent.

Tum

A Tum etiam, quòd fecè contingere soleat, vt qui superiores consequutus est beatitudines, propter iustitiam suam, incidat in hominum impiorũ persequutiones: *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam*, hoc est, propter bonum aliquod à se factum, qui propter sanctitatem vitæ persequutionem sustinent, & affliguntur ab alijs, nempè propter obseruationem præceptorum, aut consiliorum Christi, seu Ecclesiæ, ij beati sunt. Non enim in hac beaB
titudine dicit Christus, erunt, sicut in sequenti dicit: *Beati eritis*, sed sunt nunc, quia digni habiti sunt pro nomine IESV cõtumeliam pati. Hinc est, vt Chrysostomus notat, quòd propter iustitiã dicit, quasi causam, & rationem reddit, pro qua re patiẽ dum sit, nempè, *Propter iustitiam.* Iustitia hîc omnes virtutes comprehẽdit. An hoc ab infidelibus, an à Christianis patiantur non refert, patienter præmium inferẽtes iniurias pœC
nas reportabunt. Hinc est, quòd postrema omnium, hęc beatitudo relicta est, quòd omnes perfectionis numeros secum habeat, hæc persequtionum pro Christo perpesio, in qua, qui solidè, atq; intrepidè sit perduraturus, ingenteis cum in Christiana Philosophia feciſſe progressus intelligere necesse est. Et benè quidẽ octauo loco constituitur hęc beatitudo hominem perficiens, ob numeri huius perfectionem, obD
seruati in veteris legis circuncisione, & nouæ legis resurrectione Dominica. Hę octo beatitudines per octo illos gradus, quos Ezechiel describit, quibus paratur ascensus, in spirituale illud, ac mysticum templũ, quod ibi mensuratur, figurari ac intelligi possunt. Quos sanè octo gradus D. Petrus describit, ostendens per eos nobis patere ingressum ad regnum Domini nostri Christi. Ministrate (inquit) in fide vestra virtu-

Adder. 9. g. D. Chrysost.

Octare octauo loco hęc beatitudo ponitur.

Ezech. 4.

octo beatitudinũ gradus per gradus octo templi, quos Ezechiel mensuratos significant.

tem, in virtute autem scientiam, in A 2. Pet. 1. c.
scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patiẽtia autem pietatem, in pietate autẽ amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatẽ, sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum. Qui octo gradus videntur ferè per omnia respondere istis octo beatitudinibus, quas hîc Dominus designat.

His visis propriùs ad hanc beatitudinem accedamus, si fortè, & nobis illi affici detur, & fœlicia illatẽ- B
pora referre, quibus rãtum aberat, vt Christiani persequutiones formidarent, vt ad martyrium alacres, tanquam ad lautissimum cõuiuium accurrerent, tunc enim hæc vera agnoscebatur fœlicitas, nunc vero, adeò frigent homines, adeò vinculorum, & catenarum rigorem perferre, pro Christi nomine per horrescunt, vt nihil minùs quam pati pro Christo cordi illis sit: *Beati*, tamen *qui persequutionem patiuntur propter iustitiam.* Quid est enim aliud per- C
sequutionibus exagitari, quàm expoliri, in eorum lapidum morẽ, qui cum priùs rudes, atq; informes essent, crebris tunsionibus, tàm pulchri fiũt, vt magnificẽtissima quęq; ædificia exornent? Horum percussiones nonne beatas quodammodo iudicabimus, quæ effecerunt, vt nullius speciei lapides, tàm speciosi apparerent? Et nos eundem in modũ, tanquam viui lapides, quemadmodum D. Petrus ait: Ijs tunsionibus D
expellimur, ad illius domus ornamentum, quæ in cælis ædificatur, aliqui rudes, & impoliti ac de formes reijciendi. *Beati*, ergo, *qui persequutionem patiuntur propter iustitiam.* Atq; hoc solatium est ingens, cum qui patitur, nullius se sceleris esse cõscium, propter quod patitur, ingens gloria puræ testimonium cõscientię. Hoc animum in medijs tormentis,

Persequtionem pati ẽtes lapidibus expolitis similes sunt.

Quantum bonum pati, sine sceleris cõscientia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simil. A mentis, tanquam faculam in pharo ſeruat, infractumq; cuſtodit, & dū corpus dilaceratur, perinde eſt, ac ſi arbori craſior cortex abſcindatur, cuius inciſio nullum ipſi arbori affert detrimentum. Hanc beatitudinem præclarè D. Petrus expoſuit, dicens: Si exprobramini in nomine Chriſti beati eritis, &c. Et hanc ſimiliter conditionem, quam patientes propter iuſtitiam ſeruare tenentur, vt promiſſum reportare poſſint præmium, ſtatim declarauit. Nam qui propter iniuſtitiam, & peccatū mali aliquid patiuntur, ij à beatitudine hac arcentur. Nemo (inquit) veſtrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autem vt Chriſtianus, nō erubeſcat, glorificet autem Deū in iſto nomine. Et cap. 3. memoriæ retinens hęc, quę de ore Chriſti verba audiuit, ea refert. Si quid (inquit) patimini propter iuſtitiam, beati. Et cap. 2. Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam, ſuſtinet quis triſtitias, patiēs iniuſtè, quæ eſt enim gratia ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes patiēter ſuſtineris, hæc eſt gratia apud Deum. Gratia (inquam) quæ nos ante Deum gratiſſimos facit. Externę enim perſequutiones, rerumq; corporearū calamitates, interioris hominis pulchritudinem, & ſeruare, & augere conſueuerūt, idcirco aiebat Sponſa: Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula cedar ſicut pelles Salomonis. Arabum tabernacula ſacræ literæ Cedar appellant, talē ſe eſſe ſponſa fatetur, ſicut tabernacula, ſeu tentoria, quibus reges in caſtris vti ſolent, quorum exterior pars cum imbribus ſoli, ac cæteris temporis incommoditatibus inſeruire ſoleāt, coracea ferè eſt cooperturā, qua cæli iniurias perferre melius, atq; facilius poſſit: at interiora opere Babylonico picta, multoq; auro diſtincta, miram pulchritudinem præ ſe ferunt. Pelles quoq; Salomonis, ex rudi materia confectæ, intus cortinas ſericas, aureas, & diuerſorum colorum, mira pulchritudine cooperiebant: hac ſimilitudine ſponſa vtitur, ſuam pulchritudinem oſtendens. Externæ (inquit) aduerſitates deformem me humanis oculis videre faciunt, ſed non propter eā ſpecies, & forma quam intuetur Deus, quicquā damni patitur, quin potius fit formoſior. Sic Paulus: Et ſi exterior noſter homo corrumpatur, interior renouatur de die in diem, dum enim externæ iſtæ moleſtiæ nos exercēt, animus colligit ſe ſe, & non ſinitur effluere, ac tanquā à ſe diſcedere, & etiam carnis laſciuia cohibetur, homo ſe ad Deum accuratiùs, ac frequentiùs recipit, fiuntque ingentia interioris hominis incrementa. Sed quia plura circa paſſiones rolleandas, in ſequenti beatitudine dicturi ſumus, ijs nūc ſuperſedendum cenſeo.

1. Pet. 4.

B

1. Pet. 3.

1. Pet. 2. d. 20

C

Perſequutiones externæ, interioris hominis pulchritudinem ſeruant. Cant. 1.

Salomonis pelles quales fuerint.

D

2. Cor. 4.

B *Externæ aduerſitates animum adducūt ad ſe colligendū.*

Quoniam ipſorum eſt regnum cælorū. C

Regnum cælorum rectè promittitur ijs, qui infracto animo propter Chriſtum perſequutionem patiuntur, tanquam Chriſti ſocij, quorum eſt Chriſtum in paſſione imitari, vt conſortes regni cæleſtis cum ipſo fiant. Chriſtus paſſione ſua regnum cæleſte conſequutus eſt. Hæc (inquit) oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Et Paulus: Humiliauit (inquit) ſemet ipſum factus obediens vſq; ad mortem, propter quod, & Deus exaltauit illū: licet cuiq; beatitudini propria merces hactenus ſignata fuerit, poſſetq; proculdubio Dominus, & huic peculiare quid reddere, noluit tamen, ſed idem præmiū quod ſibi propoſuerat, tanquam dux expugnationis regni, ſuis militibus cōmunicare: Vbi (inquit) ego ſum, illic, & miniſter meus erit. Si ſuſtinebi-

1. Ioan. 2. d. 16 Phil. 2. d. 8.

Ioan. 12. d. 26

2. Thim. 2. d. 12. A ſuſtinebimus (ait Paulus) & conregnabimus, ſicut ſocij paſſionum ita quoque conſolationis. Hoc ipſum præmium in prima beatitudine pauperibus pollicitus fuerat Dominus: vt D. Auguſtinus cap. 9. dicit rurſus hīc promitti regnum cælorum, ſicut in prima beatitudine, quoniam paſsio perſecutionis oſtēdit hominem perfectum, & conſumatum, & vt oſtendat hanc perfectionem, reddit ad caput promittendo, quod promiſit in principio. D. Thom. 1. 2. q. 69. arti. 4. ad. 2. inquit:

D. Auguſtin. cap. 9.

D. Thom. 1. 2. q. 69. arti. 4. ad. 2. B Octauæ beatitudini, quæ eſt perſequutionum tollerantia, omniū beatitudinum deberi præmium, & ideò reddit ad caput Dominus, vt intelligatur conſequenter, etiam tribui præmia cæterarum beatitudinum. Nunquid æquale præmiū (ait Ambroſ.) incipiētibus, ac perfectis, eſt? Num fortè myſticè docemur, quia eſt præmium regnum cælorū, illud Apoſtolicum, diſſolui, & eſſe cum Chriſto? Habes primum regnum, quando ſancti capiuntur in nubibus obuiam Chriſto in aëra. Multi enim dormientium ſurgent, iſti in vitam æternam, illi in opprobrium. Primum ergo regnum cælorum ſanctis propoſitum eſt, in abſolutione corporis: ſecundum regnum cælorum eſt, poſt reſurrectionem eſſe cum Chriſto. Cum fueritis in regno cælorum, tunc proceſſus eſt māſionum, & ſi vnum regnum diuerſa tamen merita ſunt in regno cælorum. Poſt reſurrectionem terram tuam incipies poſsidere, abſolutus à morte. Abſolutus per Dominicā crucem, ſi tamen intra iugum Domini fueris inuentus, cōſolationem in ipſa poſſeſſione reperies, conſolationem ſequitur delectatio, delectationem Diuina miſeratio. Quem autem miſeratur Dominus, & vocat: qui vocatur, videt vocantem: qui Deum viderit, in ius Diuinæ generationis aſſumitur: tunc demum quaſi Dei filius, cæleſtis regni dignitijs delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nam, & intrā hoc ſeculum multi in imperio Romano ſunt: ſed maiorem imperij gratiam, qui propriores imperatori ſunt, cōſequuntur. Hæc ille. Quem ſequitur D. Thomas loco citato, dixitq; B pauperibus promitti regnum cælorum, quantum ad gloriam animæ, patiētibus autem perſequutionem, quantum ad gloriam corporis. Mihi ita videtur exponendum. Pauperibus ſpiritu, promittitur regnum cælorum, quoniam rex magnam copiam bonorum habet, & nulli ob inopiam ſeruire cogitur, hanc promittit pauperibus Deus, & quoniā rex primū ab omnibus honoratur, nemo eum perſequitur aut lędit, omnes etiam ei gratificare ſtudent. Cū C autem ſancti ab omnibus in perſequutione deſſerantur, & interdum à ſuis tradantur perſequutoribus, omnes eis inſidiantur, vt noceant ſi poſſunt. Ideò iure illis promittitur regnum cęlorū, in quo vt reges magnis honoribus afficientur, ab omnibus, & omnes eis placere cupient, atq; à nemine quicquam patientur, & ſub hac ratione eis promittitur regnum cælorum, quod in hac vita poſsidere incipunt, nam in magno honore ſunt apud Deum, Angelos, & Sanctos eius, & omnes eis placere deſiderant. D

(?)

Diuerſitas meritorū in regno cælorum.

Duplex ſtatus regni cælorum. Alter ſtatus poſt mortem. Alter poſt generalem reſurrectionem.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

11 *Beati estis, &c.* Per apostrophē ostēdit Dominus, quòd in prædictis omnibus, potissimum suos instruere voluerit discipulos, & Apostolos, quòd nouæ iam insurgerent in eos persequutiones, quales hactenus minimè fuerāt perpessi, sed iam noua quadam ratione, nēpe ob prædicationem Euangelij, & confessionem nominis Christi affligendi essent, & ab ipsis Apostolis Ecclesiæ persequutiones initium essent accepturæ. B

Persequutiones Ecclesiæ ab Apostolis initium acceperunt.

Sed quid sibi vult hæc beatitudinis in eadem re noua repetitio? Ob eam sane causam id factū opinor, quòd cū hæc res grauissima secum afferret mala, quæ carni, & sensibus maximè aduersātur, repetita beatitudine, tanquam certissima pollicitatione donare eam voluit, vt fieret quod scriptum est per Isaiam: Pro confusione duplici, & rubore, in terra sua duplicia possidebunt. Et Dauid: Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo: Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et Paulus: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Hæc itaq; beatitudo non est nona, quia non est diuersa ab octaua, sed eius explicatio. Docet in hac Dominus, quid nomine persequutionis intellexerit, nempè omne damnum, quod iusti patiētur, tàm verbis, quàm factis: & quid sit pati propter iustitiam, videlicet, propter Christum pati. Itaq; duo sunt necessaria ad hāc beatitudinē, sicut omnes notant. Primùm, vt maledicta sint propter Christum, siue propter iustitiam, quod idē est. Alterum, quòd mēdacia sint. Iam latè satis explicat, & exponit, diuersa mala, quæ in persequutionis nomine, superiùs comprehensa fuerunt, vt dū hæc illis euenisse viderint, rei nouitate nō offenderentur, aut scandalizarentur. Hæc (inquit) loquutus sum vobis, vt cum venerit hora eorū reminiscamini, quia ego dixi vobis. Tria Matthęus malorum membra proponit, videlicèt: *Cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum.* Maledicere idē est, quod Lucas dicit, & exprobrauerint, hoc est, probris affecerint. Opprobria sustinere graue sanè malum est, nam Iob postquam grauissimas tentationes patiēti pertulit animo, tunc maximè turbatus est, cum ab amicis opprobrijs impeteretur, tūquam si ob peccata sua id pati coactus fuisset. Sed & Dauid cum fugeret filium Absalonē, egressus est vir, de cognatione domus Saul nomine Semei, & execrabatur Regem Dauid, iacebatq; lapides contra eum, appellansq; eum virum sanguinarium, & filium Belial, quē cum cerneret Abisai filius Saruiæ ita Regi detrahentem, indignatus voluit eum interficere: tunc Dauid prohibuit, ne id fieret, dicens: Sinite

Mala diuersaque nomine persequutionis inclusa.

Opprobria ab amicis sustinere, quam graue sit.

TEXTVS.

11 Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me.
12. Gaudete, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persequuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.

Isai.61. *Psal.93.* *2. Cor.1.* *Ioan.15.* *2. Reg.16.*

finite hunc, vt execretur Dauid, iuxta præceptum Domini: si forte aspiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro execratione hac hodierna. Et voti sanè factus est compos, nā post paululum in regnum est restitutus, vt hoc exemplo intueamur, qualiter æquo animo persequutiones tollerare teneamur, postquam temporaria cōmoda in hac ipsa vita afferant. Secundum malorum membrum, quod Matthæus ponit, est, & persequuti vos fuerint, quòd ad operis, & facti iniurias hoc singulariter pertinet, nec accipitur, tàm generaliter, quàm vel in superiori beatitudine, vel postcà cum dicitur: *Sic enim persequuti sunt Prophetas, &c.* In illis omne genus persequutionis concludit, in hoc verò verbo, iniurias, quas opere patiūtur indicare voluit. Tertium verò membrum, est dicere omne malum aduersus vos: dicere autem aduersus aliquos, malum est absentibus detrahere, omne criminum genus ipsis imputando, mentiētes, cum filij huius seculi nequeant illos, qui spiritu Dei sunt præditi, manifesta veritate odio prosequi, eo quòd inculpatam vitam agant, pro veris falsa cōfingere in consuetudinem traxerunt: quibus cōmentis odij, & persequutionis causas prætexere solent. Sic de Christo dixerunt: Hunc inuenimus subuertentem populum, & prohibentem tributa dari Cæsari. Sic refert Tertullianus, quòd Christianos dicebant malefícos, infanticidas, & seditiosos. Si qua (inquit) calamitas incidisset, conclamabatur contra Christianos, ad bestias, ad bestias, tolle sacrilegos, scelestos, non licet eos viuere, & id genus acerba, & probrosa conuitia conijciebant in eos.

Persequutiones pati commoda in hac vita conferunt.

Dicere malū absenti detrahere est.

Luc.23.

Christiani quæ tis iniurijs Tertulliani tempore lacessiti ferrint.

Quare christus nō dixit, Beati eritis, sed Beati estis.

Sed mirùm certè est, quòd non dixerit Dominus, *Beati eritis*, sed *Beati estis*, perinde quasi inter ipsas carenas, & carceres, probra, & cōtumelias, beati iam sint, quod quidem verum est, sed non nisi à verè amantibus Deum intelligi potest. Maior enim gloria amantis pro amato pati est, quàm amoris præmium reportare, ingens sanè, & eximia laus est, omni consulatu, & regno, & rebus omnibus maior, pro Christo pati, nihil tàm illustre iustis est, quā vincula propter Christum, quàm carenæ sanctis illis manibus circumpositæ: maius quidem, hoc est, ac præstantius, quàm Apostolum, quàm magistrum, quàm Euangelistam esse. Quisquis ex animo Christi amoris ignem in se sentit, longè melius me nouit quæ dico, si quis ardet, atq; sapienter insanit pro suo Domino, is intelligit, quæ sit vinculorum potentia. Mallet enim vinctus esse pro Christo, quàm cælum habitare, ostenderetq; vinctas manus, omni auro, omniq; regio diademate splendidiores. Fulgidior erat Pauli carcer ipsa regia domo: & quid regia dico? Erat ipso sanè cælo præclarior, nam vinctum Christum habebat. Qui Christū diligit nouit hanc dignitatem, nouit hanc virtutem, nouit quantum Deus hominum generi sit clargitus. Ligari pro Christo, fortasse hoc præstantius est, quā ad eius dexteram sedere: & in illis sedibus duodenis thronū possidere. Certè enim si nulla hinc alia merces expectaretur, esset hoc ingens præmium, hæc idonea retributio, pro amato defficilia perpeti. Nouerunt ista, qui si non Deum, saltē homines ardentiùs amauerunt, quibus maior plerumq; voluptas est, dum se offert occasio, pro ijs, quos amāt, ferre grauia, quam dum honorantur ab illis. Nō omnium est hoc intelligere, sed illius dumtaxàt Apostolici chori, de quo vide quid Lucas scribat: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni

Pro amante pati, amantis gloria.

Quanta gloria sit pro Christo vincula pati.

Ephes.3.

Ligari pro Christo quā sit gloriosum.

Actor.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati. Hoc alijs nimirùm videtur ridiculum, quòd iniuria honor existimetur, & gaudium, affici contumelia: at qui Christi desiderio flagrant, hoc illis beatissimum iudicatur. Ego quidem (liceat obsecro mihi, si non affectum, certè verba aurea vsurpare, sanctissimi viri Chrysostomi, qui Christi amore inflammatus hæc verba dicta, & quæ sequuntur scripris consignata reliquit) si quis mihi aut cœlum, aut

D. Chrysost. in epistolam ad Ephe. 4.

B catenam afferat eligendam, illam cælo anteponam: si quis mihi facultatem præbeat, vtrum esse cum Angelis malim, an cum Paulo captiuo, Pauli carcerem potius eligã: si quis mihi proponat, vtrum vnus ex illis cælorum potestatibus, aut thronis esse velim, an iste vinctus, vinctus esse proculdubio malim: si quis me nunc interrogaret, vtrum esse malim Angelus, qui Petrum in carcere excitauit, an vinctus ipse Petrus, ego sanè esse Petrus eligerem, propter quē, & Angelus profectus est

C ad carcerem. Si quis mihi nunc virtutem offerret, ad vitam mortuos reuocandi, non illam magis, quàm catenam eligerē. Nihil magis egregium, quã graue aliquid pro Christo pati, nec tàm beatum iudico Paulum, quod ad tertium cælum raptus

2. Cor. 12. sit, quàm quod in carcerem coniectus: non tàm beatum, quod audierit arcana verba, quàm quod sustinuerit vincula. Etenim si ipse Chri-

Philip. 2. D stus, propter nos seruus effectus, gloriam suam exinaniuit, & tanquã exhausit, neque vllo magis vnquam tempore iudicauit se esse in gloria, quàm cum propter nos in crucem est actus, quid tandem est, quod nos non deceat pati? Nam audi ipsum dicentem: Glorifica me pater, quid ais? Ad crucem raperis, vt cũ latronibus, & impijs, & execrandis hominibus mortem subeas conspuẽ-

dus, & cædendus alapis, & hoc gloA riam appellas? Ne (inquit) ego pro amatis hæc patior? & hæc ipsa nũc appello gloriam. Si igitur rex ipse noster, nos miseros amans, & infœlices, crucem gloriam existimauit, & illam potius elegit, quàm sedere in paterno throno, & gloria, & summo honori, summam ignominiam voluit ante ferre, quanto ergo magis talia iure gloriã appellabo? Verũ si apertiùs scire vultis, quanta sit

B res, ferrea catena propter Christũ serui corpori circum posita, videte quid hîc Christus ipse dicat: *Beati estis.* Quid cum mortuos suscitaueritis? Non, quid ergo? Cum cæcos curaueritis? Ne hoc quidem, sed quid? *Cum maledixerint vobis homines, &c.* Quid si malè audire, tam beatos facit, mala pati quid nõ efficiet? Video me limites expositoris transilire, sed cum verba Chrysostomi omni nectare dulciora mihi viderẽ tur, calamum continere non potui.

12 *Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* In omniC bus præteritis beatitudinibus, præmia pollicitus est Dominus amplissima, in hac verò, nullum designat peculiare præmium, quia non certũ præscribendo, sed ad gaudium, & exultationem inuitando longè maius præmium eos reportaturos denũciat. Ac si dixisset: Cum hæc experiemini, non solum non frangamini animo per huiusmodi mala. Id

D enim quod in præsenti est, momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Non est ergo quod vestram cõditionem deploretis, veluti iam à Deo neglecti, & ludibrio expositi, sed potius animo lætitia extrema gaudete, animiq; lætitiam exteriori gestu, & exultatione ostẽdite, eo quòd amplissima merces est vobis in cælis reseruata. Id quod in repetitione

A titione illa: *Gaudete, & exultate*, significare voluit: nam repetitio ista gaudiũ magnũ, & incredibile denotat, quale, omnia simul, quæ de rebus secundis, & prosperis homines habere poterunt in hac vita gaudia ęquari ei non possunt: & ob hãc causam

Iacob. 1. D. Iacobus dicebat: Omne gaudiũ existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes, quòd probatio fidei vestræ patientiã operatur. Pacientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficiẽtes. Dicite (obsecro) mihi, si quis grauissimis vulne-

B ribus pro suo principe affectus fuisset, ob quæ vulnera ciuitatẽ quandã amplissimã dono accepisset, nonne beata fuisse illa vulnera existimaret? Quanto ergo magis vbi æterni regni acquisitio sit: *Aterres* (inquit) *vestra copiosa est in cælis*, cuius magnitudinem assequi humana verba non

Isai. 64. possunt, nam oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligũt illum. Valeant, valeãt, iam per

1 Cor. 2. fidi Lutherani veræ pietatis inuersores, qui affirmare audẽt, tum nullum bonorũ operum esse meritum, in hac vita: tum etiã, nullum iustum intuitu mercedis vitæ æternæ, posDuplex Lutheri hæresis circa opera bona. C se opera bona facere. Hæc tantum Christi sententia duplex eorum error facilè euincit, ac cõfundi potest. *Gaudete* (inquit) *& exultate: quoniã merces vestra copiosa est in cælis.* Hîc manifestè mercedẽ vocat, quam suo correlatiuo, scilicet, merito respondere constat, intuitu autem amplissimæ huius mercedis, non modo excitat Dominus ad fortiter aduersa sustinenda, verùm maximo cum gaudio, & exultatione omnia, quãtunuis dura, & aspera sustinere eos, ac perferre debere, ostendit. Sic (teste Paulo) Moses animatus fuerat, cum Christi impropterium cunctis Ægyptiorum diuitijs præferret: Aspiciebat enim in remuneratorẽ: Et

A Dauid: Inclinaui (inquit) cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas propter retributionem. Vnde meritò Concilij Trid. Sess. 6. c. 11. damnat eorũ errorẽ qui dicũt: Iustos peccare cum suam socordiam excitant ad operandum, intuitu æternæ retributionis. Multiplices enim pariunt fructus opera iustitiæ Christianæ, tum in hac, tum in futura vita. Huc enim spectat Pauli sentẽtia: Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens

B vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Tum alibi scriptum legimus: Bonorũ laborum gloriosus est fructus. Primũ enim hæc opera ex viua fide, id est, per charitatẽ operantem profecta, non modo sunt Christianæ vocationis signa, sed eandem nobis quoquè confirmant, certamq; faciunt. Quã obrẽ Petrus Apostolus, qui ad opera bona nusquam non cohortatur, hoc etiã adiecit: Fratres magis satagite, vt per bona opera certã vestrã

C vocationem, & electionem faciatis. Secundò, gratiam credentibus augẽt, atq; sanctificationem perficiũt, Apostolo teste: Habentes (inquit) promissiones, charissimi, mũdemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore. Hinc est, quòd Iacobus affirmet, quòd fides, quæ operibus cooperatur, ex ijsdem quoq; cõ

Iacob. 2. summetur: Vis autẽ scire (ait) ô homo inanis, quoniam fides sine operi

D bus occiosa est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerẽs Isaac filiũ suum super altare? Vides quantum fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides confirmata est. Tertiò, fiduciã bonæ conscientiæ pariunt, magisq; ad orandum, & quidlibet à Deo impetrandum animant. Scriptum est enim: Fiducia magna erit corã summo Deo eleemosyna omnibus faciẽ

Tob. 4. tibus eam. Et rursus ait Ioannes:

1. Ioan. 13.

Psal. 118. *Opera iustitiæ Christianæ multiplices pariunt fructus. Concil. Trid. sess. 6. c. 11.*

1. Tim. 4.

Sapien. 3. *Opera in charitate facta signa sunt, & confirmãt nostram vocationem.*

2. Pet. 1. b. 10

Opera bona gratiam, & sanctificationem perficiunt.

2. Cor. 7.

Opera bona fiduciam pariunt, ad impetrandũ postulata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Chariſsimi, ſi cor noſtrũ non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mãdata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo, facimus. Exemplũ extat in Ezechia Rege, qui bona conſciẽtia fretus, ac Dei voce in hoc ipſo cõprobatus, dixit: Obſecro Domine, memẽto, quæſo, quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim. Demum id efficiunt, vt laborantes inuinca Chriſti denarium diurnum accipiamus, B hoc eſt promiſſam æternæ vitæ mercedem, iuſtitiæq; coronam, quam in Eccleſia Dei mandata ſeruantes, in Chriſto promereamur. Ait enim Dominus: Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Ait Dauid: Seruus tuus cuſtodit ea, Diuina, ſcilicet, præcepta, & in cuſtodiendis illis retributio multa. Ait Paulus: Bonũ certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolũ autem mihi, ſed, & ijs qui diligũt aduentum eius. Ait deniq;, & ipſe Chriſtus: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et iterum: Procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitę, qui verò mala egerũt, in reſurrectionem iudicij. Tum alibi: Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorũ. Ex quibus fit perſpicuum, quãti D noſtra omnium referat, ſi vitã æternã cupimus, Diuinas obſeruare voces: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecũ eſt, reddere vnicuiq; ſecũdũ opera ſua: Bonũ igitur facientes nõ deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficiẽtes. Si ergo opera iuſtitiæ Chriſtianæ, tã præclaros fructus afferũt, quid nõ ſperãdũ eſt poſt tantorũ dolorum, & pœnarum partus? In merito quidẽ hominis, apud Deum dignitas quædam eſt operis, præmio ac mercedi correſpondens: quam quidẽ dignitatem opus humanũ ex triplici cauſa ſortitur. Prima, vt iam dictum eſt, ob promiſſionem liberalem, quã Deus ipſe fecit, nempè vitæ æternæ: fidelis Deus, qui nõ negabit promiſsiones ſuas, ſed larga manu retribuet. Secũda operum dignitas ex eo conſideranda venit, quòd ab ipſo Spiritu ſancto, qui operatur in nobis, opera noſtra procedant: Nõ ego (inquit Paulus) ſed gratia Dei mecũ. Opus ergo ab Spiritu ſancto procedẽs, ob authoris dignitatẽ, atq; excellentiam, æternæ vitæ præmio digniſsimũ eſt. Tertia verò dignitas ex eo habet opus, quòd ab ipſo fiat, qui mẽbrum eſt corporis Chriſti. Duas poſtremas dignitates in ratione ipſorũ operũ conſiſtere manifeſtũ eſt, ita vt non ſolũ operi debeatur præmiũ æternæ vitę, propter Dei promiſsionẽ, ſed etiã propter operis dignitatẽ, quia ab Spiritu C ſancto, & à Chriſti mẽbro ſunt facta. Hinc cõdignitas inter bona opera in gratia facta, & vitę æternę mercedẽ oſtendere facilè poſſumus, & etiã in Scriptura ſacra cõfirmatur, dũ toties repetitur, Deum vnicuiq; redditurũ ſecundũ opera ſua. Sicut enim impijs cõdignas retribuit pœnas, ita quoq; iuſtis, meritã retributionẽ iuſtè concedit. Cũ hoc etiam ſtare poterit ſententia illa, qua cuncti cũ Paulo fateri tenemur, vitam æternã Dei gratiam, Deiq; donũ eſſe, & vitæ æternæ præmiũ dari ex miſericordia Dei. Vita enim æterna, & ſi bonis operibus debita ſit, tamen quatenus à Deo omnium Dño datur, gratia eſt, quia ſeſe nobis debitorẽ conſtituere dignatus fuit, nos autẽ illũ debitorẽ cõſtituere nobis nullo modo potuimus, tum quia omnia quæcũq; operari poſſumus, in obſequiũ ipſius

Fiducia Regis Ezechiæ magna.

Opera denarium Diurnũ accipiunt.

Matth. 20.

2. Tim. 4.

Matth. 25.

Pſal. 18.

2. Tim. 4.

Matth. 19.

Ioan. 5.

Matth. 7.

Apoc. 22.

Galat. 6.

A Meritũ præmium parit.

Operum dignitas ex triplici cauſa. Prima, propter promiſſionem. Secunda dignitas, quia operatio Spiritus ſancti procedunt.

B

Tertia operis dignitas ex eo eſt, quod facinus Chriſti membris eſt.

C Æternitas præmium, non modo in Dei promiſſione, ſed in ipſius operum dignitate fundatur.

D Vitæ æternæ præmiũ Dei miſericordia, etiam indebitis conceditur.

Gratia Dei præmium bonorum operum, quia Deus ſe nobis debitorem conſtituit.

A ipſius, ratione dominij, quod ſuprà nos habet, iure illi debemus. Cum feceritis (inquit) omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus: tum, quia ipſa bona opera noſtra, illius planè ſunt dona, vt dũ noſtra coronat merita, ſua coronet dona, quod proculdubio, magnę miſericordię, & gratiæ argumentũ eſſe conſtat: tũ etiã, quòd ex noſtris operibꝰ, nihil illi vtilitatis accedit: Deus (inquit Dauid) meus eſt tu: bonorũ meorũ non indiges. Accedit B ijs, quòd multa etiã à iuſtis ſæpè cõmittũtur, ob quę ſi iudicium exactũ cũ eis inire veller, negare quidẽ poſſet boni operis mercedẽ: vix enim ipſis operibus ſatisfaceret erratis, niſi Diuina intercederet miſericordia, quæ pugillo (teſte Iſaia) ponderat aquas, & cęlos palmo metitur.

Sic enim perſequuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Chryſoſt. expoſitio ſic habet: Non hæc Apoſtoli mei patremini propter probitatem doctri C næ, nec propter probitatẽ operũ veſtrorũ, ſed propter malignitatẽ auditorũ. Ita enim perſecuti ſunt Prophetas, quorũ nec doctrina reprehẽdebatur, nec vita. Simul etiã Apoſtolorũ animos erigit. Nãnõ tantũ mercedis futurę prẽmio Deus allicit ſuos, & ad gaudiũ in tribulationibus, & perſequutionibus inuitat, ſed etiã hac ratione eos animare cõtẽdit, ſcilicet, vt præeuntiũ veſtigia ſequi non vereantur, nec meliora à mũdo expectare poterãt Apoſtoli, quã Prophetę, qui grauiſſima quęq; pro veritate patiebantur, de quibus Paulus ait: Ludibria, & verbera experti, inſuper, & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, &c. Ad gaudiũ eos quoq; hortatur, oſtẽdendo eos æquãdos Prophetis, viris inſignibus, quibꝰ aſſimilari, & ęqua ri nemo non magnificaret. Inſinuat etiam Dominus ijs verbis, vt Theophyl. & Euthym. docent, vnam atq; ęqualem ſe habere cum Patre Diuinitatẽ, ſi enim Pater Prophetas miſit in mundum, vt ſua homines inſtruerẽt doctrina, ita quoq; Filius diuina ſua authoritate Apoſtolos deſtinauit, qui ſuo ſanguine veritatem doctrinę, quã à Chriſto acceperãt, cõteſtarentur. Docet poſtremò Dominus Apoſtolos, etiam futuros in terra glorioſos, perſequutiones tolerando, quemadmodũ, & Prophetæ docendo, & ferendo immortalẽ nominis gloriã in terris conſequuti ſunt. Eſt itaq; verborũ ſenſus. Dum hæc vobis eueniunt, non contu bemini quaſi aliquid noui, aut inſoliti vobis cõtingat, ſed potiùs gaudete, tanquam cõmunicãtes paſsionibus Sanctorum, quos iam etiam mũdus admiratur, & veneratur. Sic enim, hoc eſt, eiſdem modis, nempè maledictis, & probrijs inſectando, iniurijſq; varijs afficiendo, atq; eadẽ de cauſa perſequuti ſunt Prophetas, C qui fuerũt ante vos. Illos enim odio Patris perſequuti ſunt, vos autem odio mei perſequutionẽ patiemini.

De his octo beatitudinibus in genere, Chromarius ſic ait: Oſtẽſi ſunt fratres octo gradus Euangelici, ſtructi ex lapidibus præcioſis. Oſtẽſa eſt etiam ſcala illa Iacob, cuius ea cumẽ de terra pertingebat ad cælum, per quã qui aſcendit cæli viam inuenit. Hic noſter mercatus. Eæ nundinæ ſpirituales. Demus quæ habemus, D offeramus paupertatẽ ſpiritus, vt accipiamus ſecũdũ promiſſa regnum cælorum. Hæc octo beatitudines vitæ, deſignatæ ſunt per octo gradus, Ezech. 40. Per quos aſcẽſus erat ad tẽplum, quod hîc deſcribitur, vt ait Ianſe. Quod ad ordinem attinet ſeruatũ à Chriſto. Vide D. Tho. 1. 2. q. 69. art. 3. & 4. & D. Auguſt. c. 9. & Ambroſ. in Luc. & Chryſoſt. hic, & Abulenſ. q. 88. & 84.

Bb 2 EXPO-

Theophyl. Euthym.

Chriſtus vt oſtẽdat ſe æqualitatẽ patris habere, dixit Prophetas paſſos ea, quæ Apoſtoli ſunt paſſuri.

B Prophetæ glorioſi perſequutiones tollerando.

Chromat. in Homil. de beatitud.

Vide D. Tho. 1. 2. q. 69. artt. 3. & 4. D. Auguſtin. cap. 9. D. Ambroſ. in Luc. D. Chryſoſt. hic. Abulenſis. q. 88. & 84.

Rab. in.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

Apostolos conditionem tribus similitudinibus notat Christus.

13 *Vos estis sal terræ, &c.* Postea quã apostrophem elegantẽ Dominus ad Apostolos fecisset, fœlices, atq; omninò, beatos eos prædicãdo, qui diuersa iniuriarũ, ac tormentorũ genera ipsius nomine forti, constantiq; animo paterẽtur, tãquam eos ad inuictã patientiã exortando, tres, quæ màximè eos mouere poterãt, causas Dñs affert, quibus facilè induci poterant, ad omniũ, & laborũ, & passionũ contemptum. Prima enim causa, quæ eos ad tollerãtiam mouere poterat, fuit præmium æternæ mercedis, sibi in cælis seruatũ. *Gaudete* (inquit) *& exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Secundã adiecit causam, dicendo eos oportere esse Prophetarũ veros, & in doctrina, & in persequutionibus patiẽdis imitatores. Iam tertiã proponit causam, qua maximè labores, & grauissimas persequutiones æquo animo perferre tenerẽtur, nẽpè ratione officij, ad quod ab ipso Domino electi erant, vt scilicet se agnoscant Apostolos Christi esse, & Apostolatus dignitatẽ, in his præcipue, eos referre debere, ad quæ à Deo tanto cum cõsilio vocati sunt, videlicet, vt vniuersas Euangelicæ perfæctionis, leges iam positas, ne cnõ quæ dicenda sunt, non modo perfectissimè exequãtur, sed etiã tanquã duces, & arte signani, perfectionis viã, contra mundi sectatores ingredientes, milites cõscribant, qui vnà cum ipsis, vi, cælestes sedes occuparent, & suo animoso exẽplo, omnes ad beatitudinẽ capessendam cohortarẽtur. Cõditionem autẽ personæ illis impositæ, tribus similitudinibus explicat. Prima, qua eos sal terræ vocat: secũda lucẽ appellat: tertia, ciuitatem super montẽ positã eos esse declarat: vt eorũ dignitate iam cognita, facilius ad labores perferẽdos, cõstanti animo sint parati.

Trib⁹ de causis moueri poterant Apostoli ad perferenda tormenta.

Prima, ratione præmij.

Mat.5.b.12.

Secunda, vt Prophetas imitarẽtur.

Tertia, ratione officij.

TEXTVS.

13 VOs estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos estis lux mundi, Nõ potest ciuitas abscõdi supra mõtẽ posita. 15. Neq; accendũt lucernam, & ponunt eã sub modio, sed super cãdelabrũ, vt luceat omnib⁹, qui in domo sũt.

Mos Scripturæ sacræ, & Syris, & Palestinis est, parabolis, & metaphoris vti, quib⁹ dulciùs mẽti, veritas instillatur. *Vos* (inquit) *estis sal terræ.* Hic aduertẽda est locutionis proprietas ex nomine salis. Sal enim propriè dicitur doctrina Euangelica, quia omnia quæ de sale dicuntur, ipsi Euãgelio maximè cõueniũt. Arbitror etiã dictũ esse hoc ad vulgarem loquendi consuetudinẽ, qua ea, quæ prorsus sale imbuta sunt, dicimus salẽ esse facta, sic quia Apostoli quocũq; sint loco: si gustẽtur, perinde sapiant, ac si omninò sal essent. Volebat igitur Dñs Apostolos suos, & Euãgelicæ doctrinæ ministros, ita salem ipsũ, hoc est, ipsam doctrinam Euãgelicã imbibisse, vt non aliud quã eius odorẽ, & doctrinã, atq; sapientiam præberent, atq; quocumq; irent, & vbicũq; essent, omnia salirent, atq; condirent, excellentiori modo quam Propheræ. Dixerat eos Prophetis, & ratione officij, & laborũ æquandos: iam functionem ipsorũ, lõgè excedere functioni Prophetarum insinuat, cum Prophetæ sal tantũ esse Iudaici populi,

puli, Apostoli verò sal vniuersæ terræ, hoc est, hominũ, qui terræ sunt habitatores: est enim figurata locutio, vt ponatur id quod cõtinet, pro eo quod cõtinetur. Sal terræ eos vocat, propter iniunctũ Euangelij munus, & hæc est loquutio Scripturæ sacræ vsitata, qua abstractũ pro cõcreto suo adiectiuo sumpto, aut substãtiuũ pro suo adiectiuo. Ita sal ponitur pro saliente: quasi dicat: *Vos estis salituri terram*, vestra opera condienda est terra, quia estis sal Euangelicum. Nam hæc doctrina necessaria erat ob suam acrimoniã mundo putrescenti, & si ob id ipsum inuisa esset, quòd carnis requirat mortificationem, fidem, & pœnitẽtiam ab operibus mortuis, tamẽ omninò necessaria. Hinc est, quòd dicebat Paulus: Insta opportunè, & importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Apostoli itaq; id debebant esse hominibus, q̃ sal est carni, & omnibus cibis. Duas præcipuas conditiones, & proprietates sal habet. Primũ enim cibum insipidũ, sua acrimonia sapidũ reddit. Secũdò, vi, & acrimonia sua carnes à corruptione præseruare solet. Secundum duplicem hanc salis conditionem, Apostoli, & Episcopi, eorũ successores, Doctoresq; Euangelici, sal terræ nuncupantur, & sunt. Sed quid nomine salis intelligit scriptura? Sal non modo in sacris codicibus, verũetiam apud prophanos authores pro sapiẽtia maxima cum prudentia coniuncta accipitur. Id quod Leui. c. 2. Deus significare voluit, grauiter Sacerdotibus iniungẽdo, vt in omni sibi offerendo sacrificio salẽ imponerent. Ezechi. 43. Præcepit quoq; Sacerdotibus Deus, salem in sacrificio fundere. Quibus in locis, significatione quadã præceperat Deus, vt vniuersa nostra sacrificia, quibus Deũ ipsum nobis placatũ reddere nitebamur, prudenti sapiẽtia cõiuncta essent, ita vt Diuino gustui placerent. Sic, & Paulus per sal sapientiam significat, dicens: Sermo vester semper in gratia: sale sit cõditus. Prophanus author Terentius per sal quoq; sapientiã intelligit: Si quis (inquit) haberet salem q̃ in te est, &c. Sicut enim insipientem virũ insulsum vocare solemus, ita quoq; sapientẽ sal nũcupamus. Ob id èrgo maximè Apostoli sal terræ dicuntur, quòd in eo officio, & functione constituti essent, vt sua sapiẽtia exẽploq; vitę, omnia, quæ hominibus insulsa videbãtur, & veluti insipida aspernebantur, sapidissima redderent: adeoq; insulsos quosq; homines, acrimonia salis sapientiæ suæ sapientissimos efficerẽt. Quis ignorat salẽ condiendis cibis tam esse necessariũ, vt si is desit, quanuis opiparè instructa conuiuia sint, nullam delectationem gustui præbere possint? Proposuerat iam Dominus in monte mensam illã lautissimam, in qua omnes beatę vitę cibos, quibus mortales in ęternũ reficerentur, parauerat. Nã quid (quęso) omnes propositę beatitudines sunt, quàm mensa opiparè instructa, ad quã cum ipso rege inuitantur omnes, vt regis æterni cibis, in eiusq; mẽsa fruãtur? De hac quoq; mẽsa dicere poterat Dñs: Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Cũ ad hanc tãti regis mensam vocamur, cõsilio Salomonis nos vti omninò oportet: Quando sederis vt comedas cũ Principe, diligenter attẽde, quæ tibi apposita sunt. Oportet nos cõsiderare mẽsam hanc opulentissimã omniũ virtutũ substãtiã cõtinere. Vna quęq; enim beatitudinũ, tanquã catinus plenus delicatissimo cibo oblatus, iudicari debet, ita vt paupertas spiritus, sit vnus saluberrimus cib⁹, quo mẽs nostra si modo gustet, satiari poterit,

Exẽplica de sextima sal dicitur.

1. Tim. 4.

Apostoli esse debent hominibus id quod sal.

Duplex salis conditio.

Apostoli salis conditionẽ habere tenentur.

Leui. 2.

Ezech. 43.

Sal pro sapiẽtia cum prudentia coniũcta accipitur.

Colo. 4. a. 6.

Sacrificia nostra prudẽtiæ sale cõditi debent.

Sapiens sal nuncupatur.

Sal, quam sit cibis necessarius.

Mensam lautissimam in illis beatitudinib⁹ suis proposuit Dominus.

Luc. 22. c. 29.

Prou. 23. d. 1.

Cibaria nobis à Christo proposita in mente explicantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paupertas, animæ saginatio. Mansuetudo, tranquillitatis cibus.

Lachrymis reficitur anima.

Iustitia, anima reficitur, & saturatur.

Misericordia saginatur anima.

Mūditia cordis anima visione gloriæ satiatur.

Pace anima delectatur.

Dei amor aduersa cuncta contemnere facit.

A & regno gloriæ ingurgitari, alter mansuetudo, qua trāquillitate summa animi pascimur, alter cibus lachrymarum, quo reficiūtur animæ. Cibabis (ait Dauid) nos pane lachrymarū, &c. Item alter est cibus iustitiæ, quo anima refici tantopere desiderat, vt eā esurire, & sitire fateatur. Itē alter est misericordię cibus, quo anima saginatur. Item alter sapidissimus cibus, mūditia cordis est, qua anima iam ad sarietatem gloriæ peruenit. Item adhuc alter confortans cibus est, videlicet, pacis, qua mens mira dulcedine fruitur, & tanquam verus Filius à Patre alitur ad satietatē vsq; Vltimus tādem præciosissimus cibus est amoris Diuini, quo anima mira dulcedine reficitur, adeò vt dulcissima hac inescatus esca, omnes persequutiones, opprobria, omniaq; huius vitę aduersa, pati pro dilecto contemnat. Quis non ad splendidissimam lautissimamq; mēsam hāc accedere, si diuinos hos cibos agnosceret, toto pectore anhelaret. Ac eo tēpore, quo Christus tanto studio conuiuas ad hāc suam mensam cōpellabat, alijs, & lōge diuersis cibis assuefacti mortales detestabantur, & cū Israēlitis dicebant: Manhut quid est hoc? Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, cui non nauseam eo tēpore pareret paupertas, quæ famē potius, quam diuitiarum satietatem parere solet? Cui non nauseam faceret māsuetudo, quæ bona fortunæ omnia interdū amittere facit? Quis non lachrymas fugeret, quæ mortem generare solēt? Spiritus enim tristis (Salomone testāte) exiccat ossa. Quis tam vehemēti fame, ac siti pro iustitia cruciaretur, cū hæc in hac vita cōsequi vix possit? Quis misericordia, cum tanto bonorum dispēdio vti vellet? Quis cordis mūditiam, quę summo cum labore cōsequitur, in terra dulciter viuentium affectet? Quis pacē cōponere, vbi sæpè pacificanti deterior pars euenire solet, & non raro mors, affectet? Quis tādē probra, irrisiones, tormenta, mortemq; crudelē pati, nisi omninò insanus esset, desideret? Quis hos cibos nō diceret omni potius veneno infectos, quam suaues, dulces, ac vitales? Quis saltē non fateri cogatur hos cibos omninò insulsos esse? Nō potest comedi insulsum (ait Iob) quod non est sale conditum. Postquā ergo Dominus hanc mensam cibis refertā, ad æternam vitam, conducētibus omnibus, proposuisset, vidēs homines minus his cibis assuefactos, & eos tāquam insulsos aspernendos fore, salē inmēsa hac Ecclesiæ statim apponere decreuit, nēpè Apostolos. Qui tanquā salini in mensa dispositi, omnes hos cibos gustui humano insulsos, sapidissimos redderent, atq; efficerēt. *Vos* (inquit) *estis sal terræ*. Ac si diceret vestri muneris, & officij est, hos cibos, sale sapientiæ vestræ, sapidissimos reddere, ita vt qui antea nihil magis odio prosequebatur quam paupertatē, adeò vt teste Horatio de mercatore loquens dicat: *Per mare, per terras currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes*. His sapientissimis vestris concionibus cum exēplo vitæ coniunctis, nihil potius habeat, sale hoc degustato, quàm paupertatem, tanquam vitæ æternę cibū gustare, & intrā spiritus medullā traijcere, ita vt spiritus paupertatem super omnia desideret. Et qui anteà immites illo erant, & feritate quadā inhumana, omnia sibi vsurpare nitebantur, vestra doctrina cum māsuetudine coniuncta, sic tanquā sale cōdiantur, vt mansuetudinem animi induentes, in ea omnium terrenarū possessionum substātiam eos habere intelligant, & qui omne tristitiæ genus exossum habentes gaudebāt (vt ait Iob) ad sonum tympani ducentes

Antechristi aduentum virtutes in beatitudinibus positæ, nauseam pariebant.

Pro. 17. d. 27

Sal positū Christus super mensam Ecclesiæ Catholicæ.

Apostoli tanquam salini mensis Ecclesiæ.

Paupertas quomodo gustanda.

Mansuetudo qualiter gustanda.

Iob. 6.

Iob. 21. d. 12.

Lachrymæ quo gustu accipiēdæ sint.

Iustitia degustanda ab Apostolis.

Misericordia ab Apostolis degustata.

Cordis puritas sale Apostolico efficitur.

Apostolico sale odia sedantur.

Sal Apostolicum ad omnia contumelias perferendas fortificat.

D. Gregor.

A centes in bonis dies suos, iam vestro exemplo, & doctrina, ita tanquā sale condiantur, vt lætitiam omnem cum lachrymis commutare non vereantur. Et qui vitæ iustitiam nihili pendebant, vestram videntes iustitiam, famem, & sitim, quam pro ea patimini, tanquam sale condiantur, adeò vt nihil magis esuriant, aut sitiant, quā iustitiam degustare, atq; ea satiari. Et qui duri erant corde, nulliq; misericordiæ viscera gerebant proximos commouebantur, iam B vestra doctrina, ac vitæ misericordia cōmoueantur, sic vt tanquam sale iam conditi, misericordiam amplexentur, & misericordiæ viscera proximis effundant. Et qui corda omni stercore fœtidiora intra se patiebantur, nihil de interiori animi munditia, vel per somnium cogitātes, vestram vitæ puritatem considerantes, ita tanquam sale sapiant, vt munditiam cordis super omnia affectare videantur. Et qui toti in hoc C erant, vt bella, & dissidia quærerent, atq; inter fratres odia implacabilia seminarent, vestra iam doctrina, tanquam sale condiantur, ita vt omni studio pacem cum omnibus componant, & ea quæ pacis sunt sectentur. Et qui tandem nihil minus, quā pro Christo pati cogitabant, iam vestræ sapientiæ sale cum exemplo vitæ coniuncto, ita sapiant, vt nihil ipsis delectabilius, quàm pro nomine IESV contumelias pati, esse possit. Hoc itaq; est sal terræ esse: vt D (teste D. Gregorio) quisquis vobis iungatur, quasi è salis tactu æternæ vitæ sapore cōdiatur. O vtinam huius nostri temporis Apostolorū successores, Prælati nempè, ac legū Diuinarum interpretes, sic salis huius conditionem seruare studeāt. Nam si diuinas leges, quās populus, ipsis cōmissus seruare debet, tanto salis sapore eas proposuerint, opere exequendo prius, deinde dulcedinē doctrinæ paterno amore populum docendo, facilè fiet, vt aspera, & insulsa quæq; in dulcedinem conuertantur. Sic tandem populus dicet, omnia quæcūq; præceperit nobis Dominus faciemus, &c. Verùmenimverò per multi sunt in malo Moysis imitatores, qui Domino ad aquas contradictionis rebellis fuit. Nam dicente Domino, loquere ad petrā, & ipsa dabit tibi aquam, nec verbū quidem petræ dicere voluit Moses, sed arrepta virga, rupem magno impetu bis percussit, & tandem aquam B largiter dedit. Quàm multi (heu) sunt ex subditis, quorum corda ad exequenda Diuina mandata, ipso lapide duriora sunt. Quibus, si prælatus, vel verbum amoris, quatenus ad ipsum Deum conuerterentur, dixisset: statim magno impetu aquam lachrymarū extrahere potuissent, sed rigore vti malunt statim, quàm amore, & virga rigoris potius vti, quàm verbis amoris. Hęc sanè amoris verba sal hauddubie sunt, quem prælati adhibere tenentur. Hoc est, C laudabile vestri officij munus exercere. Hæc facientes, verè vos, vestriq; officij successores, ac vitę imitatores, sal terræ alacriter compellabo. Huic Prælatorum officio commodissimè Elisei historia adaptari poterit, in qua tota vis salis Prophetici, & Apostolici consistere pūto, & mysterio conuenire. Elisęus cum Iericho aquas amarissimas vidisset, & in fœcundam terram redderent, vniuersæ terræ medellam, tāquam D verus pater adhibere volens, vas fictile, Diuina ordinatione, afferri mādat, in quo sal immittit, & ad fontes aquarū pergens, sal super aquas immisit, dicēs: Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis, neque mors, neque sterilitas. Quæ (obsecro) aquæ istę sunt, quas Propheta à tàm graui corruptione purgabat? Certè populi nationum

4. Reg. 2.

4. Reg. 2. d. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoc.17. A erant, teste Ioan. in Apocal. cap. 17. Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gẽtes, & linguæ. Aquę istę sanari minimè poterãt, ni si sal in vas fictile mitteretur. Quid hoc? Tanquam in prototypo ostendere voluit Deus, ita tum corruptissimũ mundi. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonũ, non est, vsq; ad vnum. Quid remedij grauissimis his malis? Nullum planè aliud superere poterat, quàm sal in fictile vas mittere, nempè vnicum ac singulare mundo remedium fuit, vt Dei sapiẽtia humanum, ac fragile corpus acciperet, vt suam cæteris communicaret sapientiam, tanquàm eis sal infundens, quo omnium intellectus purgatus, salutem perpetuam recuperaret. Dicerem libentiùs, vt magis proposito conuenirent: Per vas fictile Apostolos intelligi, in quos missus est sal cælestis sapientię. Vnde Apostol. 2. Cor. 4. cum loquutus fuisset de prædicatione Euangelij sibi, & alijs Apostolis commissa, ait: Habemus autem thesaurum istũ in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Sine hoc Diuino sale non poterunt quidem aquæ sanari. Ideoq; eleganter Dominus non dixit simpliciter: *Vos estis sal terræ*, sed mysterio, proposito insinuato articulo Græco addito tanquã digito insinuare voluit, de quo sale loqueretur, dicens: *Vos estis ille sal terræ*. Quasi dicat: Nullum salem alium terra habet quàm vos, quos sal terræ feci. Hanc figuram elegan ter tractat Ambros. serm. 87. Hacte nus primam salis proprietatem pro modulo nostro proposuimus. Det Deus, vtilęc salis noua excogitatio, legentibus cum fructu sapiat.

2. Cor. 4.

C

D

D. Ambros. serm. 87.

Est, & alia salis proprietas, videli cet, vt vi, & acrimonia sua carnes à corruptione prę seruare valeat. Quî sal terræ fuerunt, nempè Apostoli, & quicumq; illorum fuerũt sequuti vestigia, quãtum effecerint in terris, vt mundum à corruptione præseruarent, mecum perpendite, cum Hieronymo, Chrysostomo, & Augustino. Quid corruptius generi hominum inueniri vnquã potuit? Quãdo Solones etiam illi, & qui legum latores constituebantur, idq; in ea regione, quæ disciplinarũ mater existimabatur, in errores miseri dilabebantur, ita pudendos, vt eos prodere erubescam: quid in barbaris alijs accidisse regionibus existimandum est. Hunc orbis statũ conditionẽq; Paulus ad Romanos scribens, depingebat, dicens: Quia cum cognouissent Deũ, nõ sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerũt in cogitationib⁹ suis. & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Et mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum. Propter quod tradidit illos Deus, in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiãt corpora sua insemetipsis. Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerũt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Amẽ. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminę eorũ immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum, qui est contra naturã. Similiter autem, & masculi relicto naturali vsu, fœminæ exarserunt in desiderijs suis inuicẽ, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habitare in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciãt ea quæ non cõueniunt. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia,

A

D. Hieron. D. Chrysost. D. Augustin.

B

Rom. 1.

Mundi corruptio quanta fuerit.

C

D

A tia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumelioso, superbos, elatos, inuentores malorũ, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia, &c. Deus bone, cernitis ne horridam rerum faciem (libuit enim integrum eum locũ ante oculos ponere, vt rem magis exactè perspiceretis) & longè deteriorem hominum, quam ferarum cõditionem? O stupiditas crassissima mentis! O Satanæ extremum præstigium! quo mundum in infimo putredinis sceno inuolutũ detinebat, & in miserabilem illam omniũ malorum corruptionem putidissimam crudeliter agitabat, & à longo tempore corruperat. Omnis quippè caro, deteriùs quàm tempore diluuij, corruperat viam suam. At verò Dei sapientia reparandi modum inueniens, Euangelicæ doctrinæ sal, salutis remedium præsentaneũ attulit.

Quale fuerit corruptionel mundi remedium à Deo datum.

C Et vbi Euangelico sale condiri cœpit orbis terræ, & Dei agnitio per hanc prædicationem inuecta est, ex fœtidis, & brutis, ac tãquam ratione carentibus animantibus, non homines iam, sed Angeli euaserunt. Nec enim solum ea carnis vitia, quę naturæ limites transgrediebantur, abominari cœperunt, sed & coniugij vsum, qui natura, & legibus, vt res honesta, conceditur, multa hominum millia, virorum, ac fœminarum contempserũt: propterea quod fruendæ tantæ philosophiæ impedimẽto carnalia opera esse videbãtur. Deserta loca, & solitudines, quę vix sylvestribus feris erant peruiæ, hominibus repleta fuerũt, qui ob eam vnam causam à cæterum cœtu disiũgebantur, vt Euangelicis institutis possent cõmodiùs inseruire, & consuetudinem suam dum taxat, eũ calo habere. In omnibus itaq; barba-

Quare corpora castigata contemnebantur.

D

Sal Euangelicum, afferos mores curat.

B

1. Petr. 3.

Rom. 12.

C

Sal vocantur Apostoli ad offendendam Euãg. lij perpetuitatem.

D

Vincentij Lyrinensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cos, Ægyptios, & Hebræos perpetuò seruatã fuisse: vt ti pax inciuda sit, aut conuentio, seu lex aliqua stabilita tuẽda, quo magis perpetuitate pacẽ illã, seu legẽ cõsecrarẽt, seu id quod statuebatur stabilitatẽ perpetuam haberet salem in mẽsa quam primũ apponere solebãt. Quo symbolo immutãdam pacem, seu legẽ, nulla occasione obueniente, protestabãtur. Cum enim sal rerum conseruationem efficiat, & longo tẽpore ea durare faciat, ita quoq; pactũ sale confirmatum, perpetuitatem eius pollicetur. Hoc Theocritus, hoc Diogenes Laertius testantur, vt Cælius notat. Sed & sacræ literæ adhuc manifestiùs nobis hoc, multis in locis explicant. Lib. 2. Paralip. Inter alias exhortationes, quas Abias Ieroboã, & filijs Israël facit, ne domui Dauid rebelles existant, sic ait: Audi Ieroboam, & omnis Israël: Num ignoratis quòd Dominus Deus Israël, dederit regnum Dauid super Israël, in sempiternum, ipsi, & filijs eius in pactum salis? Hoc est fœdere firmo, & inuiolabili, eo quòd sal corruptionem arceat. Hanc eandem authoritatem Angelus ad Virginem, de eo met regno, loquens interpretatur. Dabit (ait) illi Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. Pactum ergo salis, per æternitatem explicat Diuinæ voluntatis interpres. Vel in pactum salis dicit, eo quòd sal adhiberi soleat sacrificijs. Non auferes (ait Deus) sal fœderis Dei tui à sacrificio meo. Sal fœderis vocatur, quod adhiberi soleat sacrificijs, non enim feriebatur fœdus apud Hebræos sine sale, hoc est, sine sacrificio, sicut nec sacrificium sine sale fiebat. Mactatis ergo victimis, percutiebantur fœdera, non tantum apud Iudæos, sed, & apud Gentiles. Ideò in omni sacrificio sal sibi offerri præceperat Deus, vt ostenderet, sacrificia sibi perpetuò offerẽda. Abimelech quoquè postea quàm Sichimitarum ciuitatem funditus euertisset, sale eã seminasse legimus, quo facto ostendere voluit, perpetuò diruptã, & sic perpetuò mansuram, & non reædificandam vnquam. His sanè testimonijs, satis manifestum esse potest, salem in sacris, simul atq; prophanis auctoribus, durationem, & conseruationem, non qualemcunq;, sed æternam designare. Cum igitur Dominus statimà legis Euãgelicæ promulgatione salem apponat, Apostolos q; suos sal esse terræ declaret, manifestum facere voluit, legem Euangelicam in pactum salis posuisse, nempè æternam, & per eos tãquam veros legis assertores, obseruatores, conseruatores q; perpetuò seruandam, & vt verum terræ sal, nempè Ecclesiam, perpetuò, vnà cum legibus ab ipso præscriptis, conseruãdam fore, ostẽdat. Hanc perpetuam conseruationẽ parum inferiùs, adhuc manifestiùs declarat, cælum (inquit) & terra transibunt, verba autẽ mea nõ præteribunt. *Vos ergo estis sal terræ*, hoc est, vos, & qui vestro munere, & officio functuri sunt: estis illi per quos Ecclesia perpetuò conseruãda est. Hoc ipsum testatur Paulus. Et ipse (inquit) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euãgelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consumationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, &c. Nullo tẽporis spatio, nullisq; limitibus circunscribenda est Ecclesia: Vos estis eius sal, cuius muneris erit, vt legem Euãgelicam docentes, eamq; seruare facientes, ab omni corruptione, & vitiorum fœtore eam immunem perpetuò reddatis.

Quòd si sal euanuerit in quo salietur? Pro

B *Theoc. in Hilia.* *Diogenes Laer. in Pythagor. vita.* *Cælius lib. 22 Antiq. c. 1.* *2. Paral. 13.*

C *Luc. 1. c. 32.*

Leui. 2.

D *Vatablus in 2. Paral. c. 13.*

Iudi. 9. *Sal in sacrificijs adhibitum significabat perpetuò offerendo.*

B *Lex Euangelica in pactum salis data.*

Matth. 5.

C

Ephes. 4.

D

Euanescere idem quod infatuare. *Chromatius in Matth.* *Sapientia diuina relicta statim cadere cœpit.*

A Pro euanuerit Græcè est, *Moranthi*, hoc est, in fatuatum fuerit. Infatuari autem eos ostendit (teste Chromatio Episcopo) qui cum semel per fidem, & sapientiam cælestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere, relicta fide, & sapiẽtia Diuina, aut in hæresim ruũt, aut ad stultitiam Gentilium redeunt. Et ideirco, ait: *Si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur?* Quia infatuari fraude Diaboli huiusmodi homines, amissa fidei gratia, euanescunt. Qui cum potuissent etiam alios non credentes, adhuc à fide alienos, Diuinę prędicationis verbo condire, etiam sibi inutiles exiterunt. Deniq; Iudas Iscariotes de eiusmodi salibus fuerat, sed postea quam Diuinam sapiẽtiã reprobauit, & de Apostolo apostata factus est, non solum alijs prodesse non potuit, sed, & sibi miser, & inutilis factus est. Hæc ille. *In quo salietur?* Quasi dicat, Totum insulsum erit. Nam in quo, frequens est phrasis Hebraica, Pro, per Quid, duplicem habere sensum videtur, vt primo dicatur, si is, qui docendis alijs, & tanquam condiendis, sua sapientia, institutus fuit, desipuerit, restat, vt insipida omnia relinquantur, cum sublatum illud fuerit, quo effici sapida debuissent. Quod sanè, maximo cum Christiani orbis damno, experimur hoc tẽpore calamitoso, dum cernimus, infatuato sale, hoc est, Episcopis, reliquisquè gradibus Ecclesiæ, quibus instruendorum populorum cura est credita, infatuatis, nihil minus iam sperandum sit, quàm totalis orbis corruptio, vt in Græcia ac Germania (non sine maximo dolore videmus) vbi nulla penè iam mica salis relicta videtur. Cernimus enim sexum omnem, omnem ætatem, omnem gradum, congressus, commercia, consilia priuata, publica, nullum Euãgelici salis gustum referre, verba insipida, facta insipidiora. Vnde hoc? A quia Episcopo infatuato, verbi Dei acrimonia amissa, surgũt textores, panicidæ, calciari, sutores, & reliqua populi fex, vt Episcopi, & doctoris vices gerant, qui in locũ publicum prodire, & è suggestu omne hæresum genus disseminare tanta cum impudentia audent, vt qui in Pontificem, in ordinem Episcoporum, & Prælatorum in statum ecclesiasticum, in monasticum institutum, in Ecclesiæ sacras cæremonias, & ritus, in sacramenta deniq; B omnia vehementius, & acriùs inuehitur, is continuò ab omnibus commendatur, & tanquam summus ecclesiastes suspicitur, & suscipitur, multisq; donis magnoq; pretio cõparatur à populo. Multos (proh dolor) tales huiusmodi generis scurrarũ, ijs oculis vidi, qui me ad extremas lachrymas sæpè prouocarunt. *In quo salietur?* Alio modo intelligi possunt illa verba, vt scilicet, referantur ad ipsum salem, quemadmodum apertiùs inuenitur apud Mar- C cum: vt si dicatur: Si sal qui, vt alijs saporem præbeat, factus est, desipuerit, nihil prętereà superest, quo suus ille sapor restituatur. Qui sapor, cũ sali ita proprius sit, vt præter eam vim, hominum vsui non sit vtilis, si is sali defuerit, nec aliunde reparare illum possit, reliquum est, vt tanquã res inutilis abijciatur, quare pulchrè adiecit. *Ad nihilum valet vltrà.* Nullis planè vsibus proderit, & vt D. Lucas cap. 14. ait: Nec in terrã, D nec in sterquilinium vtile est. In terram non est vtile, quia sterilem eam reddit. Nec in sterquilinum, in quo omnia corrupta proijciuntur, quia ea omnia, quæ in sterquilinio sunt, terræ infunduntur, & nihil tantum terræ nocet quàm sal. Si de sale spirituali agamus, profecto, nec terræ, nec sterquilinio vtile est, quia nec bonis, nec malis vtiles sunt Prælati, quibus

Matth. 5. *Marc. 9.* *Luc. 14. 8. 35*

B *Iudas Iscariotes sal factus à Domino, in fatuatus fuit.*

C *Hebræophrasis est duorum, in quo: ac si dicat, Per quid.*

D *Recti calamitas, ex salis infatuatione venit.*

Germaniæ status circa hæc tempora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quibus sapiētiæ sal deest, atq; adeò neq; sibi ipsis vtiles sunt. *Ad nihilum valet vltrà.* Tria (inquit) damna sequē tur si sal infatuatū fuerit. Primum, quòd eiusmodi insipientia, & corruptio non potest alia quapiam doctrina emēdari. Secūdum, quòd vbi disipuerint ministri Ecclesiæ, nullū est humanum remedium, quo possint in rectum vitæ iter reduci. Tertium, quòd magno cum dedecore, & iniuria totius Ecclesiastici, & Catholici ordinis iudicatur dignus, vt mittatur foras, & conculcetur ab
B hominibus, ob scandalum grauissimum, quod apud omnes sibi subditos causare videtur. Grauiùs enim est in Prælato scandalum dare, quā in subdito. Vide Abulensem super illa verba: Nemo accendit lucernā. Similitudo hæc accepta est ab ijs rebus, à quibus cum nihil vtilitatis iā speretur, proijciunt eas homines, vt passim nulla habita earum ratione conculcentur. Dicit ergo eos homines, qui in Doctorum, & Pastorum ordinem, idcirco eliguntur, & præficiuntur, vt vitam humanam sua sapientia, ac prædicatione, optimisq; exemplis, tanquam sale condiant: si id facere desierint, dignos esse, qui tāquam res inutiles abijciantur, & conculcētur. Mitti foras, est ejici ex dignitatis suæ gradu. Conculcari verò ab hominibus, est ex summa veneratione, in qua si probè functus fuisset suo munere, esset ad extremū venire contemptum, debeat. Vel ejici est, de hoc mūdo ejici, in tenebras illas exteriores, seu ab Ecclesia tanquam hostis ejici. Vnde Chromatius: Quia huiusmodi (inquit) iam non fideles, ac domestici, sed proiecti ab Ecclesia, vt extranei, & fidei hostes habendi sunt. Vnde, & Iudas de domestico filei, inimicus factus est veritatis. Hic modus loquendi, Christi prophetica annūciatio fuit, qua pœnam peccato dignam desig-

Sal infatuatum tria damna affert.

Abulens. super cap. 11. Luc.

Chromatius.

Prælatis malis pœnā peccato dignam declarat Christus.

nat. Nō enim præcipit Deus, vt Præ A latus quantumuis malus, ab hominibus cōculcetur, sed per sapientiam infussam, rem futuram prænunciat, nempè eos in tenebras exteriores conijciēdos, & ab hominibus, quos prauo suo exemplo, secum in perditionem traxerant in inferno conculcandos, & extremis opprobrijs afficiendos. Sic quoq; de prauis Doctoribus prophetat Apostolus. Qui prę dicas non furandum furaris, non mœchandum mœcharis. Ecce nomē Dei propter vos blasphematur B. inter gentes, &c. Quasi dicat: Futurum est, vt condignas peccato pœnas luas. Nam (teste eodem Apostolo) qui cum scandalo peccatum cōmittunt, grauiùs in Christum peccant. Sic autem peccantes, & percutientes cōscientias eorum infirmas, in Christum peccatis, quia animas Christi sanguine redemptas perire vos facitis.

14 *Vos estis lux mundi.* Eodem titulo honestare Apostolos, successoresq; suos Dominus voluit, quo ipse se ipsum nuncupari voluit. Frequenter enim Christus se ipsum mū C di lucem appellat, Ioan. 8. 9. & 12. Nunc autem nomen suum, ac adeò dignitatem suam, Apostolis cōmunicare decreuit, ideò eos mundi lucem esse denunciat, non tamen eo modo, quo Christus lux est. Ipse enim vera lux est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ex se lucens non aliunde accensa. Apostoli verò lux sunt, nō D modo ab ipso Christo accensi, & illuminati, sed vt ita permancāt, quatenus ad ipsos accedētes sequuti cādela, quę aliā incēdit incensi, ac inflāmati, discedant. Ideò lux dicuntur, quod de luce vera testentur, & Diuinæ cognitionis splendorem acceperunt ab illa luce, quæ dixit eis: Ego vos elegi de mūdo. Ante omnia hic aduertendum venit, quòd per lumē hîc

Rom. 2. 22.

Rom. 8. 35.

Apostoli estis, sanguine vestro procurastis mundum à Christo.

Ecclesia militans, ad triumphantis Ecclesiæ effigiē facta à Christo.

Ioan. 8. 9. & 12.

Ioan. 1.

Lux dicitur Apostoli, quod de luce testentur.

Gubernatio Ecclesiæ celestis.

Angelorū nouem ordines distinguuntur.

Ioan. 15. 16.

A hîc significatur, non tantum lumen fidei, sed claritatem, & splendorē vitæ, & morum, quam cunctis mortalibus exhibere tenebātur, quod manifestiùs explicabitur inter exponē dum verba illa: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. *Vos estis lux mundi.* Antea salem vocarat, iam lucem appellat, vt intelligamus eos à Domino institutos, quatenus totum hominē instaurarent, & reficerent. Corrupti quidem erant homines per peccatum, tàm in affectu, quàm in intellectu, vt mētem, & animi affectus iam ad corruptionem omninò tendētes mederentur, eos sal terræ, & fecit, & vocauit. Vt autem intellectū per peccatum quoq; obtenebratū, eos debere curare ostēderet, lucem eos
B compellat, qua excussis, & peccati, & ignorantiæ tenebris, lucem veritatis, veræq; Diuinæ cognitionis in eorum intellectibus accenderent.
C Quantū hoc negotij sit, & quid Dominus per sālem, per lucem, per ciuitatem in monte positam, designare voluerit, alta mente mecum perpendite. Nā si me non fallit opinio, Ecclesiam hanc militatem, hac in re ad triumphantis Ecclesiæ effigiem, Dominus efficere voluit. Tantò sanè Ecclesiæ militantis gubernatio perfectior existimari debet, quanto assimilatur magis gubernationi, qua supremam illam triumphantē Deus
D gubernat Ecclesiam. Deus enim (teste Dionysio) secundum ordinē Diuinæ suæ prouidentiæ, quam circa omnia gerit, ita cælestes illos spiritus gubernat, vt infima per media, media autē per superiora, superiora verò per se ipsum regat. Hinc est, quòd nouem illi Angelorum chori, in tres distinguat Hierarchias, in infimam, mediam, & supremam. Infima Angelos, Archangelos, Virtutesq; continet. Media autem, Dominationes, Principatus, & Potesta-

Apostoli instituti à Christo, vt totū hominem instaurarent.

Dionysi.

Tres actus Hierarchicos Angelici ordines habent.

D. Augustin.

Angelorū ministerium.

Ignis natura.

Ecclesiæ ordo perfectus.

tes habet. Suprema verò, Thronos, A Cherubinos, atq; Seraphinos possidet. Omnes ij spiritus cælestes hoc miro ordine in suis dirigūtur actionibus, vt infima tanquam in speculo mediam intueatur, & videat, quatenus ab ea dirigatur: & media quoq; in suprema contempletur, & quid factu opus sit videat, ita vt sicut à superiori ordine dirigitur, ita quoq; ipsa inferiorem ordinem dirigat, & instituat. Omnes tres istæ Hierarchiæ, tres Hierarchicos actus cos B exercere, ex Dionysio constat. Primus actus, Purgare est. Secundus, Illuminare. Tertius, Perficere. De hac Angelicæ creaturæ administratione, locus ille, quem Apostolus citat, ex Psalmo intelligendus venit: Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos flammam ignis. Spiritus (Augustino teste) naturę nomē esse constat, Angelus verò qui missus interpretatur officij nomen declarat: Tu ergo (ait Dauid) fili Dei, per sapientiam tuam, spiritus tuos Angelos facis, ideſt, nuncios, quos C mittis ad exequenda mandata: ita vt suprema Hierarchia mittatur, & ad secundam conuertatur, secunda verò ad inferiorem, inferior tandem ad nos dirigatur, & ministros tuos flammam ignis facis. Ignis naturam si perpēdamus, purgatiuus, lucidus, & clarus, necnō magnæ actiuitatis est. Per metaphorā ignis, actiones, quas Angelici spiritus exercent, explicat. Purgant, illuminant, & ad cōsumationem, & perfectionem deducūt, quod sua operatione, videlicet, D vt vnus ad alterum, tanquam ad speculum instructiuum se se conuertunt. Volens itaq; Dominus huius militantis Ecclesiæ perfectum ordinem instituere, ad formam, & viuidam effigiem triumphantis, eam cō posuit, id quod ex gubernatione humanæ Hierarchię inter nos seruata, vbi superiores, medios, & infimos

ordines

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ordines posuit, constat. Ad superiorem ordinẽ purgare, illuminare, docere, instituere, atq; perficere, medium ordinem, pertinere certũ est. Medium verò id ipsum erga inferiores præstare debere constat. Prælati, & Pontifices in Ecclesia militanti, primæ Hierarchiæ locum tenẽt. Clerici, & quotquot curam animarum gerunt, secundæ Hierarchiæ: Gens autem popularis tertio ordini sunt adscribendi. Sicut enim in Angelica Hierarchia, vnaquæq; ad aliã

Prælati, primi Hierarchiæ Angelorum locum tenent. Parrochi, seu Pastores secundæ. Populares loco, tertij ordinis sunt in Ecclesia.

B ex Dei mandato conuertitur, vt ab ea purgationem, lucẽ, & perfectionem accipiat, ita quoq; in Hierarchia humana, in hac Euangelij pericope, Deus fieri ordinauit. Hinc est, quòd Apostolis, atq; Prælatis dicendo: *Vos estis sal terræ*, voluit ostendere eos ratione officij superioris Hierarchiæ teneri, ad primum actum, nempe, purgatiuum exercendum. Sicut enim sal carnes, vt diximus, purgare à putredine, & fœtore arcere solet. Sic quoq; à putredine, & peccatorum fœtore animas purgare tenentur Episcopi, & Apostolorum

C successores. Postquam iam primũ actum, videlicet, purgatiuum, quod in primis exercere tenebantur, posuit, secundum actum, nempè illuminatiuum, iam ponit, dicens: *Vos estis lux mundi.* Purgata iam mente ab omni mundi errore, & peccato, secundum actum, videlicet, intellectum lumine fidei illuminare tenentur Prælati, ita vt manifestè veritatem

Primum actũ quod prælatos tenentur Apostoli, eorumq; successores.

Prælati, subditos illuminare tenẽtur.

D subditi agnoscãt, & quid faciendũ, quid verò fugiendum sit, in eorum vita, tanquam in luce clarissima, cũcti conspicere possint. Quanti hæc lux facienda sit, quis poterit mente concipere, quominus verbis explicare? Nam si tenebræ, spirituales offusæ sint mentibus nostris, quid non malorum timere possumus? Primũ per se graues sunt; quid enim miserabilius accidere homini possit, quã

Lux quãti facienda sit.

eam partem, qua homo in primis A
constat, hoc est, rationem, & mentem, lumine distitutam, cæcam ferri sine iudicio, erroribusq; cõtinuis circumferri? Deinde de his tenebris ad illas, quas in Euangelio legimus, externas, sempiternasque homines pertrahuntur, quo quid desperatius queat existimari? Quare rectè fateri possumus, præstare solem è mundo tollere, quàm Euangelicam lucẽ à Christiano regno esse sublatam.

Matth. 5.

Præstat solem mundo auferri, quam Euangelio.

Vos estis lux mundi. Vos qui vicem solis in mundo geritis, ab ipsa solis na- B
tura rationem efficij vestri discere, & comparare potestis: solis enim natura est lucem omnibus, absq; delectu terris, nationibus, aut gentibus, impartiri. Ita quoq; Prælati est, omnis iustitiæ æqualitate seruata, absq; vlla personarum, seu statuum acceptione, lucem doctrinæ, simulatq; in culpatæ vitæ claram diffundere tenẽtur. Deus enim, qui solem suum super bõnos, & malos oriri fecit, tibi Pastor lucem dedit, qua boni, & mali, diues simul, & pauper, potens C
pariter, & plebeius. Rex, necnon priuatus homo, omnes tandem illuminentur, & instituantur, si reprehensionum radios effundere expediat, omnes ex æquo perfundas, nemini peccantium parcas, nec faciem cuiusuis hominis verearis, postquã solis officium exerces. *Vos estis lux mundi.* Tantam sol lucis, & claritatis vim, afferre interdum oculis solet, vt excellens sensibile, ita sensum visus lædat, & debilem efficiat, vt tãquã cæcus ad cætera omnia factus, D
nihil quàm solem ipsum aspicere valeat. Talis decet esse Prælatus, qui omnium oculos ad se conuertens, adeò illos, in suę doctrinę, simulatq; vitæ claritate fixos teneat, vt omnia iam terrena hominumq; actiones, tenebræ potius quàm lux, si ei comparentur, iudicari possint. Si in lucem illam fortissimam, nempè in

Mat. 5. & 13.

Prælati vitæ & doctrinæ vtilis exemplum esse debent.

Ioannis

Ioannis Baptistæ lux quãta.

A Ioannis Baptistæ vitam, qui puritate nitens, charitate accensus, pœnitentia exhaustus, omnium rerũ contemptum efficacissimè docuit. Oculos defixos habeamus: quis non dicat omnium hominum vitas tenebras potius esse quàm lucem? Testãtur hoc legati, qui ab Hierosolymis missi fuerunt ad Ioannem, qui nec Christum videre poterant, cum in Ioannem oculos conieciissent. Habet quoq; lux aliam quandam efficacissimam proprietatem, videlicet,

B vt somno quiescentes excitare, oculosq; aperire faciat, si vel lucem aliquam ad oculos appositam habeãt. Hoc sanè est veri Prælati officium somno peccatorum oppressos luce vitæ, ac doctrinæ expergiscere, atq; à grauissimo delictorũ somno auocare. Sed (proh dolor) sunt adeò multi, qui præferentes dulce vitiorum carpere somnum, lucem ipsam impudenter manu reijciunt, ne optato priuentur somno. Hoc Pha-

Luc. 1.

Prælati sua vitæ, & doctrinæ luce, oculos in peccato dormiẽtium excitare tenentur.

C risæi, dum Christus sanctissimæ suæ vitæ, & doctrinæ lucem ipsis aperuit, magna cum impudentia fecerunt, rebelles enim fuerunt lumini, quò in vitijs, & peccatis somno liberiùs gaudere potuissent. Sic quoq; Herodes, Ioannis efficacissimam lucem, qua è grauissimo adulterij pariter, & incestus peccato, eum educere nitebatur, extinxit. At verò Prælatus, eo magis quo despicitur,

D verbo, & opere, lucere tenetur. Lux præterea ideò accendi solet, vt errãtes, & deuios, ad verum iter reducat. Frequenter sanè iter agentes, si à tenebris occupẽtur, viam amittere solent, luce verò veniente, ad iter facilè reduceuntur. Ita planè in peccatoribus vsu venire solet, vt à via veritatis errantes, luce vitæ, & clarissimæ doctrinæ Prælato fulgẽte, ad rectum vitæ iter statim sese recipiant, & rectam sectentur viam. Sæpè itẽ in nocte tenebrosa cõtingere solet,

Pharisæi, & Herodes, Christi, & Ioannis lucẽ extinguere conati.

Iob. 24. b. 13.

Similit.

Prælati suæ luce errãtes, reducere tenentur.

vt errantes, quàm primum aliquam A
in montibus lucem pastorũ vident, eò quò celeriùs possint contendũt, quò ab ipsis in rectum iter deducantur. Quot hominum myriades sunt, qui in errorum tenebris ita versantur, vt nesciant planè quo fine eorũ claudatur iter: verùm oculos in sublimi tollentes, & alicuius pastoris, & Prælati, lumen videntes, cõtinuò ad lucem eius gressus suos dirigere festinant, si honorum, si bonorum, atq; laborum contemptorem, charitate feruidum, & virtutibus clarissimis ornatum cernunt, ad tantam

B virtutum lucem ambulare toto pectore anhelant, & vitam cõponunt. *Vos estis lux mundi.* Ea tandem ratione, vniuersi orbis lux compellantur prælati, vt eo nomine intelligant, nõ satis ipsis esse debere, si eam, quam diffundere tenentur vitæ, & doctrinæ lucem, intrà priuatam domum aut Ecclesiam contineant, & spargant, sed etiam totius mũdi, sibi soles lucidissimos homines agnoscãt oportet: adeò vt si in partibus Galia C
rum (vt ita loquuti) sol Prælatorum situs, atq; fixus manere videatur, lumine tamen puræ doctrinæ, & vitæ fulgentissimæ in Hispania, in Italia, in Germania, in Asia, Africa, atquè Europa, fulgeat, & radios, vim, atq; virtutem suam, potẽtissimè perfundat. Eæ sunt, necnon quam plurima alia lucis officia, quæ Apostoli, & eorum vicem gerẽtes, in terris exercere tenentur. Vereor tamen vehementerq; perhorresco ne nostro, D
atq; eorum maximo dãno experiamur: solem occumbere, & lucem in tenebras conuerti, quid nobis speierit? Si tanta seueritate à Deo ipso puniamur, vt pro clarissima luce, tenebras palpabiles sustineamus? Si lumen, quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si lucem in tenebras cõuersam sæpè videmus, & dolemus, quid de tenebris mentis

Prælati lux mundi dicuntur, quia in vnico loco cũ sint, per vniuersum orbẽ lucem diffundere tenẽtur.

Mat. 6. c. 23.

Quãtum malum orbi imminet, si Prælatus non lucet.

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iam dicemus? Si Episcopi atq; Prælati, vitam suã sceleribus, atq; peccatis contaminare non verentur, quid laici ac prophani homines cõmittere non audebunt? In eam hæc verba incidere videntur sentẽtiam, quam de sale Dominus dixit: *Si sal euanuerit, in quo salietur?* Si nec sal saliendis, & condiendis cibis, nec lux oculis videre cupientibus, iam supereſt, quid tandem futurum eſt, niſi vt lux, luces, ignis, & lumen, in fumum tandem omnia conuertantur?

Prælatorum peccata qualiter vulgus, & Reſpublicas inficiant.

Iſai.7.d.4.

B Hoc Iſaias indicare voluit, dicens: Noli timere, & cor tuum non formidet à duabus caudis titionum fumigantium, &c. De duobus principibus verba faciebat, nempè de Samariæ principe, atq; Syriæ, qui cum ratione officij ignem, & lucẽ effundere debuiſſent, lucem fulgentẽ pro fumo cõmutarunt. Ideò nec timore ab eis fugiendum, nec amore lucis ſequendi ſunt. Idem ſanè ferre oportet iudicium de Prælatis, qui fumũ pro luce obtrudunt, ſuperbiæ, arrogantiæ, atq; luxuriæ, aliorumq; vitiorum fumo, plures quàm vitæ, & doctrinæ radios emittunt ſæpè adeò vt verè de eorum Eccleſijs, quarum gubernacula tenent, id, quod idem

C

Iſai.6.b.4. Iſaias, dicere poſsimus: Et cõmota ſunt ſuper liminaria cardinum, à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Det Deus ne eorũ vita, actus, & gubernatio, vt fumum tandem euaneſcat.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſuprà montem poſita. Poſtquam duos primos Hierarchicos actus, videlicet purgare, & illuminare, quos exercere tenentur Apoſtoli, necnon eorum, qui in officio ſuccedunt, in explicatione ſalis, & lucis explicuimus, ſupereſt iam tertium gradum, quo magis Eccleſiaſtica Hierarchia, cœleſti aſsimiletur, deſignare. Tertius vltimusq; actus, quem cœleſtes illi ſpiritus in gloria exercent, perficere eſt, vt omnia tandem ad perfectum, & A opratum finem deducant, eundem omninò Hierarchicum actũ, in hac militante Eccleſia, Apoſtolos eorumq; in officio locum tenentes, ſeriò exercere voluit Dominus. Hic perfectionem, & excellentiam, quã Deus Apoſtolis, Prælatis, ac Doctoribus conceſſit, tanquam pro manifeſto relinquit. Nõ enim dixit: Vos eſtis ciuitas ſuprà montem poſita, verbis expreſsis, verùm in illa ſententia, non poteſt ciuitas abſcondi ſuprà montem poſita, duo includere videtur. Alterum, quòd ad dignitatem, & perfectionem Apoſtolorum ſpectat, nempè, eos eſſe perfectos, & cõſumatos viros illos, quos Dominus ad amplitudinem, & perfectionem ciuitatis inclytæ Hieruſalem militãtis elegit, per quos perfectio ciuitatis Eccleſiæ viſibilis, manifeſtatur in terris. Alterũ, quod adhuc manifeſtiùs explicare videtur, eſt pefectionem, quam acquirere debet inferior ordo Eccleſiaſticę Hierarchiæ, ſi ad ſuperiorem ordinem conuertatur, quam manifeſtã, & editiorem in loco poſitam, facilè omnes agnoſcere poterant. Cõtinent itaq; verba perfectionem, quam in ſe habent Apoſtoli, & perfectionem, quam inferiores conſequentur, ſi ad eos, tanquam ad ciuitatem refugij, cõfugerint. Quod autem hæc ciuitas Eccleſia ſit, cuius præcipua portio, & primi ædificatores poſt Chriſtum fuerunt Apoſtoli, facile ex conſuetudine, qua Scriptura ſacra vocandi Eccleſiam vti ſolet, mãnifeſtari poteſt. Dauid ſæpiſſimè quando de Eccleſia incidit ſermo, ciuitatem eam appellat: Fluminis impetus (ait) lætificat ciuitatem Dei. Idem: Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Idẽ: Gloriosa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Iſaias quoq; Eccleſiam ciuitatem

Quare Chriſtus nõ dixit: Vos eſtis ciuitas, ſed eſtis. Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi.

Apoſtoli ſunt perfecti ciuitatis.

B

D

Pſal.45.

Pſal.47.

Pſal.86.

Iſai.60.& 65.

varijs

Eccleſia ſempiternã ſe futuram refert.

A varijs in locis vocat. c. 60. & 65. Ezechiel item cap. 40. memorat ſe adductum in viſionibus Dei, in terram Iſraël, & ſuauiter dimiſſum ſuper montem excelſum nimis, ſuper quo ſibi viſum fuit, velut ædificium ciuitatis ab Auſtro. Quod certè, ſecũdum expoſitorum ſententiã, Eccleſiæ fidelium ædificium eſt, quod in Chriſto fundamento nititur. Fundamentum aliud (inquit Paulus) nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Iesvs.

Ezech.40.

2.Cor.3.

Chriſtus Eccleſiæ fundamentum.

B Ideò Eccleſia ciuitas appellatur, quia habitãtes in ea charitatis vnione coniunguntur. Huius Eccleſiæ perfectionem, & excellentiam, quã & in ſe habet, & ſuis communicare non ceſſat, oſtendit Iſaias, de ea ſic dicens: Dixit miſerator tuus Dominus, Paupercula, tempeſtate conuulſa, abſq; vlla conſolatione. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris, & ponam ialſpidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos, in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis. Ijs verbis Eccleſiam ſuam mira dulcedine alloquitur Deus, oſtenditq; qualis antea fuerit, & iam quàm omnibus numeris ſit abſoluta, & perfecta. Antea contemplari poterat paupercula, tempeſtate conuulſa, abſq; vlla conſolatione, prius quam ad fidem veniſſet, & in errroribus Gentilitatis verſaretur, paupercula erat ſine virtutũ diuitijs, pauper erat, & tempeſtate conuulſa, hoc eſt, inſtabilis ſine fundamento, inter varios Idolorum errores fluctuans, & verſans, & ab omni Diuina conſolatione deſtituta. Iam verò ædificata eſt Eccleſia mira lapidum ſtructura, tãquam vrbs regia, fundata in ſaphiris, & lapidibus pretioſis. Si fundamẽta pretioſa ſunt, quid non de reliquo ſtructurę ædificio cenſendum eſt? Deſcribit ijs verbis Propheta, magnificentiam, fortitudinem, perfectionem, & fœlicitatem Eccleſiæ. Fundamentum primarium, vt iam dictũ eſt, Chriſtus eſt: reliqua fundamẽta, in fundamento fundata Apoſtoli ſunt, teſtante Paulo, ac dicẽte: Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuprà fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Iesv. Lapides huius ciuitatis ſunt viri ſanctitate ornatiſsimi, pietate B inſignes, ſcientia, ac doctrina præclariſsimi, qui multis virtutũ, meritorumq; ſculpturis, & laboribus huius pulcherrimę ciuitatis ſtructurã, mira varietate decorant, & perficiũt. Et vt ciuitatis huius perfectionẽ, tam in intellectu, quã in affectu, euidentiùs indicaret, vtriuſq; partis perfectionem explicare pergit Propheta. In intellectu perfectiſsimè ornatus ex parte docẽtis, ipſum circa res cæleſtes perficientẽ. Ponam (inquit) vniuerſos filios tuos, doctos à C Domino. Chriſtus Deus noſter (apud Ioannem) adducens hunc locum, ſic inquit: Scriptũ eſt in Prophetis, Erunt omnes docibiles Dei. Vbi perfectionem ſcientiæ, quam Deus Eccleſiæ ſuę impartiri voluit, declarat, nõ ab homine, nec per hominem, ſed per reuelationem Iesv Chriſti (vt Paulus teſtatur) & per Spiritum ſanctum è cęlo dimiſſum, edocta fuit Eccleſia de omnibus. Vnctio (inquit Ioannes) docebit vos de D omnibus. Perfectionem verò affectus, oſtendit ſubiungens. Et multitudinem pacis filijs tuis. Ante Chriſti aduentum in mille factiones, opinioneſq; varias, homines erant ſeparati, quiſq; quod ſibi placitum erat ſequebatur, at Chriſto veniente, adeò ſanctiſsimo ſuo amore corda occupauit, vt omnium mẽtes, ad Diuinam, quam profitebatur, doctrinã

Eccleſia in intellectu illuſtrata.

Iſai.54.f.13.

Ioan.6.

Galat.1.d.1.

1.Ioa.2.d.2.

Affectus perficitur à Deo.

Homines, ante Chriſti adventũ in plures factiones diuiſi, nihil certum ſequuti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ipse Deus summa pace, & tranquillitate alliceret, atq; induceret. Hūc tandem Hierarchicum actum perficiendi, inferiorem Hierarchiā, ostendere voluit Dominus parum inferiùs, dum multis in rebus perfectionem iustitiæ, quam super Scribas, & Pharisæos fiu habere tenebantur, ostendit. *Nisi abundauerit* (inquit) *iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum.* De qua perfectione suo loco, Deo dante, dicturi sumus.

Perficiendi actum Deus concessit Ecclesiæ.

Matthæ. inferius.

B 15 *Nec accendunt lucernam, & ponunt eā sub modio, &c. Lichnon* Græcè. Vel instrumentū ipsum significat, puta lampas, cui oleum, vel aliud quid imponitur, quod accendatur, vel fax, vel candela, quæ ardet: vt vt sit, voluit Dominus ostendere causam, quare Apostoli, eorumq; locum occupantes, accensi fuissent, à Deo, nempè, etiam si ipsi in vtilitatem Reipublicæ consumantur, officium exercere semel accensi renētur, nec C lucem, quam à Deo acceperunt, sine graui culpa occultare possunt, alioqui quid prodest eam fuisse accensam? Qui eliguntur vt alijs præsint, oportet sint tanquàm lucernæ A positæ super candelabrum: vt eiusmodi lucerna luceat (inquit) ijs, qui in domo sunt. Per candelabrum Ecclesiā intelligere debemus, sic enim D. Ioannes, Apocalyp. 1. interpretatus est: cum enim ad septem Ecclesias scriberet, septem candelabra aurea, eas esse declarat. Fuit olim cum hæc lucerna, non solùm ijs, qui in domo, hoc est, in Ecclesia essent, lucem præberet, verùm externis etiā, & ijs, qui foris erant illuceret, eosq; ad huius lucis amorem raperet. Nunc verò (proh dolor) nec do mesticis quidem officium suum præstat, atq; vtinam satis esset, non prodesse, nisi etiam magno cum dedecore extincta, maiores in Ecclesia tenebras excitaret: quod verò ab ijs pastoribus lucis ministerium expectes, qui fructibus Ecclesiasticis contenti, nec semel populo concionantur, licet antea quam ad statum Pontificalem veniissent, orbem concionibus repleuerant, iam canes muti non ualentes latrare effecti, de cute impenguanda, plusquam pars est, soliciti sunt.

Ecclesia candelabrum ejus. Apoc. 1.

Prælatus lucerna est in Ecclesia candelabro posita.

Apostoli etiam si consumantur ardere tenentur.

Ysai. 58.

C

EXPOSITIO.

16 *Sic luceat, &c.* Iam dixerat Dominus, Apostolicum, Prælatorum, ac conciona torum ordinē, lucem exhibere omninò debere, hîc modum omnibus exponit, quo lucē effundere tenentur, simulq; finem explicat, propter quem lucere debeant, nempè, non ad gloriam propriam caprandam, sed ad Dei Patris gloriam, & hominum videntium profectum. *Sic luceat lux vestra.* Aliter hîc lux accipitur, quàm superiùs, cum dicit: *Vos estis lux mundi.* Ibi enim ipsi Apostoli luce abundatiori donati, à Domino dicuntur lux, ad particularem lucem, non descendendo: hic verò sapientiæ, & vitæ perfectio, lux illorum esse dicitur,

D

Lucere tenentur Prælati ad Dei gloriā, & hominum profectum.

Prælati, dicuntur lux, & vita, quia ad alios quos orbi lucendum præsidendo.

TEXTVS.

16 Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. 17. Nolite putare quoniā veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere.

A dicitur, vt sciant ob quam causam Dominus eis lucem fecerit, vt doctrinę & vitę radios per vniuersum orbem spargerent. *Vt videant opera vestra bona.* Quæ verba si benè intelligantur, potius ab ijs, qui lucis officium gerunt, operum lucē, & splendorem, quàm doctrinæ requirit Deus. Dicens enim: *Vt videant opera vestra bona*, perinde est, ac si dixisset: Vt nō solum sanam vestram doctrinam audiant, sed etiam opera vestra bona considerent. Vnde facilè colligi potest, quod ij qui pro Ecclesiæ lu

Lux operū, potius quam doctrinæ à Prælatis requirit Deus.

B cernis constituti sunt, non dicuntur lucere, si tantum benè doceant, nisi etiam benè operentur, & à vita clara potius, quàm à doctrina commendandi sunt. Tenentur ex mandato Domini Prælati lucere, vt qui sunt secundæ ac tertiæ Hierarchiæ homines, ad primā se conuertentes, lumen instructionis, & imitationis, ab eis recipere possint. Sunt enim vi ua quædam exemplaria, à quibus reliqui instituendi sunt. Sapiētia Dei (inquit Augustinus) hominem ad exemplar rectè viuendi suscipit (testante Paulo:) Apparuit graria Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiēs nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuāmus in hoc seculo. Viuente Christo, alio speculo, aut vitæ exemplaris prototypo, mundo non erat opus, eo autem à nobis discedente, Prælatos Ecclesiæ, tanquam substitutos omnis virtutis imitandæ reliquit. Vnde Paulus, ad eos, quos verè Christi substitutos agnouit, inter quos se ipsum annumerare gaudet (inquit) Sēper mortificationem Iesv Christi, in corpore nostro circunferentes, vt vita Iesv manifestetur in carne nostra mortali. Et iterum: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Vnde ex doctrina Euangelij, & Apostoli, facilè colligi potest,

D. Augustin. lib. 83. quæst. Ad Tit. 2.

C

Christo viuente in ea vitæ exemplaria opus erat.

D

2. Cor. 4. c. 10

Christo à nobis absente Prælatos exemplares omnibus reliquit.

1. Cor. 6.

quod Prælatorū virtutes sint oportet, nū communes, nec politicæ, aut morales tantum, sed purgatoriæ, excellentes, & heroicæ humanam consuetudinem transcendentes. Sicut enim Rex Saul unctum populum Israëliticum, in statura corporis superabat, ita quoq; Prælatus, excellentia, & altitudine virtutum, longo interuallo populum excedere tenetur: id quod tribus maximè argumentis manifestare facilè possumus. Primum, quia exemplaria potiora debent esse, & perfectiora exemplatis: viuam figurā, maiorem perfectionem habeat oportet, quā pictura: quæ ad effigiem eius desumpta est. Hierarchia infima, pariter, & secunda, ordo scilicet, laicorū, & clericorum, quid aliud eos esse censemus, quàm figuræ, & exēplaria ad viuum desumpta ex vita Prelatorū. Hinc est, quòd nec laici, nec Ecclesiastici viri, ad tantum perfectionis gradū conscendere, ac ipsi tenentur Episcopi. Quare Paulus ait: Oportet Episcopum irreprehensibilē esse, sobrium, pudicū, prudentē, &c. Omni denique virtute ornatum esse decet. Dicens ipsum irreprehensibilem esse oportere, ostendit Prælati virtutes debere heroicas esse, quæ imperfectionem vllam non patiantur. Est secunda ratio, Prælatorum perfectio talis esse debet, vt non solum quantum in se fuerit, in exactissima sanctitate subditos conseruet, sed etiam ethnicos, & à fide alienos, ad veram pietatem vitæ suæ splēdore inuiter & trahat. Hinc est, quòd Chrysostomus, pluresq; alij fatentur, Apostolos plures per orbē splēdore vitæ ad fidem conuertisse, quā claritate, & sublimitate doctrinæ. Ad hunc verò finem opratū perueniendum, non quęuis vitæ sanctitas satis esse debet, sed nimium elenata, & heroica vita omninò necessaria est. Vnde Apostolus ait: Oportet

A

Prælatorum virtutes heroicas esse oportet.

B

Quare Prælati populum excedere tenentur.

Prima ratio.

Laici exemplaria sunt ex vita Prælati desumpta.

C

1. Ad Tim. 3. a. 2.

Secunda ratio.

D

Prælati, non modo subditos, sed etiam Ethnicos, ad veram pietatem suæ vitæ exemplo imitare tenentur.

1. Ad Tim. 3. b. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum, & testimonium habere bonũ ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueũ diaboli. Si enim ille, qui ad virtutem subditos, & exteros, præclaro vitæ suæ exemplo, inuitare, excitare, & allicere tenetur, suæ deprauatę vitæ exemplo, eos retrahit, quid aliud eũ facere censemus, quàm se ipsum in opprobrium, & in inextricabiles diaboli laqueos coijcere? Tertia tandem ratio ex necessitate officij, ad quod assumptus est, colligi potest. Secundum Pauli sententiam Prælatorum officium est, mediatorem inter Deum, & nos agere. Omnis nãq; Pontifex (ait Paulus) ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errãt, quoniam ipse circundatus est infirmitate. Talis sanè Prælatus suo modo, internos, & Christum esse debet, qualis Christus inter nos, & Patrem, vt mediatoris, & verè reconciliatoris partes ageret. Talis (inquit Paulus) decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impolutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Talis sanè suo modo oportet, vt sit Prælatus, vt dum pro populo orationes fundit, repulsam, tãquam indignus, nõ patiatur. Virtutes itaq; Prælatorum, heroicas esse oportet, & tanquam luminaria cæli, & vndiq; radios suæ claritatis spargere, tum, quia ad eorũ statum pertinet, tum etiam, vt subditos ad vitæ imitationem, & Dei glorificationem, excitare videantur. Prælatorũ quidem vita, tãta sanctitate fulgere debet, vt omnium subditorum oculos ad se conuertat, & in summam admirationem rapiat, & omnium etiam ora, in laudem Diuinæ liberalitatis, qui talem virum, tantis virtutum ornamentis decoratum, populo suo concesserit, soluat. Hæc sunt illa tintinnabula, quæ Pontifex in vestimẽto gestare debebat, ex sanctissimæ enim vitæ ornamento, laudes videntium tanquam tintinnabula pendent.

Tertia ratio, Prælatus ratione officij mediator est.

Hebr. 5. 1.

Prælatus talis inter nos, ex Christi sit oportet, qualis Christus inter nos & Patrem.

Hebr. 7. d. 26.

Exod. 28. f. 34.

Vt glorificent Patrem vestrum. Non dicit, *Vt glorificent Deum*, sed *Vt glorificem Patrem*, eos suauiùs inuitando, ad illa quę facere tenẽtur. Filij enim ex natura sua, Patris honorem, & gloriam, summo studio quærere solent, tanquam in ipsis redundans. Si gloriam, & honorem proprium affectamus, paternam prius gloriam, à qua nostra sæpè pendet, quęramus oportet. Ijs etiam verbis ostendit Dominus, non satis esse Dei gloriã quærere, nisi eam affectu, & amore filiali quæramus. Notandum præterea venit, quòd licet ea, quæ hactenus dicta sunt, ad Apostolos, & Ecclesiæ Pastores, & Doctores, peculiariter pertinere videantur: ex parte tamen omnes Christianos tangunt, siquidem Paulus sic præcepit. Omnia autem facite, sine murmurationibus, & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, &c.

Non sufficit Dei gloriam quærere, nisi filiali affectu quæras.

Philip. 2.

17 *Nolite putare, quoniam veni soluere legem, &c.* Poterat multorum audientium corda mouere. Iudæis duplex erat cogitatio, tum quòd vellet Christus quid nouum, hactenus à nemine excogitatum, in populo suis legibus intrudere: tum etiam, quòd omninò legem Mosaicam hęc nouitas vellet abrogare, ac penitus destruere. Audierant enim legẽ nouam, nouumq; fœlicitatis acquirẽdi modum à Christo positum: videranteque nouos huius legis assertores, nouosq; Doctores, Scribis, & Pharisæis veteris legis accerrimis propugnatoribus contemptis: quæ

quæ omnia nouitatem, maximam in legis detrimentum indicare videbãtur. Ideò meritò audientes, animo suspensi erant. Nihil enim tam suspensos homines tenere solet, quàm suspicio nouitatis, cum plerumq;, vel exiguæ alicuius rei innouatio, maxima rebus publicis afferre damna consueuerit. Idcirco Lacedemonij, qui studiosè in sua Republica disciplinam seruandam curabant, non patiebãtur, vt quicquam adhuc de veteri musica mutaretur, adeò vt Terpandrum, qui erat antiquissimus, & omnium illius æui citharœdorum præstantissimus, egregiusq; gestorum heroicorum cælebrator, ob nouitatem sonos Ephori mulctauerũt, ciusq; cytharã arreptam, paxillo tanquam supplicio publico affixerunt, quòd vnam tãtum chordã in ea præter soliũ intendisset, ob vocis varietatem. Tantumq; hæc nouitas suspecta hominibus est, vt ea etiam, quæ sanctissima scitu, & factu, vtilissima erant, dum ignorarentur, fuerunt prohibita, ne docerentur. Quare accidit olim Athenis, vt cum Philosophus quidam, Anaxagoras opinor, quãdam mentem introduxisset (Deum intelligens) quæ hoc vniuersum gubernaret, parum abfuit, quin Athenienses illum lapidauerint. Et quid externis opus est exemplis, cũ domestica habeamus apertissima? Quid in Euangelicæ prædicationis exordio Apostolis euenit? Prædicare cæperunt, pœnitentiam, & peccatorum remissionem accipere per nomen Christi. Tunc Magistratus templi manus in Apostolos iniecerunt, in carcerem eos conijciunt, & sub grauissima mulcta ipsis iniungitur, ne omninò loquantur, aut in nomine Iesv populum instituant. Quid enim Euãgelica luce, vnquam mundo fuit magis salutare? Videtur iam in ipsis initijs accidere, quod Dominus ipsis prædixerat. Venit hora in qua omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Hoc prænidens Dominus, intelligens eos nulla alia de causa magis animo cõmouẽdos, quàm de suspecta nouitate, ipsos securos reddere nititur contenstans, se nihil tentasse, aut tentaturum, & agressurum, quod contra legem, aut Prophetas esse quoquo pacto iudicari possit, dicens: *Nolite putare quoniam veni soluere legem, sed adimplere.* Etiam si nouam esset daturus suæ genti philosophiam, eam tamen ita se attemperaturum pollicetur, vt tota à veteri, quæ per Mosen data fuerat, proficisci videatur: ita vt legi veteri perfectio, quæ deerat, à Domino daretur. Vbi manifestè, quanti legẽ faciat ostendit Dominus, & nihil in ea parte velle Scribis, & Pharisæis cõtradicere postquam legi, nihil detrahebat, sed perfectionem addebat. Euangelica namq; lex figuris, atq; ænigmatibus, corporeisq; significationibus, in lege Mosis, & Prophetis tota sanè adũbrata fuit. Nam lex (teste Paulo) vmbram habuit futurorum bonorum, adeò vt fuerit ausus dicere, omnia patribus in figuris contigisse, vt cum dixit, omnes baptizatos fuisse in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem cõmedisse, eundemq; potum spiritualem bibisse, manifestè ostendit, mare aquæ baptismatis figuram fuisse, nubem verò spiritus in baptismo dati, Manna quoq; panis vitæ, qui Christus est figura, potum cælestis poculi symbolum. Verumenimverò, & si noua ista lex, esset in hunc modum veteri copulanda, ex qua vetus omnẽ suã debebat accipere perfectionem, quia tamen spiritualibus mysterijs, nec antea visis, aut auditis, fuerat hæc pertractãda, illa verò sub qua versãbatur tota exterioribus, corporisq; ritibus

Nouitatis suspicio, homines suspensos & turbatos tenet.

Lacedemonij nihil de veteri musica mutari iubebant.

Terpandrus cytharœdorũ præstantissimus multatur.

Anaxagoras.

Matt. 3.

Euangelica lex continet omnia, quæ in veteri lege obumbrata fuerunt. Heb. 10.

1. Cor. 6.

Mare, aquæ baptismatis figura fuit.

Manna, panis vitæ figura fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A agebatur, antequam hanc aggrediatur, auditores admonere, ac eos præuenire decreuit, eosq; benebolos reddere, ne cum diuerti am hanc viã, ac nouã viderint, contrariũ quippè iam veteri legi esse introducendum putent: sed hãc superiori omninò pendere, atq; hanc vnam inter vtrãque differentiam esse, quod quæ illi deerant, hæc esset impletura. *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Soluere dicitur Græcè, *Catalysi*, ideſt, diſſoluere, deſtruere, abrogare. Vnde conſtat, *Soluere*, hîc aliter accipi, quàm inferiùs, vbi ait: *Qui ergo soluerit vnum de mandatis iſtis minimis, &c.* ideſt, qui violauerit, aut trãſgreſſus fuerit. Vbi non eſt verbum, *Catalyo*, ſed *Lyo*, nempè, Soluo. Hæc ſanè admonitio neceſſariò quidem Iudæorum genti fuerat facienda, quæ gẽs lege nitebatur, quòd à Deo fuiſſet lata: atq; ideirco niſi euidentiſsimis rationibus, & à Diuina authoritate profectis nullam in ea paſsi fuiſſent mutationem. Erat ſanè dictu neceſſarium: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Quod manifeſtum nobis fecerunt, grauiſsimæ illæ difficultates, quas Apoſtoli, & præſertim Paulus paſſi ſunt, dum ea, quę ad legem Moſis pertinebant, explicarent. Cum enim Iudæi legis literam mordicùs tenerent, Paulus verò ad ſpiritualem intelligentiam illos euehere conaretur: ac diceret: Nõ enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne, eſt circunciſio. Sed qui in abſcondito, Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu non litera. Deus bone, quàm erãt ci impendio infenſi ob hanc cauſam, tam vehementer ea gens huic litera affixa erat, vt quidã ex eis ipſis, qui crediderunt, aſſererent oportere eos, qui in Chriſtum crediderunt, circuncidi, alioqui non poſſe illos ſaluos eſſe. Hæc ergo eorũ pertinacia laborem immenſum prębebat Paulo, atq; ingens illi faceſſebat negotium, dum eis non poterat perſuaderi, hominẽ fide ſeruari poſſe, ſine corporeis illis factis legis, quare conabatur illis probare, eam viam, quã ipſe docebat, non modo legem, non deſtruere, ſed potius eam ſtabilire, atq; firmare, quam cõtentionem videmus ei aciem certè fuiſſe, ex epiſtolis duabus, ad Romanos, videlicet, & Galatas, vbi authoritate legis demõſtrabat, eſſe à legis litera diſcedẽdum, ſed hoc Iudæis obeſſe, quòd ipſi literam impenſiſsimè ſequerentur, cũ ſpiritualis in eis eſſet potius intelligentia requirenda. Ideirco tẽpore ſtabatur ſe noui Teſtamenti miniſtrum factum fuiſſe, non literæ, ſed ſpiritus: Litera enim (inquit) occidit, ſpiritus autem viuificat. Non enim cũ lex vetus lata fuit, erant homines apti, ad altiora, & ſpiritualia percipienda myſteria, nec illa ætas, velut non dum plena, ſpiritualẽ cultum, quem Paulus rationalem vocat, omninò nouerat. Mundus enim ſuis quibuſdam tanquam ætatibus, quemadmodum homines, creuiſſe videtur. Ante legem quidem corporea animalium ſacrificia ratione carentium, offerre conſueuit, & quod peius eſt humano ſanguine aras fœdare, Dæmonijs, & nõ Deo filios offerre, non horrebat: tẽpore verò legis, ſatis viſum fuit, ſi ab idolorum cultura, ad veri Dei agnitionẽ homines reuocarentur, conceſſis interim ijs tãtum animalium ſacrificijs, quæ in vſu erant, illaq; ſoli Deo offerrent. Proceſſu verò temporis, mittebãtur Prophetę, qui ſubtiliorũ eiuſdem Diuini cultus agnitionem, eos docerent, atq; interdũ ſignificarent: corporea illa non facere gratũ Deo hominẽ, vt cũ apud Iſaiam dicitur, quò mihi multitudo victimarum veſtrarũ? dicit Dñs, plenus ſum holocauſta arietum, & adipẽ pinguium, & ſanguinẽ vitulorũ, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veneritis ante conſpectum meum, quis quęſiuit hęc de manibus veſtris, vt ambuletis in atrijs meis? Et Dauid aid voce Domini: Nõ in ſacrificijs tuis arguam te, holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper, non accipiã de domo tua vitulos, &c. Quid ergo vult Dominus? Immola (inquit) Deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo vota tua, ſpiritualia videlicet. Moſes quoq; ipſe ſubindicans illam carnis circunciſionem figuram eſſe, quæ ſpirituali circunciſione eſſet perficienda, dixit: Circũcidit Dominus Deus tuus, cor tuũ, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo. Alioquì pelliculæ illius amputatæ, nulla erat vis ad efficiendum, vt diligeretur Deus. Hæc itaq; interdum inſerebãtur, vt eorum cognitiones paulatim attollerentur, & vt cũ lux Euangelica adueniſſet, ad eam facilius percipiendam aptiores eſſent. Quod verò ait: *Legem aut Prophetas*, per legẽ libros Moſis intelligit, qui propriè legis appellationem habẽt, eum in eis lex à Deo data contineatur. Interdũ verò, legis appellatio, omnia Scripturæ ſacræ volumina complectitur: vt cũ dixit Dominus: Vt impleatur ſermo, qui in lege eorũ ſcriptus eſt: Quia odio habuerũt me gratis, quod tamẽ teſtimonium à Pſalmo acceptum eſt: Interdũ triplex veteris teſtamenti ſolet fieri diuiſio, vt illud, quæ ſcripta ſunt in lege Moſis, & Prophetis, & Pſalmis de me, *Soluere legem*, dupliciter intelligi poteſt, vel cum ea trãſgreditur, vel cum eam omninò abolet, & deſtruit; hoc ſecũdo modo debere hîc accipi, ipſe Chriſti ſcopus ſatis hîc indicat. Ita quoq; adimplere legem, tripliciter accipi poteſt. Primo modo, vt ſeruare legem dicat, vt in illo Pauli teſtimonio: Qui diligit proximum legem impleuit. Secundo, vt

Rom. 2. d. 28

Lex vetus quãtis fuerat difficultatib⁹ inuoluta.

Paulus aduersus contra Iudæos vtitur, circa vtilem obſeruationẽ legis.

Iudæi literam legis, Paulus vero ſpiritũ prædicabant.

2. Cor. 3. d. 6.

Tempore legis non erat omnia Deo grata ac diligenda.

Iſai. 1.

Pſal. 49. d. 8

Deut. 30.

Pſal. 24.

Ioan. 15.

Soluere legẽ quid ſit.

Legem impleri triplicitèr dicitur.

Rom. 13.

Iſai. 1.

ſit promiſsiones legis ipſo facto exhibere, ſicut Euangeliſtis mos eſt dicere, aliquid in lege promiſſum, impletum eſſe, vt cum Luc. 24. dicitur: Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tertiò, implere legẽ eſt, eam perficere, eiuſq; imperfectionem ſupplere. Tribus quidem iſtis modis Dominum impleuiſſe legem conſtat. Primò ſecundũ Chryſoſtomus: Nam præcepta legis ſeruauit in omnibus. Factus ex muliere (ait Paulus) factus ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret. Promiſſa etiam legis, & Prophetarũ adimplere venerat. Huic (ait Petrus) omnes Prophetæ teſtimonium perhibent. Venit etiam impleturus legẽ, vt ſcilicet, quæ in illa fuerant, figurata rerũ veritate, ipſe adimpleret, vt de æneo ſerpente, de agno in paſchate immolando, & ſexcentis alijs. Finis legis (ait Paulus) Chriſtus, nihil enim ad perfectum (ipſo teſtante) adduxit lex, ſed erat introductio ad ſpem potiorem, per quam appropinquamus Deo. Suppleuit quoq; legis imperfectionẽ, idq; dupliciter, videlicet, per ſuã paſſionẽ, & fidem homines iuſtificando, id quod lex præſtare minimè poterat. Nam quod impoſsibile erat legi (ait Paulus) in quo infirmabatur per carnẽ, Deus filium ſuum mittens, in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne ſua, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecũdum ſpiritum. Et ſecundo impleuit legem, addendo præceptis legis, id quod minus habere videbantur. Cùm verò Dominus teſtetur, ſe veniſſe adimplendum legem, potiſsimum loqui videtur, de ea legis impletione, quæ fit exhibitione, & completione promiſſorum legis, necnon de ea quæ fit, addendo præcepta, quæ legem perficiunt. De

D. Chryſoſt.

Gal. 4.

Actor. 10.

Num. 22.

Exod. 12.

Heb. 7. c. 19.

Chriſtus quo modo legem impleuerit.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

priori sanè impletione Dominum loquutum patet ex sequenti sententia: *Amen dico vobis: Iota vnum, aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant.* De secunda verò loquutum patet ex sequenti eius doctrina, qua supplet ea, quæ legi ad perfectionem hominis deesse videri poterant dicens: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, &c.* Circa difficultatem illam, quam super hunc locum interpretes solent mouere, videlicet, quomodo Saluator dicat, se non venisse ad soluendam legem, cum certum sit eũ sustulisse legẽ, quoad cęremonialia, & iudicialia eius præcepta. Vide Episcopũ Iansenium in concordiã Euangelicam, cap. 40. qui elegãter rem explicat. Et hæc quidẽ satis in præsentia sint, ad declarandum cur ista præfatus sit Dominus.

Iansenius in concordiã Euangelicã. 40.

EXPOSITIO.

Amen quid significet.

18 *Amen quippè dico vobis, &c.* Hęc dictio, *Amen*, quæ Hebræis sonat nat, siue verè, omnes Græci ac Latini immutatam reliquerunt, tanquam vocem, & asseuerationẽ Christo, valde familiarem, quam Ioãnes plerumq; geminare solet, non quidem est propriè iurandi modus, ne quis sibi eũ iurat blandiatur, quòd Dominum Christum imitetur, sed est, vt dixi, quædã affirmatio, vt cum nos dicimus, verissimũ, hoc est, neq; enim per hoc iurare intelligimus. Est dictio profecta à verbo, *Oman*, quod Hebr. significat, probabile esse, ac verũ, & dignũ cui credatur, à quo verbo, *Omet*, hoc est veritas, deductũ est. Ostẽdit Dominus hac sententia, quanta sit legis insolubilitas: ac si diceret, Implenda est omninò lex, & facilius deficiet cęlum, ac terra, quàm minimum quid relinquatur non impletum. Est enim Hebręa loquutio, nam & si nouum Testamẽtum Græcè sit scriptum, quia tamen ij, qui scripsere, erant Hebræi, idiomata suæ linguæ identidem interserebant. Possunt tamen illa verba: *Donec transeat cælum, & terra*, sic intelligi. Duraturam hanc philosophiã, vsq; ad seculi finẽ, quo tempore futura est corporũ resurrectio, & cælũ nouũ, ac terra noua promittitur, hoc est, noua rerũ facies, qua accedẽte, & hac, quæ nũc est, recedente, videbuntur cælũ, ac terra transire. Hìc nos Dominus docet, quòd totius mundi figura mutanda sit, non tamen secũdum suã substãtiam, sed secundum speciẽ, & formam, quã nũc habent, quia mutabuntur in meliorem formam, & pulchriorem. Ita docet Hieronymus in illud Isai. 51. Cæli sicut fumus liquescent. Et in illud cap. 65. Ecce ego creo cęlos nouos, &c. Et D. Thom. in illud. 2. Petr. 3. Cæli autem qui nunc sunt, &c. *Iota vnum, aut vnus apex.* Cum Christus

Aduersus.

Scripturam sacram Diuinis mysterijs plenam esse Christi Apostoli docent.

D. Hieron. in illud Isa. 51.

D. Thom. in illud 2. Petr. 3.

TEXTVS.

18 AMen quippè dico vobis, donec transeat cælum, & terra: Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. 19. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, qui autem fecerit, & docuerit ihc magnus vocabitur in regno cælorum.

Iota, Hebraicè Iod.

stus Hebraicè loqueretur, non dubium, quin *Iota* sit Hebraicè *Iod*, quæ omnium minutissimum est eorum elementorum, quæ etiam nonnunquam sic adijciuntur, vt omninò superuacanea videri queat, hæc litera saltem quoad prolationem. Apex autem minutior adhuc pars est scripturæ, si tamen Hebræis tempore scriptæ legis, aut Prophetarũ vllus fuerit apicum vsus: significat ergo quæcumq; in lege, & Prophetis promissa, vel figurata erant, completa esse, aut omninò complenda per Christum, & eius legem. Putãt aliqui hæc per hyperbolem, & tropum esse dicta, cum etiam plura veteris instrumenti volumina intercidisse arbitrentur, vt libros bellorum Domini, de quibus Numer. 21. Librum iustorũ, de quo Iosuæ. 10. & 4. Reg. 1. Aliosq; qui citantur in libris Regum, & Paralipomenon, quos oportet summæ authoritatis fuisse, inquiũt, quum ad illos toties se referat scriptura Canonica. Hìc ergo tantum asseueratur, nihil omninò promissum, aut proditum in lege Mosaica, quod Euangelium non absoluat. Est præterea notandum, per has duas voces *Iota*, & *Apex*, quæ (vt diximus) minutissima sunt, intelligit quæcunq; in lege minutissima existimantur, quibus Domini verbis significatur, scripturas sacras Diuinis plenas esse mysterijs, & ea etiam, quæ hominum iudicio prętereunda (tanquam minutissima, vt apex, & paruissima puncta, quæ vix oculis sunt peruia) vt nullius momenti esse videãtur, magnis scatere Sacramentis, quod veteres etiã Hebræi senserunt, qui dicebãt, nullam esse legis literam, à qua montes magni non penderẽt. Voluit ergo ijs verbis Dominus vehementer exprimere, perfectam totius legis obseruationem in se ipso, vsq; ad minima, & læuissima præcepta implendam.

Tripex quoque lex, & Prophetia tũm erant, nullus fuit apicum vsus.

Num. 21. Iosue. 10. 4. Reg. 1.

Multi veteris Testamenti libri nobis desunt.

Hæ enim Iod, & apices, minimas legis particulas, significabant. Cum enim duo sint in lege præceptorum genera, Morale alterum, alterũ Cæremoniale, Christus vtrumq; implevit, nã cæremonialia, quę nihil erãt nisi vmbræ, & figurę venturi Christi, Christus ipse aduentus sui fulgore obscurauit. Moralia verò solus ipse in se ipso, & à se ipso iuxta, volũtatem legislatoris Dei, perfectissimè adimpleuit, quia solus innocens fuit absquè peccato. De Apicibus quid sancti Doctores sentiũt videamus. D. Augustinus per Apices exponit particulas in summo literarũ positas. Isidorus, Apices dicit esse lineolas in cacuminibus literarũ. Euthymius, lineas obliquas. Thomas, vocat virgulas in sumitate literarũ ductas, quæ assimiles Hebraicarum literarum, figuras distinguũt. Quam quidem sententiam verissimam existimo: tum, quia vox illa Syra, siue Caldaica, ὀκέζ, magis sastigiũ rei, quam punctum significat: tum, quia satis constat temporibus Christi, & longe post, Hebræorum literas caruisse vocalibus pũctis, quæ, vt scribit Elias in præfat. lib. Masoreth. Hammasoreth, Rabbini vrbis Tyberiadis, prę cęteris in lingua sancta exercitatiores, inuenerunt, ac legi addiderunt, anno ab vltima Templi deuastatione 436. hoc est, anno Christi 476. Cuius etiã rei argumenta sunt, quod nec Epiphanius, nec Hieronymus vllam prorsus horum punctorum fecerunt mentionem, quanquam sæpè occasionem, & necessitatem habuerint loquendi de ipsis, si tunc temporis illa fuissent. Vrebantur veteres Iudæi inscribendo ferè semper, solis consonãtibus: quas ex vulgata loquendi consuetudine, iuxta varietatem regionũ pronunciabant. Testatur hoc D. Hieronymus in Epistola ad Euagriũ. Qui differens, an, vbi in Genes. dicitur,

Duo præceptorum genera, Moralia, & Cæremonialia.

D. Augustin. lib. 1. de serm. Domini in monte. Isidorus. Euthym. Thom.

Elias in præfat. lib. Masoreth.

Anno Christi 174. inuẽta fuerunt pũcta apud Hebræos.

Hebræi olim per consonantes scribere solebant.

D. Hieron. in Epist. ad Euagrium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Melchisedech Rex Salem. Legendum sit Salem, vel, Salim, sic ait: Nō refert vtrū Salem, vel Salim legas, cum vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atq; diuersitate regionum eadē verba diuersis sonis, atq; accentibus proferant. Hęc Hieronymus. *Non præteribit.* Duplex est negatio, *Dumi*, quæ apud Græcos fortiùs negat, quàm simplex, cum cōtra sit apud Latinos. *Donec omnia fiant.* Duplex, *Donec*, ponitur alterū
B cadit super verba, Cælum, & terra, &c. Alterum verò super effectū eorum quæ lex promisit. Non est propter aduerbiū, *Donec*, intelligendū minima legis peritura, postquam cęlum, & terra transierint, aut postquam omnia facta fuerint, nam aduerbium, *Donec*, duplicem in Scriptura vsum habet. Cum enim dixit Anna Samuelis mater, Nō vadam, donec ablactem puerum, significat hoc loco, se (ablactato puero) iturā.
Psal.109. Quando verò dixit Dauid: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos
C tuos, scabellum pedum tuorum, perpetuitatem significat. Ita hîc quoq; durationem perpetuā ostendit. quia nunquam cælum, & terra esse desinent, licet in cælum nouum, & terram nouam mutentur, etiam si vel minutissima quæq; legis, & vniuersa, quæ in ea continentur, impleta fuerint.

Donec, duplicem in scriptura vsum habet.

1. Reg. 1.

19 *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, &c.* Quæstio inter Do-
Minima mandata quæ sint. D ctores esse solet, quid per minima mandata Dominus intelligere vellit, cum re vera nihil eorum, quæ Deus præcipit paruum reputari debet, sed omninò magnum, & cū maxima reuerentia illud teneamur accipere. Verùm diuersi diuersa philosophantur: D. Augustinus mandata minima intelligit, ipsa mandata legis, quæ per *Iota*, & *Apicem* significata sunt. Minima sanè illa dicuntur,

D. August.

quia minorem perfectionem causare solent operātibus, & ideò minorem beatitudinis gradum oportet eos expectare. Maiora verò dicuntur mādata illa, quæ Dominus præceptis legis addere voluit, eò quòd maiorem perfectionem secum afferant, maioriq; beatitudinis præmio donentur. Sic videtur intelligēdum de illis Mosaicæ legis mandatis, eò quòd hæc sententia, à superiori sententia pendeat, & ab ea inferatur. Chrysostomus verò in opere imperfecto, cōtrarium tenet. Minima mandata censet ea, quæ Dominus legi addidit, eò quòd minor sit illorū transgressio, quàm transgressio mandatorum legis. Minus enim peccatū est irasci, quàm occidere: minus cōcupiscere, quàm fornicari, & sicut minor est transgressio, ita quoq; minor est obseruandi necessitas. Verisimile videtur Dominum de ijs mandatis verba fecisse, tum propter pronomen demonstratiuum, *Istis*, quod
C non videtur quid aliud demonstrare posse, quàm illa præcepta, quæ mox erat daturus. Ita sensus erit, qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, quæ mox sum præcepturus: tum etiam de illis loquutū fuisse constat ex contraria sententia quam posuit. *Qui autem fecerit, & docuerit*, nempè mandata, quæ ego statim præcipiam, *Magnus vocabitur in regno cælorum.* Nemo sanè in regno cælorum magnus vocari solet, nisi
D omninò perfectus sit. Itaq; non cōmunia legis seruet, sed perfectiora, vt ad magnam dignitatem in cælo pertingere valeat. Quæ verò sint illa mandata, quæ magnum in regno cęlorum constituit operantem, ex sequenti sententia facilè colligi potest. Dico enim vobis: *Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisęorum, &c.* Nemo itaq; magnus vocandus est in regno cælorum, nisi is, qui fecerit, simul, & docue-

D. Chrysost.

Qui minimis istis mandatis non obtemperat in regno cælorum.

A & docuerit, illa mandata quibus Christus legem perfecit, & adimpleuit. Aliter tamen Abulensis interpretatur, videlicet, quod minimum mandatum non faciat distinctionē, inter mandata noui, aut veteris Testamenti, in vtroq; enim Testamento, quædam magna, quædam minima mandata continentur, sed dicuntur hic minima, comparādo ipsa noui Testamenti mādata inter se, quasi dicere vellit, non solum qui ausus fuerit, aliquod mādatum magnum, ex ijs quæ prædico, soluere, minimus in regno cælorum erit, sed etiā
B qui soluerit, vel minimum, & nihili faciendum docuerit, hic meritò in regno cælorum minimus, & omnium contemptibilis habendus, & vocandus erit: nam si quis sciens, & volens, contra aliquod noui Testamenti mandatum, non modo operatur, sed docet, hæreticus haud dubiè, vel infidelis habendus est; id ipsum Ecclesię pastori erit, vt in hanc hæresim incidat, si concionetur, aut
C doceat, contra minimum, aut cōtra maximum Dei mandatum, aut contra vnum, seu contra plura prædicet. Hæc expositio mihi sanè placet. Infertur hæc sententia ex superioribus, hoc modo. Quoniam veni ad implendam, & perficiendam legem, quę omninò dissolui nō potest, ideò quicunq; soluerit vnum, quantumuis minimum, ex his mandatis, quibus sum legem perfecturus, aut quę lex præcipit, minimus vocabitur,
D &c. Possumus etiam cum D. Hieronymo dicere: Quod parua, vel magna dicuntur mandata, Scribarum, & Pharisæorum æstimatione, qui potissima legis negligebant, cum in minutissimis, rigidissimi exactores essent, vt habes infrà cap. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethū, & cyminum, & reliquistis, quę graviora sunt legis, iudiciū, & miseri-

Abulens.

In vtroq; Testamento magna, & minima mandata sunt.

D. Hieron. &c.

Matth.23.c.23

cordiam. Multa enim legis amittebant, quæ licet grauissima essent, tā quam minima, atq; leuissima reputabant, & pro ijsdem suas prauas opiniones, tāquam ab omnibus suspiciendas, & adorandas reponebāt, vt ipsis manifestè Dominus exprobrat infrà cap. 15. Quare, & vos trāsgredimini mandatum Dei, propter traditiones vestras. *Matth.15.*

Et docuerit sic homines. Ad hoc, vt homo punitione dignus sit, satis est aliquod legis mandatum soluere, non requiritur quod homines sic facere B docear. Quia tamen Christus de Doctoribus verba faciebat, ad quos populum docere pertinet, dixit: *Et docuerit sic homines.* Quod dupliciter intelligi potest. Quidam enim de eo intelligere volūt, qui sanam doctrinā populo proponit, & ab eo obseruantiam vitę, quam ipse minimè seruat, exigit. *Et docuerit sic homines. Sic*, sicut lex ipsa præcipit. *Sic*, sicut ego iam prędicabo, & præcipio. *Sic*, sicut
C sanæ doctrinæ Doctorem decet, nō quidem ad salutem ei docere benè, proderit, nisi moribus, & vita ipse primus virtutem pietatemq;, quam doctrina profitetur, & docet, exequatur. Minimus is vocabitur in regno cælorū. Ibi minimus ejectionem non dicit, si regnum cælorum pro Ecclesia accipiamus. Non enim qui temerè irascitur, aut aliquid inhonestè commisit, aut aliquid contra noua Christi præcepta perpetratus est, mox excludēdus venit è regno D cælorum. Si verò æternę beatitudinis gloria, pro regno cælorum accipiatur, meritò etiam si sanctissima doceat, dum deprauatæ vitæ exemplum præbet, è regno cælorum ejicietur. Nam qui sal cōdiendis cæteris, diuina largitate effectus fuerat, ipse se ipsum instauam salis ad formam mulieris Loth conuertit. Iter ipsa bonum, ab Angelis comitata ingressa fuerat, vt à Sodomorum incēdio se ipsam

Doctrina mōribus confirmari debet.

Gen.19.c.29

Universidad de Deusto
Biblioteca

A se ipsam liberaret. Retrò tamen ad ciuitatem, quam semel reliquerat respiciens, in statuam salis conuersa pertijt. Eo sanè modo, Prælati atq; Doctores, qui rectam docēdi viam, semel ingressi sunt, Deo, & Angelis ipsius comitantibus, si ad mūdi pec catorum incendia se se conuertant, quid illis spei erit, quam quod in sta tuam salis, iusto Dei iudicio, sint cō uertendi? Quot Prælatorum, ac Do ctorum centena videmus in orbe, qui statuas salis, potius referunt, B quam salis effectus: statuas Ezechiel eos merito compellat. O pastor (in quit) & idolum, &c. Idolum, & figu ram pastoris, in Mitra, in pedo pastorali, in vestibus Pontificalibus, referunt. Verum in opere, & in ve ro pastoris vsu, nihil minus quam Pastoris officiū exercent. Sunt qui dem omnia illa ornamenta, pelles, quas Michol, personam Dauidis fin gens, in lecto posuerat, vt statuam Dauidis exornaret, cum nihil mi C nus ibi, quàm Dauidis persona ibi inueniri poterat. *Et docuerit sic homines.* Vt faciāt ad normam doctrinæ, non verò ad formam vitæ: frustra sa nè iactant legis doctrinā ij, qui ope ribus destruunt doctrinā. Vnde Hie rem. cap. 5. Mēdacium operatus est stylus mendax Scribarum. Propte red in Eccli. dicitur: In opere man datorum tuorum veterasce, hoc est, perseueranter sta, & fac quæ alijs præcipis, vt faciāt. Et Michæas c. 6. D ait: Tu seminabis, & non metes, mul ti enim seminant verbum doctrinæ, & non metunt fructum vitę. Tu cal cabis oliuam, & non vngeris oleo, id est, alios ad opera misericordiæ inuitabis, & tu sine misericordia re manebis. Calcabis mustum, & non bibes vinum, id est, præcepta nouæ vitæ dabis, & non bibes vinum spi ritualis lætitiæ, vel compunctionis. *Minimus vocabitur.* Putant Docto res, dum altiloquo sermone loquun tur, & auram populi captant, & hi- A strionicos mores, in concione ostē tāt, omnia iam perfeciſſe, nec opus esse, in alio labores impendere, ve rùm eorum crux aliter à Deo impo sita est, nempè opere exercere, quod verbo protulerit: alioqui (teste Iob) in gloriosus erit is, qui gloriam huma nam, totis connatibus affectabat, & pulchrum sibi ducebat, digito mo strari, & dicier hic est. Sūmam cer tè ignominiā, pro gloria nactus, & consequutus erit, nam omnis popu lus, in fabulam, & in prouerbiū mo B res eorum afferet. Alius histrionem cum agere diceat, alius ipsum morio rem vocat, alius insulsum asinum, alius Sardenapalum, & spurcissimū venereum, eluonem, & sexcētis alijs dicterijs, compellant: satius illi esset nunquam in publicum prodire, quā tanta cum ignominia in populo age re. Nonne, hoc est, minimum in Ec clesia esse, & omnium minimū ore vocari? Quis etiam non manifestè videat, quantum populo noceat, de- C prauatum Prælati exemplum? Plus damni sæpè affert, vita corrupta, quam vtilitatis sana doctrina affer re potest. Supremi enim Angeli pra uum exemplum, quam ingentē stra gem in ipso cęlo effecerit, plusquam manifestum est. Draco enim cauda sua, nempè peccati exemplo, traxit ad terram tertiam partem stellarū, tertiam videlicèt partem cælestium spirituum. Si in cælo pessimum Lu ciferi exemplum, talem stragem fe cit, tantamq; ruinam inuexit, quid D inter peccatores, debiles, & ad ruī nam paratissimos, supremi Angeli, nempè Episcopi (sic enim eos Scrip tura sacra in Apocalypsi compella re solet) deprauatum vitæ exemplū in sua Ecclesia non destruet? Nō est sanè maioris stabilitatis terra, quam cælum fuit, nec maioris fortitudi nis homines, quàm Angeli fuerunt. Quemadmodum enim Lucifer ille supremus

Prælati si ad mundi incendium se se conuertunt, in salis statuam redigūtur.

Hierem. 6.

Eccli. 11. c. 21

Michæ. 6.

Exempla Prælatorum probi, qua damna Reipublicæ effe rant.

Apoc. 8. d. 12.

Apoc. 12. b. 8. c. 12. 18. & 19. b. 7. c. 14.

A supremus Angelorum, è statu suo cadens, minimus omnium effectus est: ita quoq; Prælatus, qui ruinæ causam malè viuendo dedit: *Minimus vocabitur in regno cælorū*, Hoc est, in Ecclesia, & populo Dei, in qua mi nimum, vocari, est idem, quod à pijs omnium deterrimum æstimari, & D. Chryso. vt (ait Chrysostomus) abiectū esse, & ab Ecclesia excludi. Hæc autem ad ministros Ecclesiæ pertinēt: nam vtraq; parte addidit, & docuerit, nē pè, vt quod doceant, vita exprimāt. 1. Corin. 9. & 2. Sic Paulus castigabat corpus, &c. ne alijs rectum Præsul iter prædicās, ipse reprobus esficeretur. Artem Sa tan quondam inuenerat, qua populum aduitia prouocaret, & in magno honore vitia ab omnibus haberi faciebat, videlicet, vitiosos homi nes in numerum Deorum collocan do, & maximos honores ipsis decer nendo. Ita vt Mars propter maxi mam bellandi virtutem, & Venus ob voluptates, quas efficere solebat, & Saturnus, ob in gētem malitiam, C in deorum numero ascriberentur. Iam quoq; idipsum Satan sua arte efficit, vt Prælati vitijs maximis scateant, quò faciliùs subditi eorum vitia, quos tanquam deos acceperunt, & colunt (Ego dixi dij estis) videntes, ea imitētur, & ea facere pro virtute ducant. Si venereos, si lucra sectantes, si ventri, & gulæ deditos idipsum populus studio sectatur, id quod maximam in Ecclesia Dei tui D nam caussare, nō sine magno dolore videmus, absit me velle plurimos, quos pios, & sanctissimos viros agnoui, tangere, sed de multis alijs lo quor, qui lasciuię, & luxui vitam, & bona Ecclesiæ tradere non verentur. Hactenus de ijs, qui recta docē tes, pessimè viuunt, dictū sufficiat. *Et docuerit sic homines.* Est alterū Doctorum genus, longè pestilentius, nempè eorum qui diuina mandata soluentes, sic docent homines, vt si- cut, & vita, ita quoq; doctrina, in er A rorem eos pertrahant. Ijs longè ma ior pœna comminata est: puniuntur quidem variè alij qui licet malè ope rati sunt, benè tamen, & in sana do ctrina, populum continuerunt ob propria peccata, non tamen minimi in regno cælorum vocandi sunt ad huc. At hæreticus, minimus vocabi tur in regno cælorum, minimus (in quàm) quia deterior esse nō potest, quam is, qui prauè viuit, & peruersè docet. Christus autem per hæc ver ba homines introducere nititur ad B obseruantiam omniū, quæ iam iam docturus est, & vt ita perfectè ea fer uent, ve contra illa nihil prædicare audeant, aut tentent. *Minimus vocabitur in regno cælorum.* Triplicitèr regnum cęlorum accipi posse, Abulen sis docet: Aliquando enim regnum cælorum pro vita illa æterna cæles tis regni, in qua beati cum Deo glo riæ regnum possidebunt: ita ait Do minus: Ego dispono vobis, sicut di spposuit mihi Pater meus regnum, vt C edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Aliquandō etiam pro Ecclesia militanti, vt ex multis parabolis in Euangelio posi tis constat. Tertio verò modo pro tempore resurrectionis generalis, in qua singuli recipient eorum, quæ gesserunt præmium in anima simul, & in corpore. Quando Dominus di cit: *Minimus vocabitur in regno cælorum*, aut de eo tantum intelligit, qui re cta docens, malè viuit, hic in hoc tri D plici regno minimus est. In regno cælorum primo modo accepto, nēpè in illa cælesti beatitudine à Deo, & ab vniuersa cælesti curia, dignus æterna morte censetur: & sic, qui Diuina mandata soluit, licet in regno cælorum non sit, minimus ibi ab ijs, qui regnum possident iudica tur, & vocatur. Hęc expositio literę satis conuenire videtur, non enim di citur: *Minimus in regno cælorū erit*, sed *Minimus*

Abulens.

Regnum cælorum triplicitèr sumitur.

Primò pro vita regni cælestis, æterna. Luc. 22.

Secundò pro Eccl. sia militante.

Tertio pro tempore resurrectionis generalis.

Minimus vocabitur in regno cælorum quid.

Seruatur quārē non sit minimus erit, sed minimus vocabitur in regno cælorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Minimus vocabitur in regno cælorum,* nempè apud illos, qui sunt in regno cælorum, qui omnes eorũ pessimos mores contemplantes, iudicãt eum minimum omnium hominum in valore esse. De secundo regno loquẽdo, si de eo, qui malè viuit, tantũ verba facit, minimus sanè vocatur in Republica Christiana, nam cũius vita despicitur (teste Gregorio) restat vt eius prædicatio contemnatur. Si tamen de eo, qui non solum præceptum soluit, sed etiam alijs sic faciendum esse docet, iam non solum contemnitur, sed etiam hæreticus reputatur. De tertio regno loquendo, videlicet de tempore generalis resurrectionis, tũc vterq; scilicet is, qui malè viuit, & benè docet, & is, qui malè viuens, malè quoq; docet, minimus vocabitur, non inter iustos numerandus, sed abijciendus in gehennã. Sic enim hoc loco minimus accipitur, hoc est, neglectus, & abiectus, licet qui malè operatur, & docet longè maiorem pœnam subire debeat, quàm is tantum qui malè vixit. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Cernis ex hoc loco non satis esse, vel tãtum facere, vel tantum docere, sed vtrumq; esse necessarium, tanquam geminos in capite oculos: Nam qui alterum tantummodo præstat, altero prætermisso, ei per similis est, qui vnius tantũ oculi vsum habet, alterius verò destitutione deturpatur. Et quidem leue esset, si quod in corporeis oculis accidit, is, qui alterum prætermittit, sola deformitatis pœna plecteretur, sed longè magis terrificæ sunt gehennæ atq; æternarũ pœnarum vltiones, quæ ijs imminent, qui ista non præstant.

Facere, & docere, adeò necessarium, tanquam geminos in capite oculos.

D. Gregor.

B

EXPOSITIO.

TEXTVS.

20 DIco enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorũ. 21. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio. 22. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo, Raca, reꝰ erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis.

C 20 *Dico autem vobis, &c.* Poterant nonnulli hunc concipere errorem, circa aduentum Messiæ, vt suspicarentur Sacerdotium vnà cũ lege, ita mutãdum fore, vt nulla obseruatione opus esset: nam Aaroni cum sacerdotiũ, D in sacerdotium, secundum ordinem Melchisedech, mutandum erat, & translato sacerdotio, necesse est (ait Paulus) vt legis translatio fiat: trãslata ergo lege, poterat quis dicere nõ opus est nos nimis addictos esse ad legis Mosaicæ obseruantiã. Hũc ergo errorem Dominus cõfutaturus, dicens: *Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere.* Hoc est tãtum abest, vt meo aduentu latæ olim legis, moralia præcepta abolenda sint, vt ea etiam nouis accessionibus, nouisq; cõsilijs perficere, & stabilire decernam. Reddit iam Dominus rationem, quare dixerit, se venisse ad implẽdam legem, & quamq; illa, quæ Christus dedit, in quibus dicit, quod iustitiam suam abundantiùs exercere deberent, quam Scribę, & Pharisæi licet ad omnes Christianos pertinere manifestum sit, rectiùs tamen hanc sententiam, ad omnes illos pertinere dicemus, qui Christo nostra nomina in religione dedimus, qui iustitiam nostram, & vitæ sanctæ institutum, ita exercere tenemur, vt Scribarũ, & Pharisæorum iustitia, si nostrę cõparetur, iniustia potius, quàm iustitia dicenda sit: *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Iustitiam hìc vocat totius vitæ rectitudinem, aut plenam diuinæ legis obseruantiam, sed maximè in ijs, quæ sequuntur, iustitia designatur. Nõ dixit Dominus: Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam iustitia legis, nõ intrabitis in regnum cælorũ, alioquì videretur, sibi contrarius Dominus, cum alibi ei, qui præcepta legis ennumerasset, respõdit, hoc fac, & viues: sed dixit: *Plusquam iustitia Scribarum, & Phariseorum,* qui neglecta vi legis, literæ adhęrebant, & suis moribus cõsentaneas interpretationes adhibebant. Quod facilè in hoc ipso Euangelio discere possumus, vbi reprehẽdit eos Dominus, quod clauderent regnum cælorũ hominibus, & nec ipsi intrarent, nec alios intrare sinerent, quod cæci essent, & duces cæcorum. Est præterea considerãdum Dominum, non comparasse hìc iustitiam nostram, cum hypocrisi, cũ auaritia, cum arrogantia, ac cum alijs quam plurimis Phariseorum, & Scribarum vitijs, sed cum eorum iustitia, nempè cum virtute, & æquitate, quam ex alia parte exercebãt: docebant sanè Scribæ, & Pharisæi legem, & sanam doctrinam legis, sic enim Christus dicebat: Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia quæcunq; dixerint vobis seruare, & facite, &c. Ieiunijs erant dedati, orationi instabant, templum frequentabant, non erant raptores, non adulteri, multa sanè faciebant opera commendatione digna. De quibus Pharisæus ille, qui ascendit in templum vt oraret, se ipsum iactabat: Non sum sicut cæteri hominum iniusti, adulteri, &c. Ideoq; nõ dixerat Dominus: Nisi meliores fitis, & plura opera feceritis Scribis, & Pharisæis, sed *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* significans nos debere præstare eorum operum iustitiã, & adhuc debere non parum illi superaddere: Iustitiam autem maiorem, quam à nobis requirit Dominus. Primum quidem, non tantum in externorum operum iustitiã consistere, in qua Scribæ, & Pharisæi gloriabantur, constat: verùmetiam in interiori animi affectu, quem erga Deum præcipientem, habere debemus, omnia intimi amoris affectu libentissimè operãdo. Secundò, iustitia

Mortalia peccata, nouis accessionibus, perficere, & stabilire Christus decreuit.

Veritas vitæ rectitudo iustitia vocatur.

D

A & quare mãdata, quibus legem perficere decreuerat, sint seruanda, dicens: *Dico autem vobis, &c.* Pro, *Autẽ*, D. Augustinus nonnulliq; interpretes iuxta Græca exemplaria legũt, *Gar*, quod significat, enim, quæ quidem coniunctio aptiùs cum præcedentibus cohæret. Ætymologia enim est, quæ præcedentis sententię causam reddit, qua Dominus declarat, se non ad abolendam, sed ad implendam legem venisse. Quod quidem statim indicat cum subdit: *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Vobis.*

B Cum hactenus Dominus sermonẽ ad Apostolos, & eorum locum in Ecclesia tenentes, specialiter fecerit, ad eos quoq; hæc sententia peculiariter pertinere videtur, vt sciãt se longè maiora præstare debere, quàm Scribæ, & Pharisæi, & meritò: isti enim legis Doctores erant, ipsi verò legis Euangelicæ Doctores à Domino instituti sunt, quę dignitas ad maiora obligat. Verũ, quoniã præcepta illa, quæ Christus dedit, in quibus dicit, quod iustitiam

C suam abundantiùs exercere deberent, quam Scribę, & Pharisæi licet ad omnes Christianos pertinere manifestum sit, rectiùs tamen hanc sententiam, ad omnes illos pertinere dicemus, qui Christo nostra nomina in religione dedimus, qui iustitiam nostram, & vitæ sanctæ institutum, ita exercere tenemur, vt Scribarũ, & Pharisæorum iustitia, si nostrę cõparetur, iniustia potius, quàm iustitia dicenda sit: *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Iustitiam hìc vocat totius vitæ rectitudinem, aut plenam diuinæ legis obseruantiam, sed maximè in ijs, quæ sequuntur, iustitia designatur. Nõ dixit Dominus: Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam iustitia legis, nõ intrabitis in regnum cælorũ, alioquì videretur, sibi contrarius Dominus, cum alibi ei, qui præcepta legis ennumerasset, respõdit, hoc fac, & viues: sed dixit: *Plusquam iustitia Scribarum, & Phariseorum,* qui neglecta vi legis, literæ adhęrebant, & suis moribus cõsentaneas interpretationes adhibebant. Quod facilè in hoc ipso Euangelio discere possumus, vbi reprehẽdit eos Dominus, quod clauderent regnum cælorũ hominibus, & nec ipsi intrarent, nec alios intrare sinerent, quod cæci essent, & duces cæcorum. Est præterea considerãdum Dominum, non comparasse hìc iustitiam nostram, cum hypocrisi, cũ auaritia, cum arrogantia, ac cum B alijs quam plurimis Phariseorum, & Scribarum vitijs, sed cum eorum iustitia, nempè cum virtute, & æquitate, quam ex alia parte exercebãt: docebant sanè Scribæ, & Pharisæi legem, & sanam doctrinam legis, sic enim Christus dicebat: Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia quæcunq; dixerint vobis seruare, & facite, &c. Ieiunijs erant dedati, orationi instabant, templum frequentabant, non erant raptores, non adulteri, multa sanè faciebant opera commendatione digna. C De quibus Pharisæus ille, qui ascendit in templum vt oraret, se ipsum iactabat: Non sum sicut cæteri hominum iniusti, adulteri, &c. Ideoq; nõ dixerat Dominus: Nisi meliores fitis, & plura opera feceritis Scribis, & Pharisæis, sed *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* significans nos debere præstare eorum operum iustitiã, & adhuc debere non parum illi superaddere: Iustitiam autem maiorem, quam à nobis requirit Dominus. Primum quidem, non tantum in externorum operum iustitiã consistere, in qua Scribæ, & Pharisæi gloriabantur, constat: verùmetiam in interiori animi affectu, quem erga Deum præcipientem, habere debemus, omnia intimi amoris affectu libentissimè operãdo. Secundò, iustitia

A *Luc.10 c.28*

Matth.19.

Matt.23. d.2

Luc.14.

D *In quo iustitia nostra cõsistat.*

Primò, Non in externa iustitia, sed in pio affectu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò, quòd non faciamus ea, quæ sunt in lege permissa.

Tertiò, quòd non ea tantũ faciamus, quæ in litera cortice accipimus.

Lex, secundũ legislatoris intentionẽ, facienda.

Iustitia nostra in fide Christi, & in spiritu, & veritate operũ consistit.

Deus, quare inuolucris, & figuris contecta plura dederit hominibus,

iustitia nostra in eo, etiam consistere constat, quod nullo modo faciamus ea, quæ in lege veteri, necessitate quadam, permissa sunt, vt de libello repudij, vsura, & vindicta sumẽda patet. Tertiò, iustitia nostra consistit in eo, vt non cortici legis plus æquò inhærẽtes, legem impleamus secundum intellectum, & explanationem Scribarum, & Pharisæorũ, qui suis interpretationibus legem potius destruebant, quàm exponebant. Et in summa ea est maior iustitia, quæ à nobis requiritur, vt legẽ secundum legislatoris intentionem præcipuam, summo studio piè seruemus, & ipsius legem dantis amore, nihil potius habeamus, quàm legem seruare, & in eo studio noctes, dieſq; occupare. Debet tandem iustitia nostra, Scribarum, & Pharisæorum iustitiam excellere in eo, quod non eam in operibus nostris solum collocemus, vt illi faciebant, sed ante omnia in fide IESV Christi fixã habeamus, à quo omnis nostra iustitia pendet, à quo etiam omnia opera nostra meritum sortiuntur, nec iustitiam nostram in externis cæremonijs sitam existimemus, vt illi credebant, sed in spiritu, & veritate operum.

Hæc præfatus Dominus, & admonitis hominibus, oportere in Diuina præcepta accuratiùs, quàm Scribæ, & Pharisæi incumbere, iam docere incipit, apertiùſq; declarare, quid potissimũ vellit, ait enim: *Audistis, quia dictum est antiquis, &c.* Voluntas quidem legis erat, semperq; fuit, intimas etiã cogitationes purgare, sed quemadmodum in ijs, quæ ad fidei dogmata pertinebant, ita se temperauit Deus hominum captui, vt ea non statim apertè prodiderit, sed inuolucris quibusdam, ac figuris contecta dedit, quibus progressu tẽporis, lux aliqua à Prophetis adderetur, ac demum per aduentum Christi omnia explicarentur, sic etiam se gesit in ijs, quæ ad vitæ mores expectabant: contenta enim in lege pro hominum ætatis illius captu, exteriora facta amputare voluit, vt cædes, adulteria, furta: interiorum verò cogitationum purificationem illis tractandam relinquebat, qui huius legis futuri fuissent interpretes, quorum primus Christus fuit. Voluit itaq; Deus se se hominum ætati, & capacitati accommodare: aliæ enim sunt quæ viros, alia quæ pueros decent, pueri quidem oneribus franguntur, viri iam integræ ætatis, facilè poterunt sarcinam grauiorem portare. Habuit autem mundus suam infantiã, habuit suam virilem, suamq; perfectam ætatem. Has autem mũdi ætates, non annorum numero, sed gratiæ mensura discernimus. Magna enim gratia viros, parua autem gratia, paruulos, & infantes efficit. Sic Ioannes Bãptista adhuc in lege veteri vir erat, qui magna gratia præditus magnus corã Domino erat: At paruuli, & infantes erãt illi, quibus Apostolus ait: Tãquam paruulis in Christo lac potum vobis dedi, non escam. Quia verò gratiæ plenitudo, non ad legis, sed ad Euangelij gloriam pertinebat (dicente Ioanne: Non dum erat spiritus datus: quia IESVS non dum erat glorificatus) ideò totum illud tẽpus, quod Christi Domini aduentum præcesit, mũdi infantia erat. Præsens autem tempus, quod ad Euangelij gratiam expectat, virilis atq; perfecta ætas est. Quam rem Apostolus cõfirmat, dicens: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsq; ad præfinitum tempus à Patre. Ita, & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis, &c. Ex hac autem

autem ætatum distinctione, manifestum constat aliam legem ad mundi infantiam, aliam verò ad virilem eius ætatem, hoc est, ad nouam legem, pertinere: ideoq; multa paruulis illis permissa erant, quæ in noua lege, quæ virorum est, minimè permittuntur. Hinc est, quòd Dominus, quid in illa puerili ætate permittebatur, quid verò in hac virili seruare teneamur, ostendit, dicens: *Audistis, quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis, &c.*

Legis mandata in tria genera distinguuntur in noua.

Exodo.20.

Iudicialia.

Exod.22.

Mundi infantia quo tempore Christi aduentum præcesserit.

Tempus Ecclesiæ, virilem mundi ætatem significans. Ad Gal. 4.

Ceremonialia.

Audistis, quia dictum est. Ad veram intelligentiam huius capitis, considerandum est id, quod Dominus Lyranus in præfatione Epistolæ ad Hebræos dicit, nempè, quòd mandata legis in tria distinguãtur genera, quia quædam sunt præcepta moralia, cuiusmodi sunt illa, quæ sunt de dictamine rationis, etiam si nulla lex esset posita, sicut est illud mandatũ, quod scribitur in Exodo: Honora patrem, & matrem, &c. Et similiter illud, quod per modum monitionis scribitur: Coram cano capite consurge, & honora personã senis, & similia. Quædam autem sunt iudicialia præcepta, quę sunt determinationes quædam moralium præceptorum, in ordine ad proximum, sicut dedictamine rationis naturalis est, quòd malefici moriantur, propter quod præceptum illud morale est, quod habetur in Exodo: Maleficos non patieris viuere. Sed modus mortis, vt quod lapidetur, vel quod decapitetur, & huiusmodi, pertinet ad determinationem legis, & determinatur in iudicialibus præceptis. Quædam autem sunt cæremonialia: vt sunt determinationes moralium præceptorum in ordine ad Deum, sicut dedictamine rationis naturalis est, quòd Deus honoretur: & ideò datur de hoc præceptum morale: Memento, vt diem Sabbathi sanctifices. Modus tamen honorandi Deum, vt per talia, vel talia sacrificia, vel talibus temporibus, & huiusmodi, pertinet ad determinationem legis, & hoc determinatur in cæremonialibus præceptis. Propter quod præceptum: Memento vt diem Sabbathi sanctifices, quantum ad determinationem temporis, scilicet dici Sabbathi cæremoniale est, morale autem in quantum ibi præcipitur, quòd homo vacet diuinis. Ista autẽ tria prædicta genera præceptorum, in lege Mosi fuerunt imperfecta, & ideò euacuata, sed aliter, & aliter. Quod sic ostendere libet primò de moralibus. Ipsa enim (vt inquit Dominus Lyranus loco citato) euacuantur tantum secundum quid, ideſt, quantum ad suam imperfectionem, & non quoad suam substantiam, quia sunt de dictamine rectæ rationis, & in ea perpetuò remanent, etiam si nulla scripta existeret lex. Vnde Dauid: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, & propterea in hoc capite, vbi ipsa moralia à D. Matthæo per ordinem posita sunt, quasi illa in concussa Dominus relinquens, tantum quod supplendum erat adiunxit: *Audistis* (inquit) *quia dictum est antiquis, Non occides, &c.* Et suppletur illud, quod sequitur, & quod à Iudæis non intelligebatur: *Ego autem dico vobis: Omnis qui irascitur fratri suo, &c.* Et similiter fecit in reliquis. Atquè (vt iam diximus) Paulus alludens ait: Cum factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

Psal. 4.

1. Corint. 13.

Quia dictum est. A quo? à Deo per Mosen, at ipse erat Deus, verùm si dixisset, à me non fuisset in bonam partem acceptum, cum illius nondum agnita esset Diuinitas, si dixisset à Deo, visus fuisset se exclusisse: media ergo ingressus est via, & ait: *Audistis, quia dictum*

Seruator noster, quando ait audistis, quia dictũ est antiquis, quare non addidit, à quo dictum fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est. Quibus? non dixit, Hebræis, sed veteribus, vt intelligerent vetera esse abolenda, nouaquè introducenda: quod enim antiquatur, & senescit, propè interitum est. Quid ergo dictum est: *Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio.* Secundæ tabulæ primum præceptum negatiuum est, in lege tamen dicitur tantum: *Non occides.* At quoniam rudibus turbis, & ex media plebe delectis discipulis, Dominus loquebatur, ideò magis voluit proponere mandata, vt vulgo ferebantur apud maiores, quàm vt legebantur in scripturis. In lege enim Mosis mandatum fuit de hominibus non occidendis: at cum non vno modo hominum interfectio fiat, sed interdum data opera, interdum casu, & ab inuito quis interfici soleat, & quicumq; hominem sic interfecisset, ad vnam vrbium, quæ huic negotio fuissent deputatæ, confugeret, neque à quo C quam posset lædi, donec staret in conspectu multitudinis, & causa illius mortis iudicaretur. Hinc est, quòd vt omnes homicidij leges includeret Dominus, dicit, ab antiquis fuisse ex lege præscriptum: *Qui occiderit reus erit iudicio*, hoc est, dignus erit, qui in iudicium vocetur, redditurus rationem, quam ob causam, aut quo pacto illum occiderit, & hoc quidem veteribus sat erat docere neminem occidere, & D id præstare. Quid verò Dominus nobis? *Ego autem dico vobis: Quicunq; irascitur fratri suo reus erit iudicio.* Ex hoc loco legis, & Euangelij differentiam manifestè colligimus, lex homicidium, Euangelium iram quoquè animi cohibet. Lex quidem innocentiæ murus est, Euangelium antemurale est, quod legis murum tuetur. Quemadmodum enim ij, quibus arcis alicuius custodia à regibus commissa est, quò tutiùs eam seruare possint, non modo fortissimis eam muris cingunt, sed altissimis etiam fossis, & antemuralibus sepire solent, quò muros primarios ab iniuria tutos conseruent: Ita cælestis magister, in noua lege, Euangelicis consilijs, diuinas leges, quæ velut muri, atquè custodes vitæ nostræ sunt, munire voluit, vt consilia hæc castè integrèque seruata, Diuinæ legis murum à ruina tutum conseruarent. Hoc manifestè constat, lex enim homicidium prohibebat: at seruator B in Euangelio iram etiam cohibet, quæ viam, vel ad homicidia, vel ad odia, vel ad contumeliam munit: quò ira ab omni proximi iniuria tutiores simus, cum iram etiam cordis, comprimere studemus. Vt ergo videamus perfectionem Euangelij supra legem, seriò considerare oportet, tres gradus esse peccantium, circa reformationem legis homicidij, tres quoq; apponi pœnarum gradus. Læuiùs enim est irasci tantum fratri, & iram in corde C retinere compressam, quàm si erumpente ira, dicat quis fratri *Raca*, vel *Fatue*. Ita læuius quid sonat reum esse iudicio, quàm reum esse concilio, & hoc rursum læuiùs, quàm reum esse gehennæ ignis. Quod autem genus trium horum peccatorum læuissimum est in Euangelio? certè irasci fratri, & hoc par facit condemnationi homicidij in lege, nam dicit: *Qui occiderit reus erit iudicio*, non quod æquè graue sit peccatum, D irasci tantum, & occidere hominem, sed vt doceret Dominus Euangelicæ doctrinæ perfectionem. Hinc facilè colligere possumus, qui Christianam pietatem profitemur, quanta diligentia omne iræ genus in fratrem effugere teneamur, non sanè minori, quàm Scribæ, & Pharisæi homicidium vitabant. *Ego autem dico vobis.* Volens Dominus

Hebr. 8. d. 13.

Exod. 20.

Inter Euangelium, & legē quæ differentia versetur.

Consilia Euangelica, quæ ante muros sunt, vbi quæ Diuinæ muros à ruina tutiq; conseruata.

His verbis: Ego autem dico vobis, quā maiestatē Dominus ostenderit.

A nus suam authoritatem conciliare, & Diuinitatis suæ, cui cuncta subiecta esse tenētur, maiestatem ostendere, ait: *Ego autem dico vobis.* Prophetæ vt suam, quam à Domino authoritatem acceperant, ostenderēt, dicere solebant: Hæc dicit Dominus Deus. At verò Seruator noster, volens suam authoritatem æqualem esse ostendere, authoritati eius, qui veterem dederat legem, dixit: *Ego autem dico vobis: Quia omnis qui irascitur fratri suo, &c.* In Græcis exemplaribus additur, *Eiki*, hoc est, temerè, vel sine causa, quod, B & D. Chrysostomus legit, etiam, & Diuus Augustinus in expositione huius sermonis, volens eandem partem, etiam repeti in duobus sequentibus membris, & rectè quidem additum videtur, sine causa, nam motibus animi à natura nobis insitis, vti cum causa, hoc est, cum ratione, virtus est, atque interdum non vti, vitium. Quid enim aliud virtus est (vt recte vir quidam, C & sanctitate præstans, & doctrina dixit) quàm moderatæ, ac rationi gubernatæ animi affectiones? Vbi ergo indignatione opus fuerit aduersus inertem tibi subditum, vaaris ratione imperante licet. Gladijs quidem vtuntur homicidæ, vruntur, & medici, at illi, quandoquidem armis vruntur ad insaniam, ex ira, & crudelitate grauissimè peccant, medici verò, quia ratione adducuntur, vt gladio in maiorem periclitantis salutem, vtantur, non sine laude faciunt. Sic sanè, qui cum ratione indignatur, meritorum opus exercere manifestum est, quia maximè illi prodesse poterit, aduersus quem indignatione vsus est, dum vitium, quo laborat, corrigit, & sanat. Qui verò à perturbatione iræ occupatur, nihil sanum, aut rectum efficere potest. Cum ergo audis licere interdum irasci, non iras-

D. Chrysost. Homil. 16. in Matth.

D. Augustin. lib. 2. de sermone Dñi in monte.

Irascendum, non temere, & absq; vlla causa.

Virtus idem quod ratione moderata animi affectiones.

Irascens debet meritorum operam exercere.

cendi morem accipias, quo passim A homines vtuntur, dum perturbata ratione ferri se extra præfixos ab ea terminos sinunt. Contra hanc generis humani vastatricem feram, sententiam fert Dominus, vt ab eius tyrannide eos eripiens, in perfectam animi libertatem vendicet. Hæc vulgaris ira, quidam animi motus est, malè volentis alteri, aut vltionem doloris cupientis. Huiusmodi enim ira semper, etiam si in iudice, iustè nocentem puniente sit, peccatum est, atque ab huiusmodi iram designandam, partem B illam, *Eiki*, apud Græcos, quæ fine causa apud Latinos est, additam putamus, quam partem Diuus Hieronymus è libris omnino radendam vult, nec in emendationibus libris eam legi dicit, & Diuus Augustinus libro. 1. Retractationum, capite decimonono, in Græcis libris non inueniri quoque dicit. Verùm manifestè constat in omnibus Græcis iam appositam esse. Verisimile quidem est, ab aliquo explicationis gratia, hanc partem ad- C ductam: quid enim durius videri poterit, quàm omnem in fratrem irascentem, quouismodo moneatur, iudicij reum à Domino censeri? Fatemur quidem ab Euangelista partem illam, non fuisse pronuntiatam, immo nec à Christo dictam, quandoquidem iustam iram, hoc est, quæ iustam habere videtur causam, Dominus hîc prohibere voluerit. Peccat sane, qui etiam ab alio lætus, & D iniuria affectus irascitur. Si enim (inquit D. Hieronymus) iubemur verberanti alteram maxillam præbere, & inimicos nostros amare, omnis iræ occasio tollitur.

Non enim his obstat, quod quis alteri irascatur sine peccato aliquando, aut etiam *Raca*, aut *Fatue*, dicat, ille quidem naturæ color permittitur, quo iubemur ad salubres

Ira vulgaris, est quidā animi motus in proximi pernitiem exardescens.

Ira, vel in iudice peccatū esse potest.

D. Hieron. super hunc locum, & dialogo. 2. aduersus Pelagium.

D. Augustin. lib. 1. Retract. cap. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A proximo cuiq; increpationes, castigationesq; adhibendas, procedere, quando experti sumus, tranquillum illi sermonem non profuisse. Vtendum est ergo indignatione, tãquam benè educato carne, qui tantum cum necesse est, hoc est, aduersus fures, atq; hostes allatrat, quod nisi faciat, officio non fungitur suo: nam si penitus auellerentur affectus, ratio segnior, atque hebetior fieret, non aliter quàm gubernator nauis ventorum flatu destitutus. Non sanè prohibentur hîc primi iracundiæ motus, qui in nostra potestate nequaquam sunt, sed ira planè illa, quæ deliberata ac perfecta est, cui scilicet consensus accedit. Nec etiam ira illa cohibetur hîc qua quis vitio hominis offenditur, & vt hoc potius insinuaret Dominus, dixit: *Qui irascitur fratri suo*, hoc est, non vitio hominis, sed homini, quem diligere tenetur, eò quòd frater sit. Itaque per datiuum, fratri, manifestè ostenditur, Dominum de ea ira loquutum, quæ contra fraternam dilectionem pugnat. C At si secundum Hebraicam phrasim, *Fratrem*, pro proximo accipiamus, id ipsum est, cum omnes tanquam fratres diligere teneamur. Quando ergo fraternæ dilectioni, non contradicit ira, sed pro Dei zelo sumpta est contra peccantes, ex dilectione Dei, & amore fraterno potius exsurgit, quàm ex passione; quæ pijs etiam mansuetissimis viris euenire solet, id quod in Mose, qui mansuetudinis testimonium super omnes homines habuit, tempore tamen postulante, & iusta se causa offerente, vehementer indignatus est, tum quidem, quando vitulum fabricati sunt Hebræi: tum etiam cum maculati, & polluti sunt coram Beelphegor. Quãto enim calore eum incaluisse putamus, cum diceret: Si quis est Domini coniugatur mihi: Ponat vir gladium super femur suum, ite, & redite, à porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Fieri ergo potest, vt qui man suetus est cum ratione incalescat, nec tamen mansuetudinis virtus, in minimo detrimentum patiatur. At immotum manere, vel vti decet, non indignari, inertis naturæ, non mansuetudo vocari debet. Nec illa Stoicorum (vt sic dicam) insensibilitas probata est, qui volunt sapientem nullo affectu animi commoueri debere, quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem, & hominem, sed inter hominem, aut saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem. Ita ij, qui sapientiæ sibi nomen vsurpabant, dum sapientiam effingere vellent, non solum sapientiam illi, verùmetiam sensum sibi ipsis penè abstulerunt. At verò Christus Dei sapientia, qui hominem formauit, & idẽ, quid homini conueniret non C ignorans, factus homo, & per omnia similis nostri effectus, absq; peccato, humanos affectus habere, non recusauit, eisq;, vbi opus erat, vsus fuit, vt cum ad Lazari sepulchrum venisset, turbauit semetipsum, & lachrymatus est. Et apud Marcum ita legimus: Cum circunspexisset eos cum iracundia, dolens super cæcitate cordis eorum. In eundem modum cum eiecit de templo vendentes, & ementes, credibile est, illum etiam vultu præ se iustam indignationem tulisse, cum flagellum fecisset, & dixisset auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Iustè itaq; indignationis peccata fomitem ministrant, vt gloria Dei tueatur, ac pro ea decertetur, ea de causa Moses cædem illam (cuius iam mentionem fecimus) ob populi

Quæ indignatione, & quãdo vtendum, sicut canis, qui contra fures, & fontes allatrat, sic se gerere oportet Prælatus & iudex.

Similia apposititia.

Nõ primi motus, sed ira deliberata, à Seruatore nostro interdicitur.

Non irascendũ proximo, sed vitio proximi.

Mansuetudine præstãtes, aliquãdo iræ calore accendi oportet.

Exod. 32.

A puli peccatum in fabricato vitulo fecit, nec tamen in illa, ita charitatem in illos abiecit, vt non eos summo amore diligere ostenderet. Quod apertissimè significauit, cum post circiter tria hominum millia interfecta, precatus est in hunc modum. Obsecro Domine, peccauit populus peccatum maximum, fecerunt q; sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro, quẽ scripsisti. Hæc vna via est, vt irasci cum causa quis B possit, cum sceleribus irascimur, & quoties Diuinæ gloriæ detrahi videmus.

Hactenus prima parte iræ, quæ in animo, dum taxat, est orta, nec dum se foras ostendit, de duabus reliquis partibus, à Christo positis, videamus. Vbi seriò animaduertẽdum est cum D. Augustino, quòd Christus in hac sententia declarat, non sufficere, vt huic non occidendi præcepto satisfacias, continere animum à C cæde, nisi etiam contineas animum ab omnibus affectibus, qui hùc rendere videntur. Ideò ait: *Qui dixerit fratri suo Raca reus erit concilio*, qui autem dixerit, *Fatue, reus erit gehennæ ignis*. Primus enim gradus ad lædendum, est ira in animo concepta, quæ nihil aliud est, quàm dolor flagrans vendictam. Proximus, ira irrumpens in vocem indignationis, quam Dominus appellat, *Raca*. Tertius est dolor irrumpens in manifestum cõuitium, vt cum dicimus, *Fatue*. Planè ergo Christus docet, non tãtum D homicidam esse apud Deum, qui vitam proximo eripuit, sed omnem illum, qui proximum odit, hoc est, qui malè vult, etiam si animo zelauerit iram, & nec dum in vllam indignationis vocem proruperit. *Qui autem dixerit Raca, reus erit concilio.* Quod in priore parte positum est, sine causa, idem in duabus reliquis est accipiendum, alioqui peccasset, Paulus Galatas, non semel stultos, A & insensatos appellando. Et Christus sæpè sæpiùs iram contra Iudæos ostendens, grauiter Scribas, & Pharisæos conuitiatus est, hypocritas, sepulchra dealbata, & alia contumelioſa verba eis obijciendo. Sed, & Ioannes Baptista, genimina viperarum eos stomachatus appellat. Et Christus ad discipulos ait: Adhuc, & vos sine intellectu estis. Et Petro Satanam vocat: Abi post me Satana, quod longè plus est, quàm fatuũ vocare. Et duobus illis discipulis in B Emaus proficiscentibus ait: Ostulti, & tardi corde. Hoc ergo peccatum, gehenna dignum intelligitur esse, cum conuitiandi, & non castigandi animo conuitium profertur. Fallũtur quidem multi, qui in stultiæ zelo se eiusmodi probris vti posse existimant, cum tamen ex mero odio conuitia, quæ passim obijciunt, proficiscantur. Ego verò indicium quodam illis ostendere, non grauabor, quo non facilè cogitatione iustitiæ decipiantur, nempe cum C in medijs illis conuitijs intellexerint charitatem in proximum, cui conuitiantur, nihilo tepidiorem fieri, sed salus illius in primis curæ ipsis esse, nulla vel damni, vel commodi proprij habita ratione. Hoc docet Paulus, qui cum Galatas stultos compellasset, in eadem quoquè epistola, & fratres, & filios vocat: Filioli mei (inquit) quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quam verò ob causam stultos eos appellarat? Nimirùm salutis illorum gratia, quod se à falsis Apostolis in errorem abduci, essent passi. D

De voce, *Raca*, varij varia sentiũt, inde variè sententiæ oriuntur, quod interpres hãc dictionem reliquerit non versam, vnde credendum est cũ D. Augustino, qui dicit se à quodã Hebræo edoctũ interiectionẽ esse,

Gal. 3. d. 1. *Galat. 4.* *Matth. 3.* *Idem. 15.* *Luc. vlt.*

Peccatum gehenna dignũ est, proximũ fatuum appellare cum conuitiando, & non castigando conuitium profertur.

Quod in dictũ est, vt motores cogitatione iustitiæ nõ decipiantur.

Galat. 4.

Raca, vt Augustin. à quodam accepit Hebræo, interiectio est, animi motũ ostendens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quibusdam verò linguis sic sunt interiectiones propriæ, vt in aliam linguā cōmodè nequaquā verti possint: quòd si hanc vocem interiectionem dicamus, nihil aliud significat, quā animi motum iam se ostendentem, & id quod intùs est signo aliquo indicantem. Sic accipiendo, facilè in his tribus iræ membris gradationē intelligemus. Primùm enim corde concipitur ira, quandiu in corde cō cepta manet, nec exteriùs prodit, in primo adhuc gradu consistit: si verò cōmotio animi in vocem qualem cunq; indignationis, non significantem aliquid, sed illum animi motum ipsa eruptione vocis testantē, ad secundum gradum deuenit. Iam verò si non solum vox indignantis audiatur, sed etiam certum conuitiū proferatur, vt si fatuus vocetur, aut quid grauius ei, cui iratscitur, obijciatur, in tertio iā, & vltimo gradu gehenna ignis digno, miserè prolapsus est. Chrysostomus verò lingua Syriaca putat *Raca*, significare idē quod, Tu. Itaq; secundum sententiā Chrysostomi, Raca, plus est quàm interiectio, postquam vocem certā, non quidem graue, aut atrox conuitium, sed contemptus indicium significat, veluti cum seruis heri stomachosiùs loquentes dicunt: Abi tu, dic illi tu. Verùm hæ duæ sententiæ, quantumuis conuenire videantur huic loco, tamen hac ratione parum sunt probabiles, quòd nūquam apud Hebræos, *Raca*, pro huiusmodi interiectione accipiatur, nec in Syrorum lingua, qua scriptæ sunt Bibliorum Paraphrases, quas *Thargum* vocant, *Raca*, vllo modo significat, Tu. Probabilior mihi videtur Hieronymi sententia, vt *Racha*, vel *Raca* sine aspiratione, sit dictio Hebræa, vel potiùs Chaldaica deriuata ab Hebraica certum aliquod conuitium significans, nam apud Hebræos *Raca*, genam significat, hoc est partem illam faciei, quæ carne nuda est. Hebraicè enim, *Rec*, inanem, & vacuum significat, quando enim Hebræi, *Raca* dicunt, significāt hominem inopem, & pauperem, & omnibus bonis vacuū, sic accipitur Iudic. 11. vbi nos legimus. Congregatiq; sunt viri inopes. Et 2. Paralipom. 13. congregatiq; sunt ad eum viri vanissimi, viri nihili interpretatur Varablus. Ijs enim locis pro inopes, & vanissimi Hebraicè est *Recum*. Idem conuitium nomine Hebraico, *Raca*, significatur, quod Græcis nomine, *Rocos*, hoc est, pannosos, & homo nihili. Si Hebraica nominis, *Raca*, interpretatio, locum daret, vt possem cum D. Augustino mihi persuadere, interiectionem sine alicuius rei significatione esse, libentiùs sequutus fuissem eius sententiam, vt iræ gradus, quos Dominus posuit intellectu faciliores, eo quo iam diximus modo, redderem. At postquam, *Raca*, vanum, & pauperem significare diximus, gradationem inter duo vltima membra sic faciemus, qui dixerit, *Fratri suo inops reus erit concilio, qui verò Fatue reus erit gehennæ ignis*. Minus enim est obijcere alicui inopiam quàm stultitiam, inopiam enim corporearum rerum, quæ sine culpa, sæpè autem cum merito esse potest, deffectus est: stultitia verò animi deffectum ostendit, quæ cum mentis deffectum contineat, summa corporearum miseriarum meritò censenda est. *Raca*, vacuitatē dicit. Fatue verò iudicij, & intellectus vacuitatem declarat. Si quis vacuum quempiam appellaret, nec tamen adderet mente, vel ratione, sed ceptam orationem in medio illo iræ impetu sisteret, quasi ductus pœnitentia, non adeò grauiter offendit, quàm si non pœnitendo facti, aut dicti, prosequeretur orationem obijciendo illi, mente, & iudicio vacuum, & fatuum esse.

Videre

Iræ trēs gradus. Primus, quando concipitur corde.

Secundus, quādo animi motus ipsa erūptionis voce testatur. Tertius, quando certum cōuitiū profertur.

Raca, vt Chrysost. lingua Syriaca significat idē quod, Tu.

D. Hieron.

Raca, certū aliquod conuitium significat.

Raca, significat hominem inopē, & omnibus bonis vacuum.

Iudi. 11. 2. Paralip.

D. Augustin.

Gehenna, dānationem pœnæ eternæ in se.

A Videre iam licet gradus pœnarū: *Qui iracscitur reus erit iudicio*, qui dixerit: *Raca reus erit concilio, qui Fatue, reus erit gehennæ ignis*. In iudicio enim, quod interdum ab vno solo peragi solet in causis læuioribus, & minoris quantitatis, in quo facti fit discussio, adhuc defensioni locus datur, magnaq; spes est elabendi, & effugiendi condemnationem, & si condemnatio fiat, læuis quidem erit: iudex enim priuatus, tāquam iuralis, B qui de minimis iudicium ferre potest, iudicat. At verò qui dixerit, *Raca*, atq; externo signo, aut verbo minimo, declarauerit animi iracūdiā, obnoxius erit concilio, hoc est, dignus, vt ob hanc causam, concilium iudicum conueniat, ad iudicandum, qua mulctandus sit pœna, atq; hoc plus est, quā quod superiùs est dictū: *Obnoxius erit iudicio*. Hic enim non solum in iudicium vocādus est, rationem redditurus, sed cōsessus iudicū C faciendus est ad causam acuriùs vētilandam. Quod, & à Chrysostomo indicatum est: In eiusmodi consessibus, veluti Athenis in curia Martis, grauiores causæ solēt exagitari, vbi non tàm de damnando reo, quàm de supplicij modo, cius qui damnādus est, deliberatur, quod indicat, & Augustinus. Sed videamus, quò tādem hæc res sit progressura. Qui autem dixerit, *Fatue*, obnoxius erit gehennæ ignis. In *Gehenna enim ignis*, certa est damnatio, atq; damnati pœna, D ne quæuis pœnā, sed pœna ignis æterni. O terrificam sententiam, & tàm parum, atq; adeò tàm nihil æstimatam! Nimis seuerum fortasse videri poterit pro vno verbo detrudi in gehennam, sed nemo sæuerum iudicet, id quod iustus Dominus, qui iustitiam dilgit, tanto cum consilio decreuit, qui enim dicēdo, *Fatue*, deliberato animo fratrem suum ratione, & prudētia priuare nititur, vt nihil à belua differat, is pro quo Christus mortuus est, quomodo non acerrima castigatione dignus erit? Deinde qui scommatis, & contumelijs fratrem incelsit, charitatem destruit, qua destructa legem planè destruit: nam plenitudo legis est charitas: quanta ergo pœna dignus erit, qui tātum perpetratus est facinus? Non enim modicus est furor, quem Deus sale sapientiæ condiuit, insatuatum dicere, & Deo salienti derogare. Si enim reddituri sumus rationem, de omni verbo, Otioso, quanto magis de cōtumelioso Iusta hæc B à Deo æquissimo iudice, decreta sententia est, vt quicumq; animo cōtumelia afficiendi fratrem, dixerit, *Fatue*, æterni incendij pœna illi sit. Sed (proh dolor) passim iā videmus, nō modo hac contumelia à Christo damnata, vti homines in fratres, sed longè maioribus conuitijs, & execrationibus, quotidie, superbos, & arrogantes exercere proximos longè meliores se, iam vocāt fures, scortatores, scurras, sicarios, iam deuouent diris, maledictionibus incessunt, & mille contumelijs, & inauditis iniurijs onustos supplodunt fratres, nulla habita aut Dei, aut sui ratione, seu pœnæ æternæ, quæ illos expectat, nisi resipuerint, & veniam petant, satisfactionem condignam facere parati. Si tēporaria pœna à principe aliquo in contumeliosos fuisset decreta, quis non sibi caueret, ne ad vlrionem grauiorem cum iniuria, & damno raparetur? Æterna D à filio Dei intētatur, quę breui haud dubiè uentura est, & non contremiscitis? Deus det vt recta sapiamus, & operemur, ne gehennam ignis nobis asciscamus.

Est præterea animo aduertendum, si verbo dumtaxat offendere reum gehennæ hominem facit, quid cum facto lædit? Cum semper rem alterius ad se pertrahere studet? Cum, vt pecuniam maiorē cōflet, horrea

Dd 4 claudit,

D. Chrysost.

A *Rom. 5.*

Quanta pœna maneat ijs qui proximos contumelijs afficiunt, & prouocant.

Rom. 13.

Si proximū non licet lædere verbo, quanto minus facto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A claudit, patiturq; atq; adeò cõmittit, vt pauperes Christi miserè pereãt. Item admonere oportet Dominum in tribus istis gradibus iræ, & reatuum, attemperasse doctrinam suam ad captum simplicium. Non enim semper minus peccare dicitur, qui tacitus iræ venenum in corde seruat, quàm qui conuitijs eam euomit: sed pro captu vulgi per eũ qui tantum irascitur, proposuit iræ lęuis exemplum, quę adhuc talis est, vt non dum vindictam sumere tunc cogitauit. Per *Raca*, iræ grauioris,
B qua etiam externam demonstrationem fecit. Per *Fatue* verò, iram grauissimam ad verba probrosa, & cõtumeliosa venientem citra homicidium ostendit. Tria, si rectè perpendimus, voluit Dominus, in tribus ijs iræ gradibus defendere, iram videlicet in corde sæuientem, cõuitia verbo, vel signo manifestata, infamiam contra proximum dicere: in quibus omnibus suum peccati genus latere certum est. Ideò prohibet iram in
C corde latentem, quia talis censetur, & meritò, quasi mortuus intra penetralia domus manens, vbi Archisynagogi filia mortua iacebat. Prohibet iram prorumpẽtem, in quoduis contumeliæ genus ad os veniẽs, etiam si minimum esse videatur: est enim quasi adolescens ille filius vnicus matris suæ, qui extra portum deferebatur. Prohibet tertiò iram,
D ad graues contumelias procedentẽ, tanquam si grauissimus fœtor ex sui oris sepulchro proderet: est enim talis ira inueterata, velut alter Lazarus in sepulchro fœtens.

Ex supradictis manifestè intelligere possumus, cælestis magistri cõsilium esse, vt leuiora etiam peccata vitemus, quò à grauioribus tutiores simus. Nam leuiter in corde irasci, & in vocem iræ indicem citra fratris iniuriam prorumpere, toties quoties id fiat, peccata venialia sunt, quæ tamen Dominus vitare monet, A
ne ad lethalia veniatur. Scriptum est enim: Qui timet Deum, nihil negligit, hoc est, nihil nec paruũ, nec magnum omittit, quod vel ad cultũ Dei, eiusq; offensionem vitandam spectet: vt enim qui vitam diligit, nõ solum mortẽ, sed morbos etiam studiosè fugit, qui viam ad mortem muniunt, ita qui lethiferi peccati mortem odit, venialia quoq; peccata, quæ velut ægritudines animæ sunt, diligẽter vitare studet. Ab hac B
solicitudine fugiunt qui in otio, ludis, & conuiuijs versantur, putãtes, & pleno ore diemtes, hæc quidem licere, cum animæ mortem non inferant ex se. At lõgè aliter sanctissimi Patres senserunt, inter quos D. Hieronymus hæc verba scriptis mandauit: Nec verò (inquit) eorũ te seducat error, qui ex arbitrio suo eligũt, quæ potissimum Dei mandata contemnant, quæ vè quasi vilia ac parua despiciantur: Nec metuũt, ne se- C
cundum Diuinam (ententiam, minima contemnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria iudicare, nec vllum inter scelus, & reatum discrimen facere. Nos verò, & si multum inter peccata distare credamus, tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cauere. Tanto enim facilius abstinemus à quocunq; delicto, quanto magis illud metuimus. Nec citò ad maiora progreditur, qui etiam parua formidad. Et sanè nescio, an possimus læue aliquod peccatũ dicere, quod in Dei contemptum cõmittitur. Est q; prudentissimus, qui non tantum cõsiderat, quod iussum sit, quam illum qui iusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem. Hactenus Hieronymus. Huiusmodi verò peccata, non afferunt animæ mortem, sed ægritudinem, non
extinguunt

Tria defenditur à Christo, nẽpè ira feruens, conuitium verbo, vel facto, & infamia contra proximũ manifestata.

Luc. 8. g. 25.

Luc. 7.

Leuiora peccata vitanda, quò à grauioribus simus immunes.

Eccles. 7. d. 18

D. Hieronym. in epist. ad Galatas.

Stoici omnia peccata paria putabãt, nec inter ea discrimen agnoscebant.

Venialia peccata dicuntur, quæ non ducunt ad lethalia.

Venialia peccata vitanda.

A extinguunt Dei spiritum, sed contristant, non mentẽ interimunt, sed ad interitum præparant: deniq; non auferunt charitatem, sed feruorem charitatis. Sicut enim ignis cum vehemens aura spirauerit, flammas emittit, quibus, & natiuum calorẽ, & lucem auget: ita quoq; charitas in piorũ cordibus residens, frequenter Diuini spiritus aura ira excitatur, vt intùs in anima ferueat, & splẽdidissimas quasdam flammas emittat, quibus nos ad clariorem Diuinæ bonitatis cognitionem, & ardẽtiorem amorem excitat. Quandiu
B autem diuinus hic motus in anima perstat, non dubium quin vir pius, & ad benè operandum alacrior, & ad turbulentos animi motus comprimendos potentior sit. Vnde, quẽ admodum nauæ, vbi secundam auram aspirare vident, funes soluunt, & læti dant bella ventis, quò iter instituerunt omni celeritate conficiant: ita cum hanc Diuini spiritus auram afflare senserimus, tota animi contentione, nos ad eius ductum applicare debemus, ne Diuinũ hoc munus frustrà recipere videamur. Hunc igitur charitatis feruorem, & animi alacritatem, venialia peccata extinguunt. Hinc fit, vt extincta hac luce, animi feruor, & alacritas languens periculum maximum infert, vt occasione peccati oblata, in lethalia peccata homo sic languidus ruat. Hæc enim de causa venialia
D peccata ad lethalia viam sternere Theologi docent. Ijs etiam venialibus peccatis anima occupata, minus idonea fit, ad splendidissimam illam solis iustitiæ claritatem in se recipiendam: sunt enim venalia peccata, instar pulueris deturpantis speculum, qui impedit ne faciei formã perfecta reddat. Fuscatur enim speculum, atq; ita fit, vt minus claro, & igneo splendore solis huius in se radios recipiat. Cum hæc ita se habere constet, quanta (obsecro) cura, A
quantoq; studio venialia peccata vitare tenemur, quasi diuino fauore vitamus, à grauioribus tutiores haud dubiè erimus, nam qui fidelis est in minimo (Christo testante) in maiori fidelis erit. Qui minora vitare consueuit, à maioribus facilè cauere poterit.

In ijs tribus gradibus iræ, simul, & reatus, quos Dñs suo grauissimo consilio distinguit, nobis indicare voluit distinctionem, quam inter læuia, & grauia peccata facere oportet, ne facilè quis iudicio præceps, venialia peccata, tanquam mortalia ru dicet, & condemnet: videmus enim Dominũ iustum, iustitiamq; diligẽtem, tàm æquum cẽsorem, ergà peccata, ac pœnas pro ipsis imponẽdas, vt quasi virgula mentoria, quantum culpæ peccatum, quantumq; pœnæ dignũ sit, meriti videatur. Offendit enim iram læuẽ, pœna læui, grauiorem, pœna grauiori, grauissimam, grauissima plectendam esse pœna. C
Pro mẽsura enim peccati erit, & plagarũ modus, ne tu audeas facilè animas in infernum, pro quauis culpa, mittere. Tu quis es (ait Paulus) qui iudicas alienum seruum, Domino enim suo stat, aut cadit. Et idẽ: Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Discãt quoq; iudices exactam prius culparũ cognitionem habere, & quanti ponderis peccata sint, antequam punitionẽ decernant. Hinc est, quòd Dominus priusquã Sodomam, ob grauissima scelera, quæ cõmiserant, puniuisset, descẽdere voluit, vt propriùs videret, & peccati turpitudinẽ ponderaret, & peccati pœnam iustam decerneret. Id ipsum etiam Dominum fecisse legimus, antequam Babylonis superbissimæ turris ædificatores, diuisione linguarum puniret. Ad perfectissimas causarũ cognitiones, tu quoq; iudex descendere

Venialia peccata à lethalia viam sternunt.

Inter mortale, & veniale peccatum distinctio facienda.

Mensura oportet, qua pœnæ, propter quas culpæ imponendæ sint.

Deut. 25. d. 2

Rom. 14. d. 4

Ibi. c. 15.

Genes. 11. d. 5. Descendit Dominus vt videret, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A teneris, ne virtutes puniens, peccata impunita relinquas, vt alter Heli qui Annam orantem, temulentã iudicabat, & fures, & sacrilegos filios, pios hominesà sacrificijs auertentes, lenitate corrigebat. Nec læuia peccata grauissima mulcta punias, veluti Aman qui Mardocheo, crucem parare fecit, ob honorem ipsi minus exhibitum quã voluisset. Vides culpã læuem, læuissima mulcta dignam, grauissima, punitione decretam, tu quoq; altissimum iudicem imitare, qui culpas exactè metitur, & pœnas æquales cum miseri cordia imponit.

1. Reg. 1. c. 14 vsquequo ebrius es, &c.

Ephe. 5. d. 14.

B

Est præterea aduertendum, circa hanc iræ sequeram punitionem, quãti Deus hominem, à tempore quo humanam sibi naturam copulauit, faciat. Tanti enim facit hominem, vt non patiatur quemq;, vel minimum iræ indicium in eum ostendere. Iudicat quidem Dominus in dedecus, & in honorẽ ipsius cedere: si quis fratrẽ immò proprium filium

Quãti Deus hominem faciat, à tempore quo sibi naturam vnixit humanam.

C iniuria affecerit, & tanquam propriam vindicare, licet parui momenti negotium videatur, iram concipere, aut *Raca* promere, seu *Fatue* vocare, decernit: non enim humanum tãtum, sed Diuinum honorem tangit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, ideò sæuera animaduersione irascentem punit: *Reus* (inquit) *erit iudicio*. Grauissima sanè pœna est, in iudicium irascentem vocare in eo, A namq; de perpetua animæ fœlicitate lis contestatur. Si parui momenti rem hanc esse iudicas, perpende (obsecro) quantas patiantur molestias viri nobiles, qui licet iure optimo primogenituram, & opulentissimã hæreditatem possidere sint certi, & ante multos annos in legitima possessione securi fuerint, nescio tamẽ, quis frater, aut sanguine iunctus ea omnia in litem posuit, & sibi vẽdicare præsumit. Quid non faceret hic, qui litibus irretitus bona sua in tanto periculo versari cerneret, quatenus ab huiusmodi iudicio in libertatem se constitutum videat? Quid non pecuniarum expenderet, vt iudicium euadere possit? Quot noctes anxiùs insomnes ducit, voluens, & reuoluens animo, quò tandem miseriarum cum deuenire oporteat, si lite succũbat? Quanto grauiora pro æterna fœlicitate, qua Christi sanguine donati sumus conseruãda, facere tenemur, & pati, ne iudicis sententia ab amplissima hac hæreditate priuemur? Quoties odia in animo concipiuntur, quoties vultũ torum in fratrem ostendis, quoties ipsi alloqui dignaris, quories simultates foues, intelligas oportet, litem grauissimam ante iudicem pendere, qua facilè nisi conuenias cũ fratre, causa magna cum confusione cades.

Zach. 2. c. 8

D

EXPOSITIO.

TEXTVS.

23 SI ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. 24. Relinque ibi munus tuum ante altare,

D

23 *Si ergo offers, &c.* Huic grauissimo malo fraternæ lasionis, remedium adhibere Dominus voluit docẽdo, quid ei sit faciendũ, qui fratrem in aliquo læsit, sæpè enim inter fratres iurgia oriri solent, quæ licet minimè esse videantur, à Deo tamen tanti fiunt, vt maximum gehennę nobis timorem incutiat. Hæc coniunctio, *Ergo*, hanc partem cum superiori

A riori connectit: ac si dixisset: Si contingat, vt frater tuus, quauis in re quis lædat, & offendat, summa opereniti decet, vt scissa cõcordia resarciatur, & fratri recõcilietur statim. Tãti faciendũ esse negotium hoc, Dominus dicit, vt sacrificia etiam, quę Deo ipsi offerũtur

Sacrificia Deo oblata, cõcordiæ fratrum postponenda.

B postponenda huic cõcordiæ sint. Per simile videtur mãdatum hoc Christi, præcepto quod Ioseph fratribus suis dederat, dicẽs: Nõ videbitis faciem meã, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum vobiscum. Ita quoq; Deus faciem suam denegare videtur nobis, si vel minimum etiam fratrem, cum ad

Gen. 43. d. 35

Videtur faciem denegare Deus, fratrem secũ non offerti. Ibid. d. 5.

C Deum accedere volumus, non afferamus nobiscũ in corde. Nulla erit nobis spes cælestis horrei frumenta reportandi, etiam si supplici sacrificio postulemus, nisi nos, qui vnà cũ ipso fratres sumus, fratrem quẽ minimum ac contemptione dignũ iudicamus, nobiscum vnitũ ad Christum afferamus. Hùc quoq; mandatum, quod Dominus in lege præceperat, spectare videtur, videlicet, ne quis lapides super altare apponeret, nisi bitumine vnitos, atq; coniũctos. Omnes nos lapides viui super altare Christi ponendi sumus,

D ideoq; bitumine, calceq; ardentissimæ charitatis vnitos nos esse oportet, alioqui frustrà ad altare sacrificia offerre nitimur, si vel minima inter fratres, & nos scissura inueniatur. Cum extenderitis (inquit Dominus) manus vestras nõ exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Quis (obsecro) tantæ impudentiæ, temerariæq; audaciæ esset, vt postquã vel filium Regis, vel quempiam ex priuatis ipsius turpiter occidisset, ad ipsum Regem, tinctis manibus sanguine interfecti, intrare, & ei gratiam, ac fauorẽ postulare auderet? Id ipsum sanè facere mihi videtur ij, qui odia, & implacabiles inimicitias, in corde contra fratres fouentes, ad altare properant, & diuinam gratiam ac fauorem se impetraturos sperant. Hinc est, quòd Propheta quidam ait de illis: Verùmtamen sanguis inuẽtus est in alis eorum. Alæ quidem orationes, ad alta cælorũ volãtes, sunt: verùm sanguis in alis sæpè inuenire solet Deus, quando is qui orat vin-

Hiere. 2. d. 34

C dictæ desiderio æstuat. Ij meritò ab altare Dei arcentur, quia sanguine pleni sunt: fieri nequit, vt quis Deũ sacrificijs placatum sibi reddat, ni fratrem suum prius placatum habeat. *Si offers munus tuum, &c.* Quis non videat hanc sententiam efficacissimam esse, ad quæuis odiorũ genera sedanda, & studium reconciliationis suadendum, & pacem cũ omnibus fouendam, eò quòd tàm seriò Dominus docere nitatur, se se malle prius concordiam fratrum videre, quàm sacrificia pinguissima, &

Ab altari Dei meritò arcentur, qui vindictæ à desiderio orant.

D oblationes opulentas ad altare ipsius magno pietatis affectu oblatas. Ex quibus verbis nobis Dominus contestatũ reliquit, nulla esse Deo accepta sacrificia, nullumq; opus nostrum, quantumuis arduum, ac difficile ipsi placere posse, si mutua desit charitas, tantopere ab ipso Deo commen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A commendata. Primum ergo, quòd omni studio facere tenemur, ad quod omnes neruos extẽdere oportet, est, vt si quoquo pacto charitas fraternitatis læsa sit, ad reconciliationẽ citissimè properemus, si oblationes nostras Deo acceptas, ac gratas esse cupimus. Constat enim sacrificia, & oblationes, quæ Angelorum ministerio Deo offeruntur, si ad diuinum altare afferas, Dominũ velle tandiu ea expectare, vnà cum Angelis, donec tu offensum fratrẽ
B conuenias, illiq; reconcilieris. Sed quæso Domine, an non satis erat, vt homo ipse offensus, tantillum expectaret, quousq; tibi litaremus, & hanc pietatis, & religionis hostiam maiestati tuæ debitam offerremus? An nõ satis ad hominis dignitatem esse videbatur, vt secũdas ei partes post maiestatem tuã tribueremus? Quæ (obsecro) iustitiæ ratio patitur, vt priùs ea, quæ sunt hominis, quàm quæ tua sunt curemus? Verũ
C hoc non solum magnam Dei nostri iustitiam, sed inenarrabilem eius bonitatem, & misericordiam declarat. Vnde meritò D. Chrysostomus exclamat: O ineffabilem Dei nostri benignitatem, atq; immensum erga homines amorem! Honorem suum quodammodo despicit, dum in homine charitatẽ requirit. Quid enim his verbis mitiùs dici potest: *Relinque ibi munus tuum, & vade prius, &c.* hoc est, interrũpatur ministerium
D meum, vt tua charitas integretur. Cętera enim officia facilè Dominus interrumpi patietur, postquã suum intermissum præcepit, ne charitatis vinculum, quo sumus omnes colligati, dirumpatur. Hinc etiam est, q Episcopus Chromatius dicat: Quãti habeat Dominus fraternam dilectionem, ex hoc ipso agnoscimus, cum oblatum Deo munus, ostendit acceptè non offerri, nisi priùs oblator muneris fratri suo, iracũdia de-

Sacrificia Deo oblata tandiu expectat Dominus, donec offensum fratrem cõueniamus.

Chromat.

posita, reconcilietur. Inuenimus A enim offerentis Cain munera, idcirco à Deo repudiata, quia charitatis iura non seruans, aduersus fratrem iram animo retinebat. Vnde nõ immeritò Dominus in Euangelio multis locis charitatis fraternæ dilectionem, præcipuè custodiendam esse insinuat, dicendo: Mandatũm nouum do vobis, vt dilectionem adinuicem habeatis. Et iterum: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si charitatem adinuicẽ habueritis. Non immeritò etiam per B Zachariam Prophetam ita Dominus loquitur: Iudicium iustũ, & pacificum iudicate, & nolite retinere malitiam fratris vestri in cordibus vestris. Pari modo, etiam per Salomonem Spiritus sanctus loquitur, dicens: Homo homini reseruat irã, & à Deo quærit medellam? Ipse in hominem tibi similem, non habes misericordiã, & Deum exoras pro peccatis? Et ipse cũ sis caro retines irã, & propitiationem petis à Deo? Et quis orabit pro delictis tuis? Et C super addidit, dicens: Memento nouissima, & desine inimicari. Vnde, & sanctus Dauid Euangelici præcepti per Spiritum sanctum non ignarus, de se ita testatus est, dicens: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Quid enim tàm gratum Deo, tàm necessarium nostræ saluti, quàm quod Dominus præcipit, iram non retinere, pacifico animo, ac simplici conscientia Deo munus offerre, sicut obtulit D primus Abel? Et ideò munera ipsius susceptа sunt à Deo, Cain reprobata, quia Abel pura, ac simplici mente munera Domino offerebat. Cain verò iram aduersus fratrẽ tenebat in corde. Hæc Chromatius:

Verùm dicet aliquis, cum Dei decalogi præcepta, digito ipsius descripta, in duabus tabulis contineantur, quarum prima Dei præcepta, quæ

Ioan.13.d.34.

Ioan.15.g.12.

Zach.7.d.9.

Eccles.28. d.3.

Psalm.65.d.18.

A quæ ad Diuinum cultum maximè pertinebant, posterior verò, quæ ad hominum charitatem strenuè exercendam contineant, cũ constet prioris tabulæ præcepta, quæ ad Dei cultũ data sunt, antefferri debere, quæ ratio postulat, vt cultu diuino prætermisso, fraternæ charitatis officia anteponamus. Huic quæstioni satisfacere volentes, ad memoriam reuocare oportet, alia esse officia, quę Deo ex præcepto præstare tenemur, alia verò ex consilio nobis dato seruare licet: quæ nobis ex præcepto iniuncta sunt, ante omnia sacrè seruare omninò oportet, quæ verò ex cõsilio accepimus, nõ adeò strictè seruare cogimur, itaq; illa officia, quæ præcipit Deus anteponẽda esse ijs, quæ cõsulit, voluit. Quod præclara illa Samuelis sentẽtia declarat, dicens: Melior est obedientia quàm victima. Obedientia quidem sub præcepto est, victima verò,
C & sacrificia, licet aliquando præcipiantur à Deo, sæpè tamen consulũtur. Cũ ergo fratris læsi satisfactio præcipiatur, primo loco ea habenda est. Deinde oblationi locus erit oportunus. Saul Rex, qui hunc ordinem seruare contempsit, meritò regno priuatus, & nequissimo spiritui traditus vexandus, vita tãdem infœliciter expoliatus est. Illud autem secundo loco respondere possumus, quòd qui peccat in fratrem, nõ in fratrem solum, sed multo magD gis in Deum peccat. Itaq; cum hominem offendis, Deũ offendis, qui illum ad imaginem suam condidit, qui sanguine suo pretioso illum redemit, qui illum in filium, & regni sui hæredem instituit. Qui nudum, & in ermen in hunc mundum creauit, & à ferocissimis bestijs, illum tutum seruans, terrorem in omnibus animantibus, quò ipsum hominem timerent, incussit. Ideò te ab ira proximi, sanctissimis suis legibus ipsum seruans, & muniẽs, custodiuit. A Cum igitur suis sanctissimis legibus, perpetuas inducias inter te, & proximum posueris, si ipsum lædis, constat te aduersus Deum magis, quã aduersus hominem deliquisse.

Hùc etiam tertio loco accedit, quòd vbi Dominus humanitatis nostræ vestem induit, sanguinemq; suũ in pretium fudit, hac noua dignitatis accessione, ad nouum quoq; dignitatis gradum hominem extullit, quem sibi eiusdẽ naturæ cognatione copulauit, sanguinisq; sui pretiũ B supra illum posuit. Quam rem Petrus Apostolus confitetur, cum nos ad aspersionem sanguinis Christi uocatos, ait: Quo circa cum hac noua ratione homo Deo copulatus, & capite suo coniunctus, inter mystici eius corporis membra annumeretur: consequens est, vt quisquis aduersus illũ delinquit, aduersus Christum peccat, quãdoquidem iniuria membro illata in capitis iniuriã maximè cedit. Vnde Paulus: Sic autem (inquit) peccantes in fratres, & percurientes conscientias eorum infirmas, in Christum peccatis. Manifestum itaq; relinquimus, quòd cũ hominem offendimus, Deũ ipsum cuius ille membrum est, quiq; illũ nouo, sibi affinitatis vinculo copulauit, offendamus. Quæ quidem vnica ratio, satis nobis esse deberet, ne hominem, vel iniuria, vel contumelia minima afficeremus. Vnde mira Dei
D nostri benignitas se se manifestat, qui cum alioquì liber sit, & sui iuris, nulliq; astrictus, tantopere mutuam fratrum charitatẽ promouet, vt suam gratiam à fratris gratia pẽdere decernat, ita vt suam impertiri nolit gratiam, nisi prius fratris impetrata gratia.

Nec solum efficax hæc sententia est, vt lædentem ad recõciliationem quærendam impellat, verùm etiam læsum quodãmodo cogit, vt facilè fratri

Quæstio. Cum Religionis, & prioris tabulæ præcepta, antefferri debeant ijs quæ in secunda tabula continẽtur. Quare cultu Diuino prætermisso charitatis fraternæ sunt anteponẽda mãdata.

Solutio. Alia sunt officia quæ ex præcepto absolute, alia quæ ex cõsilio seruare oportet.

1. Reg. 15.

Fratris læsi satisfactio cũ præcipiatur primo loco præferenda.

1. Reg. 16. c. 14.

1. Reg. 31. b. 4.

Cibi in fratrẽ peccati, etiam ex Diuino præcepto edendi grauius quam in bonis.

Post quã Dominus humanitatis nostræ vestẽ induit, ad nouum dignitatis gradũ homo est elatus.

1. Pet. 1. d. 2.

1. Cor. 8.

Benignitas Diuina tãta, vt suam gratiã à fratris gratia pendere decernat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laesus quodã modo cogitur, ad cõsolandum fratri recõciliationẽ ex animo quærenti.

A fatri reconciliationem ex animo quærenti condonet, ne Dei honorem, & sacrificia ad oblationẽ iam parata, remoretur, & impediat. Grauis enim piaculum cõmitteret, si fratrem reconciliatum sibi, non remitteret, vt reconciliationem etiam cũ Deo impetraret, quem pariter cum proximo læsit. Hinc est, quòd Chrysostomus putat, tàm offenso, quàm offendenti, hanc sententiam conuenire, eò quòd Dominus non dixit: *Reconcilia tibi fratrem tuum*, sed *Reconciliare fratri tuo*, quod vtriq; conuenire ex æquo videtur, id quod magis ad perfectionem Euangelicam, quã hîc Dominus tradit, facere constat. Vnde Euthymius, & Chrysostomi sectator, & explanator: Fertur (inquit) indifferẽter sermo, & ad eum, qui affectus est iniuria, & ad eum qui iniuriam irrogauit. Et siquidem malè passus es, iniuriam remitte illi, & patiens esto, quod si iniuriã irrogasti, medere iniuriæ, nihilq; relinquas eorum, quæ ad recõciliationem faciunt. Hæc ille. Verùm quid sit fratrem habere aliquid aduersus aliquem, patet ex Apocal. vbi simili locutione dicitur: Habeo aduersus te pauca. Pro eo quod est, sunt quædam de quibus tecum expostulem, ita quoq; fratrẽ habere aliquid aduersum cõfratrem, est iustam occasionem expostulandi habere.

Sententia Diuina: Reconciliare fratri tuo, tàm offẽso, quàm offendenti cõuenit iuxta Chrysost. & Euthym.

B

C

Apoc. 2.

Si tempore quo lex Mosaica vigebat reconciliatio quærenda erat, quãto magis tempore quo sacrificia charitatis offeruntur.

D

Est prætereà considerandũ, quòd eũ Christus hæc verba dixisset: Veteris legis sacrificia offerebantur, Mosis lege vigente, atq; eo tempore recõciliatio quærenda erat. Quãto magis tẽpore nouæ legis, in quo sacrificia charitatis, & mutuæ concordiæ symbola sunt, & ideò cõmunio, & synaxis altaris nostri sacrificium, appellatur, causat, & efficit, benè paratis, atq; dispositis. Hanc itaq; dispositionem inter alias, tanquam summè necessariam Christus instantissimè requirit, quam qui intermittunt, iudicium sibi manducare, & bibere certum habeant. A

Reconciliare. Per imperatiuum legendum est, sicut, & adhuc in pluribus exemplaribus vetustis legitur, non reconciliari per infinitiuum, error forsam librariorum mutatum fuit, cum vbiq; sit in Græcis exemplaribus, *Diallgithi*. Non parum ad legitimam literæ interpretationẽ facit per modum imperantis dictum fuisse à Domino. Sunt tamen verba hæc cum grano salis interpretanda, vt optimè Christianus Druthmarus annotauit: Si scilicet rẽpus, locus, & prudentiæ ratio ita permiserint, nam si propè fuerit (inquit) pedibus corporis eundum est, si autem longè fuerit, animo eundum, & Deo promittendum, quia vt citiùs poteris, & corpore eundum sit, & emendandum quodcunq; ei malum intuleras. Nec tàm spectanda sunt præcepti huius verba, quàm scopus, & intentio Saluatoris, quæ est, vt quãtum in nobis est, omnibus postpositis, faciamus quò offensum fratrem nobis reconciliemus, adeò vt etiam sacrificium Deo iam iam offerẽdum intermittamus cum ita fieri potest, quo memores offensæ fraternæ eum, quem offendimus placare studeamus, priusquam sacrificiũ absoluamus. B

Drutmar.

Satisfactio læso præstãda, quo loco, & tempore sit facienda.

C

25 *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, &c.* Quãtis aduersariorum exercitibus simus obsessi dum in huius vitæ peregrinatione sumus, quis sermone explicare valeat! Infensissimi nobis aduersarij sunt Dæmones, hæretici, infideles, ac mali Christiani homines, de quibus hæc Christi sententia, minimè intelligi debet, sicut nec etiã de carne nostra, quæ spiritui cõtrariatur, accipi potest, cum ijs omnibus nullo pacto consentire liceat. Sunt autem, qui Deum sacraq; ipsius leges dicant, & melius, nobis aduersari dum

D

Excitatur ad aduersarios placare in hac peregrinatione.

D. Augustin. de verbis Domini in monte, super hæc verba.

A dum in hac vita sumus, quæ perpetuò nos comitantur, quibus contradicere non oportet, ne nos iudici tradant, videlicet Christo viuorum, & mortuorũ æquissimo iudici, qui nos ministris, Angelis, scilicet, suis tradet proijciẽdos in carcerẽ inferni. Ideò eis citò consentire oportet. Verùm eiusmodi interpretationes, tanquã proposito Christi minus cõuenientes omissas faciẽtes, pro exacta huius loci interpretatione sciẽdũ est Dominũ parabolicè loquutũ fuisse, vt ex præcedentibus, & sequẽtibus manifestum fieri potest. Nam hanc sententiam Dominus præcedenti connectens, cohortari voluit ad iucundam, vtilemq; concordiam cum aduersarijs nostris hominibus habendam, quandiù in huius seculi via pariter peregrinamur, vt benè Hieronymus, & Chrysostomus annotarunt. Sicut enim superiore sententia ad quærendam reconciliationem inuitauit, indicando mutuam concordiam Deo gratiorẽ esse omnibus sacrificijs, immò sine ea nullũ sacrificiũ illi gratum esse posse, ita quoq; hoc simili ad eandem magis compellit, ostẽso periculo, in quod se conijciet, qui hanc reconciliationem negligit, quòd per parabolam, siue per exemplum alegoria inuolutum, hunc sensum habentẽ ostendit. Si creditor aliquis, aut aduersarius quispiam, qui iustam aliquã aduersus te querelam habet, te in ius vocasset, iamq; cum illo ires ad iudicium, consultissimum faceres, si dum es cum illo in via citissimè conuenires, & pacem cum illo componeres. Nam si velles iudicium experiri, quãdo debitum inficiari nõ posses, nihil aliud expectandum tibi, quàm vt iudex pro officio suo te ministro traderet, qui te in carcerem conijceret, è quo egredi nõ liceret, nisi omni debito, vsq; ad vltimum quadrantẽ persoluto: sicq; pro vno

B

D. Hieron. D. Chrysost.

His verbis Filius consentiens aduersario suo, &c. cohortatur nos Dominus ad concordiã cum aduersarijs habendã.

C

tria simul incommoda reportares, nempè carceris pœnas, ac dedecus, & extremam exactamq; debiti persolutionem, cum alioqui ante iudicium, ab ipso creditore expectare poteras aliquam debiti remissionẽ. Sic hoc exemplo cautior effectus, da operam si quem offendisti, & per hoc debitorem te illius constituisti, vt dũ adhuc es in via, hoc est, priusquam iudici Deo, qui vindex est horum, tradaris, citò cum eo in gratiã redeas. Id enim si feceris, iam, & veniã quoq; ab ipso iudice Deo impetrasti. Si autem neglexeris, vbi iusto iudici traditus fueris, non est, quòd vllam ab eo veniã speres. Porrò pro aduersario, Græcè est, *Antidikos*, quod non absolutè aduersarium sonat, sed aduersarium causæ, & litis, quem nostri tubinde accusatorem vocant, & actorem, qui iudicio reum conuenit. Quod dicit dũ es in via, idest, dum res adhuc pendet. Sic dum in hac vita adhuc sumus, possumus cum Deo in gratiam facilè redire, post hãc autem vitam, nihil aliud expectandum est, quàm iudicium. Dicens vero, *Citò*, diligentiam, quam in superiori sentẽtia Dominus in reconciliando sibi fratrẽ postulabat, confirmat, nam si sacrificium in altari omittẽdum erat, ob id tantum volebat, vt quàm citissimè concordia inter fratres componeretur. A

Diligẽtia maxima adhibẽda, vt fratrẽ læsum reconciliemus.

26 *Nouissimum quadrantem.* Romana vox est ab exteris vsurpata sæpè, licet corruptè, vt in multis alijs contingit, vsurpatur quoq; nunc ab Euangelista. Est autem quadrãs quarta pars assis, quam à tribus vncijs, Plinius triuncium vocat. Cicero verò teruncium (teste Budæo) vocare solet, atq; eum nummum, ceu minutum contemptui vulgo fuisse, prouerbio quoq; testatum est: proberualiter autem dicitur, ad vltimum quadrantem soluere, is cum quo

B

C

D

Quadrans quarta pars Assis, in contemptu habetur.

Soluere quadrantem vltimũ dicitur is, cum quo summo iure agitur.

agitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marci 12.

A agitur summo iure. Ex cap. 12. Marci constat, quadrantem duo minuta continere. Vbi dicitur viduam duo minuta misisse, & additur quod est quadrans, Græcè *Kodrantis*. Absterret quoq; Christus his verbis suos à litibus, & controuersijs, ab vno periculo sumens argumẽtum, nempè ab eo, quod sæpè euenire solet, cum is qui optimum ius se se habere iudicat, sæpissimè causa cadere soleat, ideò transigere oportet cum aduersario citissimè, ne summum ius experire cogaris. Satiùs sanè est rem cum aduersario componere, iniquis etiam conditionibus, quã lites proteruè sequi. Deus bone, quot ex litibus mala sub oriri solent. Primò, multum tibi temporis insumẽdum est, antequam rem compositã relinquas. Deinde tanquã miserũ mancipiũ seruiendũ est tibi procuratoribus, aduocatis tabellionibus, multis pretibus, maioriq; pretio iustitiam cõparabis, rem omnẽ tuã, atq; substantiam exhauries miserè antequã

Ex multis quæ mala sub oriantur.

B

C finem imponas. Iudex quoq; multis fauoribus, quantum non incorruptus sit, ambiẽdus erit, vt & iustitiã, quam sequeris, & causæ breuem expeditionem faciat. Tertiò considereres oporter, quòd si causam ad iudicem deduxisti, iam negotij Dominus amplius non es, nec tua, sed iudicis voluntas exequenda est, quæ tã varios exitus sortiri solet, vt qui superior videri solet, sæpè inferior iudicetur, & maneat. Super omnia animo perpende, quot peccatorum

D myriades litigantes committere nõ vereantur, odio implacabili in aduersarium torquentur, omnis animi pariter, & corporis tranquillitas perijt, pax expellitur, & fraterna charitas laceratur. Hæc, & plura longè graviora mala, nempè percussiones, & cædes plerunq; ex litibus euenire solent, quæ omnia facilè euitari possunt, si cum aduersario rem citissimè composueris. A

Esto consentiens aduersario tuo, &c. Hæc sentẽtia Christi referri quoq; potest ad eum, qui iudicat ab alio se se læsum, & offensum. Superiori enim sententia Dominus offendentem instituit, quanta diligentia, quã toq; studio adniti tenebatur, pacem cum proximo componere, postquã cum Deo conuenire non poterat, nisi prius cum offenso fratre conueniret. Iam Dominus fratrem offensum docet, quanta cum diligentia

B conuenire teneatur, cum offendente, qui veniam ex animo postulauit, similitudine adducta à duobus litigantibus, quos sæpè simul iter agere contingit ad curiam, vbi lites discindũtur, & iudicantur: nam si omnibus pacis conditionibus oblatis, is qui tecum conuenire tenebatur, vt inde maiora lucra, sibi compararet, tanta fuerit cordis duritia stipatus, vt omnes pacis cõditiones spernat, meritò causam suam ante iudi-

C cem dicet: Ostenderq; se nihil inter mississe eorũ, quæ facere tenebatur. Tu verò nec Deo iubenti, nec proximo humiliter postulanti, audire volens, meritò iudex Dei vices gerens, te ministro, nempè Diabolo, qui mittat te in æternarum pœnarũ carcerẽ, tradet. Vnde, *Nõ exies donec, reddas nouissimum quadrantem.* Ex qua appositissima similitudine, duas præcipuas rationes Dominus affert, quibus is, qui offensus est, offendenti citissimè parcere tenetur. Prima sanè est communis nostri itineris consideratio: omnes quidem nos dũ in hac vita sumus, peregrinationem ad curiam illam cælestem, vbi causæ omnium nostrum discindendæ sunt, facimus. Iuxta fidẽ (inquit Paulus de veteris testamẽti sanctis verba faciens) defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & cõfitentes, quia peregrini, & hospites

D *Prima ratio ad componendas lites extra humanã, ciuilem itineris considerationẽ.*

Hebr. 11.

Peregrini sumus in hac vita.

A & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicũt, significant se patriã inquirere. Hac prima cõsideratione docemur, nos debere præstare omnia officia, & obsequia, quæ iter agẽtes ad inuicem, dum in via sunt, exhibere solẽt, mutuò se se ad omnia fauent, quò simul tandẽ iter perficiãt, & ad optatã regionẽ, peregrinatione fœliciter expedita, perueniãt. Vç soli, quia si ceciderit nõ habet subleuantẽ se, & optimi sunt duo, quàm vnus, quibus est merces bona labor ipsorum. Quid (obsecro) is qui tecũ pacem inire cõtendit, aliud in huius vitæ peregrinatione facere nititur, quã re in odium prolapsum ad statũ pacis, & trãquillitatis erigere, & ad patriã secum cælestem deducere? Si verò veniã ex animo petenti concedere recusaueris, iam nõ cõtra offendẽtem, qui nihil eorũ quæ facere tenebatur, omisit, sed contra te offensum, qui nõ Diuinis acquieuisti mãdatis, tella vertentur. Hùc pertinet illa parabola, quã Dominus posuit

C de homine rege, qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis. Is qui cõserno centũ denarios remittere noluit, in carcerẽ tandem ob duritiã, quam erga confratrẽ habebat, coniectus est, donec vniuersum persolueret debitũ. Hac pœna dignus est, qui fraterna debita dimittere recusat. Vt autẽ certiores simus, de quibus Dñs voluerit debitis intelligi, conclusit parabolã, sententiã ferens: Sic (inquit) Pater meus cælestis faciet vobis, si nõ remiseritis, vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Hęc secũda ratio est, qua Dñs suader ei, qui offensam passus est, vt citò cõdonet,

Obsequia, quæ iter agẽtes, dũ in via sunt, exhibere alijnicem solent, nos erga proximos facere oportet.

Ecclia.4.

B

Offensus, qui veniam petẽti fratri negat, cõtra se telã conuertit.

Infrà 18.

Matth. 18. & 35.

D & veniã concedat, qui si nõ fecerit, A tradetur iudici: ad altare vnde discessit, vt fratri suo reconciliaretur offẽdẽs, reuertetur, qui ante supremũ illum iudicẽ causam proponet, ostẽdens, se nihil prętermisisse eorũ, quę facere tenebatur: tu verò corde obduratus veniam cõcedere noluisti, ob quod iusto Dei iudicio, ministro, nẽpè Dæmoni, & in hac vita, & in alia tradẽdus eris, qui in teterrimo conscientiæ carcere funibus tuorũ peccatorũ cõstringet te in hac vita. Nã qui proximi errata nõ dimittit, qua mẽte sua peccata dimitti spera- B bit? Vero, & nõ ficto corde veniam postulãti, vero, & nõ ficto corde propter Deũ statim concedẽda est. Rupertus in hũc locũ affert factum Dauid cõtra Semei: Verũtamẽ (inquit) nõ propter hæc iniustus inuenitur in facto suo Dauid, ad quẽ venit Semei, qui maledixerat ei, & prostratus dixit: Ne reputes mihi Dñe mi iniquitatẽ, nec memineris iniuriam serui tui: Agnosco enim seruus tuus peccatũmeũ. Et tunc quidẽ dixit Dauid: Nõ morieris, iurauitq; ei. Sed C postquã iã appropinquassent dies, vt moreretur, dixit inter cętera filio suo Salomoni. Habes quoq; apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima, quãdo ibã ad castra, vir autẽ sapiẽs es, & scies quæ facies ei, deducesq; canos eius cũ sanguine ad infernos. Nõ inquã iniustus in hoc facto inuenitur Dauid, quia nõ vero corde recõciliationẽ quæsiuit Semei, nõ prę desiderio iustitię pœ- D nituit, quia rex quẽ oderat in corde, cui profugiẽti maledixit iterũ in regno sedẽs salutauit. Hæc Rupert.

Secunda ratio, vt læsus offensam condonet, quia tradendus est iudici.

Rupert.

2. Reg. 19.

3. Reg. 2.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

27 A Vdistis, quia dictum est antiquis: Non

27 Audistis, quia dictum est, &c. Cum homo duas passiones, sibi maximè naturales habeat, nempè irascibilem, & concupiscibilem, vtrasq;

Ee Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo.20.c.14 Eccli.47. d.25. A Dominus temperare, & reprimere volēs, docuit quid circa iræ paſsiones maximè cauēdum Chriſtiano homini eſſet. Iam quid ipſe erga concupiſcibilem potentiam ſeruare, omninò teneatur, oſtēdit, dicens: *Audiſtis, &c.* Legem adimplere venerat Seruator noſter, legiſq; veteris ordinem in noua, quam iā tradit: ſequitur. Poſtquam enim in lege dixiſſet: *Non occides, ſtatim appoſuit: Non mœchaberis.* Ita quoq; in Euangelica lege, poſt primi mandati perfectionē, lōgè, lateq; inſtitutam, & in ipſo perfectionis culmine cōſtitutā, oſtendiſſet: ad ſequentē de concupiſcentia, quæ intra viſcerum penetralia latet, reprimendā ſe ſe conuertit, vbi tanquam primariam theſim legem adducit veterem, quæ ſic habet: *Non mœchaberis.* Nomine Mœchię adulterium intelligimus. Adulterū autem quid ſit, ſatis ex ipſa vocabuli ſignificatione liquet, videlicet, ad alterius torum acceſſio, nempè cum alter coniugum alij cuiuis quā coniugi permiſcetur: ſiue quicunque, vel viri, vel mulieres, qui ſoluti coniugio ſint, cum ijs qui matrimonio ſunt iuncti, rem habuerint. Sub adulterij autem appellatione, reliqua omnia carnis vitia, omniſq; illicitus Veneris vſus omninò prohibetur. Nec oportebat omnia illa ſpurca Veneris exercitia latè exprimere, ob honeſtatem, quam ſacrę profitentur literæ. Cum enim præceptū hoc vnum, ex decim illis ſit, quę cuiuis hominū generi futura erāt vulgatiſsima, compēdio opus fuit, neq; (vt iam dixi) vtile erat, ſingula peccata, quæ per carnem fiunt, explicari, ne forte docerentur homines vitia, quæ neſcirent. Vbi concionatores inſtituuntur, quāta vti teneatur prudētia, dum vitia carnis arguere nituntur, ne dum vitia reprehendunt, audi- C, tores ad vitia ſtimulent, ea imprudēter docēdo, quæ nunquam antea ne ſomniaſſent quidē.

Infrà.18.c.8 Marc.9. d.47. B

Mœchię nomine adulterium intelligitur.

D

Adulterium quid.

Adulterij nomine, omnis illicitus Veneris vſus interdicitur.

Nō mœchaberis. 28. Ego autem dico vobis, Quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.

29. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abſte: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. 30. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abſte: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totū corpus tuum eat in gehennam.

Quàm graue autē adulterij peccatū ſit, vel ex eo liquet, quòd adulteros lapidare præceperat Deus. Et quod longè grauiùs, & magis timendum eſt: Adulteros (inquit Paulus) Deus iudicabit. Itemq;, Adulteri regnū Dei non poſsidebunt. His tamen D 1. Cor. 6. interminationibus contemptis, videntur facti homines perſimiles equis in equas infanientes, atq; in primis ij, quibus Deus facultates, atq; opes liberaliſsimè cōceſsit, diſſolutiores hac in parte cæteris magno cum ſcandalo totius Reipublicæ facti ſunt. De quibus Dominus per Hieremiam conqueritur, dicēs: Saturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur, equi

Adulterij grauitas.

Leuit.20.

Hebr.13.

Adulterium, quam graue malum.

Hieron. in c.5. Ezech.

A equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſq; ad vxorē proximi ſui hinniebat. Videte verò quanti hoc faciat Deus, ſequitur enim: Nunquid ſuper his non viſitabo (dicit Dominus) & in gente tali non vlciſcetur anima mea. Ob eiuſmodi fœda facinora, diluuiū ad vniuerſam terram abſoruēdam immiſſum fuit. Nam cū vidiſſent filij Dei filias hominū, quòd eſſent pulchrę, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; Dominus: B Nō permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Et paulò inferiùs: Videns autem Dominus, quòd multa malitia hominū eſſet in terra, & cūcta cogitatio cordis intenta eſſet ad malū omni tēpore. Pœnituit eum, quòd hominē feciſſet in terra. & prę cauens in futurū, & tactus dolore cordis intrinſecus: Delebo (inquit) hominem, quē creaui à facie terrę ab homine, vſq; ad animātia, à reptili vſq; ad volucres cæli: pœnitet enim me feciſſe eos. Ex his omnibus verbis, ſi benè perpendantur, luce ipſa clariùs videre poſſumus, quā graue malū adulteriū ſit. Hoc enim peccatum Diuinū ſpiritum hominē ad vniuerſa dirigētem expulit, hoc peccatū, cordis ianuam ad vniuerſa vitiorum genera patentiſſimam aperuit. Hoc ſolum peccatū ipſum Deū ad pœnitentiam (quòd hominem feciſſet) impullit. Hoc peccato, tāquā mucrone acutiſsimo, Diuinum cor D grauiſsimo dolore confoſſum fuiſſe, teſtatur ipſemet Deus. Hoc tādē peccatū effecit, vt non modo in humanū genus ira Dei ſæuiret, verùm in cunctis terræ animantibus vltio Diuina aquis diluuij vniuerſa vaſtādo ſe ſe proderet. Opus enim erat aquarum illuuie, quæ tantas ſordes abſtergeret. Nonne Sodomā, & Gomorrham vrbes florentiſſimas, in cinerē redegit, adeò vt nec ruina quidē ſuperſit, illorumq; incolas exter

Gen.6.

Nolim Deum nos vnicuiq; Veneris peccata explicare, ne forte doceremur ea nobis ignorata.

Concubitus præter naturā, vitia carnis inter-pretatur.

Adulterium, quam graue malum.

Gen.19.c.24

nis cruciatib⁹ deſtinauit, quòd ſcor A tationibus, & ſtupris vacarent, quēadmodū teſtatur Apoſtolus Iudas: Sicut (inquit) Sodoma, & Gomorrha, & finitimę ciuitates, ſimili modo exfornicatæ, & abeūtes poſt carnē alterā, facti ſunt exemplū, ignis æterni pœnā ſuſtinentes. Nonne viginti tria millia de filijs Iſraël plaga diuinitùs immiſſa ob fornicationē cū filiabus Moab perijſſe legimus? Quod exemplū Paulus nobis intuēdum proponit: Neq; (inquit) fornicemur, ſicut quidā ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti B tria millia. Hęc enim omnia in figura contingebāt illis. Scripta ſunt autē ad correptionem noſtrā, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Nec dubitat etiam Apoſtolus ſcortatores regno cæleſti excludere, & inferni pœnis mācipare, cum inquit, Neq; ſcortatores, neque adulteri, neq; molles, &c. regnum Dei poſſidebunt. Et alibi: Scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus etiam, non habebit hæ- C reditatem in regno Chriſti, & Dei. Rurſus ad Hebr. 12. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. His Diuinis cōminationibus perterriti, omnia fornicationū genera, tanquā à peſte fugere omninò tenemur. Vt ergo homines, qui philoſophiam Chriſtianā profitebātur, nō modò ab adulterio in omni, tàm naturali, quā ſcripta lege prohibito, arcerentur, & perfectā cordis mūditiā ſectarentur, non modo adulterium, verū D omnes carnis cōcupiſcentiā ex corde humano tollere, niſus eſt Dominus dicens: 28. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c.* Sicut enim Chriſtus ſuperiori præcepto, homicidij radicem, iram nempè excidit, ita hîc quoq; adulterij matrem, quā concupiſcentiam eſſe ſcimus, impudicumq; conſpectum eradicat. Id ſanè, quod in homicidio eſt iraſci,

Num.25.d.1

Ex fornicatione quæ mala ſuboriantur.

1. Corin.10. b.8.

1. Cor. 6.

Epheſ.5.

Hebr.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hoc quoquè in adulterio concupiſcere eſt, & quod illic eſt dicere *Raca*, vel *Fatue*, hic eſt, oculos paſcere, & horum illecebris alios ad impudicitiam allicere. Vnde conſtat etiã Dominum prohibere vniuerſa illa, quę vel excitant, vel nutriunt animi libidinẽ, & concupiſcentiã, qualia ſunt, verba impudica, laſciuæ hiſtoriæ, ſpurcæ cãtilenę, imagines indecorę, deinde oſcula, tactus, cogitationes, & potiſsimum crapula, ebrietas, deſidia, otium, ſomnus, & ſi quæ ſunt ſimilia. His etiã Chriſti verbis obſeruare licet, quòd non ſolis viris, ſed etiã mulieribus, quę impudẽtiùs interdum, quã viri nutibus oculorum extento collo (teſte Iſaia) incedunt, loquutus eſt Dominus. Communes enim leges omnibus præſcribit, & cũ capitis loquitur toti profectò corpori, haud dubiè, admonitio fit. Vir quidẽ caput eſt mulieris, & in Chriſto non eſt mas, nec fœmina, ſed omnia vnũ eſſe conſtat. Quis nõ videat his exulceratiſsimis temporibus mulieres, quas, & pietatis ratio, quæ ad illas maximè pertinere deberet, & muliebris pudor, qui eas intra honeſtatis limites cõtinere debuerat, longè viris ipſis impudẽtiores eſſe: totũ enim illarũ ſtudiũ in irretiendis viris, atq; ad ſui concupiſcentiã pronocãdis, innitũ videtur. Quid enim volunt pictæ genæ, & fucus faciei illitus: pectus apertũ, exquiſitiſsimus veſtiũ nitor, quid illa ad feneſtras, & ianuas cõmoratio, & cuiuſq; trãſeuntis obſeruatio, ac frequẽs colluctio, quid (inquã) hæc volũt aliud, quàm vt obuio cuiq; placeãt? Placere verò illud nonne mox ad concupiſcendũ inuitat, quæ concupiſcentia, & eorũ, qui concupiſcunt mortẽ parit, & earũ ipſarum quæ concupiſcendi fomẽta præbuerũt? Quòd ſi nemini placuerint, cõcupiſcentiæ tamen fomenta miniſtrarunt, quod ad peccatũ exequendum ſufficiebat.

Omnia, quæ animi libidinem excitant interdicit Dominus.

Mulieres, etiam his verbis: Non concupiſces, &c. hortatur Dominus. Iſa. 3.

Mulierum noſtri temporis impudentiam arguit author.

Mulierum ornatus nimius, & fucatio taxantur.

Mulieres concupiſcentiæ fomenta miniſtrant ex quibus peccat.

Venenum enim præparauit, quid etiã ſi nullus inde bibat? Vult itaq; Dominus vniuerſam, tàm virorum, quàm mulierũ Rempublicam reformare, & ad perfectionẽ, quã lex præſtare nõ potuit, deducere. Quod, vt exactiſsimè fiat, oportet Euangelicũ hominem, omnia ipſa mala ab radice euellere, quę radix in corde deliteſcit, alioquì, dum vitioſa radix perdurat, nihil ab eo homine mundũ valet expectari, cuius rei exemplũ ab agricolis accipi facilè poteſt, qui niſi ab radice mala gramina euellant, nunquam abſcindendi, & amputandi finitur labor, & ſemper eadem gramina reuireſcunt.

Eſt circa Chriſti verba iam dicta, quæſtio, quæ facilè animũ cuiuſuis mouere, & in maximã admirationẽ inducere poſſet, quæ talis eſt. Si Seruatoris intẽtio in illis verbis: *Amen dico vobis, non veni ſoluere legem, ſed adimplere*, ea fuit, vt ad perfectionis culmẽ legem deduceret veterẽ, quid (obſecro) perfectionis veteri legi addidit, concupiſcentiam hoc mandato: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, &c.* cohibendo? Lege enim cautum erat, ne quis proximi vxorem concupiſceret, hic quid aliud quã mulierum concupiſcentiã prohibet? Quod ſi vim vocis, nempè *Mulierem*, conſideremus, in ſacris literis, pronupta, & vxorata frequẽtiùs accipitur, quàm pro ſolutа, & nulli tradita viro. Hinc manifeſtum eſt, vbiq; mulieris concupiſcentiã prohibitam eſſe. Verùm enimverò prædictis verbis: *Qui viderit mulierẽ, &c.* maximam perfectionem veteri legi Chriſtus addidit. In decalogo nãq; licet prohibita fuerit cõcupiſcẽtia, erat tamẽ manifeſtè vxoris alienæ, ita vt Iudæi ignorare nõ potuiſſent, quin eiuſmodi cõcupiſcentia ipſis illicita fuerit, non tamen cuiuſuis mulieris concupiſcẽtiam interdici ipſis credebant, Dominus autẽ hoc præcepto

Seruatoris author, ſi vniuerſam, ti virorũ, quàm mulierum Rempublicam reformare literat.

A mulis reditur ad ea quæ coeliabat.

Exodi. 20.

Iudæi Dominum docuit, machiæ crimen incurrere, qui mulierem, cuiuſuis cõditionis cõcupierit.

Iudæi, hoc præceptum, Non concupiſces, &c. ſimiliter intelligebãt.

Habet verbis, Ad concupiſcendum, præpoſitio, Ad, cõcupiſcentiæ adjici poteſt.

De concupiſcentia deliberate loquitur Dominus, quando ait iã mœchatum eſſe in corde ſuo.

A præcepto implens, & perficiens legem: docet etiã concupiſcentiã cuiuſcunq; mulieris non ſuæ, nec adhuc viro traditæ, mœchiæ, & fornicationis crimine teneri apud Deũ. Quia ergo Iudæi præceptũ hoc malè intelligebãt, credentes de ablatione alienæ vxoris (teſte Auguſtino) vel deſignis externis concupiſcẽtię, nẽpè oſculis, & tactibus (vt vult Lyranus) Deum locutũ fuiſſe: propterea mandatũ hoc appoſuit. Vel forſam putarunt Iudæi internam cõcupiſcentiã, ita prohibitã eſſe in lege, vt licet offenderent eã tranſgrediendo, non tamẽ adeò grauiter, vt mœchiæ, & fornicationis crimen incurrerent, cũ maximè videant diuerſa eſſe decalogi præcepta: *Non mœchaberis*, & *Non concupiſces vxorem proximi tui*. Ex dictis manifeſtum patet hoc ſuo præcepto: *Omnis qui viderit mulierem, &c.* Dominum dupliciter legẽ perficere voluiſſe. Tum addẽdo, hoc legi, ac docendo, quòd ſola cõcupiſcẽtia hominẽ mœchiæ, & fornicationis reum faceret. Tum etiã, docẽdo, quòd non ſolũ vxoris alienæ cõcupiſcentiã prohibebat, verũ etiam cuiuſcũq; mulieris, etiam eius, quæ nullius eſſet vxor: ideò abſolutè dixerat Dominus: *Omnis qui viderit mulierem*, ſiue alterius ſit vxor, ſiue non vxorata ſit, ſi ad cõcupiſcendũ viderit, ſciat ſe adulterij crimine teneri. Præpoſitio illa, *Ad*, dupliciter accipi poteſt. Primò, vt cõſecutiuè accipiatur, ita vt ſenſus is ſit: *Qui viderit mulierem eo animo, vt inde concupiſcẽtia exoriatur, mœchatus eſt in corde ſuo*. Verùm non de quacunq; concupiſcentia ſententia lata eſt, ſed de perfecta, & deliberata: ſi videt eo animo, vt in concupiſcentiã exardeſcat, iam deliberata, & perfecta iudicatur, quæ hominẽ adulterũ conſtituit: ſi verò ex hoc quòd mulierẽ vidit, concupiſcentia inſurrexit, nõ inde adulterium cũmiſſum eſſe cõſtat: nam D. Hieron. teſtante, qui viderit mulierẽ, & inde ſequutũ eſt, vt anima eius titilata fuerit, hic propaſsione percuſſus eſt. Si verò conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit, ſicut ſcriptũ eſt à Dauide: Tranſierũt in affectũ cordis, de propaſſione in paſſionẽ tranſiſſe, & peccatũ cõmiſiſſe certiſsimũ eſt. Nam huic, non volũtas peccandi, ſed occaſio defuit. Secũdo modo præpoſitio *Ad*, accipi poteſt, vt finalis, ita vt ad concupiſcendũ, idem ſit quod videndo nullum aliũ ſibi præſcribat finẽ, quàm concupiſcere. Sic erit ſenſus: *Qui ad hoc viderit mulierem, vt inde concupiſcẽtiam eius in ſe accendat, iam mœchatus eſt in corde ſuo*. Hoc modo interpretantur hunc locum, Auguſtinus, Hieronymus, & Chryſoſtomus, & reuera verba ipſa exigunt, vt hoc modo intelligãtur. Sic ergo non omnẽ mulieris cõcupiſcentiã damnauit his verbis Dñs, ſed eam tãtum, quę affectu deliberata, & procurata eſt, quã etiam Phariſęi ipſi pro minimo legis mandato proponebant, cũ enim eam vincere non potuiſſent, minimũ peccatum iudicabant, concupiſcere vxorem proximi: tamen Chriſtus pro grauiſſimo mãdato ponit, & qui poſt concupiſcentias ſuas eunt, grauiſsimũ peccatum eos cõmittere cõſtat: nam licet ſola concupiſcentia, nemi nem lædere poſsimus actu, Deũ tamen offendimus, qui dixit: *Non concupiſces*. Necnon, & proximum ipſum, quẽ corde, ſicut nosmetipſos diligere tenemur. Vult itaq; Chriſtus nos acriter contra concupiſcentiam pugnare, quos poſteà Spiritu ſancto vngendos parabat, cuius virtute concupiſcentiam omnem tẽperare poterant, & ratione ſubijcere. Cum ergo tantum malum ex incauto oculorum viſu nobis impendeat, interioris videlicet hominis, qui verus homo eſt, interitus, cuſtodia ingens eſt oculis adhibenda, &

Propaſsionẽ percutitur, qui vxẽ mulierẽ eius animatitiat. Pſal. 72.

Præpoſitio, Ad, vt finalis accipi poteſt.

Quæ concupiſcentia dãnata fuerit à Seruatore noſtro.

Qui Chriſti ſunt, contra concupiſcentias pugnare debent.

Oculorum cuſtodia adhibẽda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tandiu cohibendi oculi sunt, donec discant, secũdum rationis imperiũ, officio suo fungi. Videte verò hominum segnitiem, aut stultitiam potius, non certè audent homines, licet robustissimi sint, equo vti, nisi domitus priùs fuerit, ne feroci endo mortem sessori asciscat, & nondum domitis sensibus, tàm temerè, ac sine vllo iudicio, aut circunspectione eis abutuntur, quis abusus nõ temporariam, quod multo esset læuius, sed æternam mortem parat! & vbi metus solius corporeæ mortis imminet, circunspectissimi sumus, vbi verò totus homo sempiternis ignibus est tradendus, nulla adhibetur consideratio. Si ergo tã sumus stupidi, vt cum ratione vti aspectu oculorũ nesciamus, summo studio abstinendum nobis est à mulierum aspectu, metu concupiscendi. Quod quidem Sapiẽs admonebat cum diceret: Virginẽ ne conspicias, ne fortè offendaris in aspectu illius.

Circũspectio potius adhibenda circa mortem spiritualem, quam corporalem tuendam.

B

Eccli.9.d.5.

Et idẽ: Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Atq; idem Sapiens: Non concupiscat pulchritudinẽ eius cortuũ, ne capiaris nutibus illius. Imitãdus est ferio sanctissimus Iob, qui de se dixit: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quãta enim mala ex incauto oculorũ aspectu suboriri solcãt, testis fidelissimus Regius Propheta fuit, qui Bethsabee lauantẽ se videns, semel in corde mœchatus, in opere tandem adulteriũ commisit, quod etiam homicidio copulauit.

Eccl.25.d.28

Prouer.6.

C

Iob.31.

2.Reg.11. d.13.

D Quare, queso, Ruben Diuinã, & paternam indignationẽ passus est, misi ob incestum perpetratum, quod ex conspectu ortũ habuit, vt ipse testatur, in testamẽto filijs relicto, quod in bibliotecha Sanctorum Patrum circumfertur, tom.3.fo.798. Primũ enim mandatũ quod iam iam moriturus filijs dedit, hoc fuit: Audite (inquit) Ruben patrem vestrum, nõ attendatis in visione mulieris, nec singulariter sitis cum fœmina, quæ est sub viro, nec circunscrutemini operationẽ mulierum. Nisi enim vidissem Ballã balneãtem in cooperto loco, nõ incidissem in iniquitatẽ magnam. Cõcipiens enim mens mea muliebrem nuditatem, nõ siuit me dormire vsquequò operatus sum abominationẽ. Absente enim Iacob patre meo apud Isaac patrẽ suum, existentibus nobis in Gador, proximo Ephrata domus Bethleẽ, Balla erat ebria, & dormiens reuelata iacebat incubiculo, & ego ingrediens, & videns nuditatem ipsius, operatus impietatem, & derelinquens eam dormientẽ, egressus sum: confestim Angelus Dei reuelauit patri meo Iacob de impietate mea, & veniens lugebat super me non ampliùs tangẽs eam. Non ergo attẽdatis pulchritudini mulierũ, nec cogitetis operationes earũ. Sed ambulate in simplicitate cordis, in timore Domini, & laborãtes in operibus, & exercitantes in literis, & in gregibus vestris, donec Dominus det vobis cõiugẽ quã ipse vult, vt non patiamini sicut, & ego. Hactenus Ruben. Multa grauissima contra adulteriũ, & incautum mulierum aspectum tractat, quę studiosus lector ibi videre poterit.

Testamẽtum duodecim Patriarchãrũ.

Bibliot. Sanctor. Pat. To. 3. fol. 798.

Confessio Rubẽ peccatum suum, quod videns Ballam balneantem concupierit eam, & cum ipsa dormierit, & cõcubuit.

C

Parabolice loquitur Christus, iubẽs, vt eruatur oculus dextrus, & abiiciatur.

D

29 *Quod si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue eum, &c.* Parabolicum esse sermonem hunc, ex eo maximè cõstat, quòd Dominus non præcipiat, aut vellit membrorũ corporalium abscissionẽ fieri, cum ipsa mala nõ sint per se, nec ad pietatem obstaculũ faciant. Quòd si dexter oculus extrahendus est, ob aspectum incautum mulierum, quid minus siniſter peccauit quàm dexter, vt intactus relinquatur? Est ergo parabolica loquutio, sumpta occasione eorum, quæ antea dixerat de oculo: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.*

Contra

A Contra quam sententiam audiẽtes obijcere poterãt. Quis hominũ poterit adulterij reatum effugere, cũ facilimè ex conspectu mulieris animus cuiusq; in concupiscentiã mulieris rapiatur? Huic ergo obiectioni, velut per præoccupationem respondet Dominus: *Si oculus tuus dexter, &c.* ac si diceret: Tanto studio fugienda est omnis concupiscentię occasio, vt omnium malorum genera patienda sint, potiùs quã in eam incidamus. Vt enim inoffenso pede, & citra peccati scrupulum in via Dei incidamus, par est, vt omnia quæ nobis scãdalo esse possunt, quã tunuis chara, quantunuis pulchra, quantunuis vtilia, quantunuis nobis necessaria, è medio totis viribus euellere nitamur. Nemo sanè mortaliũ esset, qui dextri oculi, aut manus etiam dextræ, iacturam facere vellet. Verùm si pro totius corporis salute, expediat illa perdere, quis nõ animo constanti oculi iacturam, & manus pateretur, ne totius corporis iacturam cum grauissimo discrimine faceret. Ita quoq; rationi consentaneum est, vt quicquid offendiculo nobis sit, etiam si tàm charum, vtile, & necessarium, quàm dexter oculus, manusq; dextra nobis sit, illud resecare, abijcere, & è medio tollere nitamur. Idq; præcipuè quãdo periculum imminere videmus salutis, nõ corporis morituri, sed animæ in æternum victuræ. Scriptura sacra, pro dextro oculo, summum amorem alicuius rei demonstrat, eo enim modo etiam Paulus loquitur: Si fieri posset, oculos vestros eruisse tis, & dedisletis mihi, &c. Ita quoq; Deus fidelibus, quos diligit, dicit: Qui tangit vos, tãgit pupillam oculi mei. Hæc igitur charissima, si pro Pauli amore eruẽda, quò magis pro Diuino amore, ne ipsum Deum, quẽ super omnia diligere tenemur, offendamus? Notanter Christus his vtitur verbis, *Erue, Abscinde*, id quod nõ sine magna vi fieri solet, vt doceat nos, quanta vi animi, quantoq; labore, etiam si extrema quæq; mala, & summo dolore patiamur, libentissimo animo perferre tenemur, ne à Diuino amore, vel per horam separemur. Hæc quoq; verba maximam separationem significant: quid enim magis separatũ à terra, quàm quod radicitùs euulsum est? Quid ab arbore quoq; magis separatum, quàm id quod à tota planta abscissum, & in terra proiectum est? Vult Dominus nos edoctos facere, quàm lõgè à nobis omnia salutis impedimenta, quã tunuis charissima, ac pretiosissima nobis sint, esse debeant. Nonne sanctus ille Ioseph hoc fecit, longè se ipsum à domina sua separando, palio in manibus derelicto, ne Deum derelinquere cogeretur? Ita quoq; nos, omnia salutis animæ impedimẽta, eruere, abscindere, & longè à nobis, facere tenemur. His itaq; verbis: *Si oculus tuus, &c.* vult nos docere Dominus, vt vnusquisq; nostrum omnium membrorum suorum abusus comprimat, verba nempè parũ pudica, vagum visum, contactũ lubricum, & quæcũq; similia, quæ pietati sunt obstaculo. Nihil magis curandum est Christiano viro, quàm vt efrenes sensuum motus, & loco comprimat, & fera benè munita custodiat. Quæ feræ, quæ claustra, non essent in re tanti momenti sensibus omnibus admouenda? Sensus enim veluti ianuæ, ac feneſtræ quædam sunt, quibus maior adhibenda cura est, quàm de foribus domorum nostrarum, quas diligentissimè claudimus, & seruamus ob furum, & hostium metum: in illis enim bonorũ, & facultatũ, & ad summum corporis iacturam facere magnopere timemus, sed quæ illa sunt, quę tãdẽ vellimus, nollimus, semel sunt amittẽda, si cũ illis, quibus immortalitas,

Gen.39.

Quanuis mala, & summos dolores perferre tenemur, ne à Diuino amore ad horam seiungamur.

Membrorũ omnium abusus comprimendus.

C

Sensus nostri veluti feneſtræ sunt, per quas mors intrare potest, ideò summa custodia asseruandi.

D

Ezech.4.b.15.

Zach.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A atq; æternitas promissa est, cõferre vellimus? Eæ res ne amittantur, arctissima custodia seruandæ sunt, ne nostra, vel negligentia, vel culpa, mors (quẽadmodũ ait Propheta) intret per fenestras nostras, atq; in animæ domiciliũ ingrediens, omnia ipsius animæ bona diripiat, ipsamq; animã crudelissima morte trucidet.

Hierem. 9. f. 21.

Affectus omnes erga res charissimas animæ nocentes, radicitus euelendi sunt. B

Docemur secundò, vt omnes animi affectus, quos erga res charissimas habemus, & in illis altas amoris radices iam iecerunt, & longos operũ ramos vnà cum fructibus carni dulcissimos emiserunt, radicitùs eruamus, & ramos omnes vnà cum fructus abscindamus: si pietati obstaculum præbeant, nempè vt omne in specie bonum, vt pudicum mulierum aspectum, aut cõtactum, quod è casto amore initium sumere solet, ex corde eradicemus, & longè à nobis faciamus, si scandalum quoquo pacto nobis esse possit vnquã. Et id ipsum facere tenemur, de quacunq; amicorum societate, quam scandalo futuram nobis, & ad pietatẽ impedimentum cognouerimus. Id verò non solum graue, sed iucundissimũ esse deberet: sensus omnes prohibere, præsertim oculos, ab ijs quæ ad peccatum trahere solent, non solum ob ea, quæ hîc Dominus admonet, ne, scilicet, totum corpus coniiciatur in gehennam, verùmetiã ne tanto muneri nobis concesso, erga largitorem Deum ingrati simus, ipsius, videlicet, vsus oculorum, quorum ministerio tam egregias artes, tantam rerum, & scientiarum cognitionẽ assequuti sumus. Quis quæso ram stultè improbus haberi vellit, qui donatus à rege egregio quodam munere, in cænũ proijciat, aut certè in grauem ipsius regis iniuriã cõuertat? Longè certè deterior est, qui oculos, quos ad Deum, & opera sua consideranda accepit, ad lasciuiam conuertit, & in grauissimam Dei offensam exercet. O ter quaterq; miseri, qui vitam hanc sibi datã credunt, vt lasciuiæ ventũ pascãt (vt ait Propheta) & æstũ concupiscentiorũ sectẽtur: quid hoc aliud faciunt, qui totos dies, noctesq; vrbẽ perambulant, vt oculos, atq; aures oblectẽt, ianuas domorũ, atq; fenestras curiosè perlustrantes? Sed hęc missa facientes, ad textũ Euangelij reuertamur.

Ne ingratitudinis vitio laboremus, oculorum custodiam adhibere debemus.

Osee. 12. d. 1.

C

D

EXPOSITIO.

TEXTVS.

31 DIctum est autem: Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. 32. Ego autẽ dico vobis, Quia omnis qui dimiserit vxorem suam (excepta fornicationis causa) facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit adulterat.

Deut. 24. a. 1. Infrà. 19. b. 7 Marc. 10. d. 4 Luc. 16. d. 18 1. Cor. 7. b. 10

31 *Dictũ est autem, &c.* Postquam Dominus perfectionem legis circa, præceptum: *Non mœchaberis, apposuit*, pergit adhuc legem perficere, circa propriã vxorem seruandã: postquam non licet viro, vxorem alienam, seu quancunq; aliam mulierem concupiscere, nec ad concupiscendum eam videre, sub grauissima adulterij mulcta. Docet nunc Dominus quas leges viri matrimonio cõiuncti erga suas vxores seruare teneantur, quas leges hacten⁹ Scribæ, & Pharisęi ignorarunt. Non dixit Dominus, vt in cęteris obseruationibus: *Audistis, quia dictum est antiquis,*

Non est præceptum legis, sed permissio, dare libellum repudij.

Matt. 19. c. 8

Iudei, plurima vitia, ab Ægyptijs mutuati.

Deut. 24. B

Libellus repudij cur, & quomodo permissus.

quis, sed *Dictum est*, vt ostenderet, nõ esse legis præceptum propriam vxorem dimittere, sed tantum permissio, quæ sanè permissio à Mose data fuit, non tamen sine Dei cõsensu, qui obduritiã Iudæorũ permisit eis. Erant sanè durę ceruicis, immisericordes, sine charitate, sine timore Dei, sicut enim hæc, necnon quã plurima alia vitia ab Ægyptijs mutuati fuerant, ita quoq; ab ipsis, vxores suas pro quauis causa, quantũuis lęuissima, abijcere, & omninò relinquere didicerũt. Sicut igitur permisit Deus vsuras, quibus addictissimi erant, vt cũ extraneis vterentur, ne fratres generis sui ab ipsis grauarẽtur: ita quoq; diuortiũ permittere voluit, ne vxores quas odio proseuebãtur interficerẽt. Non igitur tãquã licitũ, sed ad grauiora euitãda mala, permissũ est ipsis. Sẽper enim malũ fuit, ob quãcũq; causam vxorem repudiare, & alteram assumere, immò contra ipsam matrimonij naturam primariamq; eius institutionem. Hæc enim fuit prima matrimonij institutio à Deo facta. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori suę, & erũt duo in carne vna. Ac si dixisset, Tanta amoris vis est in matrimonio, vt omnem amoris naturalis vim, quam erga parentes natura ipsa posuit, in filios lõgo interuallo superet. Item hæc vnio, atq; coniunctio tanta facta est à Deo, vt ambo vnus homo sint, hoc est, vnius animi in prosperis, & aduersis sic facti sunt, vt amplius non possint separari: sicut nec vnus homo diuidi potest vita manẽte, sic nec matrimonium quandiu in viuis agunt: in dissolubilitas igitur de natura est matrimonij. Eò tamen proteruia, & obstinatio Iudæorum venit, vt omnia matrimonij vincula à Deo perpetua firmitate colligata, dirumpere, & confringere nõ vererẽtur: quatenus matrimonij iugum, quod grauissimũ iudicabant, è suis cervicibus excuterent. Moses autẽ eorum ingenia perpendens, ne graviora in suas perpetrarẽtur vxores, diuortium ipsis permisit. Præcepit tamen ne antea vxorem dimitteret quispiam, quàm libellum repudij solenniter daret. *Det ei libellum repudij.* Duo enim in lege hac continebantur, vnũ erat diuortij permissio, alterum erat mandatũ expressum, circa repudij libellum tradendum. *Libellum repudij.* Græcè dicitur vnica voce. *Apostasion*: quasi diceret, diuortionale, seu libellũ diuortij. Huius autem ratio erat, vt dimissæ coniugi libertas daretur (vt quidam volunt) alteri se se viro coniungendi, vel talem, vt priori marito nihil ampliùs in eam iuris relinqueretur. Si rectè perpendere volumus, libelli huius conscriptionẽ, satis lex ipsa à diuortio auocabat, eò quòd durum esset viro, è tali iure se ipsum priuare, cuius in posterum facilè pœnitere eum posset, cum alteri viro potestatem suæ vxoris, & suæ carnis faceret. Deinde (secundum Augustinũ) libellũ repudij dari præceperat, quatenus mora interposita præceps animus secum perpenderet, & consuleret, id quod magis quieti, & pacis amborum expedire videretur, & deposita passione iudicare non debere se temerè suas delitias, suumq; amicabile consortium à Deo, sibi traditum relinquere, & in potestate forsam inimici videre. Hæc de libello repudij.

Duo in lege dandi repudij libellum continebantur, vnum diuortij permissio, aliud mandatum circa repudij libellum.

D. Augustin. Libellum repudij quare præceptũ in lege.

C

Matrimonij natura, & institutio. Gen. 2.

D

Coniugum vnio tanta, vt amplius non possint separari.

Indissolubilitas de natura matrimonij.

32 *Ego autem dico vobis, Quia omnis qui dimiserit vxorẽ suam, &c.* Hanc legem diuortij Dñs perficere volens, multa salutis necessaria, & ad perpetuã pacem, cum honestate coniunctam decernere voluit: vt si qua in parte veteris legis imperfectionem, & nouæ absolutum perfectionis gradum cuperemus in his verbis videre licet. Primum, quòd grauiter statuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est, ne quis maritus vxorē dimittere posset, ob aliam causam quā ob fornicationē: quod si temerè ausus fuerit, ob aliam causam repudiare, iudicet se continuò mechiæ authorem, propter grauissimam occasionem, quam præbuit vxori, alteri se coniungendi, cui sine grauissimo adulterij peccato coniungi nō poterat. Secundum autem, quod Dominus ad legis perfectionem ordinauit, est. Quod nullo pacto liceat demissæ, quantunuis iustè dimittatur, nempè ob fornicationem, quā perpetrata est, alteri nubere, quod in lege veteri facere licebat: nunc verò qui eā sibi matrimonio coniungit, adulterium cōmittit. Quod cum ita sit, manifestum est repudij libellum in lege noua omninò sublatum esse, hoc Diuino mandato, ita vt licet fornicaria sit uxor, quandiù vixerit, nullum repudij libellum poterit eam à viro separare, nec vir conscribere, aut dare potest. Tertium tandem, in hoc Christus veterem legem perficere ostēdit, quòd licet in veteri Testamento, vir poterat dimittere vxorem, non tamen cōtrà vxor virum: in nouo verò Testamento, ita æquales constituuntur, vt non magis vir vxorem dimittere possit, quā vxor virum. Vterq; enim ob solam fornicationis causam alterum, quoad torum dimittere potest. Vinculum tamen indissolubile perpetuò manet, nec vinculo fœderis coniugalis carebit vnquam, etiam si nunquam viro suo reconcilietur, & licet Dominus de muliere apertè hîc nō posuerit, quod possit quoq; dimittere virum, manifestissimum est apud Paulum, qui mulierem, & virum pares fecit, quoad dimissionem, & potestatem sui corporis. Est præterea notandum, quòd licet hîc de adulterio corporis, Christi verba intelligenda veniāt, eò quòd Dominus loquatur de matrimonio fideliū, quorum ambo fidem, & Euangeliū susceperunt: verba tamen D. Paulicogunt nos, vt fornicationem accipiamus pro fornicatione, etiam spirituali, dummodo fornicatio hæc nō per quodlibet mortale peccatū accipiatur, vt quondam D. Augustinus volebat, sed vt posteà in libris Retract. cap. 19. sic se explicās: Pro idolatria, ac infidelitate intellexit: licet simpliciùs sit, textuiq; magis accomodum, his Christi verbis adulterium corporale tantum intelligere, quod tātopere semper Deus abominatus est, ob grauissimam mala, quæ ex adulterio oriri sæpè solent. Hinc zelotypia, inuidiæ, odia, decoctio bonorum, infamiæ persequutio, traditio, homicidia, veneficia, vxoricidia, cæcitas cordis, obstinatio. Adulterium trucidauit Ioannē, misit Ioseph castitatis speculum in carcerem. Generosum quoq; militem Vriam, vnà cum multis alijs, hostium manibus sic obiecit, vt mori tandem coactus fuerit. Samsonem insuper virum fortissimum in potestatem tradidit Philistim, viribus exutum, cæcitate deformem. Salomonē (quo nemo sapiētior vnquā) idolatrare coegit. Dauidem deniq; iustitiæ, & mansuetudinis, singulare exemplar, plusquam trecētorum homicidiorum reum constituit. Tēpus me sanè deficeret, si vniuersa mala, quæ ex adulterij vitio insurgere solent, enarrare voluero. Propter hæc, & grauiora mala (si grauiora esse possunt) adulterium corporale execratus est Deus, adeò vt separationem, & diuortium, quod contra matrimonij naturam est, fieri permittat.

Ob alias quoq; causas diuortium fieri potest. Primò, vt suprà notauimus, si alter coniugum in hæresim prolapsus fuerit, vt patet de diuortijs. C. de illa, & sequenti. Qua de re possumus Seruatoris dicti ii: *Si oculus*, videlicet,

Vir vxorē dimittere non poterat, nisi ob fornicationem, propter occasionem vxoris datam, eū altero mœchandi.

Dimissæ non licet secundas nuptias itterare, ad legis perfectionē.

In nouo Testamento sicut vir, & vxor æquales sunt, vt possit vxor virum dimittere.

2. Cor. 7.

D. Augustin. lib. 1. de serm. Domini in mon.

Adulterium quanta mala parit.

Matth. 14.
Gen. 36.
2. Reg. 11.
Iudic. 16.
3. Reg. 11.
2. Reg. 11.

Diuortij fieri potest ij ob coniugum in hæresim prolapsu fuerit.

Leui. 19. c. 12. Deut. 10. b. 17. Deut. 17. b. 12. Deut. 22. c. 22.

Matt. 5. c. 29 A videlicet, *scandalizat te, erue eum, &c.* & de manu quoq; dextera scandalizante intelligere. Secundò, quando vxor malè sana viro impedimētum est ad virtutē, & è contrariò, quando vir vxorem impedit, ita vt ei nō possit, quin peccato ipsius cōsentiat cohabitare, tunc enim vxor, potiùs quàm pietas deserenda est, quod etiam ex illa sententia: *Si oculus tuus, &c.* facilè colligi potest: necnon ex sententia Christi: *Qui non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, &c.* intelligi datur. Tertiò, si Ecclesiam audire noluerit: nam qui tale perpetrat crimen, tanquam Ethnicus, & Publicanus habendus est. c. nouit. de iudicijs. & post trinam admonitionem vitandus, si admonitus corrigi noluerit, accedente tamen Ecclesiæ iudicio, sine quo nec ob fornicationem dimittenda est. Quartò etiam dimitti potest coniux, ob mariti æquitiam. Dolendum sanè est id, quod nostro hoc seculo vxorati facere solent, qui cum vxores dimittere non possint, eas retinent quidem, sed tàm crudeliter tractant, vt longè melior iudicari possit, ab Ecclesia diuortium quàm detentio. Nam longè vtilior est conditio earū, quæ repulsam patiuntur, quàm quę retinentur, tàm graues, & crudeles sunt in eas, vt potiùs plagiarij, quàm mariti dicendi sint: quod quā ægrè ferat Deus per Malachiam cap. 2. ostē

Diuortium eis fieri potest, quando mulier malè sanæ viro impedimentum est ad virtutem, & è contrario.

Leui. 19. c. 16

Item si Ecclesiā audire noluerit.

C. nouit. de iudicijs.

Mariti iniquitas erga vxores.

Malachiæ 2.

B dit, dicēs: Hoc rursum (inquit) fecistis, operiēdo lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu (videlicet vxorum, quæ lachrymantes veniunt ad altare meum, vt conquerātur de iniuria). Sequitur, ita vt nō aspiciā vltra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra, & dixistis quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam despexisti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui, hoc est, perpetuo tibi fœdere cōiuncta. Et videte id quod Dominus in Euangelio dixit: Ab initio non fuit sic: idem ipsum Propheta cōmemorat: Nonne vnus (inquit) fecit, & residuum spiritus eius est? & quid vnus quærit, nisi semen Dei? Custodite ergo spiritū vestrū, &c. Fecit sic, quia plus spiritus erat in illo, & quid vnus quærebat, nisi semē Dei? Hoc est, Adæ non fuit ita constitutum, vt sic faceret, nec fecit, sed cum plus haberet spiritus ingenuitatis, vxorem non voluptatis causa habuit, sed vt semē susciteret ex ea. Duo ergo in eis reprehēdit, & quod non consortes tori agnoscerent ac socias, & quod non susciendę prolis, ob quam coniugium fuit institutum, sed voluptatis causa vxores haberent. Concludit itaq; Propheta, dicens: Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescētiæ tuę noli despicere.

Matt. 19. b. 8

EXPOSITIO.

TEXTVS.

33 ITerum audistis, quia dictum est antiquis: Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, Nō iurare omninò

33 *ITerum audistis, &c.* Iam Dominus pergit suā veteri legi addens perfectionem, id quod antea fuerat pollicitus, vbi non fine graui causa, verbum antiquorum repetere voluit, dicens: *Audistis, quia dictum est antiquis.* Quib⁹ nos verbis admonere pergit, quid deceat, ac statui nostræ cōditionis expediat, nempè vetera iā omninò relinquere, & noua sequi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſequi : veteribus enim tanquam infantibus, multa permittebantur, quæ adultis iam viris relinquenda, & omninò abijcienda ſunt. Cũ eſſem paruulus (inquit Paulus. 1. Cor. 13.) loquebar vt paruulus, cogitabam, vt paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erãt paruuli. Iã vetera antiquata ſunt, en noua facio omnia. Conſtituerat antea Dominus, virum Chriſtianum in perfectionis ſtatu, quem ſequi oportebat erga proximum Deo chariſsimum: docere iam incipit, quid erga Deũ ipſum agere teneantur, videlicet, quo reſpectu, qua reuerentia, quanto cum timore, & tremore ineſabile Dei nomen ore proferre debeat. Ait ergo, dictum fuiſſe antiquis per Moſen, non eſſe peierandum, quod mandatum legimus Leui. 19. vbi ſic habet: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomẽ Dei tui: ego Dominus. Pro quo Hebræa ſic habent: Non iurabis in nomine meo falsò, vel in falſitate, Ego Dominus, ideſt, cum ego ſim Dominus, quem nihil latet. Iurare autem falso, idem planè eſt, quod peierare, & peierare eſt nomen Domini turpiter polluere. Quibus verbis antiqui illi Hebræi iuramenta ipſis permiſſa putabant, dummodo vera iurarẽt, & perſoluerẽt Domino ea, quæ iuraſſent, hoc eſt præſtarent, quæ iureiurãdo eſſent pollicitiri: ita tamen, vt promiſſio illa æquaſit, non quemadmodum Herodes fecit, qui, quoniam iureiurãdo, aſſeuerauit ſe facturum, quicquid ſaltatricula illa poſtulaſſet, Ioãni Baptiſtæ caput amputari iuſsit: hoc eſt enim quod lex iubebat: *Reddes Domino iuramenta tua.* Eſt enim ſenſus: *Quod iuraſti*, id perſolues, veluti Deo debitum, vt ſit explicatio eius: *Non periurabis.* Laudabiles erant tempore legis, qui per Deum iurabãt, ſic enim præceptum erat, Dñm Deum timebis, & illi ſoli ſeruies: & per nomen illius iurabis. Et Dauid teſtatur, eum in tabernaculo Domini aſcenſurum, & habitaturum, qui iurat proximo ſuo, & non decipit. Itẽ, Laudaburtur omnes qui iurant in eum. Periurum itaq; Iudæis prohibitum erat, iuramentum verò permiſſum. Quare (obſecro) permiſſum ipſis erat in Deum iurare. Quia propenſiſsimus erat populus ille ad iuramenta facienda, ſicut enim permiſit Deus Iudæis, libellũ repudij dare ob duritiam cordis eorum, ſicut etiam fœtore, & nidore victimarũ coli præceperat Deus, licet tãtæ maieſtati ſatis indignum eſſet, voluit tamen hoc ſacrificiorum genere cultum ſibi exhiberi, eò quod rudis ille populus ad idololatriã nimis propenſus erat, qui ſi omninò à ſacrificijs arceri non poterat, non tamen idolis, ſed Deo viuo, & vero ſua tandem offerret ſacrificia. Ad eundem ergo modum Iudæis ad iurandũ admodum facilibus, permiſſum eſt per Dei nomen iurare, ne ſaltim per ſimulachra iurarent, & tamen non aliter permiſſum eſt, quàm rei neceſſitate poſtulante, quod ſi grauis illa vrgebat

1. Cor. 13.

Isai. 43. c. 19

Nomen Dei qua reuerentia proferendum.

Leuit. 19.

Peierare quid.

Hebrei anti qui quare iuramenta ſibi licere putabant.

Matt. 6.

Iuramentum vt aliquando exigatur, & quando vt primum inſtituſ.

Iurantes per Deum in veteri lege laudabiles.

Deut. 6.

Doctrina Chriſti interna hominẽ transformat.

Pſal. 14.

Pſal. 62.

Iurare in Deum, quare permiſſum in lege vetere.

Non iurare omnino quare præcipit Dominus.

A vrgebat neceſsitas: tunc quidẽ magnacũ reuerentia iuramenta dare ſolebant. His itaq; conditionibus iurare licebat, nempè grauiſsima ingruente neceſsitate, & id quidem magna cum reuerentia, & honore. Hæc tandem erat Phariſęorum, hac in parte, iuſtitia, vt non peierarent. Verùmenimverò Chriſtus abſolutæ, & perfectæ iuſtitiæ aſſertor, oſtẽdere volens, quàm procul abeſſent Phariſæi ab ipſa perfectionis mera, non tantum periurium damnat, & B execratur, quod & lex quoq; faciebat, ſed, & ſuis diſcipulis indignum omninò cenſet, quomodolibet iurare, etiam ſi Deo iuramenta exactiſsimè reddant, & verũ teſtentur, & iurẽt. Idq; facit Chriſtus duplici potiſsimũ ex cauſa. Inprimis, quòd ſanctiſsima ipſius doctrina ea ſit planè, quæ internum hominẽ, hoc eſt, animum trãsformat, non externam illam iuſtitiã, quę ex lege eſt, ſtatuẽs, ſed interiorem innocentiam in ſuis requirẽs diſcipulis, qua vnuſquiſq; C quod ſibi fieri cupit, alteri ex animo præſtet, & quod ſibi fieri nolit, in alterum cõmittere non audeat. Nunc quorſum attinet iurare, ſi nemo Chriſtianorum ſit, qui audeat proximum in negotio circumuenire, etiam ſi impunè id facere poſſet? Si nemo alteri diffidat, ad quid iuſiurãdum expoſcet? Si quiſq; quod ſimplici verbo dixit, nõ minori fide, ac D religione ſeruat, quàm ſi iuſiurandũ intercedeſſet, quid iuramentum vtilitatis afferet? Vult quoq; Dominus malorum radices penitùs euellere, & peccati conſumationem præuenire, ideò in ipſo peccati initio vitium ampurat, dicens: *Ego autem dico vobis, Non iurare omninò.* Sicut enim vetùs lex dicebat: Nõ cõmittes adulterium: Dominus verò, non concupiſces: Lex non occides. Dominus ne iraſcendum quidem: ſic, & hoc loco, contenta erat lex iuramento, modo quis ſanctè iuraret. Dominus A verò omnem peierandi occaſionem amputat: nam quiſquis iurat, grauiſsimo periurij periculo ſeſe exponit: ſæpè enim euenire ſolet, vt homo ob mẽtis imbecillitatẽ, ob obliuionem, ob ſenſus fallaces, id putet ſe facilimè præſtare poſſe, quod minimè valet exequutioni mandare. Qui verò omninò non iurat, peierã di periculum euaſit. Et profectò ſi homines ſaltim famæ, vel honori ſuo, generoſè ſtuderẽt, indignarentur iuramẽto quicquam affirmare. B Quam enim ob cauſam iuras? Nonne quia vereris, ne is, qui cum loqueris, verbis tuis fidem non adhibeat? Ecce iam ipſe te ſuſpectũ facis, quaſi qui non ſatis idoneus ſis, cui fides habeatur, ſimpliciter quippiam, vel affirmanti, vel neganti, hanc ergo ignominiam, quam ipſemet tibi accerſis, tũc demũ auferes, ſi rem, vti eſt, ſine iuramento proferas.

Fuerunt autẽ, qui aſſererent Chri C ſtiano homini omninò, quacũq; ex cauſa, iurare non licere, atq; adeò damnabile eſſe iurare, innixi his Domini verbis, & ex ſimili Iacobi loco: Ante omnia autẽ, fratres mei, nolite iurare, neq; per cælum, neq; per terram, nec aliud quodcunq; iuramentum: ex quibus verbis quidã hæretici olim dicti Vvaldẽſes, ſicut, & hodie Anabaptiſtæ collegerunt, iurare, non licere viro Chriſtiano, quomodolibet, & quacunq; cauſa fiat. Id quod etiã lõgè antea Pelagia D ni, teſte Auguſtino, docebãt. Verũ hunc errorẽ ſatis multi cõuincunt. Primò enim, Deus ipſe ſæpè in ſacris literis iuramẽto multa teſtatur: Iurauit Dominus Dauid veritatẽ, &c. Per me meripſũ iurauiſ (ait Dominus) &c. qui omninò nõ iuraſſet, ſi adeò per ſeſe iuramẽtum malum eſſet, vt ex ſola permiſsione Iudæis iurare licuiſſet. Angelus quoq; in Apocalipſi, iurauit per viuentem in ſecula

Famæ, & honori ſtudentes, nihil iuramẽto affirmare debere, & quare.

Iuramẽta ſuſpectũ ſi reddit.

Iacob. 5.

Vvaldenſes olim, & nunc Anabaptiſtæ dicunt, iurare omninò nõ licere quacũq; ex cauſa.

D. Auguſtini Epiſt. 89. ad 5. Quæſt.

Iuramẽto plura teſtantur Deus, & Angeli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A secula seculorũ. Ante legem etiam Abraham eũ Abimelech iuramẽtũ fecit pro puteo, quem foderat, ideò vocatus est puteus Bersabee, hoc est, puteus iuramẽti. Sed, & D. Paulus, in quo Christus loquebatur, sæpissimè iuramentis contestatur, id quod docebat. Galatis scribẽs, ait: Quæ autem scribo vobis, ecce corã Deo, quia non mentior. Et iterum: Deus, & pater Domini nostri IESV Christi, qui est benedictus in secula, scit quia nõ mentior. Et etiã Romanos instituẽs: Testis (inquit) mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. Et 2. ad Cor. 1. Ego autẽ testẽ Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis non veni vltrà Corinthũ. Et testis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus IESV Christi. Et alibi: Quotidie morior per vestram gloriã fratres, &c. Vbi (teste D. Augustino) contestatio hæc iuramentum est: ac si dixisset, Per gloriam vestram iuro, quòd quotidie morior pro salute vestra: id quod in sequentibus ostendit, dicens: Quã habeo in Christo IESV. Certum est autem, nihil aliud esse per Deum iurare, quàm Deum intestem vocare eorum, quæ dicuntur. En vides iuramenta facere Deum ipsum, & Angeli, Christus quoq;, & Paulus qui Dei nomine abuti nequaquam possunt. Id quod multi dicunt, tantum facere licere, quando ad promotionem Euangelij necessitas expostulat, vt infirmi veritatem, quam iureiurando contestantur, accipiant. Verùm ij iurandi permissionem nimis restringere, & in arctum cogere videntur. Diuus autem Augustinus, qui hanc rem, non tàm ex verbis Euangelij, quàm ex mẽte Christi perpendit, sic determinat. Principio, vt verum esse sa-

Gen. 21. c. 25

Galat. 1.

2. Cor. 11.

Rom. 1.

2. Cor. 1.

Philip. 1.

1. Cor. 15.

C *Per gloriam discipulorũ, qualiter Paulus iurarit.*

Iurare per Deum quid.

D. *Augustin. de sermo. Domini in monte, lib. 2.*

teatur Christũ re vera voluisse, omnem cum iuramento attestationem iuter perfectos Christianos abolere. Verùm cum sint interim in Ecclesia, non tantum perfecti, sed etiã in firmi Christiani, bonum esse (inquit) & verè Christianis omninò appetendum, ne omninò iurent. At si iurare cogãtur, infirmitate fratris, vel necessitate causę ita postulante, sciant id de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suadẽt. Quæ infirmitas, & si malum sit, B sciant tamen se malum non facere, cũ benè vtãtur iuratione. Hæc Augustinus. Hæc sanè communis est omnium Patrum sententia, vt iusiurandum, quod homines mutuò præstant, aut exigunt, non debere poni in numero eorum, quæ sua natura bona sunt, sed inter necessaria, id quod origo iuramẽti satis testatur, vti Chrysostomus ostendit. Non enim statim ab orbe cõdito, sed dudum post irrepsit inter homines iu- C ramentum, nimirùm tunc cum mala creuissent, cum sursum, & deorsum cõfusio facta fuisset, cum ad idolorum seruitutem homines declinassent, tunc inquam cum infideles apparerent, testem inuocabant Deum, tanquam dignum dantes dictorum vadem, hoc enim est iuramentum, morum infideliũ vadimoniũ, vt nisi cum sponsore credatur, & sponsore quidem magno. Propter multam enim incredulitatẽ, non D hominem volunt sponsorem, sed Deum. Hæc ille. Tunc autem rectè fiunt iuramenta, cum (secundũ Hieremiæ præceptum) fiunt. Sic enim Hieremias ait: Iurabis viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia: Beatus Hieronymus has tres conditiones, tres iuramenti comites vocat, quos legitimum iuramentum semper secum habere debet, vt ijsdem cohonestatum in ordine religionis ponatur. Verũ quid per ista tria

A *Omnem iuramenti actum debet præcedere intercessio fraternæ charitatis, & omnino vitandum.*

B *Iuramentum, ex necessitate proximi, quibus aliquid suadetur, venire cupit.*

C *Non fuisse ab orbe condito, sed multo post irrepsisse, iuramentum, & quando.*

D *Iuramentum qualiter, & quando fuerit factum. Hiere. 4.*

D. *Hieron. in 4. Hieremiæ cap.*

Iuramentum vt esse debet habere comites.

Veritas prima comes iuramenti.

Iudicium.

B

Iurare in iudicio quid.

C

D

Prouidendum quando iurandum. Leuit. 19.

A tria significantur, videamus. In veritate primum: nam veritas, quæ prima comes iuramenti est, tanquàm basis iuramenti causa erit, atq; substantia, ita vt non aliter præstetur, quàm vt mendacium opus Diaboli destruatur, veritas verò detegatur, ac firmetur, ita vt in ore iurantis mendacium, aut falsitas, simulatio, vel dolus, minimè sit, sed sermo rei, & res sermoni veraciter correspondeat. Deinde iudicium est adhibendum, vt nõ temerè, nec ex leui qualibet re, sed magna cum deliberatione, & grauissimas ob causas ad iuramentum veniatur, sicut enim in populari colloquio, iuxta phrasim quandam, amico dicere solemus. Cum iudicio loquere, siue nihil dixeris sine iudicio, hoc est, loquere prudẽter, circumspectè, siue discretè, ita quoquè in iudicio iurare est, magna cum discretione, & circũspectione iurare. Primò, ne fiat Diuinę maiestatis inuocatio, super re vana, ac fabulosa, nec etiam super re alicuius momenti, absq; graui necessitate deficiente, scilicet, alia via confirmandi veritatem. Secũdò, vt fiat cum tremore, debita cum reuerentia, aperto, scilicet, capite ad ineffabile Dei nomen iuramentum faciẽdum. Per iustitiã verò intelligimus æquitatem rei, tàm in se, quàm in ordine ad alium, vt res super qua iuratur, sit licita, ac iusta in se, nec iniuriosa alicui. Qui enim iurat, super scelere, aut iniquitate, aut turpitudine, aut cum iniuria proximi, illius iuratio nõ cohonestatur iustitia. Quæ tria ornamenta, siue comites, si adsint, constituunt iuramentum in ordine virtutis, efficiuntq; legitimum iusiurandum. Cæterùm si vel vnum ex dictis tribus desit, continuò illicitè iuratur, quocunq; modo iuramẽtum, siue quacunq; causa fiat. Si desit veritas, cõtinò periurium committitur, quod Leuit. 19. prohibetur: Non (inquit) peierabis. Si desit iustitia, vehementer polluitur nomen Dei. Contra præceptum illud: Nec pollues nomen Domini Dei tui. Si absit iudicium, fit præuaricatio mandati: Non assumes nomen Dei tui in vanum. Vide mecum (obsecro) prudens Lector, & Scripturarum consonantiam perpende, & facilè videbis, quàm pulchro epilogo Hieremias sacras legis collegit Scripturas. Exod. 20. Religiosè prohibetur quæcunq; vsurpatio nominis Dei in vanum, aut frustra. Non B enim habet insontem Dominus eũ, qui assumpserit nomẽ Domini Dei sui frustrà. Quę cõminatio vt probè euitetur, docet Hieremias, iurandũ esse in iudicio discretionis, quo excluditur quicquid vanum est, autlęue, aut frustraneũ. Iterum Leui. 19. Leuit. 19. expresè proniberur perinrium, & pollutio nominis Dei, quorum vtrunq; per se, & secũdum se, malum est. Hieremias autem, vt tàm hoc, quàm illud malũ, viteturr, docet iurãdum esse in iustitia, & veritate. Si C iuramentum hoc modo fiat, hoc ipso iuramento, veritas, pax, & concordia sanctè defenditur, falsitas, lis, & dissensio facilè distruitur, ad quod certè inuentum est iuramentum, vt Paulus testatur: Omnis controuersiæ finis est iuramentum.

Ex iuramento iustitia, & veritate facto, quæ bona sequantur.

Hebr. 6.

Præceptum non iurandi, partim est cõsilii, & quomodo.

D

Tres causæ propter quas vitare iuramenta debemus.

Ex his colligere licet, hanc Christi doctrinam, partim esse præcepti, partim esse consilij. Præceptũ enim est, quatenus prohibentur omnia iuramenta falsa, iniqua, & temeraria, etiam per creaturas facta. Consiliũ verò est, quatenus iuramenta vitare docemur, quantum fieri potest, vt etiam vbi iurandi causa rationabilis esse videtur, nullo pacto iuremus, nisi omninò magna sit, & summè necessaria. Tres sanè causas colligere possumus, ob quas summopere vitanda sunt iuramẽta. Primò, ne per consuetudinem iurandi, in periu- ri- (quod

Primò, ne per consuetudinem iurandi, in periurium incidamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Augustin. hic.

D. Ambro. in Psal. 18.

Præceptum hoc ad infirmos spectat, qui non satis conscij sunt, an id quod iurant verũ sit.

Eccli. 23.

Eccli. 27.

Ad frequens iuramentum ex horrescendum, & obturãda sunt aures.

Secunda causa ob reuerentiam nominis Diuini.

Propter res leuissimas, nempè pecuniæ Deũ in testem adducimus.

(quod Deus auertat) aliquando prolabamur. Ad quam causam D. Augustinus, & super hunc locum scribens, & in alijs sæpè locis respexit. Similiter quoq; Ambrosius in Psal. 18. hac ratione vult, istud præceptũ maxime pertinere ad infirmos, qui sibi non satis cõsci) sunt, an id quod iurant, verum omninò sit, aut id præstare possint. Hæc considerans sapientissimus ille Salomon præcipit: Iurationi nõ assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis, quia nõ eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur, sic omnis iurãs, & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Et alibi acrius etiã: Loquela (inquit) multum iurans, horrescere pilos capitis facit, & irreuerentia illius obturatio aurium. Vult vir sapientissimus homines, ad frequens iuramentum exhorrescere, & nõ minus ad illud continere, & obturare aures, quàm solebant homines audita blasphemia. Secundò, ob reuerentiam nominis Diuini, quod nobis tàm sacro sanctum esse debet, vt non nisi in re grauissima, illud in testimoniũ adhibeamus. Valdè enim temerarium est, hominẽ, qui puluis, ac cinis est, Deum appellare testem, idq; de rebus læuissimis: quid enim accidere potest graue cui sit iurãdũ? Nonne iuramenta ferè omnia pecuniæ causa fiũt, eiusq; perexiguæ interdum? At quæ pecuniarum, atq; opũ summa, si etiam totius orbis pretio æstimaretur, tanti esse debet, vt propterea Diuinam illam maiestatẽ (horresco enim sola cogitatione) adhibere testem, audeamus, quis hominum non dico in his rebus, pro quibus Deum Opti. Max. appellare non ve-

retur, sed in multò maioribus Regem, aut Imperatorem accesere testem auderet? Deum vero cui maximæ quæq; potestates cõparatæ, minus, quàm nihil sunt, nullo negotio, nulla cum reuerentia, nulla habita ratione, tàm familiariter, atq; adeò tàm impudenter, tertio quoq; verbo appellamus. Hanc summam reuerẽtiam, sibi meritò exhibẽdam postulabat Dominus hîc, *Cum nec per cælum dicebat esse iurandum: quia thronus Dei est, &c.* Tertiò, ob fidem integerrimam, quam Christiani mutuo inter se se fouere deberent, ita vt nemo, etiam si nullum intercedat iuramentum, quemquam vel in minimo, seu in maximo fallere vellet, & vnusquisq; de alio, etiam sine iuramento optimè sentiret, & speraret. Quam causam satis innuit Dominus, cum dicit: *Sit autem sermo vester, &c.*

Tertia causa ob fidẽ integerrimam, quam Christiani mutuo inter se fouere debent.

Neque per cælum, quia thronus Dei est, &c. Scribæ, & Pharisæi non putabãt iuramentum per creaturas interdictum fuisse, immò credebãt se se nõ teneri adimplendum, quodcunq; iuramentum per creaturas factũ. Mouebantur forsam ex eo, quod Leuitic. 19. dicitur: Nõ periurabis in nomine meo: quasi per creaturas periurare liceret. Et quia in Exodo dicitur: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: putabãt sic dictũ, quasi liceret nomina creaturarum in vanum assumere. Quòd enim iuramenta per creaturas facta, putarent ipsi non esse obligatoria, satis Dominus docet: Vbi grauiter eos arguit, eò quòd docere auderent, quòd qui iurarẽt per templum, aut in altare, nihil esset, hoc est, quòd tali iuramento minimè obligarentur. At verò Christus falsam eorum doctrinam refellit, docens, non licere per creaturas quoquo pacto iurare. Non enim dixit Christus: *Ne iuretis per Deum*, quia cum proprium iuramenti

Pharisæi, & Scribæ non credebant se teneri ad iurandum per creaturas falsum se teneri. Leuit. 19.

Matth. 23.

menta sit Deum adhibere testem, cum dicit: *Non iurare omninò*, intelligitur principaliter, *Non esse iurandum per Deum.* Et ne quis existimet licere, per quaslibet creaturas iurare, præter Deum, adiecit: *Neque per cælum, &c.* Vbi seriò considerandũ est. Primò, quòd Dominus in tribus primis membris à iuramento prohibitis, sacrarum Scripturarum testimonia profert, quibus ostẽdit hu iusmodi creaturas Dei esse, & proin de quicunq; per eas iurat, per Deũ iurare credat. Illa autẽ verba, quibꝰ Christus cælum thronũ Dei, idest, sedes Diuinæ maiestatis appellat, vnà cum illis, terra est scabellum pedum eius, desumpta sunt ex vltimo Isaiæ capite, vbi ex persona Dei sic loquitur: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Illud verò, *Hierosolyma est ciuitas Regis magni*, ex Psalm. 47. desumptum est: Mons (inquit) Syon latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Cum autem dicit: Non esse per cælum iurandum, quia sedes Dei est, perinde est: ac si diceret, quia in ipso cælo, Diuina maiestas elucet, cum illius sit habitatio. Nam si quis imperatoriam vestem, vel sedem videat, illam violare non auderet, ob ipsius Imperatoris reuerentiam, quominus audere deberet, sacrum Dei violare thronum è *Neque per terram* (inquit) *quia scabellum pedum eius est.* Methaphoricè loquitur hîc Christus, nec quis tàm stupidus erit, vt existimet Deũ ea forma esse, atq; ea mole, vt in cælo quidem sedeat, pedes verò ad terrã, vsq; porrigantur, in magni cuiusdam Gigantis figuram: nec enim defuerunt, qui Deum humana specie constare crediderunt, qui etiam idcirco Græco vocabulo *Antropomorphitæ*, appellati fuerunt. Scriptura ergo de more ad nostram se se humilitatem demittit. Et cum ostendere vellit, Deum vbiq; esse, atq; omnia implere, quemadmodũ alibi dicitur: Cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus, humanis quibusdam vtitur docendi modis: alioquin verissimum est, quod dicit Salomon: Cælum, & cæli cælorum te capere nõ possunt. Ita enim Deus est in omnibus, vt etiam si extra omnia, ac super omnia, nec eget loco vbi contineatur, est q; quemadmodum, & ante creata omnia erant, in seipso, videlicet, seipso contentus, ac sibi ipse sufficiens. Cum itaq; dicitur: Deum implere cælum, & terram, intelligendum est, eius virtutem, ac maiestatem vbiq; esse, sicut alibi legitur: Pleni sunt cæli, & terra maiestate gloriæ tuæ. Et Dauid: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum ades: si sumpsero pennas diluculo, & habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me; & & tenebit me dextera tua. Sic in cælo esse, & cælum pro sede habere dicitur, quia plus ibi elucet virtus illius, copiosioremq; & apertiorem sui notitiam præbet: Videmus enim nũc (ait Paulus) per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Terra autem scabellum pedum eius appellatur, quia, & si non eam sui agnoscendi copiam nobis, qui in terra degimus præbet, non tamen ipsam terram expertem sui relinquit, sed continua gubernatione nos curat, ac protegit, nec enim parcam illorum prouidentiam admittimus, qui quasi indignum Deo sit, hæc humilia curare, subluuare hoc spacium Diuina prouidentia vacuum esse voluerunt. Videtur enim appellata terra scabellum pedum Dei, quæ inferior mundi locus est, quemadmodum, & subsellium insede aliqua pars est humilior. Prohibemur ergo per cælum, & terram iurare ob dictas causas. *Neque per Hie-*

Si Regiã vestem, vel sedẽ quis videat illam violare nullus audet, quominus audere Dei violare thronũ.

Methaphora vltimi est Domini.

Antropomorphitæ, Deum humana specie constare crediderunt.

Refellitur falsa Pharisæorum opinio, ex sacris paginis.

Hierem. 23.

Eccli. 16.

In his locis: Cælum thronus est, & terra scabellũ, & designatur Deum vbiq; esse.

Isai. 6.

Psal. 138.

Cælum dicitur sedes Dei quia ibi plus elucet eius virtus.

1. Cor. 13.

Terra dicitur, scabellũ pedum diuinorum propter diuinã prouidẽtiã, qua sublunaria gubernãtur, & quia est centrum mundi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *roſolymam: quoniam ciuitas eſt magni Regis.* Dei videlicet, idcirco appellatur à Prophetis ciuitas Dei, vt illud: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: Et Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius, quia cum eo tempore ex omnibus gentibus ſoli Iſraëlitæ, veri Dei cultum haberẽt, iſq; ab eis penè ſingulariter agnoſceretur, quo nomine etiam gloriabantur, dicentes: Notus in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomẽ eius. Et factus eſt in Salem nomen eius, & habitatio eius in Syon. Hieruſalem enim metropolis erat, ac ſedes regni, regnumq; illud Regem præcipuè haberet Deum, meritò ſedes magni Regis à Domino vocatur, in qua cum tãta Dei maieſtas eluceat, ipſius Dei contemplatione, iurari per illam non vult.

Pſal. 86.

Pſal. 47. a. 1.

Pſal. 75.

Per Hieroſolymam quare non iurandum.

B Secundò conſideratione digniſſimum eſt, quòd in iſtis quatuor mẽbris, omnes creaturas comprehendat Dominus. Solent enim homines C per triplices creaturas iurare. Primùm per omnium cõmunes creaturas, inter quas primum locum obtinent cælum, & terra, quæ omnes reliquas creaturas in ſe continent. Secũdò, per res Deo ſacras, inter quas primum locũ tũc obtinebat Hieroſolyma, vtpote in qua omnia diuina ſeruabantur, & peragebantur. Tertiò, per res ad nos pertinentes, inter quas primum locum conſtat tenere caput noſtrum. In his itaq; mẽbris creaturas omnes vniuerſi mito cõpendio cõcluſit. D Poſtquam autem tria membra, nempè cælum, & terram, & quid per ciuitatẽ magni Regis intelligat Dominus, expoſitũ ſit, videamus iam quid ſibi vellit Dominus cum præcipiat, ne per caput noſtrũ iuremus? Nulla in re magis Dominus oſtendere potuit, nos ab omni iuramẽti genere alieniſſimos debere eſſe, quàm prohibendo, ne per caput noſtrũ iuremus, nam ſi per ea, quæ nobis propriſſima ſunt, iurare non licet, quominus per ea, quæ nullo pacto noſtra, ſed ſolius Dei ſunt, iurare licebit. Nihil enim magis noſtrum quàm caput, à quo & reliqua membra, & tota vita noſtra pendẽt, ſed nec per illud, quod tibi propriſſimum putas, permittit Deus iurare. Cauſam verò reddit, quia nõ potes vnum capillum album facere, aut nigrũ: quaſi dicat, hoc adeò tuum non eſt, nec in tua ſitum poteſtate, vt ne minimum quidẽ, quod in eo eſt, poſſis conficere, nimirùm vt in capite quod omninò tuum eſſe putas, non ſolum capillũ vllum producere non poſſis, ſed ne ipſam coloris eius conuertere qualitatem. Quod intelligẽdum eſt ab intrinſeco, & naturaliter. Fucato enim artificio, quam optimè ſciunt homines facere. Itaq; per nullas creaturas, ſiue communes, ſiue ſacras, ſiue etiã ad nos pertinentes vult nos iurare, quia omnes Dei ſunt, qui eſt in omnibus C præſens, & in omnia ſolus habens plenam poteſtatem, ac proinde etiã per Deum iurat, quiſquis per creaturas quaſcunq; iurauerit. Licet tamen per creaturas more Sanctorum iurare, vti fecit Ioſeph, qui per ſalutem Pharaonis iurauit, cum hoc tamen pietatis intellectu, vt intentio iurantis ſit Deum in creatura ſua afferre teſtem, non ipſam ſecundum ſe creaturam, prout Diuus Auguſtinus docet: Hoc eſſe iurare per creaturam, creatorem eius teſtem adhibere: ſicuti fieri ſolet in iuramentis aſſertorijs, vel creaturam ipſam Deo obligare, vt ſit etiam in iuramentis execratorijs. Hinc Diuus Auguſtinus: Cum quis iurat (inquit) per ſalutem ſuam, ſalutem ſuam obligat Deo: cum quis iurat per filios ſuos, eoſdem oppignorat Deo, vt hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipſius.

Quare nec per caput noſtrum iurare liceat nobis.

Si per propriſſima nobis iurare non licet quominus per ea quæ ſolius Dei ſunt.

Gen. 42.

Per creaturas iurare quomodo ſit licitum.

D. Auguſtinus tom. 1. ſer. 30. de verbis Iacobi. Audite omnia ſolus iurare.

A ipſius. In omni ergo iuratione per creaturas, vel Deus creator teſtis adhiberur, vel creatura Deo obligatur, ſiue oppignoratur, vt hoc ſit iurare Deum teſtem adhibere, vel Deo aliquid oppignorare. Nemo igitur poteſt iurare per creaturas, niſi intelligat iurando, vel ſe teſtem inuocare creatorem in creatura (quòd ipſius veritas in ea reluceat) vel creaturam ſe oppignorare Deo. Qui hoc modo iurant licitam rem faciunt, dummodo prænominati comites accedant, nempè iudicium, iuſtitia, & veritas, quibus accedentibus iuramentum in ordinem virtutis conſtituunt. Adde (ſi placet) ex Magiſtro ſententiarum, ideò iuramentum per creaturas eſſe à Seruatore noſtro, & Apoſtolo eius Iacobo prohibitum, ne vel aliquid Diuinum ineſſe creaturas crederemus, pro quo eis reuerentia exhiberi debeatur. Vel forſam hoc præcepit Dominus, ne per eas falſum iurantes homines, ſe iuramento non teneri putarent. Vel tandem vt exacta hac ſqueraq; prohibitione fierent homines, quàm alieni à prauo cõſuetudine iurandi per creaturas, quia crebriſſima mala inde euenire ſolent.

Vetus iurat per creaturas, niſi intelligat iurãdo, vel ſe teſtem inuocare creatorem, vel creaturam ſe oppignorare Deo.

B 37 *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non.* Loquitur hìc Chriſtus de negotijs, & comercijs quotidianiſq; colloquijs, vbi non eſt neceſſarium iuramentum, tanta fides ſeruanda eſſet inter Chriſtianos, vt vnuſquiſq; proximo dicenti fidem faceret, & tanta veritas, tamq; conſtans deberet perpetuò in ore Chriſtiani viri reperiri, vt nunquam in dubium veritas ipſius verteretur: in his itaq; rebus prohibitum eſt iuramentum: ſat eſt dicere, *Eſt, eſt, non, non.* In grauiſsimis verò negotijs, & vrgentibus neceſſarium eſt iuramentum, immò præceptum Deuter. 6. & 10. & Hieremiæ. 4. Nam iuramentum

Iuramentum per creaturas ideò prohibitum à Domino, ne Diuinum aliquid in creaturis eſſe crederemus.

Matth. 5.

Deuter. 6. & 10.

Hieremi. 4.

eſt ſacroſancta Dei inuocatio. Manifeſtiora ſunt hæc Chriſti verba: *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non,* quàm vt longa interpretatione indigeant. Sunt tamen qui velint, & benè (quidem meo iudicio) vt poſt primum *Eſt*, & primum *Non*, diſtinctio fiat, & ſic duplicem poterit habere ſenſum. Alter, vt prius *Eſt*, & prius *Non*, ad interrogantem pertineat, poſteriùs verò ad reſpondentem, vt ſit ſenſus: Sit talis inter vos ſermo, vt qui interrogat (nullo requiſito iuramento) ſimpliciter quærat eſt ſic? Aut non eſt ſic? Et qui reſpondet, non adhibito iuramento, candidè reſpondeat, dicens, Eſt ſic, aut, Non eſt ſic. Alter ſenſus eſt, vt ad eundem pertineat, vtrumq; eſt, aut vtrumq; non, hoc modo, ſi cordi veſtro certo conſtat id, quod eſt, aut quod polliceri in animo eſt, os cordi reſpondens dicat eſt, ſic erit ſumma concordia inter cor, & os: ſi verò in corde geris non, & lingua profert eſt, iam duplici corde locutus es, & veritas ab ore diſceſſit: In corde, & corde (inquit Dauid) locuti ſunt. Id itaq; ſemper ore proferatur, quod corde geritur, nec opus eſt veritati iuramentum adhiberi, ſatis efficax natura ſua eſt: ita abſq; vllo iuramento ſuper omnia vincat. Hunc animi candorem voluit Dominus in cordibus, & verbis ſuorum impreſſum relinquere, dicens: *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non.*

Iuramentum eſt ſancta Dei inuocatio.

C

Pſal. 11. a. 3.

Veritas ſuper omnia vincit, abſq; iuramento.

Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Hoc ſanè loco Seruator, ſicut antea prohibuerat malum, dicẽdo: *Non iurare omninò*: ita ſuadet bonum, dicens: *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non*: ita quoq; & nunc indulget dum neceſſarium fuerit addendo: *Quod amplius eſt, à malo eſt.* Non dicit, Malum eſſe quicquid his acceſſerit, ſed *A malo eſſe.* A malo quidem, ſiue proprio, ſiue alieno, quod ſi pro-

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prium malum fuerit, continuò leuitatis, & irreuerētiæ Diuinæ argui potest iurans. Si malum alienum sit, è vestigio infidelitatis, & diffidentię culpandus venit. Circa hanc Seruatoris doctrinam diligenter annotauit D. Augustinus: Iuramentum etiam vbi legitimè fieri potest, non esse expetendum tanquam bonum, nec tamen fugiendum, tāquam malum, cum sit necessarium. Non est quidem malum in se, quia religionis est actus, est tamen à malo, videlicet, infirmitatis illius, qui se iurare coegit nolens simplici attestationi credere, quæ vtraq; infirmitas malum est, ali quando pœnæ, aliquando culpæ. Vnde debet iusiurandum computari inter ea, quæ necessaria sunt, non autem inter ea, quæ per se bona sunt, & appetibilia. Ideò quā parcissimè vtendum est iuramentis, nec iusiurandum præstandum, nisi magnum aliquod bonum intercedat, & hoc fieri debet in primis propter Diuini nominis honorem, & summam reuerentiam. Parcissimè quoq; vir bonus iuramenta exigere debet, cum adhuc etiam Gentiles, quàm plurimi cautissimi fuerint in iuramentis exigendis. Vnde Isocrates, suo Demonico scribens, sic ait: Iusiurandum coactum propter duas admitte causas, vel vt te ipsum turpi crimine exsoluas, vel vt amicos tuos in magnis periculis serues. Pecuniarum autem gratia per nullum Deum iuraueris, etiam si sis verè iuraturus. Videberis enim B alijs peierare, alijs pecuniarum cupidus esse. Et prius decet bonos viros exhibere se fideliores iure iurando. Et D. Basilius in sermone ad adòlescentes, refert de quodam ex Pythagoræ familiaribus, Cliuia vocato, quòd cum liceret ipsi per iusiurandum trium talētorum mulctam effugere, maluit talenta persoluere, quàm iuramentum præstare, quanuis rectè iuramento vti posset.

D. Augustin.

Iuramentum est actus religionis, est à malo infirmitatis eius, qui iurare cogit.

Gentiles etiam timidi in iuramentis exigendis.

Isocrates ad Demon.

D. Basil. Seleu. ad adolescent.

C

EXPOSITIO.

TEXTVS.

38 AVdistis, quia dictum est, &c. Duo superiùs docuerat Dominus. Alterum, nullam licere proximo iniuriam inferre, & omnes animi motus ad irā in proximū exercendam cohibere. Alterum, ne ipsum Deum, quem summa reuerentia colere tenemur, iramentis temerè factis, offendamus. Consequēter iam docere pergit qualiter philosophiā Christianam profitentes se gerere debeant, erga eos qui grauissimis iniurijs eos affecerunt. Vbi veri Christiani stemmata, quibus maximè dignoscendus, & à cęteris secernendus est, ponit: In hoc (inquit Christus) cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicē habueritis, dilectionem, pacē, atq; concordiam inter suos maximè requirit Dominus. Ideò in hac alia Euange-

Exo.21.c.24 Deut.19.d.21 Leuit.24.d. 20. Luc.6.c.29.

Rom.12.d.17 1.Cor.6.b.7.

D

Ioan.13.d.35

A Euangelij pericope priuatæ vltionis studium, appetitūq; improbat, & pacem quocūq; incommodo posthabito, optari à nobis debere docet: *Oculum pro oculo.* Pœnam hanc talionis posuit Dominus in lege veteri, quò faciliùs, & lædentem, & læsum à grauioribus malis coerceret. Si enim lædentem consideres, efficacissima est hęc lex, ad pedes, qui ad sanguinem effundē dum currunt, comprimēdos, & manus innoxias seruandas, dum vehemēter sibi ipsi malū ascisc ere, quod alteri facit, metuere poterit. Si læsum consideres, eum videbis hac iustissima lege ab omni vindictę cupiditate temperari. Solent enim læsi maiorem expetere vindictam, quā pro iniuria sibi illata debuissent. Dominus tamen hac lege, vt pulchrè D. Augustinus notat, immoderatæ vltioni iustum modum fixit, vt qualem quisq; iniuriam intulit, tale supplicium rependat. Tàm est hęc lex æqua, & iusta, vt etiam Gentiles eam inuiolabiliter seruauerint: vnde Pythagorici (teste Aristotele. 5. Ethic.) eam pro sacra habuerunt, & inter sacras cōnumerarunt, dicebāt enim, si quæ quis fecerit, eadem patiatur, & ipse.

Est prætereà aduertendum, Dominum velle magis perficere hanc legem, & falsam Scribarum, & Pharisæorum interpretationem, è cordibus hominum extirpare, quàm verum, & germanum ipsius legis intellectum apperire. Scribæ enim, & Pharisæi hanc legem ita interpretabantur, vt omninò iudicarēt, ipsis licere vindictam petere, & acceptam iniuriam propria authoritate retaliare. Quod sanè falsissimum erat: nam Diuina lex, non solum non permittit, sed nominatim etiam vetat. Sic enim ait Deus Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū. Magistratus proprium semper fuit, & erit tanquam à Deo ipsis concessum hoc præceptū: *Oculum pro oculo*, vindictam sumere, & vltionem contra peccantes: nō tamen hoc concessum est ei, qui iniuriam passus est. Magistratus (inquam) munus, & officium est malefícos è medio tollere, vel per vindictam coercere. Non enim (inquit B Paulus) sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in irā eius, qui malū agit. Ex quibus manifestum est, Dominum potius voluisse perficere hoc præceptum, secūdum Scribarum explicationem, quàm legi veteri quicquam hic adijcere circa hoc legis mandatū, quod habetur in Exodo, & Leuitico. Vbi mandatum hoc à Domino datum fuisse constat contra eos, qui alicui læsionem intulerūt. Sic enim in Leuit. habemus: Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorū, sicut fecit, sic fiet ei, fracturā pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualē in flexerit maculam, talem sustinere cogetur. Lex autem talionis, quæ in Deuter. posita est, non tàm contra manu lædentes, quàm contra falsum testificātes, à quibus meritò exigi præcipitur, id ipsum quo fratri suo inferre cogitauerant. Sicut enim Magistratus legis huius vindex erat, & executor, D ita quoq; prioris legis, nempè illius promulgatæ contra eum, qui manum quempiam læserat, intelligenda est.

Vsus talionis, propter quē habilitatē à Domino lege.

D. Augustin.

Aristot. 5. Ethic.

Seruator non posset legem vetus perficere, nisi falsam interpretationem eius tolleret &c.

Leuit.19.

Deut.19.

Rom.13.

Exod. 21. Leuit.24.

Deut.19.

39 *Ego autem dico vobis, Non resistere malo.* Resistere malo est, velle malū pro malo reddere, contra D. Pauli præceptum: Nulli malum pro malo reddentes, &c. à qua re ij etiam, qui sub lege fuerunt, & tamen spiritū Christi, aliqua ex parte repręsentarunt,

Resistere malo est malum pro malo reddere. Rom.12.d.17

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tarunt, abstinuere. Vide enim quid dicat Dauid: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam, &c. qui etiã eripui aduersantem mihi sine causa: tantum abest (inquit) vt malũ pro malo vnquam reddiderim, vt etiam eum, qui mihi mortem moliebatur, seruauerim: ac illius vitæ pepercerim, quantunlibet mihi aduersaretur sine causa. Cum enim Abisai, perfodere illum vellet dormiẽtem, prohibuit Dauid. Et cũ rursus Saul in speluncam ingressus esset, vt ventrem purgaret, in qua Dauid cum reliquis soeijs, ignorante Rege, delitescebat, actum de illius vita erat, nisi Dauid ei pepercissет. Quanto ergo à nobis id magis accuratè est præstandum, quando ij, qui hanc Philosophiam fuerãt (dum taxat) odorati, tã egregiè præstiterunt. Hanc viam generatim ingressi sunt Apostoli, quibus hoc mãdatum propositum erat, idq; eo tempore, quo instabat Euangelij prædicatio, quò faceret illos

C admonitos malorũ, quæ pro Christi nomine eos oporteret pati. Erãt enim velut oues in medio luporum, in mundum extrudendi, & odio futuri omnibus hominibus, ac crudelissimã experturi persecutionẽ, quare summa tollerãtia ipsis opus erat. Ad hanc itaq; tollerantiam ipsos Dñs voluit præparare, quæ vtiq; in primis eis, & Euangelij prædicatoribus erat necessaria, quod quidem egregiè præstiterunt: nam cẽsi gaudebant: malè audientes benedicebant: conuitijs affecti obsecrabant,

D & magno honori sibi ducebãt, quòd pro nomine IESV digni haberẽtur contumeliam pati. Vbi verò dissidij aliquid, aut querelarum oriebatur inter fideles, nõ ferebat Paulus, sed dicebat: Iam quidem omninò delictum in vobis est, quod iudicia habetis inter vos inuicẽ, quare non magis iniuriam accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini? Itaq; voluit Dominus suos armis pacientiæ munitos, antequam ad bellum contra aduersarios prodirent. Non tamen hoc præcepto voluit Dominus omne vltionis genus è medio tollere, vt falsò Anabaptistæ profitentur, qui ex hac sententia Christi elicere audent, nemini licere, etiam si magistratus officio fungatur, vindictam sumere flagitiorum. Hæresis quidẽ hæc, in gratiam eorum commentata, qui volunt scelera passim ab eis perpettata inulta manere, facili negotio eunci poterit. Sicut enim illo præcepto Christi, non iurare omninò noluit licita iuramenta, iustis aut necessarijs causis facta prohibere, sed malam vulgi iuramenti abutentis consuetudinem corrigere, ac docere à iuramentis abstinendum, quantum fieri posset: ita quoq; hic dum præcipit, nõ resistere malo, noluit prohibere, aut nullo casu, aut nullo tempore licere non modo magistratui, sed etiam priuatæ personæ, vt malum quod sibi infertur, à se depellat, aut mali illati vltionem per iudicium deposcat, sed vulgatẽ illã consuetudinem eorum, qui, nescio quas, reraliandi consuetudines, seù potius leges maximè hac nostra ætate sanxerunt, vt pro iniuria verbo illata, alapa reddatur, pro alapa vulnus ad mortem, cæteraq; in hũc modum, vt scilicet, aliquid semper acceptæ iniuriæ adiungatur. Et ij tamen (si dijs placet) à Christo acceptum cognomen circumferre audẽt, qui nec digni quidem sunt, qui nec inter honestiores Ethnicos numerentur. Nam quidam eorũ dixit: Minus esse malum existimandũ perpeti grauissimas iniurias, quàm inferre. Hanc pessimam consuetudinẽ è medio tollere voluit, ne esset in viro Christiano animus iræ, atq; impacientiæ adeò feruidus, vt vindictã suis manibus meditaretur, acciperet. Vnde etiã cõstat, Dominũ nolluisse prohibere

Psal. 7.

Vindictam retaliare non licet.

4. Reg. 26.

1. Reg. 24.

Apostolis, quanta oportuit esse tollerantia, cũ futuri essent odio omnibus hominibus.

1. Cor. 6. b. 7.

A Apostolis armis paratis à Deo munitis, antequam ad bella prodirent.

Anabaptistarum heresis.

B Refutatur à simili.

C Vltio quæ per ejusdem.

Nostri temporis iniuria grauiter perpessi.

D Minus malum est perpeti grauissimas iniurias, quã inferre, acta ethnicorum.

A prohiberi resistentiam mali, instis & sanctis causis factam, qualem esse scimus, quando quis malum sibi imminentem repellere nititur, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ex cuius tollerantia nullus fructus expectari poterat, quàm prauæ intentionis aggredientis executio. Licet quoq; vindictam requirere, etiam inter Christianos, dum quis solo iustitiæ seruandæ intuitu eam quærit. Neenõ si propter mali alicuius correctionem, & malitiæ repressionẽ iniuriæ sibi illatæ, vindictam requirit, per eos inferendam, quorum officium est malos comprimere. Con

B tinet mandatum hoc, & præceptũ, & cõsilium præceptum quidem est, quatenus prohibetur, ne iniuriã nobis illatã, propria authoritate vindicemus, aut ex ira ab alijs vindicari cupiamus, & quatenus præcipitur nobis, vt iniurias malorum patienti animo tolleremus. Consilij verò natura habet, quatenus prohibetur,

C vt tanta cum mansuetudine illatas nobis iniurias perferamus, vt etiam vbi sine omni scandalo possemus, vltionem modo licito nõ requiramus. Ex duobus autẽ præcedentibus præceptis negatiuis patet, non vsquè adeò verum esse, quod inter Scolasticos Doctores dici solet, nempè præcepta negatiua obligare ad semper, & pro semper.

Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam &c. His docemur verbis, non satesse viro Christiano, qui perfectionis statum professus est,

D æquo animo malum illarum perferre, nisi plura longè q; grauiora constanti animo pati, sit paratus: ita sanè, vt nullum iniuriæ genus quantũuis graue, fugere recusет. Ideò Seruator plura exigẽs, quàm antea præceperat, in triplici iniuriarum genere, tribus iam proximè sequentibus sententijs positis, ostendit, omnia iniuriarum genera, in illis contenta, esse comprehensa. Nam cum A triplicia sint hominis bona, nempè honoris, fortunæ, & quæ proprio labore parantur, ita quoq; triplex potest esse iniuriarum ratio. Quædam enim sunt iniuriæ, quæ in detrimentum honoris, & famæ propriæ maximè cedunt, inter quæ primum locum habere solet maxillæ percussio, quæ cũ maxima sit iniuria, quæ viro famæ propriæ, & honoris studioso inferri possit, omnes alias sub sé minores corpori illatas comprehendit iniurias. Ita vt præcipiẽs Dominus, quòd percussionem maxillę tanta animi constantia patienter feramus, vt si opus fuerit, alteram maxillam ad nouam iniuriam præferẽdam vertamus, docet nos debere quoduis iniuriæ genus in corpus, & in honorem, & famam illatum summa patiẽtia ferre. Aliæ iniuriæ sunt, quæ contra fortunæ bona nobis inferuntur, quas in vestis ablatione cõprehẽdere voluit Dominus, in secũda sua sentẽtia, in qua certè includi videntur omnia fortunæ bona, ad ablationem vsq; vestis, per iniuriã abstractæ. Aliæ tandẽ sunt quæ operibus, & laboribus nostris inferuntur iniuriæ, quæ in illa sententia cõprehenduntur, videlicet: *Quicunq; te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo.* Qua nimirũ sententia docemur, quo animo nos debere potius perpeti omnes corporis labores, no bis per iniuriam positos, quàm pax, & animi tranquillitas amittatur. In his itaq; tribus sententijs à Domino propositis, omne iniuriarum genus comprehendi, manifestum esse puto, atq; ad ea omnia sustinẽda nos debere paratissimos ẽsse, patientiæ magister docet. O quàm pulchra esset Christiani orbis facies, si Diuina hæc Seruatoris Christi præcepta, eo modo, quo posita sunt, exactè seruarentur! nihilo esset inferior hæc, quæ in terris ageretur Respu-

Mandatum hoc non restringit malo contrà præceptum, & consilium.

Sicut triplicia sunt hominis bona, sic triplex iniuriarum ratio esse potest.

Labores omnes potius tolerãdi, quã pax animi amittenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A blica, illa ipsa quæ in cælo agitur, atq; adeò videretur illam ab ista in hac parte superari, quòd eiusmodi exempla ibi fieri non contingit, nisi quòd eadem in illis præcesserunt, & nihil illis restat aliud, nisi vt eiusmodi rectè factorũ prẽmium referant. Hęc verò nobis eò studiosiùs essent seruanda, quia Christiani hominis insignia vera sunt, quæ si desint, agnosci facilè non potest. Hæc stigmata sunt, quæ Paulus circunferebat, cum diceret: Ego enim stigmata Domini IESV in corpore meo porto.

Galat.6.

B His insignitos esse oportet eos, qui Christo IESV nomina sua dederũt, alioquì à Christo accepto cognomine sunt meritò indigni habendi, atq; in eorum numero collocandi, de quibus ipse dicturus est: Nescio vos, discedite à me operarij iniquitatis. Et si (secundum mentem Augustini) hæc Domini præcepta, nõ sint ad literam intelligẽda, nec vt proferuntur obseruanda, non tamen (secundum mentem ipsius Augustini,

Luc.13.

D. Augustin.

C & sanctorũ Patrum) possumus ire inficias, quin hæc præcepta sint accipienda, & inuiolabiliter seruãda, de promptitudine animi, quam quibus Christianus habere tenetur, ad nouas, si opus fuerit, & grauiores iniurias perferendas. Sint quantum vellint hyperbolicę locutiones istę, quibus Dominus præcipit, alteram maxillam prębere, pallium dimittere, duo milliaria ire: tamen in illis verbis expressè declarare voluit Dominus, talem debere esse Christiani hominis tollerantiã, vt animus omninò abhorreat tantopere, à quouis vltionis genere, meditatione, seu desiderio, vt lõgè grauiora (si opus fuerit) non grauetur perferre, & ad ea sustinenda sit potius paratissimus, quã vltionis aliquid ob acceptã iniuriã meditari. O ter quaterq; miserrimam, & assiduis profecto lachrymis, ętatẽ nostram deflendã, in

Promptitudinem animi oportet habeamus ad grauiores iniurias perferẽdas.

Christiani hominis tollerantia qualis esse debet.

D

qua Christianorum dogmata tàm A
parui fiunt, vt nulla eorum prorsus appareant vestigia! Quantum quidem ab hac Diuina doctrina distemus, & quàm longè ab hac Christiana pietate inueniamur, quis non videat, & doleat? Sed ad ipsam verborum explicationem propiùs accedamus.

Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, &c. Hìc Dominus non dixit absolutè: *Si quis te percusserit in maxilla*, sed *Adiecit in dexterã*, præsertim cũ in plurimũ accidat, vt qui in maxilla percutere alterum vellit, sua B
dextera illius sinistram maxillam ferire consueuerit. Idem ergo, & hìc intelligendum est, quod superiùs est dictum, cum dixerit Dominus: *Si oculus dexter, & dextera manus scandalizat te, &c.* Vbi oculum eruendum, & manum abscindendam esse dexteram docet: vt scilicet, accipiamus per dexteræ maxillæ percussionem, selectam aliquam, insignemq; offensionem. Cernitis quàm longè ab vltione abesse oporteat Christianum C
hominem: Qui iubetur, vt non solum non repercutiat, verùmetiam paret se ad alteram percussionẽ perpetiendam? Hoc enim est obuertere, & alteram, illa videlicet, animi præparatio, ad alteram iniuriam, subeundam quoties circunstantiæ temporis, loci, & personarum, ita exigunt: nimirùm quando spes est per externam huiusmodi patientię, & dilectionis proximi ostensionem, proximi malitiam cohibendam, & D
nõ potius ad grauiùs nocendũ, prouocandum. Itaq; si volueris inimicum rectè vincere, effice tua dexteritate, ac probis, atq; homine dignis moribus, ac factis, vt vel inuitus cogatur tibi affici, atquè illud est, quod, & Salomon, & Paulus admonebant, cum dicerent: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit potum da illi: hoc enim faciens carbones

Dextera maxilla percussio, iniquum aliquã offensam denotat.

Malitia proximi propter quietis bonum ferenda, quousq; fieri potest, cohibenda.

Prouer.25. Rom.12.

A nes ignis congeres super caput eius hoc est, vretur tua beneficentia, cogetur se fateri fuisse superatũ, quia vidit te nihil eorum omisisse, quæ in vtilitatem ipsius, & in gloriam Dei cedere poterant. Sicut enim qui aliquos tenerè diligũt, multa sæpè ab eis patienti tollerare animo nouerunt, maximè si videant eos, vel per ætatem, vel per morbum, quo infestantur, ea mala ignoranter ipsis inferre, quibus libenti animo se se etiã
B præbent, vt longè plura ab eis patiãtur, donec, vel ætas, vel morbi infirmitas transeat: ita quoq; viri pietatis studiosi, cũ propter ipsum Deũ, omnes ex corde deligant, & omniũ salutem magno affectu quærant, hominum improbitatem ita ferre solent, vt iuuenili potius ætati, & animi imbecillitati, vel graui animi morbo, qui vidẽt eos agitari, ascribentes mala, quæ inferuntur, æquo animo iniurias ipsis illatas, non modo ferunt, sed etiam ad plura perferenda se se paratissimos afferunt,
C spe sanitatis ipsorum.

Præbe illi, & alteram. Non iubet Dominus, vt incitemus improbos nostra patientia, sicut nec ipse alapis cæsus, alteram exhibuit maxillam, sed hortatur, vt perseueremus in patientia, parati nõ tantum abstinere à vindicta, sed vnã (vt diximus) perpessi iniuriam parati simus ad secũdam ferendam, nec fatigemur perseuerãdo, si tamen percutiamur cum
D ignominia verbi Dei (vt Micheas) veritas illius est constantiori animo asserenda, si innocentia nostra impetatur, intrepidè, declaranda est illa, cum spiritu tamen mansuetudinis, exẽplo Christi, Ioan. 18. ne qui vim inferre persistit, arbitretur se nõ delinquere.

Persequitis inuenias, vellut infirmi, aut pueri iustinere debemus.

3. Reges 22. Micheæ 3. Quàm perseuerantia veritas asserenda.

Ioan.18.

40 *Et qui vult tecũ in iudicio contendere, &c.* Vox Græca, *Imation*, vestẽ exteriorẽ significat, Romani toga vtũtur: Græci pallio. Sumitur enim interdũ, pro quouis vestimenti gene- A
re. Vnde rectè monet D. Augustin. hunc esse sensum: Si quis tollat tibi vnam vestem, cõcede illi potius, si quicquid habes vestium, quã contendas. Alioquì præposterus esset ordo, nam pallium quod suprema vestis est, primum detrahitur, deinde tunica: hinc est, quod D. Lucas cap. 6. ponẽs recto ordine, dicit: Ab eo qui aufert tibi, *Imation*, & tunicã noli prohibere. Patet apertissimè in isto exemplo tollerãtię Seruatorem B
nostrum, duo voluisse à nobis præstari. Alterum, vt animi tranquillitatem ita in nobis ipsis cõseruemus, vt omnibus temporalibus bonis, & omnibus iniurijs posthabitis, illam præferamus, adeò vt nulla prospera, seu aduersa fortuna nos commouere possit, & à status tranquillitate remouere. Alterum, vt sciamus id quod antea docuit malos, & peruersos homines litium studiosos, in bono pacis vincere, quod duplici ratione fieri poterit, nempè, & pa-
C tientię veræ exemplum exhibendo, & bonorum temporalium cõtemptum, animo liberali declarando, vt pulchrè docet Chrysostomus. Qua in re, quæ spes (obsecro) est, fore, vt viri Euangelici euadamus, & auferre cõnanti aliquid, licet per iniuriã, non modo iniuriæ patiamus, & postulata demus, sed & aliud præterea addamus, dum tàm contraria ingredimur via, vt nõ solum decedere de iure nostro transuersum digitũ pa-
D tiamur, sed plerumq; innocentes in ius vocamus, & eius bona, nulla habita Christianæ professionis ratione, iniustè inuadimus? Det Deus meliora sapere.

D. Augustin.

Luc.6.

Animi tranquillitas ita conseruanda, vt temporalibus bonis, & iniurijs sit præponenda.

A litium studiosis, quod triumphũ reportare possumus.

D. Chrysost.

41 *Et quicunque angariauerit te, &c.* Exemplaria Græca non habent, alia duo, sed tantum vade cum eo, duo milliaria scilicet, quibus verbis significare hìc similiter voluit, nos debere tales esse, vt simplum petenti, duplum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A duplum cõcedamus, ac si Dominus dixisset, nõ solum iubeo, vt res tuas tibi auferri æquo animo sinas, verũ etiam vt tu ipse vim tibi afferẽti, ita patiaris, te què ipsum, non facultates solũ, per vim addigi, vt duplum præstes eius rei, quam à te quadam tyrannide aduersarius tuus exigere conatur.

42 *Qui autem petit à te, da ei, &c.* Duplex est, seu in duas partes Christiana iustitia diuisa est: altera à malo diuertere: altera bonum facere docet. Hactenus, Dominus primam iustitiæ partem posuit, nempè à malo contra proximum, quacunq; occasione data, omninò auertere. Secundam partem nunc Christianæ iustitiæ, videlicet, bonum facere docet. Tribus enim superioribus præceptis docuit Seruator noster, quo animo oportebat nos esse erga eos, qui nostra per vim auferre nitebantur, qualiter iniurias nobis illatas tolerare teneremur. Duo nũc mandata proponit, quibus ostendit, quo animo nos esse oporteat erga pacificos viros, qui animi simplicitate, & candore, necessitate cõpulsi, nostra sibi dari cupiunt, aut gratis, aut mutuò. Vult quidem Dominus, vt ita bona nobis à Deo concessa habeamus, quòd vtilitati proximi sint addicta; atq; eo modo, quo visum fuerit, proximo, ita vt si ea habere cupiat, absq; vlla solutionis obligatione, dare ei nõ differamus: si verò mutuò accipere cupiat, libenti animo cõcedamus. Habent hæc omnia mãdata, sicut, & præcedentia, præcepti vim, quoties necessitas aliqua occurrit, vel illustrandæ gloriæ Dei, vel iuuandi proximũ, & saluti ipsius promouendæ occasio vrget. Habet etiã Consilij naturam, quoties non necessitas aliqua talis, sed proximi vtilitas tantum sic facere exegerit, & tulerit. Vbi verò recta ratio id nõ exegerit, aut probauerit, tanquam necessarium, vel expediens, nec præcipiuntur, nec consuluntur. Ideoq; non esse dandum impudenter petentibus, scurris, aut decoctoribus non egentibus manifestum est, sicut nec illis, qui profusiones solẽt esse cum dispendio aliorum, ita vt danti, vel mutuanti egestatis causa sint. Voluit itaq; Dominus à nobis exigere animi promptitudinẽ, ad subuenien dum egenis, dum modo ratio id exigere videatur, quæ si talis fuerit, nõ poterit Christianus non externo etiã opere proximis subuenire. Ratio enim veræ charitatis id omninò exigit. Sicut enim in corpore membrum membro iubat, & virtutẽ infundit, quo totum corpus suã vim, & fortitudinem habeat; ita quoquè Christiani, cum omnes simus vnum corpus in Christo, alter alterius mẽbra mutuò nos adiuuare tenemur: *Non enim potest dicere manus pedi, non indigeo operatua, &c.* Ita diuites, qui tanquam manus in Ecclesiæ corpore positi sunt, pauperum (qui tanquam pedes iudicantur) curã gerere tenentur, vt eorũ abundantia istorum inopiam supplear. Semper certè occurret, quò proximo sis auxilio, si modo non desit animus. Hinc est, quòd Tobias filio dicebat. De substantia tua fac eleemosynam, si multum tibi fuerit, abundantes tribue, &c. Hic obseruãdum est, quod D. Lucas non simpliciter dicit; Da petẽti: Sed, omni petenti da, quo nimirùm docere voluit, ne cum eleemosynam impartimur, in personas aspiciamus, vel externum quid consideremus, cum pauper quisquis ille sit Christi personam gerat, Christoq; IESV pro nobis egeno facto, eleemosynam tribuamus, ideò sanè absq; vlla personarum acceptione, omnibus subuenire debemus. Idem dicit Moses ostendens, hanc pietatẽ esse in populo seruandam: Omninò (inquit) indigens, & mendicus non erit

Iustitiæ, duæ sunt partes, à malo fugere, & bonum facere.

Petenti qualiter dãdum, & qua occasione.

Quæ animi promptitudo ne subueniendum egenis.

1. Corin. 12. b.

2. Corin. 8. c. 14.

Tob. 4.

Eleemosyna abundanter distribuenda.

Eleemosyna omnibus quomodolibet egentibus tribuenda.

Deut. 6.

A; erit inter vos, &c. Si carnali illi populo hoc facere præceptũ fuit, seruare: quanto magis nobis? Frequentissimè sunt apud Prophetas reprehensiones grauissimæ, quibus diuitum auaritiam, ac duritiam, quã erga pauperes habent, insectantur: quanto magis reprehensione dignissimum erit, si inter Christianos inueniatur? Vnde in primitiua Ecclesia Paulo, ac Barnabæ ab Apostolis iniungebatur, vt pauperum memores essent, quod & Paulus summa diligentia exequutus est, quia planè intelligebat, rem esse beatam dare vnicuiq; potenti: Beatiùs (enim) est magis dare, quàm accipere. Qui dat sanè significationem præbet, se non solum non egere, verùmetiam abundare, quod certè fœlicitatis est. Qui verò in summa copia existimant, curtæ nescio, quid rei semper abesse (quorum numerus satis multus est) ij profectò egere se profitentur. At verò, quæ infœlicitas poterit cogitari maior ista, hominem, videlicet, locupletem continua laborare egestate? Nam rectè quidam externus dixit: Instructa inopia est, in diuitijs cupiditas. Egregiè sanè dictũ, nam vbi quis in summa rerum copia adhuc cupit, nihil aliud est, quã inopia quædam miserabilis; tantum à reliquis pauperibus distans, quod illis quidem desunt opes, at horum paupertas instructa opibus est, quæ tamen oneri, ac molestiæ (dumtaxat) illis sunt, nulli verò vtilitati, dum frui paratis, non audent, & eorum continua solicitudine laborant.

Et volenti mutuare à te, ne auertaris. Quibus verbis Dominus, non solum pietatem, quam erga egentes habere debemus, docet, sed etiam quo affectu, ac gratia teneamur erga eos esse, significat, horum enim verborum sensus talis est, cupiẽtem mutuare à te, ne auerseris, aut reijcias. Sunt (heu) quàm multi, qui quã primum vident quem piam egestate pressum ad se venientem, statim à via, per quã pergere incepersit, torquo vultu ad aliam se diuertunt, ne occurrentem offendant, aut certè supercilio quodam postulantẽ reijciunt, onustum sæpiùs oprobrijs, quàm bonis mutuò postulatis. Hãc duritiem cordis, vultus, & oris, reprimere voluit Seruator, dicens: *Volenti mutuare à te, ne auertaris.* D. tamen Augustinus sic legit: Et qui voluerit accipere mutuum à te, ne auersatus fueris. Auertere quidẽ est à via diuertere: auersari, vt D. Augustinus intelligit, est contradictionem, aut immoderato vultu, aut verbo facere, vt his quidem malis remedium adhibeatur opportunum: Benè dixerat Dominus, ne auertaris, vel ne auersatus fueris, & non dicit, ne neges, vt significet, non semper in nostra facultate situm esse bona habere, quæ etiam mutuò dare possimus: erit tamen in nostra potestate benigno, & mansueto animo responsum præbere, quo opresso egestate pietatem ostendamus, & non auertere nos à petente. Immò etiam hæc pietas Christiano viro digna, non petenti etiam, sed petere volenti liberali animo exhibẽda est. Ideò non dixit Dominus: *Et petentem à te mutuum da*, sed *Volentem à te mutuare.* Quibus verbis præcipimur, non tantum mutuare petenti, si modo facultas adsit, sed etiam volenti postulare, tamen verecundia, & pudore suffusso, aut certè alio quodam respectu commoto, petere non audenti, quem præuenire docemur in benedictionibus dulcedinis.

(.2.)

EXPO-

Inopẽ offendentes, torpo vultu ad aliam se diuertunt.

Egenũ mansueto animo respondendum.

Verecundia suffusso petere non audenti eleemosyna elargienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

43 *Audiſtis, quia dictum eſt, &c.* Cum (teſte Paulo) plenitudo legis dilectio meritò ſit, voluit Dominus hoc maximum, & primum præceptum, hoc vltimo loco perficere, & in ſuo perfectionis ſtatu reponere. Lex quidem de dilectione proximi ſatis manifeſta erat ex Leuiti. 19. vbi Deus præceptũ poſuit, dicens: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* In ſuperioribus ſermonis Domini partibus, quibus impletionem, & legis perfectionem docuerat, ſatis apertè explicuit primam mandati partem, nempè diliges ſicut te ipſum, nam quid in ſuperioribꝰ mãdatis, videlicet, ne quis in fratrẽ iraſcatur, ne quis vxorem proximi ad concupiſcendũ aſpiciat, ne quis vxorem dimittere audeat, ne quis reſiſtere malo, nec iudicio contendere preſumat, quid (inquam) aliud Dominus docuit, quã vt ſicut nos ipſos, proximos diligamus? In hac verò parte perficit omninò legem ea in parte, qua dicitur: *Proximum tuũ*: ita vt ſi benè perpẽdere, & attenta mente conſiderare volueris, concionem hanc à Domino in monte habitam, facilè inuenies eam occupatam, & in ſuas partes diſpoſitam, circa proximi dilectionem, & tãquam thema, & totius ſermonis theſis fuit, hæc legis pars: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Hoc autem præceptum Dominus perficit, partim repurgãdo legem à falſo Iudæorum intellectu, & Scribarũ, ac Phariſæorum noxijs interpretationibꝰ, & nugacibꝰ, quas in legem hanc cõmentati fuerant, partim exigendo adhuc amplius, quã vetus lex exigerat. Erit itaque hæc vltima pars concionis, rethorum more, refutatio contra Scribarum, & Phariſæorũ falſas legis interpretationes. Vbi primò notandum venit, Dominum ſcripturarũ loca eo pacto citare, quo Scribæ, & Phariſæi interpretabantur, aut iuxta cõmunem vulgi ſentẽtiam, & accepram conſuetudinem, licet Scripturæ ſacræ verba non ſint, vt ſunt hæc verba: *Odio habebis inimicum tuũ*, quæ nuſquam in lege inueniuntur. D. tamen Auguſtinus de ſermone Domini in monte, lib. 1. fateri videtur hoc haberi in ſacris literis. Exodo. 34. & Deut. 7. verùm odio habere inimicum, dicit non eſſe vocem iubentis iuſto, ſed permitentis infirmo. At lex quæ habetur in Exodo, & Deuteronomio præcipit, ne fœdus inirent cum gentibus habitantibus in terra Canaam, ſed eas ſine omni miſeratione delerent de terra, quia idolatræ erant, & promptiſſimæ ad ſeducendum populum Dei. Verùm noluit Dominus, nec minus præcepit odio perſequi nationes illas, ſed tanquam iuſtitiæ Diuinæ executores animaduerterein illas. Immò ex veteri lege potius colligi poteſt mandatum de dilectione inimici: nam in Exodo præcipitur in hæc verba: Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertrãſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Quo igitur pacto adducti illi fuerunt, vt ſic interpretarẽtur? hanc opinor ob cauſam. Legebant ſcriptum: *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*, dictio autẽ Hebræa, quæ eo loco poſita eſt, *Reach*, vel *Rec*, ſignificat amicũ potius quàm proximum. Hinc fit, quòd in quæſtionem verterint, quis nomine *Rec*, ſeu amicus, ſeu proximus intelligerentur; quod facilè agnoſci poteſt ex Euangelio, cum quidam legisperitus interrogaret Dominum, quis eſſet ſuus proximus, ex qua interrogatione, & Domini prætereà reſponſione colligitur, fuiſſe maximam eorum partem, qui exiſtimarent appellatione proximi, ſuam tãtam, hoc eſt, Hebræorum gentẽ debere comprehendi. Cæteros autem ne dignos quidem iudicabant, qui in gratiam Dei reciperẽtur, niſi Hebræorũ ſacris eſſent initiati. Quod apertè claruit, cum prædicantibus Apoſtolis recipiendarum gentium, fiebat ab illis mentio, mox ſcandeſcebant Iudęi, nec ferre hanc vocem poterãt, quin & illi ipſi, qui iam crediderant, cum cernerent idem donũ datum gentibus, quod Apoſtolis, illapſo in ipſos ethnicos, qui crediderant Spiritu ſancto, quemadmodum, & ante in Apoſtolos. Obſtupuerũt (inquit) & glorificauerunt Deum, dicentes: Igitur, & gentibus Deus pœnitentiam conceſsit. Et paulò ſuperiùs, cum loquẽte Petro in domo Cornelij, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant ſermonem, & obſtupuerũt ij, qui ex circunciſorum genere credebant, quotquot venerant cum Petro, quòd & in gentes donum Spiritus ſancti effuſſum eſſet, quaſi noua res, ac penè incredibilis accidiſſet. Quam erroris opinionem refellens Paulus aiebat: Num Iudæorum tantum Deus? Nonne, & gentium, certè, & gẽtium. Illi ergo, qui legis interpretandæ officio fungebantur, lectis illis verbis: *Diliges proximũ tuum*, proximum ſunt interpretati, qui benè illis vellet, quo malè poſito, pejus collegerunt, odio ſcilicet, habendum eſſe inimicũ. Quod ſi huius interpretationis cauſam quærar, nullam inueniens aliam, quàm depraua tæ mentis conſuetudinem. Quod ſi mandatũ legis benè conſideraſſent, vox illa, *Reach*, vel *Rec*, quæ apud Hebræos ponitur loco nominis proximi, ex ſacræ Scripturæ vſu conſtat ſummi pro eo, cum quo quicquam tibi negotij fuerit, quiq; quauis ratione tibi adiunctus fuerit. Præcipiens itaq; Dominus diligere proximum vult, vt quemuis qua cunq; ratione nobis cõiunctum, diligamus, ſiue ratione affinitatis, & cognationis, aut ſocietatis, ſeu alicuius negotij. Vnde poterant legis interpretes colligere, quòd etiam hoſtes profeſſi, ſecundum Scripturę vſum, erant nobis proximi, nam ea ratione, qua inimici videbãtur, intercedebat nobis,

TEXTVS.

43 AVdiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. 45. Vt ſitis filij Patris veſtris qui in cælis eſt, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quàm mercedẽ habebitis, nonne, & publicani hoc faciũt? 47. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? Nonne, & ethnici hoc faciũt? 48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut, & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fratres dicũtur in sacra pagina ij, cũ quibus aliquod geritur negotium, & quare.

A bis, aliquid negotij cum illis. Phrasis est linguæ sanctæ, vt omnes, apud quos aliquod negotiũ habemus, fratres vocemus, aut proximos: quod sanè Diuinæ prouidentiæ opus est, vt hæc esset huius linguæ phrasis, vt nominibus illis admoniti, ad eos amandum prouocaremur, cogitantes rationẽ nominis fratris, vel proximi hoc vnicè postulare, vt omnes tanquam fratres habeamus, & intimo amore prosequamur. Itaq; cum in hoc præcepto Hebræa dictio, pro qua nos proximum habemus, ex se

B se ambigua sit, ita vt nunc amicum, significet, nũc quemuis alium: Scribæ in priori significatione illam interpretati sunt: noster autem cælestis magister in altera significatione accipiendam docet, vt sciamus nos debere omnes cuiuscũq; status, aut professionis sint diligere, & si malè erga nos sint affecti. At verò Satan regni sui dignitatem dilatare nititur, odia spargendo, & intra hominum corda seminando. Sicut enim

Satã odia disseminare nititur.

C Deus concordia, & amore Regnum suum stabilire pergit, ita quoq; Satan odijs, atq; discordijs Christi regnum infringere connatur. Homicida fuit Satan ab initio, ille (inquit Ioannes) homicida erat ab initio,

Ioã.8.f.44.

nullo enim alio potẽtiori gladio, ad crudelem hominum interfectionẽ vtitur, quàm odio corda percutiendo. Qui odit fratrem suum, homicida est, ideò ab ipsis humani generis primordijs totos suos conatus

Satan, nullo alio accutiori gladio interficit, quã odio.

D direxit, vt inimicitias, atq; odia inter fratres seminaret: testes sunt Cain, & Abel fratres, Iacob, & Esau, &c. Sic enim vexillum Dei est Charitas: Ordinauit in me charitatem: alia translatio habet, vexillum

Cant.2.d.4.

eius super me charitas. Ita Satanæ vexillum odium est: qui odia sequitur, certè sibi polliceri poterit, iam Satanæ nomen dedisse, atq; sub eius vexillis militare. Stipendiũ Satanæ mors est: Christi verò stipẽdium est A *1.Ioã.3.c.15.*
vita. Qui manet (ait Ioãnes) in charitate, in Deo manet. Filij Israël sum mopere nitebantur Ægypti terrã, vnà cum paruulis, & pecoribus relinquere, vt Domino Deo libere sacrificare[] possent. Verùm Pharao, ne ab eius potestate exirent, copiam illis ibi sacrificandi faciebat. Id ipsum Satan quotidie nobiscum facit, nam plenam nobis facultatem concedit, sacrificãdi Domino Deo, non curat si ieiunijs corpora affligamus, si pœnitentia excruciemur: Si

B honoribus vigilantes simus, dũmodo sub eius dominio, atq; vexillo viuamus, hoc est, si odio, atq; liuore nomina ipsi semel data seruamus, & in eius territorio, & intra castra ipsius animo, odio, atq; liuore detenti viuamus. Quo sit, vt talium operum ipse solus fructus percipiat, quippè quæ in suo territorio facta sunt, cum ipse odiorum princeps existat.

44 *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, &c.* Si ea, quæ superius dicta sunt, cõsideramus, facilè colligemus in hac parte, qua Dominus præ C cipit inimicos esse diligendos, nihil voluisse addere præceptis legalibus, sed tantum ea explanare, & legem, quam dedit, sua authoritate exponere, vt non iam Scribarum, & Pharisæorum interpretationes, passione ac liuore plenas, populus sectetur, sed in re tanta ipsum legislatorem, interpretem suæ voluntatis audiat, & pareat. Ideò propriæ personæ au D thoritatem proponit, dicens: *Ego autem dico vobis, &c.* Quæ verba magnã emphasim habent, quasi diceret Dominus: Ego iam hac in re, quę tantorum Pharisęorum sententijs publicata est, cum maioris momenti causa sit, meam supremam authoritatẽ interponens, & officio vtens, legislatoris falsam illam legis interpretationẽ, quam hactenus à mẽdacibus magistris

A magistris audistis omninò destruo, & perpetua memoria aboleo, tanquam expositio, & interpretatio Diuinæ legi contraria. Et si vobis arduum, ac difficile nimis videtur vestros diligere inimicos, attẽdite præcipientis authoritatem: *Ego autem dico vobis, &c.* Ego (inquam) Dominus Deus vester, cui summam obedientiam exhibere tenemini. Ego qui vos de limo terræ, immò verò de nihilo creaui ad imaginem & similitudinem meam. Ego qui vos nobilis

B sima ista anima donaui, tàm potenti natura, vt in sola naturæ Diuinæ possessione quiescat. Ego qui vos per singula momenta conseruo, & à quo vniuersa vestra bona dependẽt. Ego, qui non solum creaturas corporales, & visibles, sed ipsos quoq; Angelos in vestrã custodiam, & comitatũ destinaui. Etandem ego, qui pro vestra salute de cælis ad terram carnẽ assumpturus descendi, & pro vestra redemptione, animam meam dilectam in manus inimicorũ meo-

C rum traditurus sum, & tandem omnium hominum iudex futurus, qui præmia, vel pœnas retribuam custodientibus, vel contemnentibus præcepta mea. Ego ego sum, & non est alius Deus præter me, dico vobis, &c. Hoc fere verbo vsus est Absalon cum præciperet pueris suis, vt in fratrem suum Amon irruerẽt, illumq; interficerent, quia difficile nimis videbatur, resq; erat magnis

D expositа periculis Principem regni hæredem occidere, tectam rei difficultatem visus fuit sibi remouisse, dicens: Nolite timere, Ego sum, qui præcipio vobis: quasi diceret, hoc vnum vobis sufficere potest, vt omnem abijciatis timorem, nempè, quod ego sum, qui præcipio vobis. Ego (inquam) qui potero vos adiuuare, & à periculis omnibus incolumes eripere. Sic Christus videtur nobis animum addere, ad omnes hu

ius rei difficultates superandas, cum A dicit: *Ego autem dico vobis.* In sequentibus verò partibus, lege iam veteri expositа, legẽ ipsam perficit, quod potius ad nouam, quàm ad veterem pertinet, nempè benefacere, & orare. Tria itaq; præcipit: primum, diligere: secundum, benefacere: tertiũ, orate pro persequentibus, & calumniantibus nos. Nulla fuit vnquã hominum secta, in qua homines eam professentes, non illam totis viribus defenderent, ac seruarent ea, quæ in

B illa secta præcipua videbãtur, vt Platonici, ea maximè tuentur, quæ peculiariter Platonis sunt dogmata, & Aristotelici Aristotelis, & sic deinceps suos quisq; duces sequitur, & amplectitur. Deliberemus, & nos Christiani id ipsum facere, quoniã Christianæ Philosophiæ hic proprius scopus est: *Diligite* (inquit) *inimicos vestros*: cur hoc graue tibi videtur? Quia iniquus (inquit) mihi est, me afficit iniurijs. At hic animi mor

C bus est, multoq; grauior, quàm ille corporis, eũ quis phrenesi laborat. Sicut enim phreneticos cum cernimus, non illis indignamur, q iniurij in eos sint, à quibus afficiuntur beneficio, sed miseremur potius, quod morbum suum, non intelligant, & quò insaniunt magis, eò maiori dignos misericordia iudicamus, sic & multò etiam magis in animi ægritudine est faciendum, quò maius damnum affert homini, quàm corporis morbus, & quanto acerbius in nos agitur inimicus, tanto illum maiori

Cum eo, qui nos persequitur, tanquam cum ægrotãti nos geramur oportet.

D prosequi debemus misericordia, tãquam grauiori phrenesi laborantẽ. Cogitemus præterea proximum quemq; quanuis inimicum, & hostem, mẽbrum esse nostrum: Sumus enim (ait Apostolus) inuicem membra: quis autem læsum corporis mẽbrum contemnit, ac non potius fouet, & curat, & maius adhibet illi studium, quã reliquo corpori? Idem ergo

Eph.4.

Proximus quanuis inimicus, est tamen membrũ nostrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ergo faciendum erga inimicum est: membrum tuum est, sed vitiatum, & ægrotans. Non egent sani medico, sed qui malè habent, ideirco maiori prosequēdus est charitate, quàm si esset incolumis, curatio illius quærenda est, quæ non sequetur, nisi tu veluti ægroto membro pharmaca cures adhibere. Cogitare etiā debes eūdem inimicum membrum esse corporis Christi, nisi frustrà cognomen à Christo acceptū circūfers, quid nō tibi hoc nomine esset

Inimicus mē brum est corporis Christi.

B faciendum? Quis non lapis mouendus, vt res tanti pretij seruetur? Nō horres eum spernere, atq; adeò odisse, pro quo Christus ille Dei filius mortem oppetere, & eam crucis, nō dubitauit? Dominus ac tantus Dominus, nempè Rex Regum, & Dominus dominantium proseruo, crudelissimum, & teterrimum mortis genus ferre voluit, quanto magis decet hoc seruum pro conseruo præstare? Ille (ait Ioānes) animam suam

Apoc. 19.

1. Ioan. 3.

C pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Filius ergo Dei animam pro seruis posuit, & nos si pro conserui salute nolumus animam ponere, non saltem illius erratis ignoscemus, cumq; diligemus. Veniat quoq; in mentē inimicitiarum, quas cum Deo habuimus, & cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, quæ recordatio nonne vt cuiusuis capitalis inimicitię cum conseruo nostro obliuisceremur, persuadere deberet? Quod nisi fiat, sequeræ illius reprehensionis saltim recordemur, vbi dictum est: Serue nequā omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me, nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut, & ego tui misertus sum? Multo plures rationes in hanc causam afferre possumus, has tamen tanquam præcipuas posuimus.

Rom. 5.

Vt inimicitiæ obliuiscātur suademur, Cū enim nos inimici essemus recōciliati sumus, &c.

Matth. 18.

Benefacite his, qui oderunt vos, &c.

Multi sunt qui dicant, ego illum nō A odi, benè illi volo, nunquam eum, vel minima in re læsi, sed nolo vti eius commercio, nec est, quòd à me aliquid speret: non intelligunt miseri, quàm semetipsos in re tanti ponderis miserè fallant. Sed audiant isti quo pacto vellit Dominus opere, & veritate eos exequi eius mandatum, ita vt non tantum interna, quæ videt, & iudicat Deus, sit dilecta, & habenda, verùm etiam externa, opere, nēpè ex intimo amoris affectu pro- B cedente, internum vir pius testetur amorē, sita vt officijs, & beneficijs, à Christiano pectore procedentibus, non modo ipsi, verùm omnibus inimicitias interesse suspicantibus, sui amoris vera signa testetur. Et tamē hoc non cōtentus, vult prętereà Dominus, vt pro his etiam oremus, qui nos lædunt, & insectantur, vt videlicet illis agnoscat Deus, illis meliorem inspiret mentem, vt æternam, C & ipsi salutem adipiscantur. In sacris literis passim exempla inuenies eorū, qui præclaris gestis, & factis, & feruentissimis precibus ad Deum emissis, amorem, quem erga suos, habebant persecutores, testati sunt, quæ vt obuia lubens omitto, cū iam non concionatoris, sed expositoris officium faciam. Deprehendi quidē non paucos, qui remittunt quidem iniuriam, sed ea conditione, vt cupiant Deum illum vlcisci, & fortasse in cum modū interpretātur illud per Prophetam dictum, atq; à Paulo citatum: Mihi vindictam, & ego retribuam, sed non ita accipiēdum, vult enim per illa verba admonere nos, non vt optemus inimicis mala inferri à Deo, sed ne vsurpemus id, quod non nostrum, sed Dei est, qui scit, qua quisq; sit dignus pœna. Homines verò in facienda vltione facilè decipiuntur, in sua præsertim ipsorum causa, & plerumq; cum ipsi pœna digni sint, illam reijcere in

Deut. 32. Rom. 12.

In illis verbis, Mihi vindictā, &c. docuit Dominus, neq; quemquam nostrum Dei esse.

alterum

A alterum quærunt, non solum ergo non expectandum est, vt Deus vlciscatur inimicum, sed orandus potius, vt benignè illi faciat, & spatiū, ac spiritum pœnitentiæ donet.

45 *Vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui solem, &c.* Hoc verbo reprehēdit Christus defectum charitatis in terra, præsertim erga inimicos, dū è cælo dicit petendum esse exemplū diligendorum inimicorum: quasi diceret: In terra quidem adeò charitas perexigua est, & imperfecta, vt

Charitas in terra imperfecta.

B non sit hoc tempore, quem vobis possim imitandum proponere. Est autem vobis optimum exēplar charitatis Pater vester cælestis, vt ergo illum imitemini, & vt veri filij eius sitis: *Diligite inimicos vestros, &c.* Rursus hoc verbo, visus est Christus, proposita præmij magnitudine, voluisse homines gloriæ, & honoris cupidos, ad tanti præcepti perfectionem excitare, vt tanta censeantur excellentia digni, nimirùm vt sint

Gloriæ, & honoris cupidos ad tantæ præcepti perfectionem excitat Dominus.

C Patris cælestis filij. Hoc enim artificio (teste Augustino lib. 3. de ciuitate Dei, cap. 4.) vsos fuisse antiquos excellentes aliquos viros, deorum filios nuncupando, vtpote Æneam, Romulum, Herculem, & id genus, non quia ita esse crederent, sed vt tantæ nobilitati, qua censebantur descēdisse egregijs facinoribus per pertractis, correspōdere viderentur? Nobis autem cum simus gens sancta regale sacerdotium, &c. absit vt falsam filiorum Dei appellationem

D. Augustin. lib. 3. de ciuitate Dei, c. 4.

Deorum filij per dicti heroes ab antiquis.

D Christus veritas ipsa promittat, sed veram ita vt filij Dei nominemur, & simus: *Vt sitis* (inquit) *filij Patris vestri*, non vt videmini, sed vt verè sitis. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. At verò non omnes, qui credunt in nomine eius filij Dei sunt, sed illi tātum, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, &c. ideſt, non illi filij sunt, qui carnali voluntate amicos diligunt tantum, sed eorum, qui A contēpta carnis passione, fidem in se charitate formatam habēt, qua inimicos propter Deum diligunt. Tāta efficacia dilectio illa est, vt filios Dei efficere nos valeat: Ideò ait: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, &c.* Hæc quidem præstanda essent, non solum quia Diuina sunt præcepta, sed etiam sola rationis cōtemplatione, qua præditi à Deo sumus. Verùm duabus vrtur Dominus rationibus efficacissimis satis ad id persuadendum. Quarum prior de præmio, quod cōsecuturi sumus, B agit. Altera verò de mercede quam amittemus. Prima ergo est, vt simus filij Patris cælestis. Quid enim optari potest diuinius, ac beatius quàm esse filium altissimi, cumq; nostris operibus referre, quod sola inimicorum dilectione consequemur? Quis vestrum si spes esset, vt hac via Regis filius euaderet, non libenter, & æquissimo animo grauissima perferret, & vltionem dimitteret, & suma cū voluptate, quicquid C hīc Dominus præcipit, exequeretur? Vt verò filij Dei euadamus, nihil enitimur nihil connamur, quod vnum tamen esse nobis deberet cordi, nam fieri temporarij Regis filiū, momentanea res est, ac scenæ persimilis: at filium Dei euadere, æternam secum fœlicitatem affert. Dicit ergo, *Vt sitis filij Patris vestri.* Quod quidem sic efficiendum est, vt per imitationem referētes illum vestris operibus *sitis filij Patris vestri*, iam D quidem facti estis per gratiam, & adoptionem filij Dei. Nunc enim (ait Ioannes) filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus, quēadmodum quamdiù hæres paruulus est nihil differt à seruo, cum sit Dominus omniū: ita quoq; qui diligit inimicum, iam factus est filius Dei, sed si dilectionem quam habet in corde operibus ostendit, eo ipso

Filij Dei euadimus, quæ facienda.

1. Ioan. 3.

Galat. 4.

Inimicum diligens factus est filius Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A facto noua quadam ratione, nempè Patris cæleſtis imitatione, filius ipſius Patris declaratus eſt. Ratione enim imitationis, filius, quis merito appellari poteſt, ſicut & nos Abrahæ filij vocamur, ſi factorum ipſius imitatores ſumus. Pudeat ergo nos tantam dignitatem pro vili animi paſsione contemnere, O nos degeneres, qui ad tantam adipiſcendam dignitatem, nihil promouemur, non inflammamur audita hac pollicitatione, fore vt ſi hæc præſtemus, ſimus filij cæleſtis Patris. *Qui ſolem ſuum, &c.* In hoc etiam illi qui inimicos diligunt, cęleſti Patri, quantum hominibus poſsibile eſt, aſsimilantur, nã licet ſolem iſtum materialem oriri facere non poſſint ſuper inimicos ſuos, nec materiali rore, ac pluuia inimicorum ſuorum terras fœcundare, quod Deus pro ſua potẽtia facit: emittunt tamen eiuſmodi homines ſpirituale quodam lumen, quo ſolis inſtar illuminati inimici, redeunt ad cor, iniquitatemq; ſuã agnoſcũt, ex qua cognitione fit, vt peccatum ſuum deplorando, quaſi lachrymarũ pluuia inimicitiæ extinguantur, & animos liuore prius excandeſcens refrigeretur. Hos quidem effectus mirum inmodum contemplari licet in eo, quod Dauidi erga Saulem accidiſſe narratur: Cùm enim Dauid Saulem cruentum, & infeſtiſsimum ſuum inimicum, ſeq; totis viribus occidere machinãtem, quadam die impunè occidere potuiſſet, in ſpeluncam purgandi ventris cauſa ingreſſum, noluit malum pro malo reddere, ſed ora chlamydis Sauli præciſſa, non permiſit viros ſuos conſurgere in eum, ſed cum egreſſus de ſpelunca fuiſſet, & cepto itinere, pergentem Dauid eum à longè vocauit, grauiſsimiſq; verbis eum increpauit, quòd ſe innoxium tanto proſequeretur odio. Oſtenditq; illi chlamydis oram, in teſtimonium quòd cũ eam pręſcidit, potuiſſet & illum occidere, ſi iniquo in illum animo eſſet. Quo audito, & cognito Dauidis præclaro, & æquiſſimo animo erga ſe, quòd ſibi bonũ pro tantis malis retribuiſſet, leuauit Saul vocem ſuam, & fleuit: Ecce quomodo in illum quaſi ſolem verę cognitionis oriri fecit Dauid, & quaſi quendam lachrymarum imbrem emiſit, dixitq; ad Dauid: Iuſtior tu es quàm ego, tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, &c. Vides qualiter cæleſtẽ imitere Patrem, radios ſolis tui intimi amoris in aduerſarium fundẽdo, quibus inflammatus, ſuper peccatũ pluuiam lachrymarũ infundere vales. *Qui ſolem ſuum, &c.* Hoc nobis exemplum ſingulis diebus deberemus proponere, nempè quòd rem tã egregiam à ſe factam, iubet quotidiano miniſterio, etiam improbis inſeruire. Cùm ergo lumẽ ſolis intuemur, veniant nobis in mentem ingẽtia erga ingratos Dei beneficia, nam is qui nullius eget, tanta tamen erga ingratos, qui res non modo viles verùm abominandas faciunt, vtitur liberalitate, & homo (ſi non pluſquã ferreus eſt) aduerſus hominẽ, cuius egere ſemper poteſt, audebit odia exercere, & beneficentiam ei denegare? Reuocanda ad memoriam eſſent hæc Euangelica præcepta, quoties animum inuadit perturbatio, & mox tanquam ſolis radijs caligo omnis depelleretur: Non enim fruſtrà (dixit Salomon) mandatum lucerna eſt, & lex lux. Hanc lucem Dauid poſtulabat: Lucerna (inquit) pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Coniungit quoq; Dominus pluuiam, vt oſtẽdat quòd ſol vnà cum pluuia omnium aliorũ beneficiorum Dei, temporaliũ ſint cauſa, nã quicquid terra nobis profert, ſolis calore, ac pluuiæ irrigatione producitur. Et vt intelligamus,

Diligens inimicum quantum poßibile eſt Deo aßimilatur.

Iſai. 48. c. 8.

1. Reg. 24.

Prou. 6.

Pſal. 118.

Sterilitas & ſiccitas terræ vnde proueniat.

A mus, quòd ſi peccato hoc grauiſsimo, nempè ſi proximũ odio proſequamur, irrititi ſumus, cõtinuò nobis terræ ſterilitatem aſciſcemus: nã ob hominum peccata, mãdat Deus nubibus, ne pluant ſuper terram, vnde ſterilitas procedit.

Pluuiam propter quæ peccata denegat Dominus.

46 *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, &c.* Alteram rationem, quam propoſuimus, hîc oſtendit Dominus, dicens: quòd ſi quis inimicos non diligit, ſed tantum amicos, nihil præclarè agit, nec mercedem aliquam meretur à Deo, cum nihil faciat, quod

B non idipſum Publicani, peccatores, & ethnici faciant. Et quidem quos prima ratio non mouet, ita vt putẽt ſe non poſſe perfectiſsimi Dei perfectionem imitando præſtare: efficaciter moueat ſecunda ratio, vt illis ſe meliores eſſe declarent, præ quibus meliorem, poſt hanc vitam, expectant mercedem, & gratiam, & illis nolint eſſe ſimiles, quorum mores, & nomina deteſtantur. *Quam mercedem habebitis.* Vel vt habẽt Græca, habetis, non ſic putemus accipiendum, quaſi dilectio amicorum

C non poſsit eſſe meritoria, ac interdum pluſquam inimicorũ, vbi enim maior demeriti ratio conſtituta eſt, ibiquoq; maior meriti ratio conſiderari poteſt, vt frequenter ſcholaſtici docent, verùm hîc cum excluſione accipiendum eſt: ita vt dicere velit, ſi tantum diligitis eos qui vos diligunt, ſicut eam excluſionem in ſecunda parte poſuit, dicens: *Si ſalutaueritis fratres veſtros tantum, &c.* Dilectio enim amicorum, quæ ſe ad inimicos non extẽdit, non eſt quidem

D apud Deũ meritoria, tum quod iam hîc ſuam recipiat mercedem, nempè mutuam eorũ (quos diligit) dilectionem: tum quòd diligere diligẽtem ſe, eſt potius rependere vicem, quàm mereri mercedem. *Nonne & publicani, &c.* Euangelica hiſtoria per publicanos ferè intelligit homines improbos. Priſcis publicani dicebantur, quòd publico fruerẽtur, nempè qui certo pretio Romani populi redditus, & vectigalia redimebant, vndè & redemptores dicebantur: deinde non ſine fœnore à plebe id exigebant, quod latis docet Ioannes Baptiſta, dum illis præſcribit: Nihil amplius quàm quod vobis cõſtitutum eſt exigatis. Ideò enim malè audiebant, nec à ſapientibus inter honeſtos ciues numerabantur, quin potius calamitates publicæ, populi blattæ, ac tineæ, prædones, & excoriatores appellãbãtur. Si ergo ijqui, tales habebãtur in populo, iura amicitiæ inuiolabiliter ſeruabant cum ſuis amicis, quid amplius vos præſtatis, ſi inuiolabiles amicitias cum amicis tantum ſeruatis?

Publicani olim, dicebantur, quòd publico fruerentur. Luc. 3. c. 13.

Publicani quibus nominibus compellati à populo.

Vbi maior demeriti ratio conſtituta eſt, ibi maior meriti ratio conſiderari poteſt.

Per publicanos Euangelica hiſtoria intelligit homines improbos.

Luc. 6.

48 *Eſtote ergo perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Huic tanto negotio finem imponens, concluſionem iam facit, qua totum argumentum de dilectione inimici complectitur: ac ſi dixiſſet, Vt vos benignitate veſtra ſupereritis eos, præ quibus meliorem expectatis mercedẽ, & vt verè *ſitis filij Patris veſtri, eſtote perfecti ſicut, & Pater veſter, &c.* Manifeſtũ eſt hîc de proximi dilectione agere, in qua Patris cæleſtis perfectio, tanquam ſpeculum lucidiſsimum ſemper ante oculos habendũ, proponitur: vt ſicut ille non tantum amicos, & gratos, ſed inimicos etiam, & reprobos dilexit, & diligit, ita & nos non vnam tantum dilectionis partem, quæ amicos reſpicit, ſed & alteram, quæ ad inimicos pertinet adimpleamus. Vnde & D. Lucas ſatis apertè declarat de proximi dilectione, intelligendam eſſe perfectionem, dum ait: Eſtote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Nam in alijs quomodo præſtare poſsimus perfectionem Patris cæleſtis? Hæc autem perfectio dilectionis, nihil aliud eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quàm misericordia, & benignitas, propensum reddens hominem, adiuuandum omnes sua ope indigentes: sumitur quoq; in sacris literis misericordia pro magno, & egregio beneficio alicui collato. Sic Genes. 20. dicit Abraham Saræ: Facies mecum misericordiam: & Gen. 21. dicit Abimelech Abrahæ: Iuxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi. Vnde satis constat idem esse, benignum, & misericordem esse. Et A
propriè accipiendo misericordiam ad eam pertinet diligere, & benefacere inimicis, vt scilicet, quis misertus grauiipsorum quo laborant malo odij, studeat eos beneficijs sibi demereri, & sanare, secundum consilium Sapientis: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi, hæc faciens, &c. Pro. 25.

Misericordia sumitur aliquando pro magno beneficio alicui collato.
Gen. 20.
Gen. 21.

Finis Capituli Quinti.

CAPVT

A A

CAPVT SEXTVM.

EXPOSITIO.

I ATTENDITE Ne iustitiam, &c. Postquam Christus in superioribus Pharisæorũ doctrinam arguit, certum legis intellectũ ostendẽs, satis anteà ab ipsis deprauatum, adeò vt D. Augustinus meritò eos assimilare audeat Philistæis illis, qui puteos, quos Iacob foderat, terra impleuerãt, ita quoquè Scribę, & Pharisæi, puteos legis quos Dominus ante aperuerat crassissima illa terra, humanæ suæ passionis, hoc est, falsis interpretationibus suis, ob cæcarũt: hos itaq; Dominus velut alter Isaac aperuit, & purgauit. Nunc etiam eorum fictionem, in operibus patefacit, ostendens quomodo illa fieri debeãt, nẽpè eleemosyna, oratio, & ieiunium, simul, & eorum taxat auaritiam, & nimiam in necessarijs quoq; hominum solicitudinem. Vbi notandum venit, quòd manifesta eorum non taxat scelera, quod id nulli fuisset vsui, sed quæ pietatis speciem prę se ferebant, quia instruendus populus in his erat, ne ab illis falleretur, aut ad malum induceretur. Erat enim quædam pestis tacita, quæ ferè vitiabat omnia Pharisæorũ benefacta, sic vt apud Deum nullã omninò laudẽ promererẽtur, quod quemadmodum posteà dicit Dominus, omnia opera sua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Ab hac igitur peste, suos iam studet Dominus immunes facere, conuenientissimo quidẽ ordine, vt egregiè Chrysostomus annotauit. Nam postquã opera illa, quę perfectum, & omninò absolutum Christianum faciunt, docuit, iam quomodo ea facerent: ita vt nõ modo superius posita, sed & alia præcipua religionis externa opera ostẽdit, quo modo fieri debeãt, vt vanę gloriæ pestem, quæ bona operantibus assistere, & latenter etiam obrepere consueuit, interimant; ideò in exordio

Pharisæorũ opera, quæ pestis vitiarit.
D. Chrysost.

TEXTVS.

I ATtenditene iustitiam vestrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ vestrum qui in cælis est. 2. Cũ ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificẽtur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. 4. Vt sit eleemosyna tua in abscõdito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

D. Augustin.
Gen. 26.
Numer. 20. 8
Luc. 14. 12. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

A huius tractationis admonet, quantum referat quo quis animo quid faciat. Bonum enim nullo pacto bonum esse potest, nisi benè fiat: tunc autem benefit, cum ad Deum refertur. Eatenus enim res bona est, quòcam Diuinorum præceptorum regulis metimur. Deus autem certa, & iusta rerum mensura est, non certe homo. Qua in re obseruãdum est diligentiùs, quàm multa amittãt homines bona, & quàm multis laboribus maiorem fermè vitæ partẽ frustrà conficiunt, ob hanc vnam causam, quòd in factis suis hũc sibi scopum non proponunt, nempè Deum ipsum. Vnde meritò cõqueritur Dominus per Prophetam, quare appenditis argentum, & non in panibus, & laborem vestrum, & non in saturitate? Id quod sanè illi, qui perpetuis gehennæ incendijs torquentur, fateri coguntur, dicentes: Lasati sumus in via iniquitatis, & perditionis: viam autem Domini ignorauimus. Hæc sanè recta via est, qua omnia opera nostra dirigere tenemur, C videlicet, vt in factis nostris omnibus ipsius Dei semper recordemur, omniaq; ad eũ, qui perpetuò intueturnos, referamus. Hoc est, quod Col.3.c.17. Paulus docet: Omnia (inquit) quæcunq; facitis, siue in verbo, siue in opere in nomine Domini IESV facite. Sed ad Textus explicationem propiùs accedamus. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Ad summam nos Do- D minus vocat attentionem, cum de summa rerum omnium, qua vel omnia petire, vel fœlicitatem æternam comparare possimus, tractat. Exposuerat enim Dominus illa omnia, à quibus, tanquam à grauissimis malis, oportebat nos cauere, explicat iam bona, quæ factu opus est Christiano; nam qui primam iustitiæ partem, nempè diuertere à malo, probè exercuit, ad secundã ascendat oportet, videlicet, vt bonum operetur, & A sciat quanto cum studio bona benè agere, ne in vitiũ conuertantur, debeat. De eleemosyna hoc nomine iustitiæ loquitur, vt ex sequentibus liquet. Verùm in Græco variat lectio, nam vbi nos vertimus iustitiã, alij textus habent, *DiKeosinin*, alij *Eleeimosinin*. Quam variationẽ puto accidisse ob ignorationem proprietatum Hebrææ linguæ: nã apud Hebræos opus eleemosynæ iustitia vocatur, quemadmodum in Psalmo legitur: Cum enim eleemosynę fecisset mentionem, dixisseq;: Dispersit dedit pauperibus, adiecit, iustitia eius manet in seculũ seculi. His verbis docet Chrysost. Hom. 34. ad populum Antiochenum, quòd perennis iustitia comparatur ex eleemosyna. Quare verisimile est, hoc loco Euangelistam posuisse iustitiam, quod in Græco dicitur, *DiKeosinin*, eos verò, qui cernerent hic sermonem haberi de eleemosyna, sed ignorarent loquutionis proprietatem, C reposuisse, *Eleimosinin*. Robertus Stephanus etiam testatur, se in veteri quodã Græco codice legisse, vt nos habemus. Hãc quoq; lectionem sequuntur Augustinus, & Hieronymus: stet ergo vt vetusta habent exẽplaria, nomen iustitiæ, quo tamen eleemosyna significatur, & rectè profectò, nam quid iustius est, quàm eleemosynam præbere indigẽtibus? Primam enim excellentiam, quam hæc virtus sortitur, est, vt homines Deo similimos faciat, atq; ea in re, D quæ ipsi Deo magis propria est, maioremq; sibi gloriam cõciliat. Estote (inquit Christus) misericordes sicut, & Pater vester misericors est, quibus verbis ostenditur, nulla in re nos magis posse Patris imaginem referre, quàm hãc misericordiæ virtutem exercẽdo: est sanè proprium ipsius Dei misereri, & compati, sicut enim hominibus proprium, & natura

Bonum, cum benè fit bonũ est.

Quanta homines amittunt bona, qui in factis suis Deum sibi scopum nõ proponunt.

Isai.55.c.2.

Eleemosyna iuxta Hebræos iustitia dicitur.

D. Thom. 2. 2. q. 30.

Psal.111.

D. Chrysost. Homil. 34. ad populum Antiochenum.

Ibid. 34.

D. Augustin. D. Hieron.

Nihil iustius quàm Eleemosynam præbere indigentibus. Hieronymus.

Deo similimos faciat.

Matth. 5.

Propria est Dei misereri, & compati. Proprium hominis est misereri.

A natura quodammodo insitum ipsis esse videmus, egere, & miserias crebras pati: ita quoq; Dei proprium esse fatemur miseriarum cõpati nostrarũ, sed & hæc pietatis, & miseri cordiæ virtus, quæ primũ continet locum inter eas perfectiones, quas pijssimus Deus erga creaturas operatur suas, tantæ excellẽtię ac dignitatis est, vt Deũ glorioſum, gloriosissimum reddat, & de ea virtute super omnes, quas habet, glorietur (teste D. Thoma.) In illa enim præclara visione, quã suæ præsentiæ Deus B Mosi in monte Sina legem latur us ostendit, in qua facilè credi potest Mosem inefabilem illam Diuinæ essentię pulchritudinem conspexisse, vbi tot tantasq;, ac supràmodũ excellentes perfectiones vidit, prima quã summis extulit laudibus Moses, hæc fuit, dicẽs: Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiẽs, & multę miserationis ac verax: qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatẽ, & scelera atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est, &c. His ostendebat clamoribus, Diuinã misericordiam præcunctis perfectionibus in ipsum prælucere. Hanc itaq; Domi nus virtutem pectoribus nostris inserere connatur, quam iustitiam nostram appellat: tum quòd sicut misericordia, qua erga nos vsus liberalissimè est, tanta fuit, vt rigore iustiC tiæ pro totius mundi peccati fecerit satis, ita nos quoq; misericordiã in miseros exercentes, peccata nostra eleemosynis redimentes, iustitiam nostram humiliter erga Deũ D constituamus, qui misericordibus, misericordiam pollicitus est: *Beati* (inquit) *misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Tum etiam, quia sicut Deus, nisi secũdum magnam misericordiam suam, peccatis nostris, & extremis miserijs misertus fuisset, in peccatis quidem perpetuò nos remanere oportuisset, & A pœna ęterni ignis dãnari: ita quoq; nos, dũ possumus, nisi eleemosynis peccata delere studeamus, perpetuas gehennæ ignis daturi sumus pœnas. Eleemosyna enim (ait Tobias) à peccato, & morte liberat. Tob.4. Dominus quoq; ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc.11. Quis (obsecro) tàm stupidus esset, qui videns incendio maximo suam conflagrari domum, & cum ad manus fluminis aquam ad extinguendum ignem haberet, non statim promptissimo vnicèq; necessario vteretur remedio? Stupidiores quidem nos sumus, qui animam nostram peccatis cõflagrari videmus, & promptissimum eleemosynæ remedium adhibere negligimus. Sicut enim aqua extinguit ignem, sic Eccli.3.d.33. eleemosyna extinguit peccata. Ob neglectũ nobis à Deo donatum remedium, grauissimas in inferno dãturi sumus pœnas: vnde in terrifico Christi iudicio, prætermissis tot tantisq; tàm sceleratè factis, quæ ramen omnia seueriſimè castigabuntC tur: sola tamen eorum fit mentio, qui misericordes in pauperes non fuerunt, quiob hanc causam in sempiterna gehennæ incendia prædicũtur conijciendi: & meritò sanè quia an hac vita eleemosynæ aqua ignem illum extinguere noluerunt. Vides quòd maximum sit iustitiæ opus eleemosyna, & crudelem eum esse, qui non flectitur misericordia in pauperes, nec eorum succurrere necessitatibus studet, ideò summa in- D iustitia fit, eaq; tanta, vt nulla prætexta excusatio alicuius momenti sit? Satis fuit hæc iam tractasse, vt ostenderemus appositissimè eleemosynam à Domino appellatam fuisse iustitiam, nũc cætera prosequamur. Iubet Dominus ne iustitiam nostram, hoc est, eleemosynam faciamus coram hominibus, quid nonne

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnia rectè facta in lucem colloca ri se volunt? Nonne Dominus in hoc ipso sermone hoc docuit, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificen Patrem vestrum, qui in cælis est? quid ergo est quòd hîc ait: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus?* sed vide quid addat: *Vt videamini ab eis*. Nihil ergo in hac gemina horum duorum loco rum sententia contrarij est, cum & superiùs iusserit, vt fiant recta opera coram hominibus, vt nõ nos, sed nostra opera cernantur ad gloriam Patris. Namgloria patris est filius sapiens, & probus, necnon vt opera bona videntes, per eum, qui ea operatur, ad imitationem virtutis prouocantur. Hîc verò vetat fieri eadem opera, non quidem vt opera non videantur, sed ne optemus nos videri, ac laudari ab hominibus.

Matth. 5.

B

Non nos, sed nostra opera videantur oportet ad gloriam Patris.

C Aliud itaque est velle se videri, & aliud velle opera sua videri: qui se ab hominibus videri concupiscit, sibi gloriolam (nescio quam) aucupatur: qui verò sua opera ostendit, & se ipsum, quoad potest abscõdit Dei gloriam, proximiq; vtilitatem in illis quærere manifestat. Iustitia ergo nostra fiat quidem etiam coram hominibus, non solum ab ijs, qui in Ecclesia ex officio tenentur subditis lumen esse, & exemplo propriæ virtutis alios docere, & ad pietatem promouere: verùm ab illis, qui

Vana gloria in bonis operibus fugienda.

D obligatione Christianæ professionis tantum opera bona facere tenẽtur, sed non eo animo, vt videantur ab hominibus, hoc est, vt laudentur, & gloriam venentur ab eis.

Alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est. Singula sanè verba mysterium in se recondirum habent. *Mercedem* (inquit) *non habebitis*. Diximus enim ea recta opera esse (dumtaxat) ac præmio digna, quæ ob Dei gloriam, proximiq; vtilitatem, tantum fiunt, qui ergo facit eleemosynam, vt ipse probus habeatur, ac humana laude dignus, non vt per illam in pauperes misericordiam, Deo gloria, proximisq; videntibus, salus accedat, non rectè facit: at Deus rectè (dumtaxat) facta remunerat, is ergo mercedem apud cælestem Patrem habere non potest. Est præterea notandum, quòd Dominus non dicit: Alioquì damnabimini, & rei eritis gehennæ ignis, sed *Mercedem nõ habebitis*. Quod frequenter humanæ laudis appetitus ex bonis operibus originẽ trahens, non sit opus damnatione dignum, sed veniale tantum peccatum. Vel sic Dominus loquitur vt ostendat, proprium damnum quod ex bonis operibus, ad laudem, & gloriolam humanam factis, esse solet, amissio mercedis, quam à Deo meritò expectare poterat. Sic enim ostendit Dominus eiusmodi bona opera, quæ ex se se talia dici merentur, vana esse, & frustrà fieri, postquam eam non consequuntur mercedem, ad quam consequendam ex natura sua ipsa sunt ordinata, vt hæc vna merces est æstimanda, quæ enim ea est, quæ haberi ab hominibus cõsueuit? Nimirùm vmbræ, ac somno similis, quemadmodum omnia, quæ ab hominibus queunt proficisci. Notandum præterea est, quòd non dixit: Mercedem non habebitis à Patre, sed *Apud Patrem vestrum*, quibus verbis insuere Dominus voluit, bonorum operum mercedes, ita ab æterno constitutas esse à Deo, vt non homini, sed operibus fint dandæ, ita vt operum intuitu Deus mercedes, quas asseruatas habet impertiatur. Sicut enim, qui hastili ludo publicè exercentur, præmium qui tali, vel tali modo hastam fregerit constituturn esse solet, quod iudices minimè impartiri suo etiam fratri ausi erunt, nisi secundum præscriptas

C

Gloria quæ ab hominibus haberi consueuit, quæ sit.

Præmia Deus non ob ea dat, quæ ob ea quæ ipsa per se merentur.

A criptas leges: ita quoq; Deus præmia non impartitur, nisi ei qui secũdum leges, ea promeritus fuerit: ita quoq; Dominus qui iudex est, nostrum laborum præmia strenuè laborantibus iusta decernit, nõ enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, id quod Dominus Zebedæi filijs præmium petentibus, vt ad sinistram, atq; ad dexteram Christi assiderent, respondit: Sedere autem ad dexteram meam, aut sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Iraq; operum merces iam diu apud Deũ reposita est, antequam detur, vt ergo de liberalissima mercede, quam apud Deum seruatam habemus certiores facti simus omnem pigritiã, atq; socordiam excutientes ad propositam nobis mercedem, ad destinatum brauium supernę vocationis alacres curramus oportet. Verùm cui (obsecro) cum de mercede agit, Patrem potius nominare solet, quã Deum? Ratio in promptu est, quia

2 Tim. 2.

Matth. 20.

Phil. 3. 14.

B

C hoc Patris nomine magis, magisq; excitamur, & promouemur ad Deũ ipsum complacendum, cum certa fide nobis persuasum sit, talem nos habere Patrem, cui omnem nos obedientiam præstare gloriosissimum est: præmiumq; hæreditatis paternę reportare, obedientiæ filij, iuris naturalis, humani, atquè Diuini est. Quis enim filius (si non omninò degener est) non Patri potius suo, eiq; cælesti, placere studebit, quàm quibuslibet hominibus, qui cum mortales sint, mercedem ac laudem eorũ, mortalem esse fateri necesse est, & vanam atq; caducam, ab omnibus existimari: merces verò quæ apud Patrem qui in cælis est, nobis seruata manet, quæ cũ cælestis sit, immortalitate ac soliditate perpetua, firmata maneat, necessum est.

D

2 *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, &c.* Cum tria sint exter na opera Christiano viro, ad salutẽ A omninò necessaria, nempè eleemosyna, oratio, & ieiunium, magno studio, atq; diligentia, nos in illis instituere cõnatur Dominus, prius in singulis docens, quid in executione cuiusuis operis istius cauendum sit, ne more Pharisæorum, & hypocritarum illa faciamus: semotis demde erroribus, quibus facilè erat, ob vulgi consuetudinem à Scribis, & Pharisæis mutuatam, impingere, docet quomodo hæc sumè nobis necessaria opera sint rectè, & magno cum fructu facienda. Auspicatur quidẽ ab eleemosyna, de qua vetat ne more hypocritarum tuba, ante se canẽtium fiat. Hypocrita Græca dictio est, quo nomine, *Mimi*, & *Histriones*, qui in scena aliorum personas simulabãt, appellabantur. Hoc ergo nomine in scripturis maximè Euangelicis Scribæ, & Pharisæi, maximi sanctitaris simulatores, cum aliud quam simularent essent, hypocritæ appellati sunt, qui ergo volebant misericordes ab omnibus existimari, & gloriam venari apud homines, tã to cũ apparatu, & populi applausu eleemosynas faciebant, vt ipse condicto die, quo erat quis eam facturus, magna cum pompa ad lustrandam ciuitatem procedebat stipatus amicis, deinde tuba procedebat, cũ voce præconis, qui alta voce proclamabat, virum illũ omnes ciuitatis pauperes ad suas ædes accersire, quibus amplam pollicebatur eleemosynam, idq; per vicos, & plateas ciuitatis, & vbicunq; locorum, vbi conuenticula fiebant, & congregationes promulgabatur. Tuba populus excitatus cunctus confluebat, vt hominem in pauperes liberalem agnoscerent, & laudibus extollerent. Itaq; ij, qui non ob misericordiam in pauperes, sed ad aucupandam gloriam, & auram populatem hoc faciebant, hypocritæ dicebantur,

Hypocritæ dictio Græca qua mimi in scena aliorum personas simulantes, appellabantur.

Pharisæos quare hypocritas appellauerit Dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur, & erant, dum simulata probitate eleemosynæ prætextu, gloriam apud homines assequi nitebãtur, & meritò quidem hypocritæ, & simulatores vocantur, qui eleemosynas non misericordiæ affectu in pauperes, sed vt honorificentur ab hominibus, largiuntur. Exteriùs quidem misericordiam simulant, sed crudeles potius, & immisericordes habẽdi sunt interiùs à Deo, qui scrutatur corda, & renes, cum laude humana potius quàm pietate turgent, atquè eo magis crudeles iudicandi sunt,

B quòd ex aliena miseria, & ignominia, propriam laudem, & gloriã sitiunt, & venantur. Is mos antiquus, vt tuba caneretur, si rectè fieret, nõ esset opprobrio dandus, sed potius cõmendandus, quem puto rectè, ac rationabiliter institutũ ab antiquis fuisse, ad tollendam incertam mendicantium vagationem, & vt nemo egenus à beneficio excluderetur: sonitu etiam tubæ pauperes totius populi conuocari solebant, ad locũ, &

C tempus eleemosynæ, vbi de necessarijs prouidebantur. Vtinam is mos nostris hisce temporibus suscitaretur, ne tanta pauperum multitudo, paupertatis prætextu, otium, & furta sectaretur: ad magistratũ spectaret singulis mẽsibus, singulis vel hebdomadibus, per domos ciuium collectas facere, & per singulas parochias, veris pauperibus distribuere, non autem ij, qui vt labores fugiant, in pauperum numero ascribuntur,

D & pauperum substantias vorare audent impunè: qui manuum suarum labore vitam sustentare nõ possunt, meritò alendi sunt: at verò qui validi, & robusti sunt, quare non ad labores sunt cogendi, & ad officia, & opificia exercenda compellendi?

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Laudẽ scilicet humanam, ob quam consequendam, potius quam vt Deo gratum opus facerent, bona sua profuderunt. Cum enim in hac A eleemosynæ distributione, nihil rectum, nec secundum voluntatis Diuinæ præscriptum, inueniatur, mercedem apud cælestem Patrem habere nequaquam possunt. Quid verò si nec apud homines quidem mercedẽ habeant? Fit enim plerunq; vt homines intelligant eorũ hypocrisim, & pro laude illis crimen impingãt. Cum ergo hoc accidat ipsis, quo pacto verum iam erit, quod Dominus ait: *Illos mercedem suam iam receperisse?* B Merces illorum inanis illa opinio est, non sanè quam vulgus habet interdum, sed quam ipsimet concipiunt de se, qua opinantur se per illud factũ gloriam assecuturos, si etiam nulla ex hoc hominum cõmendatio consequatur. Hoc enim commune est cum rebus omnibus, quæ huius tantæ vitæ contemplatione fiunt, vt eorum fructus, in sola opinione versetur. Putat se beatum auarus, & sibi plaudit, dum numos in arca contemplatur, quam C uis populus illum sibilet, ac omnes execrentur. Alius quòd dominetur, & multis præsit, tamersi vt tyrannum illum omnes auersentur. Mulieres placere se putant, & fœlicitatem summam arbitrantur, cum ornatæ in similitudinem templi (vt ait Psaltes) incedere possunt, & tamen eas optimus quisq; detestatur, quòd tot opes perdãt, dum suo mũdo muliebri inseruiunt. Ij omnes ne a hominibus quidem fructum vllum referunt, nedum ex Deo, sed D inani solum opinionis errore pascũ tur. Ne putent se non recepturos à Deo mercedem sui erroris, nam illorum fallacia, & simulatio supplicium æternum pro mercede accipiet à Deo, qui eam solus meliùs cognoscere potest.

3 *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid, &c.* Posteà quam Dominus mala, quæ in his iustitiæ nostræ

A nostræ operibus latere soleãt, easq; omninò perdere videamus, docuit. Ostendit nunc, quo pacto sint à nobis facienda, vt fructum æternæ vitæ nobis pariant, dicens: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat, &c.* Sinistram nescire, quid dextera faciat, prouerbium est, quo significatur rẽ fieri quàm possit occultissimè. Verùm in huiusmodi loquutionibus mens loquentis potius inspicienda est, quàm ipsa verba, alioqui illud sequeretur, quod ait Salomon: Qui tã

B tum verba sectatur, nihil habebit, quin & in pessimos errores incidemus, si hoc fiat. Si enim cum Dominus de eruẽdo dextro oculo, & abscindenda manu loquitur, seruare hoc ad literã vellis, nequaquam sententiæ Domini scopum assequeris, ita, & hoc loco si intelligas velle Dominum, vt nullo spectante, fiat eleemosyna, primum facis illum sibi cõtrarium, cum alibi dicat: Luceat lux vestra, nimirùm rectè factorum, co-

C ram hominibus, vt videãt vestra bona opera, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. Deinde cogeris eos vituperare, qui in Euangelio laudantur, nam summæ laudi datur Zachæo, quòd dimidium bonorum suorum pauperibus dederit: at is palàm coram Christo, & omnibus qui præsentes erãt, prædicauit se id agere. Sensus itaq; erit, ne in facienda eleemosyna quæratur hominũ gloria, sed solus Deus præoculis habeatur, quod cum fit, tũc nescit sinistra

D quid faciat dextera: tunc enim animus solus est, & ab omni hominum aspectu semotus, si etiam spectante toto terrarum orbe id faciat. Non sanè displicet pia quorundam interpretatio, qui per sinistram accipiũt animum, non rectè affectum, vt est eorũ, qui in suis rectè factis, humanam laudem quærunt, per dexteram verò rectum opus, vt sit sensus, tuis rectè factis non intermisceatur per uersæ quicquam voluntatis: tũc erit A eleemosyna tua in occulto. Sunt etiã qui dicãt Christum methaphoricè locutũ, ita vt per sinistrã familiares, quiq; homini proximi esse solent, accipiantur, tũc erit is sensus. Adeò secretè eleemosynã facito, vt ne familiares quidẽ tibi conscij sint eius quod agis. Verũ simpliciùs erit hãc orationem cum Chrysostomo per hyperbolem accipere, cũ Chri- D. Chrysost.
sti intentio sit admonere nos vt summo studio fugiamus inanis gloriæ affectum: quasi dicat, vsq; adeò fu-
gias populi applausum, vt nec tibi B
coniunctissimi (qualis est sinistra ipsi dextræ, quæ etiam diceretur cooperatrix boni operis si intellectum haberet) nouerint, quando, quid, cui, aut quoties facias eleemosynam, tãtum abest, vt alijs ostẽtes quod agis, vt si fieri potest ipsemet nescias, ac tui facti obliuiscaris, vt eleemosyna tua sic planè sit in abscondito, idest, sit omninò secreta: quid refert si homo non videat, cũ Deus ipse, qui li-
beralissimus remunerator est, videt? C
Hæc Seruatoris nostri doctrina, & accipi potest, vt præceptum, & vt cautela, quam debemus habere in eleemosynis impartiendis. Si vt præceptum accipiatur, ad radicem intẽtionis, quam in tota hac concione reformare nititur Dominus, referamus oportet: infecta enim radix fructus bonos facere nequaquam potest, vt ergo hęc eleemosynæ virtus vberes gloriæ fructus nobis pariat, Intẽtio operum quomodo oportet vt sit recta.
radicem cælestem, nempè intentio- D
nem ad Deum rectam habeat necessum est. Non enim præcipitur, vt eleemosyna omninò secreta sit, hoc enim ad eleemosynę rationem parũ præstare iam ostendimus, præcipit tamen, vt facientis illam intentio lõgè aliena sit à philaphtia, & arrogãtia, quam consequetur ex eo, quod ab hominibus videri cupiat, ideò ne hoc peccato grauissimo obruatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur, quod & se, & opus destruere poterit, quomagis in abscondito facere potuerit, hoc præcepto tenetur. Verùm si omninò expedire videatur, vt publicè, & manifestè fiat, ob gloriam Dei, quam inprimis spectare oportet, vel ob proximorum ædificationem, aut certè quia pauper occurrebat in publico, cui exhibenda erat eleemosyna, tunc secreti præceptum minimè violatur, cum intētio largientis propter Deum secreta, sit soli Deo cognita, cui soli placere studet. Si verò hæc doctrina tāquam cautela, quæ in nostris operibus seruāda omninò est accipiatur, iam vnusquisq; propriam cōsiderare infirmitatem tenetur, si se ipsum plusquam par sit addictum ad inanem, & vanam gloriam agnouit: fanum erit certè consilium, eleemosynam, quàm secretissimè fieri poterit, impartiri. Si mea me non fallit opinio, hæc Domini verba secundū literalem sensum, cautelam, & consilium infirmioribus, maximè conueniens continet, licet omnibus ex æquo prodesse poterit: verùm si ad intentionem, quæ iustum, aut iniustum opus efficere potens est, aspiciamus, præceptum omnibus seruādum, qui Deo placere volunt, obseruatu dignissimum est.

Quando non oportet, vt secreto elargienda sit eleemosyna.

B

C

4 *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Qui videt in abscondito, hoc est, qui videt conscientiam tuā, & quæcunq; in abscōdito facis, qui cernit id quod homines non intuentur, cuius intuitus solus est æstimandus. *Reddet tibi.* Græci præponunt *Autos*, hoc est, ipse, habet enim emphasim quandam: quasi dicat, etiam si ab hominibus nulla sit remuneratio, quam nec etiā spectabas, postquam in ipso Deo oculos mētis defixos habebas, ipse qui solus potest veram retributionem facere, reddet tibi, illa erit vera retributio, ac vera merces, & gloria quam ab ipso accipies: nam hominum gloria, quid est aliud, quam somnium quodam? Nam & somniamus plerunq; nos esse Reges, aut ingenteis thesauros reperisse, & dum somniū illud perdurat, tandiù illud esse verùm putamus: at vbi sumus experrecti, tunc demum intelligimus, nos è somnio fuisse delusos. Hos videtur notasse Propheta, dicens: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quod scilicet, tota vita dormiāt, ac somnient, quod nō prius agnoscūt, quàm hoc vitæ somnium finiatur, tunc deniq; sed serò intelligunt hoc somnium sibi imposuisse. Egregiè sanè dormiunt ij, & mira sibi ipsis confingunt somnia, qui in hac miserrima vita humanis honoribus se credunt honestari, quibus plerunq; minus fruuntur, quā ij qui illos per somnium habent: quàm multi enim in ipso honoris initio extincti sunt, quod in somnio non accidit! Gloriā igitur hîc expetere abiecti, prorsus animi est: nec facilè inueniesanimos generosos, qui admodū humanæ gloriæ sint appetentes: illam potius gloriam fugiunt, & si præclara facta sint aggressi, & omnem in ipsum Deum referūt gloriam. Videas Dauidem qui licet vrsum, & leonē suis manibus intefecerit, ex hoc facto nunquam gloriatus est, nisi cum coactus fuit narrare hæc Regi Sauli, metuenti ne in tam tenera ætate giganti illi Philistæo nequiret obsistere, tunc enim rem narrauit, & totum Deo acceptum retulit, dixit enim: Dominus, qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philistæi huius. Cernis vt quo quis est animo generosiori, hunc eo minori teneri gloriæ appetitu? Quare verissimum est, abiecto plurimum esse animo, quicunq; eius desiderio vehementiùs tenentur. Adde etiam, quòd qui gloriam

Quàm vera gloria rectè factam eleemosynā subsequatur.

Gloria humana somnio comparatur.

Psal. 75.

In Dei gloriam omnia referenda.

1. Reg. 17.

Quòd qui animo sunt generosiori eo minus humanam appetere gloriam solent.

A gloriam humanam magno cordis affectu expetunt, sua spe frequentissimè frustrantur: ij verò qui eam generoso animo contemnunt, maiorem hominum laudem assequūtur. Est enim genus hominum natura contentiosum, & libenter alterius factis se se ingerit. Cum enim cernunt quempiā gloriæ, honorūq; appetentem, nulla non excogitant impedimenta, quibus optatis priuetur honoribus: vel quia illi inuident, vel quia indignantur eum velle alijs antecellere, cum ferè huius generis homines multo sibi plura arrogent, quàm par sit. Cum verò quempiam intuentur præstantem, multisq; virtutibus præditum, & nihilo tamen minus, nihil sibi arrogantem, sed potius multa sibi de animi dotibus detrahentem, quo hîc magis honores auersatur, eo maioribus honestare illum omnes certatim student. Cogita præterea quàm sit verū, quod quidam externus dixit, nihil posse videri magnum ei in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota sit magnitudo. Finge enim quempiam totius terræ imperium fuisse adeptum (quod tamē nemini adhuc legimus contigisse) quātum tandem illud esset? Cum terra, si cum hoc vniuerso conferatur, instar pūcti se habeat, est enim centrū vniuersi. Si ergo nihil magni est totius terræ dominium possidere, cū nihil sit aliud, quàm ex hoc vniuerso punctum (dumtaxat) habere, qui huius puncti partem quanuis magnam tenēt, quo pacto se aliquid possidere queunt gloriari? Si cerneremus geminum formicarum agmen, infensis animis decertare, pro vnius laterculi spatio, rideremus earum contentiones: nec ridemus regum stultitias, qui pro longè minoribus rebus, tantas opes, tantum humani sanguinis temerè profundant! Adde hîc, quàm angustis vitæ terminis simus circunsepti, & hac vna contemplatione, si totius vniuersi huius imperiū, sub tanta vitæ breuitate promitteretur, non deberemus esse contenti. Confer enim quam vis longissimam ætatem cum æternitate, ne vnius quidem horę rationem habebit, at vnius horæ spatio velle nomē assequi, nonne puerile est? Quare desinamus tandem aliquando esse pueri, quorum proprium est, parua (dumtaxat) ac ludicra cogitare, & viriles induamus cogitationes, easq; nè ad illam æternitatē referamus, quæ parata nobis est: puerile quidem est de laude humana cogitare, & loco præmij laudes accipere. De quibus profectò illud Aggæi Prophetæ dici potest: Qui mercedes cōgregauit, misit eas in sacculum pertusum: ad præmium illud æternum nobis à Domino propositum oculos defixos habeamus. *Pater tuus* (inquit) *qui videt in abscondito, reddet tibi.* Græca exemplaria habent, *Reddet tibi*, in propatulo, seu in manifesto. Habet nō parum momenti ea pars, si adijciatur. Sic enim significatur futurum, vt qui hîc humanam fugit gloriam, eandem longè celebriorē, & auctiorem consequatur. Quando? cum in conspectu totius orbis terræ, & hominum, & Angelorum reddet vnicuiq; secūdum opera sua. Nam qui hîc gloriam venatur humanam, à paucis illam consequi quidem poterit. Qui verò eam fugerit, præter mercedem cælestem, quam à Deo obtinebit, omnibus etiā hominibus in nouissimo illo die, quando manifestabuntur occulta cordium consilia, reddetur, conspicuus, & manifestus.

B

C

D

Breuitatis vitæ consideratio, calcar addit ad gloriā mūdi auersandam.

De laude humana cogitare puerile, & ridiculum.

Agg. 1. cap. 6.

Fugient gloriam humanam, in conspectu hominum, & Angelorum coronandus.

Matth. 16.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

5 *ET Cùm oratis, &c.* Postquā primam religionis partem, nempè circumcisionem posuit, quę prima certè pars est Christianæ iustitię, & à qua exordium accipere debet (per actiuam enim vitam ad contemplatiuam pergimus) secundam aggreditur partem, in qua vitia, quæ in oratione occurrere, tàm Iudæis, quàm ethnicis solebāt, arguit, & è medio populi Christiani abolere, & penitùs extirpare nititur. In hac sententia, in qua orantium vitia notat, & perfectæ orationis conditiones ponit, simulq; orandi perfectissimam formam docet, orandi præceptum non nobis imponit, cū hoc sæpè sæpiùs proposuerit Dominus, & nostra misera cōditio nobis ad hoc (si non lapide duriores simus) satis superq; vrgeat, & impellat. Vt autem in re tanti momenti recto ordine procedamus, in primis, quibus sit ornamē ris oratio componenda, videamus. Fides primum orationis ornamentum, ac summè necessarium esse fatemur, sine qua scire non possumus, vbi ea quæ tantopere affectamus, inuenire poterimus. Manifestum quidem est, fidem, quæ nos omninò Christianos efficit, non esse vanam aliquam, aut euanidam persuasionem, sed Dei miserentis liberale donum, cordibus nostris infessum, viuum, & efficax, per charitatem operantem, quam Apostolus definiens, ait: Nec circuncisio est aliquid, nec præputium, sed fides quæ per dilectionē operatur, qua efficimur filij Dei, qua Deo nos totos cōmittimus, qua omnia ad Deū ipsum referimus, qua Deo per spē, & charitatem copulamur: nobis penitùs diffisi, quæ ni si desuper gratuito munere nobis donaretur, nō Dominus dixisset: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Hæc cò dicta sunt, vt manifestum euadat, quòd sicut nemo seipsum commendare potest quòd fidem habeat, nisi qui fidei spiritum acceperit, ita quoq; nemo hominum tantæ audaciæ erit, vt dicat se verè, & cū fructu orare nisi fidem, & orationis spiritum habuerit, vt docet Paulus: Habentes (inquit) eundem spiritum fidei, secundum quod scriptū est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod, & loquimur. Hic ergo spiritus, qui talem fidem largitur,

Gal.5.

Ioan.1.

Ioan.6.

2.Cor.4. Psal.115.

Orationis, primum fundamentum, fides.

Fides donum gratuitum.

TEXTVS.

5 ET cùm oratis, nō eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videātur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 6. Tu autē cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. 7. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt, putant enim quòd in multi loquio suo exaudiātur. 8. Nolite ergo assimilari eis, scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Rom.14. Cor. Rom.8. Spiritus sanctus quomodo postulet gemitibus inenarrabilibus. Rom.8.c.15 Gal.4.c.6 Spiritus sanctus facit animas infirmitatem nostram. Secundum; Spes. Iacob.1.

largitur, suggerit nobis per fidem quid loquamur, & vt Apostolus ait: Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non quod ipse Spiritus sanctus, tāquam alicuius rei inops, & indigens pro se interpellet, sed quòd nos interpellare faciat, nobisq; interpellādi, & gemēdi inspiret affectum. Quod idem Apostolus manifestiùs adhuc docet, cùm subdit: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Vides modum quo ipse facere dicatur, quod nos facimus? Nam vt faciamus iuuat, tanta cum efficacia virtutis, vt cum potentissimis suis viribus, infirmitatē nostram iuuet, totum potius facere, non impropriè dicemus: de quo quidē spiritu alibi apertiùs ait: Non accepistis spiritum seruitutis iterū intimore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus Abba, Pater. Et iterum. Quoniam filij Dei estis misit Deus spiritū filij sui, in corda vestra clamantē Abba, Pater. Vnde consequens est, vt quēadmodum sinē spiritu fidei, non est rectè quispiam crediturus, ita nec sine spiritu orationis salubriter oraturus: atq; adeò nihil boni acturus, nisi eodem spiritu adiuuante. Primū itaq; orationis ornamētum quo debet munita, & composita ad Deum procedere, Fides est. Secundum ornamentum orationis, Spes est, qua animum erigere tenetur, & sibi certò polliceri Christianus, quòd bona illa omnia, quæ suis præparauit Deus, sint ipsi seruata, & per orationis medium, quasi per funem, ad se se illa trahere non dubiter, itaq; homo fidelis, id quod viua fide credit, sibi per spem quodammodo vendicet. Postulet (inquit Iacobus) in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat simili est fluctui maris, qui omni vento mouetur, non ergo existimet homo ille, quòd aliquid accipiat à Deo. Hinc fit, & vt in plurimū cuenire solet, quòd orationum nostrarum parum, aut nullū fructum sentiamus, immò potius repulsam ab ipso Deo patiamur, eò quòd anchora spei nostræ animum in ipsum Deum fixum nō habeamus: quòd si spes nobis firma sit, non est, quòd vereamur si modo cætera ad orationem necessaria respondeant. Vt hanc spē nobis firmam redderet Dominus, dixit: Si quid orātes petieritis, credite quòd accipieris, & fiet vobis. Quare non certam hanc spem animo concipiemus, cum Paulum proclamantem audiamus? Qui proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nō omnia nobis donabit cum illo? Tertium deniq; ornamentum, quo oratio se se cooperiatur oportet, Charitas est. Oratio debet charitate inardescere, qua incitata dicit: Curram igitur, petam, & accipiam, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hanc charitatem Deus nobis infundit. Charitas enim Dei (ait Apostolus) diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis, qua præditi, non solum iam in Deū credimus, aut spe erigimur, sed & in Domino delectamur. Alioquì si nec per fidem ad thronum gratiæ eius accedamus, nec per spem firmā constanti animo erigamur, nec per charitatem feruentem accendamur: loqui quidē possumus, orare verò minimè. Vbi notandum venit, quòd licet fides, qua Christiani, & filij Dei nominamur, & sumus, diuersum à charitate, & spe donum sit: spem tamen, & charitatem comites, ita coniūctas habere oportet, vt ab eis nullo pacto separentur, quòd si separari contingat (quod absit, à Christiano) iam non fides viua, sed mortua nuncupatur, & est. Perit quidem à mortuo, & confessio, & oratio, ideò si fides à suis fuerit separata comitibus, ad precandum Deum inepta omninò

Rom.8.f.32. *Tertium ornamentū orationis, est charitas.* Rom.5.d.3. *Quibus virtutibus muniti ad orationem accedamus.* Eccli.27. c.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omninò relinquitur. Rursus hæc duo posteriora dona, videlicet, spes, & charitas, fidem semper vti spiritualis ædificij fundamentum, necessariò præsuponunt, atq; etiam vt cõcomitetur postulat. Neq; enim quis in eum sperat, cui non credit, cui se, & sua non cõmittit. Item nemo sincerè eum diligere potest, cui fidem nõ adhibet, & de quo optima quęq; non sperat. Deniq; frustrà quis omnia bona se se à Deo sperare, atquè etiam Deum diligere sibi videbitur,

Virtutũ theologicarũ connexio.

B nisi viua quoq; fides accedat, qua idem ipse bona illa, quæcunq; tandem illa sint, vel animi, vel corporis, quæ à Deo impensissimè habere cupimus, petimus, ac nobis in hac vita donãtur, atq; à Deo ea se se iam tandem accepisse, quandoq; statuat atq; certò credat. Fatemur quidem has tres virtutes in omni opere bono debere necessariò concurrere: nam (teste Paulo) finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia

Virtutes theologicæ in omni opere bono concurrere debent.

1. Tim. 1.

C bona, & fide nõ ficta: sine quibus virtus omnis inanis meritò censenda est. Verùm speciali quodammodo orationi Deo fundendę, necessarias esse fatemur: in oratione enim Deo propius approximamur, cum Deo non modo miscemus colloquia, verùm ipsi Deo intimè vnimur, ideoq; maiori causa, atq; ratione illas antecedere oportet. Quod si rectè perpẽdamus, animus fide, spe, & charitate imbutus, per cælestium bonorũ desiderium saltim, in quo tota orationis vis consistit, non potest non semper orare, & ex intimo affectu preces humiles ad Deum fundere, quibus hæ virtutes magis magisq; in animis nostris crescent. Hæc dicta sunt vt seriò inquiramus, quarè Dominus in re tanti momẽti, vt est oratio, quæ iustitia nostra vocatur, & est, quæ nos Deo coniungit, & vnit, quæ vnicum, ac singulare asylũ contra vniuersa, quæ quotidie nobis

D imminere solent pericula est, cum aduersus Iudæos pariter, & Ethnicos ageret, & vitia, quæ in oratione ab ipsis cõmittebantur, corrigeret, iactantiam tantum contra Iudæos, verbositatem, & multiloquium cõtra Ethnicos obijcit: ac si cætera, quæ ad perfectam orationem requiruntur exactissimè fecissent, & perfectissimè populũ docuissent, cum potius de neglecta fide, spe, ac charitate essent arguendi, tãquam qui primarias has virtutes, atq; omnia quę

B ad perfectam orationẽ requirũtur iã fecissent, & verbo pariter, & opere populũ docuissent. Veruenimverò si exactiùs rem examinare volumus, ex reprehẽsione, quam Dñs Iudæis dedit, & ex doctrina, quã pariter omnibus, circa modũ, & formã quam in orationibus ad Deum fundendis seruare debemus, proposuit, facilè inueniemus conditiones, & partes, quas verus orator ad Deum omninò seruare tenetur. Ibi enim videre licet, quantam fidem, spem, & C charitatem, vnà cum humilitate, ac vitæ puritate ab orantibus requirat Deus. Omnium Theologorum cõmunis sententia est, operum nostrorum meritum, & existimatio deberi potius ex modo, & forma, qua ipsa opera, quæ à nobis fiunt, considerari, quàm ex operis ipsius substantia. Deus enim ad operantis charitatem potiùs quàm ad opus respectũ habet: sic quidem ad Abel prius Dominus respexit, quàm ad munera ip-

D sius. Quæ nimirùm sententia, licet erga vniuersa opera, quæ à charitate profluũt, veritatem firmissimam habeat, in præclaro tamen orationis opere veritas hæc magis elucescit. Quæ re vera si aliquo circunstantiæ ornamento eorum, quibus ornari decet, caruerit, inutilis sanè, & absquè vllo optati desiderij fructu inueniretur. Hinc est, quòd D. Iacobus ait: Petitis, & non accipitis, eò quòd

A quòd malè petatis. Dauid quoq; dũ nos ad diuinas exhortaretur laudes, dicebat: Psalite Deo nostro psalite, psalite Regi nostro psalite: Quoniã Rex omnis terræ Deus, psalite sapiẽter. Ob huius sapiẽtiæ desectum, filij Zebedæi à Christo audire meruerunt: Nescitis quid petatis. Sicut enim moris est, in cibis, quibus vesci solemus, vt licet sua natura saporẽ palato delectabilem in se habeãt, solent tamen condimẽtis quibusdã adhibitis, ita parari vt gustui sapidiores efficiantur: ita quoq; de oratione considerare, & iudiciũ ferre possumus. Oratio enim licet virtus

B perse, omni laude dignissima sit, vt tamen Diuino gustui omninò placeat, & suam vltimã perfectionem tandem obtineat, multis alijs quoq; virtutibus condenda, ac præparãda est. Indiget sanè vt opus meritoriũ dicatus, & sit, charitate, quæ fides vndeortũ habet oratio, viua, & efficax reddatur. Vt verò impetratoria sit ipsa oratio, spem siue fiduciã firmissimam in ipso Deo collocatã postulat. His duabus tanquã firmissimis columnis oratio innixa, ac fundata pulcherrimis etiam aliarũ virtutum sculpturis ornanda est. Nam vt sanctorũ Patrum sententia fert, tria ex oratione reportare oportet cõmoda. Primum, quòd meritoria apud Deum sit. Secũdùm, quòd optati desiderij impetratoria sentiatur, vt iam diximus. Tertium verò, quòd deuotionis internæ, & feruoris animi in Deũ efficiens causa, plerunq; esse soleat. Duo primaria cõmoda, fides, & spes cum charitate coniuncta conferunt. Tertium verò attenta oratio efficit, quã Dominus his verbis nobis postulat, dicẽs: *6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &c.* Orationẽ in secretis fieri locis Dominus præcipit, non solum vt vanægloriæ pestẽ fugientes, Deũ solũ inspectorẽ habeamus, verùm-

C etiam vt mens ab omni distractione libera, ardentiùs, purius, & familiariùs cum Deo colloquia conferat: id quod magnæ dignitatis hominibus cõcessæ, argumentũ efficax est, vt Chrysostomus his verbis testatur, dicẽs: Cõsidera, ô homo, quãta sit tibi gloria tradita, quanta sit tibi fœlicitas concessa, orationibus loqui cũ Deo, cũ Christo miscire colloquia, optare quod vis, quod vis postulare, quod postulas impetrare. Hæc Chrysost. Diuus quoq; Augustinus hunc locũ quo oraturi intrare cubiculum, & claudere ostiũ præ-

B cipimur, pijssimè, & doctissimè, per methaphoram intelligit, simili scilicet sensu, quo intellexit eleemosynam debere fieri in abscõdito: ita vt sinistra manꝰ nesciret, quid dextera faceret: sic quoq; intrare in cubiculũ, nihil potius significare videtur, quã vt in ipsius cordis secretũ descẽdamus. Nam & Dauid, corda humana cubilia appellasse videtur, cũ dicit: Quæ dicitis in cordibꝰ vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Voluit itaq; Dominus nobis formã exhibere, quã in oratione seruare tenemur, nẽpè vt curis, ac cogitationibus terrenis omnibus valè dictis, intra cordis nostri conclaue inclusi omni attentione, & spiritu in Deum collecto, soli in summa tranquillitate, & quiete Deo vota nostra fundamus. Nam cũ omnium negotiorũ supremum inter te, & Deum agatur, videlicet, de perpetua infœlicitate vitanda, & beatitudine obtinenda, facilè videre licet, quanta cũ

D attentione, puritate, ac reuerẽtia id agere oporteat. Si terrena à terreno Rege postulaturi magna cũ humilitate attentione, ac reuerentia ad ipsum Regem accedere solent, quãto (obsecro) maiori studio hæc omnia cælesti Regi, vt æterni Regni ipsius hæreditatem capiamus, exhibere oportet. Huius intensissimæ attentionis,

D. Chrysost.

D. Augustin.

Intrare in cubiculũ, est in secretum cordis descendere.

Psal. 4.

Corda humana à Dauid cubilia vocãtur.

Oratio maxima cum attentione, puritate, & reuerentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tionis, quã in oratione habere tenemur effigiem, atq; figurã Salomon in duobus illis Cherubinis ante arcam Sanctæsanctorum positis fecit: adeò enim eleuati erãt, vt erecti ităes in ipsorũ pedum punctis nitentes, alas, quoad fieri posset, extenderent. Quò nobis ipso opere significaret, quales nõ esse oporteat, dum ad Deũ ipsum oraturi accedimus, nempè cordis nostri alis extensis, ac in Deũ ita defixis, vt humanorum affectuum pedes vix terrã cogitatione, vel minima tãgãt, sed omnia potius ad cælestia totis conantibus aspirent. Hoc sanè est, quod hîc Dominus præcipit: *Et clauso ostio ora Patrem tuum.* Parũ quidẽ est in cordis cubiculũ intrare, si importunis negotijs, quę mentẽ vagare faciunt, ostiũ pateat. Claudendũ quippè est cubilis nostri ostium, hoc est, carnali sensui resistendum, ac pro viribus resistendũ, per quem tãquam per ostiũ, omnia ea quę foris sunt, intra cordis nostri penetralia improbè se se immergũt, & è suprema arce ad infima terræ corda deijciũt. Hoc (inquã) ostiũ claudẽdum est, vt oratio spiritu feruẽti, tanquam sagitta velox, dirigatur ad Patrem. *Et clauso ostio ora Patrem tuum.* Vidimus hactenus fidem, spem, charitatem, pariter, & attentionem, quã in recta ad Deum oratione seruare tenemur. His quoq; verbis ostendamus oportet, conscientiæ puritatem, cũ humilitate coniunctam, præclara ac necessaria orationis ornamenta esse, sine quibus oratio, quantunuis feruens, attẽta, atq; deuota sit, suũ effectũ minimè sortietur. Orare enim se ipsum ante Deũ præsentare, & vota sua Domino offerre est, quod vt rectè fiat Sapientis consilium ante omnia sequamur oportet, qui ait: Qui timẽt Dominũ, præparabũt corda sua, & ante conspectũ ipsius sanctificabunt animas suas: animas sanctificare, nihil aliud esse potest, quã cordis dolore vehemẽti, ac lachrymarũ imbre animam, à sordibus peccatorum purgare, & mundã Deo offerre. Quis tam stupidus esset, qui patrẽ Regẽ cũq; iudicem æquissimũ, cuius filiũ turpiter interfecit, accedere audeat, & fauorem, & donorũ affluentiam ab eo postulare tentaret, nisi prius veniã tanti criminis obtinuisset? Alioquî potiùs sibi mortem cõsciscere, quã fauorem sperare poterat, dum ante cõspectũ ipsius appareret. Nos verò, qui sceleribus nostris filiũ Dei cruci quotidiè affigimus, & millies ipsi Deo mortẽ intentamus, ad patrẽ eiusmodi criminibus cõtaminati accedere, audaciã sumemus, nisi priùs dolentes, cõmissorum veniam postulemus? Iniquitatẽ (inquit Dauid) si aspexi in corde meo, nõ exaudiet Dominus, &c. quia iniquitates nostræ diuisionẽ fecerunt inter nos, & ipsum Deũ, Isaia testante: Accedentes itaq; ad thronũ gratiæ, ipsius præocupemus faciẽ eius in confessione. Hoc ipsũmet Propheta fecisse testatur, dicẽs: Et meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar, & scopebã spiritum meum. Tũc re vera homo scopis cor mundum facit, quãdo intra cubiculũ cordis reclusus, conscientiã suã diligẽter examinat, peccata deplorat, vitæ anteactæ emendationẽ firmiter proponit, veniã, & gratiã à Deo intimo cordis affectu postulat. Hoc sanè est scopis doloris, & cõpũctionis internę cõscientiã purgare. Tum enim magna quiete, ac trãquillitate animi fruẽs, ad magistri sui pedes sedẽs audit, & toto affectu doctrinã ipsius amplectitur, cũ Propheta dicens: Audiam quid loquatur in me Dñs Deꝰ, quoniã loquetur pacẽ in plebem suã, & super sanctos suos, & in eos qui conuertũtur ad cor: ijs qui hoc præfato modo cõuertũtur ad cor, mira liberalitate concedit Dñs, non modo vt doctrinam

2. Paral. 3.

Duorum Cherubim effigies, & forma nos edocet qualis attentione orare debeamus.

Claudere cubiculũ idem quod carnali sensui resistere.

Conscientiæ puritas cum humilitate, orationis elegantissima ornamenta.

Orare quid.

Eccles. 2. d 20.

Sanctificare animas quid sit.

Psal. 65. d 18.

Esa. 33. b. 5.

Psal. 138.

Esa. 33. a. 22.

Psal. 76. b. 7.

Cor mundum facit scopis quales sint.

Psal. 84.

A doctrinam ipsius, quã in eorum cordibus suggerit, audiãt, & sequãtur: verũ amplissima ipsius gratia spiritus quietẽ, tranquillitatẽ, & cõscientiæ desideratissimã pacem, quã mũdus dare nõ potest, affatim largitur. Postquã verò cor à peccatis munda tũ lachrymis fuerit, & conscientia tranquillitate, & pace in illa quiete gaudet, tunc oratio magna cũ humilare ad Deũ omniũ bonorũ largitorem dirigenda, emittendaq; est. Oratio enim (inquit Salomõ) humiliãtis se nubes penetrabit, & donec propinquet nõ cõsolabitur, & nõ discedet donec Altissimus aspiciat. Oportet quidẽ orantem suã extremã paupertatẽ, ac nuditatẽ agnoscere, & fateri se in profundũ miseriarũ iacere, à quo suis viribus exire minimè valet: quoniã (teste Paulo) nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid à nobis, tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Ideò cum Prophera ad Deum clamare oporter: Saluum me fac Deus, quoniã intrauerunt aquę vsq; ad animã meã, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Si hanc in seipso miseriã, & vilitatẽ agnouerit ex corde homo, non poterit nõ in spiritu humilitatis, & in animo contrito ad Deũ, & misericordiarũ Patrẽ confugere. Nam quid pauper, & inops vidẽs se ęgestate præssum aliud facere potest, quã eleemosynã postulare? Quid debilis virium, quã fortitudinem quærere? Quid captiuus, nisi libertatẽ desiderare? Quid infirmus aliud quã salutẽ exoptare? Quãto ergo perfectiùs suã agnouerit miseriã, tanto maiori affectu ad Deum clamores emittet, quibus ad miserendũ ipsum cõmoueat. Nec miseriarũ nostrarũ cumulum tantũ, verùm ipsa Dei inenarrabilis maiestas, ad quã orantes accedũt, ad profundã cordis humilitatẽ impellet. Si enim Angeli ad nutũ ipsius contremiscunt, ũ venerandi illi senes prosternũt se, mittentes coronas suas ante thronum Dei. Si ipsemet filius Dei oraturus Patrem, in horto prostratus iacebat, quo se se stercus, & vermis dejcere valet? Quãta cum humilitate loquebatur Abrahã, dicẽs: Loquar ad Dominũ meũ cum sim puluis, & cinis. Hęc sanè humilitas, nobis apud Deũ locũ dignissimũ parat. Hęc Publicanum Euangelicum, qui non audebat, nec oculos suos ad Deũ leuare, iustificatum dimisit: Amen dico vobis, quia descendit hic iustificatus in domum suã, quia omnis qui se humiliat exaltabitur. Hæc Regẽ Achab impiissimũ à iusta in eũ sentẽtia à Deo ipso prolata potentissimè liberauit. Nõne vidisti Achab (ait Dñs ad Prophetam) coram me humiliatum? Quia igitur humiliatus est mei causa, nõ adducam malum in diebus eius.

Hęc de perfectæ orationis cõditionibꝰ dicta sunt, vt sciamus qualẽ orationis formã Deꝰ à nobis exposcat, cũ enim dicit: Clauso ostio orationes ad Patrẽ nos fundere debere, nõ de quacũq; oratione quouismodo facta intelligendũ est, sed de ea, quã aures Paternę audiũt, audit autẽ Pater, & exaudit eam solã orationem, quæ omnibus suis numeris absoluta est. Non enim ab orante ostentationẽ rãtum fugere præcipit Deus, sed orationẽ omninò perfectã docuit, dum intra cordis cubiculũ omnibus suis ornamentis cõpositũ, nempè fidei, spei, & charitatis, puritatis, atq; humilitatis orationem facere præcepit: nemò sanè in cubiculũ, ad perfectè orandum intrare poterit, si hæc ipsi desint ornamenta. Vbi notare oportet, quòd vbi noster interpres cubiculum vertit, vox Græca etiam, *Penu*, significat, aut *Cellam*, in qua reconduntur omnia, quæ ad vsum domesticũ pertinẽt, & necessaria sunt. In hac ergo significatione accipiendo, voluit Dñs nobis in-

Gen. 18. d. 27 31.

Ex humilitate quæ bona exoriatur.

Luc. 18.

3. Reg. 21.

Penu, significat omne esculentum, & poculentum, & Cellã, vbi ad vsum necessaria asseruantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dicare cubiculũ cordis nostri debere esse penuariũ omniũ virtutũ adversum orationis, ad colloquium (inquam) cũ Deo faciendum refertum, atq; ita non modo cõmunẽ sensum, quem interpretes sequuntur, sed peculiarẽ, quẽ nos sequimur, Christus docet: ac si manifestiùs dicat. Si intuis precibus nõ magis affectes laudes hominũ, quã qui soli in cubiculum, seu in tutissimam, atq; secretã ædiũ partẽ precãtur soli Deo placere cupientes, in clauso cubiculo ora

B sti, etiamsi in maxima hominũ frequẽtia oraueris. Non dãnat ergo publicas orationes, nec sacros piorum conuẽtus in ædes sacras ad precãdũ, astruit tamen orandi modũ, quẽ seruare tenemur, videlicet, vt oraturi, intrã nosmetipsos recipiamur, tanquã in penu omniũ earum virtutũ, quę ad orandũ necessaria sunt. *Et Pater tuus qui videt in abscõdito, reddet tibi.* Græci pręponunt, *Autos*, ipse, habet enim emphasim: quasi dicat, etiamsi

C ab hominibus nulla fiat remuneratio, quam etiã non sperabas, ipse qui Deus potẽtissimus, & Pater filiorũ amantissimus est, *Reddet tibi.* Græci quoq; addunt: In manifesto. Habet quidẽ non parũ momenti, hæc pars à Grecis adiecta. Significat enim fore, vt qui hîc humanam gloriã, tanquam pestem effugiũt, candẽ longè celebriorem, & auctiorẽ consequãtur in cõspectu Angelorũ, & hominũ, & qui in secreto cordis, tanquã in penu abditissimo virtutũ cumulum Deo soli reseruabant, viuẽtes,

D in futura vita diuitias illas, quas sibi thesaurizarunt Angelis, & hominibus proferẽdo, æternæ beatitudinis præmium liberalissimè reddet. Vbi misericordiam, Dei magna cum admiratione obsetuare, & altamẽte reponere oportet: non enim tantum promittit, se se postulata cõcedere, vti per Ioãnem pollicitus nobis est, dicens: Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo habit vobis. Et si quid orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis: sed longè nũc maiora pollicetur, nempè mercedem à Deo dãdam, pro eo quod rogatur à nobis. O immensa Diuinæ pietatis liberalitas! Quis enim principũ mercede dignum iudicat eum, qui libello supplici ei oblato, quo amplissimã dignitatẽ, copiosissimasq; diuitias gratis postulat, non modo postulata cõcedit, verũ lõgè maiora pollicetur, dona ob petitionẽ, quam audacter proposuit? Solẽt enim principes, loco summi beneficij deputare, si orãti sui copiã, vel per breue tẽpus concesserint: at verò Rex Regũ, & Dominus dominãtiũ, omni tẽpore, omni loco, non modo sui copiã oranti facit, verũ postulata liberalissimè cõcedit, & quia tantum de eius liberalitate fidit, ampliora dona promittit: *Et Pater* (inquit) *tuus qui videt in absB Apoc. 3.*
condito, reddet tibi in propatulo. Non dicit: Pater tuus donabit tibi, sed *Reddet tibi*, veluti iam debitor nobis factus ob petitionem oblatam, & quia illum honoramus debitè orando, magno vicissim nos honore (teste Chrysost.) remunerare decernit. D. Chrysost.

7 *Orantes autem nolite multũ loqui sicut ethnici faciunt, &c.* Ad verbum redentes, idẽ est, ac si diceret: Ne sitis Battologi. Grecè *Battalogia*, non simpliciter multiloquiũ significat, sed nugacitatem, & futilem verborũ profusionẽ, qualis est, cum idem frequẽ

D ter sine causa repetitũ inculcatur. Ferunt Battum quẽdam fuisse ineptum poëtam, qui multis, & vanis ad nauseam vsquè repetitis verbis poëmata conscripserit, ad hoc vnũ intẽtus, vt multus esset in verbis. In hac sententia Dominus voluit, alterum in oratione vitium, quo ethnici laborant, arguere, nempè futilẽ, nugacem illam loquacitatem. Quod duplici argumento euincit. Vno, quòd Battus quidã fecerat poëmata multis in verbis.

Cor nostrum debet esse, quasi cella omnium virtutum.

Licèt in publico orãtes, intra nos metipsos recipiamur oportet.

Ioan. 16.

In oratione verba profũdere absque spiritu, ethnicorum vitiũ.

A quòd in oratione verba sine spiritu, profundere, ethnicorum propriè vitiũ sit, qui eũ vera sint religione destituti, & orationis virtutem ignorant, & modũ faciendi non sunt assequuti. Aliquibus tamen eorũ Deus sua misericordia, quid postulandũ, & modũ quẽ in oratione pro captu eorũ seruare debeãt, suggerit: quod manifestè nobis Cornelius ille Gentilis ostendit, cui Angelus dixit: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascẽderunt in memoriam in conspectu

Act. 10.

B Dei. Aliter sanè philosophus Christianus, longè diuerso modo ab ethnico, & Gentili philosopho orationẽ facere solet. Gẽtilis enim philosophus cum quid sit gratia, & an Spiritus sanctus sit, ignoret, omnẽ spem in propria industria, studio, ac diligentia, rethoricaq; humana collocat, quibus tãquã summè necessarijs medijs optatũ finem, ad quẽ anhelat, se consecuturũ certo sibi persuadet. Philosophus verò Christia-

C nus, cũ naturę deffectus, proprioq; agnoscat, sciatq; nullũ posse remediũ, quã à Deo sperare, totus à Deo pendet, à quo bonorũ omniũ affluẽtiam expectat, & postulat. Hanc differentiã Moses filijs Israël, sub quadã rerum, & verborũ figura ostẽdebat, dicẽs: Terra enim ad quã ingredieris possidendã, non est sicut terra Ægypti de qua existi, vbi iacto semine in hortorũ morem, aquę dicũtur irriguæ. Sed montuosa est, & cãpestris de cælo expectãs pluuias, quam

Deut. 11. b. 10

D Dñs Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni, vsq; ad finẽ eius. Terra sanè Ægypti, ethnicorũ, & gẽtiliũ mores designat, qui terrenarum rerũ aqua rigantur, & nutriuntur, videlicet, tẽporaliũ rerum affluentiã humanę sapientiæ aqua, nimia (inquam) verborũ redundãtia sibi lucrati putãt. At verò Christiani philosophi, qui ad terræ promissionis cælestis possessionẽ vocati sunt, omnẽ pluuiã, omnẽ calorẽ, omnem (inquam) fauorẽ, & gratiã cum donorum, & virtutũ affluentiã de cælo à Deo expectãt, & postulant. Non itaq; iam ethnicorũ more in verborũ redundantiã Christiani philosophi oratio instituẽda est, sed ex intimo cordis affectu, quẽ è proximo Deus considerat, cũ virtutibus iam positis, quæ ipsam comitari tenentur, omni verborũ farragine prætermisso procedat oportet oratio. Cauendũ quidem est, ne

B quis in verborũ Christi intelligẽtia decipiatur, cũ enim dicit, nos in precationibus nostris, non debere esse multiloquos, ethnicorũ more, non prohibet quin prolixa vtamur oratione, sed dicit non esse imitandos ethnicos, qui sola nitũtur verborũ multiplicatione, & eo pacto se exaudiendos fore putãt: sola replicatione verborũ, absq; affectu, nihil opus esse constat: nã profussum sermonẽ verborumq; volubilitatẽ nulla subiecta sentẽtia, neq; scientia, etiã clarissimi oratores rẽ furiosam appellauerũt: vbi verò vehemens, atq; intẽtus affectus est, nulla vituperatur, quãuis longa precatio sit, non enim ibi est sonitus inanis verborum, sed pie atq; ex intimo pectore de prõpta precatio. Nam de ipso Dño scriptũ est, Quòd per noctauerit in oratione, & quòd factus in agonia prolixiùs orauerit. Qua in re exemplũ nobis ad sese imitandũ præbere voluit. Iubebatq; vt sine intermissione oraremus. Stat ergo vtrũq;, vt videlicet, neq; orantes debeamus multũ loqui, & tamẽ sine intermissione orare, vt Paulus docet: Is quidẽ multũ loquitur, qui in sola multorũ verborũ prolatione, nulla adhibita attentione, nec mẽte, confidit. Is verò sine intermissione, & multum orat, nec tamen multiloquus est, qui cõtinuato affectu, ac diuturna, & pia cordis excitatione, in fide, spe, & charitate,

Sermonem profusũ nulla sententia, oratores clarissimi rẽ furiosam appellarunt.

Luc. 6. Luc. 22.

Luc. 18.

1. Thes. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tate, humiliter Deũ pulsat, intentus in vnũ illud, quod Christus dicit necessarium. Neq; enim Christus hoc volebat, vt nullis verbis orantes vteremur, alioquì nõ docuisset nos, quibus verbis Patrẽ alloqueremur, sed per multiloquium significauit innanem sine mente sonum. Hinc patet, quàm sit detestanda multorũ Christianorum peruersa cõsuetudo, qui Ethnicorũ more precationes quasdam memoriæ mandatas, easq; ingenti numero quotidie recitãt, quas centies vno, atq; eodem tẽporis spatio repetunt, mente interea per inanes cogitationes vagari, permissa tãta cũ distractione, & exteriori corporis irreuerentia, vt planè ostendant se nulla Dei pietate, nulloq; timore capi, sic orãtes quomodo, nec ethnici suos Deos orare ausi fuissent, sic orantes, aut orare se putantes quid aliud faciunt, quàm Deum contemnere, & irridere? Sicut enim pia, deuotaq; oratione, nihil sanctiùs, nihil salubriùs, ita oratione cũ distractione animi, ac corporis irreuerentia facta, nihil irreligiosiùs, nihil animæ hominis nocẽtiùs. Optarem quidẽ, vt orationem semel, tãtum Dominicam potius mente, quã voce precarẽtur, ea enim oratio est, quæ aures Domini Sabbaoht penetrat, nam desiderium vehemens, clamor magnus in auribus Dei re vera est, contra verò intentio tepida, atq; remissa, vox valde demissa est, quæ repulsam meritò patitur. Nihil Moses loquebatur, dixit tamẽ illi Deus quid clamas ad me? Huic precandi consuetudini, si assuescamus Deus bone, quantũ fructũ reportabimus!

Luc. 10.

Orantes ore, & mente per inanes cogitationes vagantes reprehensione carpuntur.

Oratione, cũ distractione, & corporea irreuerentia, nihil irreligiosius.

Isai. 5.

Exod. 14.

8 *Scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* Cum reprehendisset Dominus, & Iudæorũ, & ethnicorũ vitiosum morẽ in precãdo, admonuisset q; , ne similes eorũ efficeremur. Secũdã ponit rationẽ, quare multiloquium, & battalogiã vitare oporteat: ac si diceret, Nõ est cælestis Pater eorum similis, quibus opus est sigillatim necessitates vestras declarare, vt longa verborum narratione vtẽdum sit, quò eorum, quibus egetis fiat capax. *Scit enim*, ipse antequã petatis eum, quibus rebus opus sit vobis, tantũ à vobis requiritur, vt pio, & fideli, & submisso animo illũ adeatis. Sed fortassè quærat quispiã. Si Deus nouit, quid nobis opus sit, ac præterea amantissimus est nostri, Pater enim, est, ac paratus ad benignè nobis faciendum, quid expectat, donec à nobis rogetur, & non potius nobis minimè petentibus spõte se exhibet ad præstãdum, præsertim cũ multis egeamus, quibus nostra, vel ignorantia, vel socordia ne, an egeamus quidem scimus? Quin & multa sunt nobis necessaria, ac plurima, quę ad animę salutem spectãt, quæ sæpè auersamur, tantũ abest, vt ea postulemus. Huic quæstioni ita respondendũ esse censeo. Primum, nihil esse dubitandum Deũ, qua summa est bonitate, nunquã desinere, nos quidem perpetua charitate, perpetuisq; doni (vt Prophetæ vtar verbis onerare) nec vllũ esse momentũ, quo illius non fruamur beneficijs, qui si expectaret dũ peteremus, pessimè ac miserrimè nobiscum ageretur. Verùm cum ad petendũ inuitat, nõ idcirco facit, vt ipse nobis magis affectus sit, quam antea fuerit, sed vt nos capessendis illius muneribus euadamus aptiores. Neq; enim iustum est, eisdem beneficijs dignos aq; , atq; indignos afficere, alioquì tollenda esset è medio gehenna. Qui enim ad Deum per orationem adit, perinde facit, ac si lucidissimo soli se se ostenderet, de quo quanuis scriptum sit, non esse, qui se abscondat à calore eius, vt vis eius efficax, atq; in omnia penetrãs declaretur, minus tamen illius virtutis participes fiunt, qui illum

Hieron. ad Ly.

Deum Dominus ore celebrari vt petamus vult, vt nos eius capaces his muneribus aptiores faciat.

Esai. 58.

A illum fugiunt, & sese abdunt tenebris, vel vmbraculum ei opponunt, tanquam nubem, quos imitantur ij, qui peccatorum tenebris gaudent, de quibus ait Isaias: Ecce nõ est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, nec aggrauata est auris eius, vt nõ exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deũ vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Est ergo oratio (quemadmodum magnus ille Dionysius ait) veluti catena aurea è cęlo demissa, per quam qui ascendunt, videntur quidem catenam ad se trahere, sed re vera ipsi ab ea trahuntur in cælum: sic dum precamur Deum, non ipse fit aprior, ac parator ad nos audiẽdos, sed nos capiendis illius beneficijs præparamur. Preces itaq; fiunt, nõ vt ipse promoueatur Deus, sed vt nos ad illius capienda beneficia promoueamur, & vt desiderium cęlestis vitæ, quod per occupationem rerũ terrenarum tepescit in nobis, subinde excitetur, necnon vt mens hominis, per auersionem à rebus terrenis, & conuersionem ad Deum purgata, spiritualium donorum Dei fiat capax: & ex colloquio cum Deo, in fide, spe, & dilectione Dei, magis magisq; crescat, animaq; Deo per interpellationis frequentiam familiaris effecta, quadam ratione particeps Diuinitatis efficiatur.

Isa. 59.

Præparatio ad Diuina beneficia suscipienda quam necessaria.

Dionys.

B

EXPOSITIO.

9 *Sic ergo vos orabitis.* Non contentus Dominus eorum, quæ ad perfectè orandum hactenus nos admonuit, ne quid rei tàm hominum generi necessariæ deesset, quæ petenda essent, docere diguatus est: id

C quod anteà homines, & huius seculi sapientes ignorabant. Quo nomine quantum Deo debeamus, quis non videt, nisi qui tàm vehementer externis rebus affixus est, vt nihil ab ethnicis differat? Quã verò sumus tanto muneri ingrati, qui alia petimus ab ijs, quæ ipse Dei filius, sapientia Patris, petenda esse præscripsit. Nam si consideres, pleriq; omnes ea postulant, quæ ab ijs postulationibus, quas in hac oratione posuit Dominus, longè sunt diuersa, vt opes, honores, dignitates, liberos, incolumitatem, robur, pulchritudinem, & huius generis alia: quæ si assequamur, perniciem plerunq; nobis afferunt, tantum abest, vt sint salutaria. Quæ verò in hac oratione docemur petere, semper nobis, & in hac, & in futura vita sunt profutura. Tantum verò hæc Dominica oratio Ecclesiæ visa est necessaria, vt qui eam ignorẽt, indigni iudicentur, qui inter Christianos sint annumerãdi: nec aliam frequentius nos in ore habere cõuenit: idq; ob varias causas. Prima enim est, ob authoritatẽ eius, qui eam tradidit, D quæ etiam authoritas nobis hac oratione vtentibus, magnam reuerentiam auget, docti enim sumus, nõ à Prophetis, nõ ab Angelis, sed ab ipso Dei filio, sapientia Patris ab eo, quem à Patre accepimus, testem voluntatis Paternæ ducem, ac præceptorem gentibus. Auget etiam fiduciam impetrandi à Patre ea, quæ filij eius oratione precamur. Quis non magnã conciperet fiduciam,

Opes, honores, & corruptibilia diu desiderata postulantur à Deo.

Orationẽ Dominicã in ore perpetuò habere quantũ expediat.

Propter authorem qui eam tradidit, qsanti habenda.

TEXTVS.

9 Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomẽ tuum. 10. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fiduciam, impetrandi fauorem à Rege, si tantum gratiæ inueniret apud ipsum, vt petitionem, quam offerre debebat, secundum ordinem, & formã, quam ipsemet Rex præscriberet, præsentaret? Is qui omnia bona nobis cõcessurus est, libelum supplicem ordinauit: qui sententiam laturus est, nobis factus est aduocatus. Vnde D. Cyprianus sic ait: Oremus itaq; fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Amica, & familiaris oratio est, Deum de suo rogare, B ad aures eius ascendere Christi orationem agnoscat Pater, filij sui verba cum precem facimus. Qui habitat intùs in pectore, ipse sit & in voce. Et cum ipsum habeamus apud Patrem aduocatũ pro peccatis nostris, quãdo peccatores pro delictis nostris veniam petimus, aduocati nostri verba proferamus. Nam cum dicat, quia quodcunq; petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis, quanto efficaciùs impetramus, si C quod petimus in Christi nomine ex eius etiam instituto, & præscriptò petamus? Hæc ille. Quibus verbis pulchrè ostẽdit, huius orationis authoritatem, & efficaciam. Hæc sanè Christi verba, tanquam vera, & certa signa data nobis à Deo sunt, quæ in vnigeniti nomine ad Patrẽ offerre possumus, & dicere nos ad eũ nomine vnigeniti filij ipsius, ab eoque missos uenire, in cuius rei signũ verba, quæ dedit in mandatis nobis afferimus, vt veniam delictorum, & gratiã consequamur. Agnoscat Pater filij verba, & optata concedat. D Thamar hac vsus est arte erga socerum, qui eam incendio perire decreuerat, misit enim ad eum signa, quæ ab ipso acceperat, quibus cognitis, sententiam reuocauit, & à crimine perpetrato liberam declarauit: hoc ipsum erga Deum nos facere oportet, si delictorum veniam obtinere cupimus, offeramus ei filij signa, nẽpè verba eius amantissima, orantes A vt agnoscere dignetur verba, quæ afferimus esse propria filij, filioq; digna, nomineq; eius ad ipsum venimus, vt sentẽtiam damnationis, quã iustissimè in nos protulit, pro reuerentia filij reuocare vellit. *Sic ergo vos orabitis. Sic*, non exigit quidem Dominus, vt his proprijs verbis in oratione semper vtamur, cum nec etiã verbis vllis vti oporteat, dum oramus. Liberum quidem est (Augusti no testãte) alijs atq; alijs verbis orare, modo tamen eadem, quę hac oratione continẽtur, petamus. Sed alia orare liberum non est. Non enim dicit: His verbis orabitis, sed *Sic*, idest ad hunc modum, ita vt quanuis alia verba dicamus, nihil aliud petere videamur, quàm quod in hac Dominica oratione à Christo edocti sumus, si rectè, & congruenter orare cupimus. Continet enim hęc Dominica oratio vniuersa, quæ siue ad præsentem vitam, siue ad futuram hominibus necessaria iudicari possunt. Om C nia autem, aut in appetitione bonorum, aut in remissione cõmissorum delictorũ, aut in deprecatione malorum futurorum, cõsistere certum est. Quæ omnia in hac oratione mira breuitate includũtur, adeò vt omnes pias, ac sanctas precationes, quę tota scriptura sacra, maximè in Psalmis continentur, miro in se artificio ac planè Diuino concludat. Vnde D. Cyprianus huius Dominicæ orationis sublimitatem, satis demirari non cessat: Qualia (inquit) sunt fratres dilectissimi orationis Dominicæ sacramẽta, quàm multa, quàm magna breuiter in sermone collecta, sed in virtute spiritualiter copiosa? Vt nihil omninò prætermissum sit, quod in precibus, atq; orationibus nostris, cælestis doctrinæ compendio non comprehendatur. Hæc ille. Fuerunt multi qui hanc orationẽ Dominicam summis laudibus

D. Cyprian. in expositione orationis Dominicæ.

Genes. 8.

D. Augustin. ad Probam. cap. 9. & 10.

Oratio Dominica continet quæ ad præsentem & futuram vitam pertinent, & quæ petimus.

D. Cyprianus in orationem Dominicam.

A dibus extollentes, fructum eius orationis æquiparare ausi fuerint fructui, quẽ dignè Eucharistiæ Sacramentum sumentes accipiũt. Euthy. in Panoplia, part. 2. titu. 23. scribit vnum ex erroribus Bogomiliũ fuisse, Eucharistiam nihil esse aliud, quà Pater noster. Fuerunt enim Bogomilienses in errore Petrobrusianorum, qui asserere audebant Eucharistiã semel in vltima cœna à Christo consecratam fuisse, in eoq; panem suum corpus semel tradidisse, ea no B cte qua traditus est Dominus. Deinceps autem, nec factum esse, nec fieri posse: ideò Eucharistiæ loco, orationem Dominicam nobis relictam fuisse, qua Eucharistiæ fructum nobis dabatur. At quia hæresis hæc à Petro Cluniacensi in lib. contra Petrobrusianos reprobata est, nec nobis negotium cum hæreticis est, ad verum literæ intellectum reuertamur, ne plus æquò immoremur. Porrò notanda est emphasis pro nomi- C nis, *Vos*, quę (si textum Græcum consulamus) maiorẽ adhuc emphasim habet: ponit enim in fine pro nomẽ *Vos*, dicẽs: *Sic ergo orate vos.* Magnam enim distinctionem inter Iudæos pariter, & Ethnicos, & nos facit: nos enim magnificat, ac si diceret, Iudęi, & Ethnici, qui de Deo minus rectè sentiunt, suis orationibus prolibito ludant, & garriant. Vos autem qui in dignitatem filiorum Dei vocati estis, ore pleno sic Patrem compellabitis.

Euthy. in Panoplia part. 2. tit. 23.

Bogomili dum errore asserebant Eucharistiã esse Patrem nostrum.

D *Pater noster.* Ingentes thesauros, in quolibet huius orationis verbo Dominus recondere voluit, quibus nos ditescere decreuit, si modo eos orationis clauæ apperire studeamus. Pulcherrima, ac planè cælesti vsus est Dominus rethorica, nam huius orationis exordium proponens, eũ, ad quem orat, videlicet, ad æternũ Patrem, attentum benevolumq; facit, dicens: *Pater noster, qui es in cælis,* captat quidem benevolẽtiam, quam A qui oraturus est, conciliare sibi semper in principio studet, laudes eius, ad quem oratio dirigitur, manifestãdo, pariterq; ostendendo, quàm facilè possit postulata cõcedere, immò quod iure quodã, id præstare teneatur. Paucissimis his verbis perfectã Dei laudem declarat, quæ maximè consistit in prædicatione immensæ bonitatis, & incomprehensibilis potentiæ ipsius, quę duo in his duabus sententijs, *Pater noster, qui es in cælis* continentur: nam cum Patrem nostrum fatendo, eius bonitatem de- B claramus: in cęlis eum esse dicendo, potentiã ipsius manifestamus. Itaq; hoc præmio duo illa epitheta, quæ Deo tribuere solemus, dicẽtes eum esse Optimum Maximumq; cõprehenduntur. Bonitas quidem Dei in eo maximè relucet, quòd *Pater noster*, & dici, & esse voluit. Quo nomine includitur, & creationis beneficium, & regenerationis, atq; adoptionis filiorum Dei, & vocationis ad cælestem hæreditatem: in quibus C omnia in nos collata beneficia cõprehenduntur. Potentiam autem eius in eo declarat, quòd in cælis esse dicitur: Singula autem verba, cũ plena sint sacramentis, ea pro viribus apperiamus. *Pater*, hoc nomen incomprehensam bonitatem, charitatem, & benignitatem eius, qui voluit Pater à nobis appellari indicat, quo etiam nomine se magis amari, quàm timeri declarat, & sub Euangelio, abiecto seruili timore, oportere D nos spiritum adoptionis induere. Idcirco in lege, quę per Mosen data fuit, cum populus ille seruorum prę se imaginem ferret, nusquam fuit præceptum, vt Deum Patris nomine compellarẽt, sed frequentissimè vox illa repetebatur: Ego Dominus, &c. Hæc dicit Dominus Deus vester. Et Abraham vir tantus, qui amicus Dei appellatus est, nõ absq;

Bonitas Diuina eluet in hoc, quod Pater noster, & dici, & esse voluit.

Potentia Diuina vbi ostẽditur.

Hoc nomen, Pater, quæ attributa Diuina in se continet.

In lege Mosis nusquam præceptũ est vt Dominum Patrem appellarent.

Genes. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tremore ad Dominum loquebatur, dicens: Ne indigneris Domine, si loquar ad Dominum meum, cum simpuluis, & cinis. Et nos qui nihili reputati sumus ante eum (Isaia testante) qui stercus, & vermes sumus, cũ Patris nomine compellare, ausi essemus, & nobis honorificentissimũ Filij Dei nomen, quo nec Angelos suos dignatus est, ascriberemus? Nõ sane, nisi ille iussisset. At vbi venit plenitudo temporis, & misit Deus filiũ suum factum ex muliere, & per omnia similem nostri, absq; peccato,
B sed in similitudinem carnis peccati, declaratum est hominem iam nõ esse seruum, sed filium, Filium (inquã) qui Patrem habet Deũ, eumq; Patrem appellamus, non iam quòd pater tantum sit ratione creationis, secundum id quod dictum est. Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Sed magis ratione adoptionis, qua gratuita pietate, nos in filios suos renatos, in huius nominis honorem adoptauit, ac
C potestatem fecit. Quotquot eum receperunt, vt filij Dei fierẽt, qui credunt in nomine eius. O immẽsa Dei bonitas! Serui peccati eramus, infœliciter geniti ex Adam. Saranæ filij effecti fuimus, cuius instinctu, ad omne malum solicitabamur. Sed ille cum adhuc inimici essemus, nostri misertus per vnigenitum Filiũ suum IESVM, nos à seruitute peccati exemit, à patre diabolo emancipauit, ac per Fidem, & Baptismum, in
D filij sui corpus insitos, tum in nominis, tum in hæreditatis consortium adoptare dignatus est: Hæredes quidem Dei, fratres autem & cohæredes Christi. Et ne quid desideraremus eius erga nos bonitatis, ac pietatis, pignus quoddam suę erga nos charitatis cælitùs immisit in animos nostros, spiritũ filij sui, qui propulso timore seruili, nõ veretur in cordibus nostris clamare, Abba, Pater.

Isai. 40.

Gal. 4.

Hebr. 4.

Cur Deũ appellamus Patrem.

Deut. 32.

Rom. 8.

Ioan. 1.

Rom. 6.

Ephes. 2.

Rom. 5.

Dei erga nos benignitas.

Rom. 8.

Spiritus est, qui in cordibus nostris clamat Pater.

Cùm ergo ore Deum Patrem appellamus, cordeerga tàm benignũ Patrẽ cogitemus, thesauros delitescẽtes, intra tàm præclarũ nomẽ nobis exhibitos, agentes in primis gratias Deo, pro tantis in nobis collatis beneficijs, non enim meritis nostris, sed gratuita adoptione, ad tantam dignitatem peruenimus, vt filij Dei nominemur, & simus. Agnoscamusq; hoc nomine professionem, quã in Baptismo fecimus Patri, diabolo, & omnibus eius operibus renunciantes, & solum Deum nos acB cepisse Patrem, tanquam vocẽ eius audientes: Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filiũ. Eumq; solũ nos accepisse, & habere Patrẽ qui in cælis est, cuius potentia conditi sumus, cum nihil essemus, cuius bonitate restituti sumus, cum perissemus: cuius sapientia gubernamur, & conseruamur, ne in exitium reuoluamur. Volẽs nos Deus hęc omnia Paterna officia grato animo perpendere, dicebat: Nolite vocare vobis Patrem super terram, vnus est C enim Pater vester qui in cælis est. Secundò cum nos Deum, Patrem appellamus, excitamur, & quodammodo ad paterni honoris studium, si legitimi filij esse cupimus, impellimur, maximè vbi Deũ per Prophetam sic loquentem audiamus: Si Pater ego sum, vbi honor meus? Maximam sanè vim adcoercenda peccata facit, hæc obligatio qua ad Diuinũ honorem super omnia respicere tenemur. Et cum sciamus illum, non solum factis ac verbis, verùm cogitationibus, etiam ipsis omnibus præsentem esse, oporteret longè maiori compositione vti, quàm si coram rege quopiam staremus. Ante regẽ enim, quis auderet minus composito verbo, aut gestu corporis vti, ne dicam iurgijs, contentionibus, furtis, dolis, & turpitudinibus, quibus quotidiè inspectante nos hoc Patre cælesti

In hoc nomine Pater, clarissimi thesauri nobis concessi.

Luc. 11.

Patris æterni amor erga nos.

2. Ioan. 3.

Hebr. 1.

2. Reg. 7.

1. Paralip. 22.

Genes. 1.

Ioan. 3.

Matth. 23.

Nominis vocabulum, nostræ professionis, & quæ in baptismo fecimus, admonet.

Malach. 1.

Cum Patrem Deum vocamus ad paternis honoris studium excitamur.

A cælesti impudentissimè aburimur? Quòd si prætereà addas, quã benignus, ac suauis sit hic Pater, & quam incomprehensa sit charitate, quanta adhiberetur cura, ne offenderetur? Is enim est, qui capillos capitis nostri numeratos habet, quod neminem vnquam inter homines, ex ijs etiam, qui filiorũ amore insanierint, ne somniasse quidem vsquã reperies: si hæc cogitemus, primum nunquam cõmittemus, vt tam vehemens amans nostri Pater, nostris vitijs, ac peccatis offenderetur, excitaremurq; vehementer, ad generosos animos induendos, & præstandum, ne degeneres vnquam tanto Patri videamur, vt qui regio generi nati dedignantur ad humiliora, & Regiam dignitatem obscurãtia se demittere. Hęc itaq; huius nominis cogitatio, sola idonea esset peccata omnia prohibere, quæ sola nos à dignitate nostra degenerare faciũt. Quid enim? titillat sensus voluptas? Huius Patris recordare, & cogita carnis lasciuiam efficere, vt à tanto gradu, quantus hic est habere Patrẽ Deũ, in equorum ordinem redigare. Sic enim de ijs dicitur à Propheta: Equi saginati, & emissarij facti sunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Rursus cupiditate glorię flagras? Veniat in mentem cælestis Pater, & ea gloria immensa, & incomprehensa, quam is tibi præparauit. Deinde referanimum ad gloriam, quam in hac vita maximam assequi
D pores, quam si expectas Paternam illam, in cælo fis amissurus, & confestim dicere licebit cum Seruatore Christo: Regnum meum non est de hoc mundo. Quicquid enim magni haberi hîc potest, lusus puerorum est, si cum illo regno, quod hîc Pater tibi præparauit, conferatur. Idem accidet, si diuitiarum amor animũ subeat. Si enim cogites ingentes illos thesauros, quos hic Pater in cęlo tibi reconditos seruat, facilè apud te A colliges, itultum esse immensas illas opes amittere, spe vnius tersicij. Nam quicquid opum hîc comparari potest, si cum cæli thesauris conferatur, ne teruncij quidem summam æquabit, tãtoq; id magis cogitabis, si memineris dictum à Domino, rẽ penè impossibilem esse, vt, qui humanis diuitijs fidunt, in regnum cælorum admittantur. Hoc ipsum de omnibus, quæ in hac vita desideramus, & magni facimus cogitare oporter.

Tertiò, Patrem Deum appellando, monemur, vt omnem solicitudinem, & curã nostram in eum proijciamus, quia ipsi cura est de nobis (Diuo Petro testãte) id quod etiam Dauid hortabatur, dicens: Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Infinitis sanè leuaremur curis, quibus quotidie obruimur, si oculos mentis, cum vera fide in Deũ defixos haberemus. Videte (obsecro) quàm stultè nosmetipsi nobis mala, ac molestias accersimus, ob hanc vnã causam quòd non finimus, C vt veniat nobis in mentem, vel minimum huius Paternæ curæ studiũ. Si quis nostrum haberet patrem, quem sciret sui amantissimum, qui prætereà esset ditissimus, & sapientissimus etiã, vt sine vlla filij postulatione sciret, quid opus ei esset, ac veller, vt omnibus filij necessitatibus subueniretur, quid sub hoc patre metueremus? Ne quid deesset? At hoc in ditissimo, & amantissimo, D fieri nõ posset, num ne quid eius incuria pateremur? Minimè quidem, nam fingimus illum esse sapientissimum. Quid ergo reliquum esset, nisi vt tranquillè sub eo viueremus, tantum id daremus operã, ne quid ageretur à nobis quod illum offenderet? At quis est nostri amantior cæ- Rom. 5.
lesti Patre, qui ne proprio quidẽ Filio pepercit, vt nos sibi adoptaret?

Diuitiæ terrenæ si cũ thesauris cælestibus comparẽtur, nihil æstimandæ.

2. Petr. 5.

Psal. 54.

In cælestem Patrem omnis nostra cura proijcienda.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amor Patris æterni circa genus humanum.

A Quod à nemine vnquam hominum est factum, vt expectanda sint ab eo optima quæq; : nam qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam omnia cũ illo nobis donabit? Quis eo ditior, cuius est terra, & plenitudo eius, & cælum etiam ipsum, & omnia quæ cæli ambitu continentur? Quid verò nostræ necessitatis latere, non sapientem, sed ipsam sapientiã potest. Cum verò sciat, possit, ac vellit, nos tanquam charissimos filios curare, vndè tanta nostra

B omnibus in rebus solicitudo, nisi ex nostra infidelitate proficiscitur, & quòd nũquam in huius Patris ex animo recordationem venimus? Ex hac incuria tã auersi sunt homines, vt nihil minus quàm hunc Patrẽ cogitent. Similes nimirùm ijs, qui à regio genere profecti, ab ipso ortu proiecti in syluas sunt, & inter pastores educati, nihil nisi pastoralia cogitant, & curant. Ec quis enim apud

Ingratitudo nostra circa beneficia exhibita.

C nos, si non amor, certè pudor? Ec quæ reuerentia tanti Patris? Erga quem si tantillum legitimi filiorum affectus resideret, qui fieri posset, vt eius honori non accuratiùs studeremus? At verò quam honoris eius habemus rationem, si tam fœdè laceratur, tàm horrendis blasphemijs impetitur, tàm detestandis criminibus, iterum cruci affixitur?

Quartò, Patrem eum intimo affectu vocando, monemur quid in aduersis cogitare deueamus. Hæc enim vox, *Pater*, quantam vim cũ ad ferendum, tum ad fidendum rectè clamanti est habitura? Sic enim tecum colliges, cum molestiæ aliquæ ingruunt, non hæc sine cælestis Patris voluntate aduersa eueniunt: at is est, qui in nobis amãdis, omnium matrum affectus superat. Si illa (inquit) tui oblita fuerit, ego verò non obliuiscar. Quid ergo? vel aliquid omninò deliqui, quod plerunq; ignoratur, nam delicta quis intelligit? A Corripior ergo nunc, ne cum hoc mundo damner: quem enim diligit Deus corripit, ait Salomon: Castigat autem omnem filium, quem recipit, & quasi pater in filio sibi placet. Quare eodem loco dicitur: Castigationem Domini, fili mi, ne abijcias, nec tædeat te cum ab eo corriperis. Sin exercendi mei causa hoc agit, quemadmodum generoso illi athletæ Iob accidit, multo libẽtiùs hoc est ferendum, quando hac via B vult hic Pater me, quàm honestissimum habere Filium. In summa vtro cũq; modo res cadat, vtilitatis hoc meæ gratia fit: atq; idcirco eius incomprehensa erga me bonitate, ac prouidentia est fidendum, qui salutis (dumtaxat) meæ causa ista dispensat, nec passurus sit me tẽtari suprà id quod possum, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possim sustinere. Hęc & huius generis alia, quis in maximis afflictionibus apud se re C putans, non eas facilimè, & æquissimo animo ferat?

Quintò, Patris nomine vtentes, in magnam charitatem erga Deum accendimur, & inardescimus. Nam cum dicimus, *Pater*, admonemur illum super omnia diligere, eiq; tanquã patri velle placere. Quid enim chariùs filijs esse debet quàm pater? Aut cui magis studendum est filio, vt placeat quàm patri? Cauendum propterea, ne indigna filijs putamus, mobilia cum Ismaële filio ancillæ, sed immobilia cum Isaac filio libere: Si filium Dei te credis, petequæ te deceant accipere, & illũ dare Si carnalia petis, vt in illis cõquiescas, quomodo illa præstabit, quæ cũ habeas præcipit, vt cõtemnas? Quasi filij ergo agere debemus, vt quod esse dicimur, actu, & re ipsa probemus.

Sextò, hoc principio in gentem fiduciam petẽti instillat, vt certo sibi persuadeat

1. Cor. 11.

Prou. 3.

Afflictiones sustinens, vt æquo animo ferat, quæ cũ iuste ferat, deplorare debet.

Patris nomine orantes vtinam quanta charitate accendimur.

Genes. 16.

Gala. 4.

Carnalia petentes, cælestia non petimus.

Luc. 11.

A persuadeat se impetraturum quicquid saluti expediat. Si enim (quemadmodum Dominus dixit) nos cum simus mali, nouimus bona dare filijs nostris, quãto magis Pater cælestis, bonitas ipsa, dabit multo meliora petentibus se: Petite ergo, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Erubescat (inquit D. Augustinus) humana fragilitas, plus vult ille dare, quàm nos accipere: plus misereri, quàm nos à miseria liberari.

D. Augustin.

Cernitis quàm multæ diuitiæ in

B hoc primo huius precationis verbo repertæ sint, quæ solæ Christianum hominẽ ita ditare possunt, vt cum his vitam agere liceat tutissimam, atq; tranquillissimam? Quàm ingentes verò censetis reperiendos thesauros, priùs quam ad eius finẽ sit peruentum? Quos thesauros quã turpe est à Christiano homine, cui vni propositi sunt, per totam vitam ignorari? Nec verò existimetis lectores humanissimi, me omnia oratione assecutum, quæ hîc cõtemplari liceat, sed hæc pro exẽplo sint dicta, vt horum imitatione vos talia, ac maiora excogitetis.

C

Noster. Circa hoc pronomen, nõ sine ratione inprimis scire oportet, cur Dominus voluerit, vt dicemus, *Pater noster*, non simpliciter, & absolutè, *Pater*, nec docuit nos eo modo orare, sicut ipsemet Dei Filius ad Patrem orabat, dicẽs, Pater mi, quod sanè dulcissimum habet affectum, nec voluit vt quisq; nostrũ D diceret, Pater meus, quemadmodũ sæpè in Scripturis sacris legimus Prophetas dicentes, Deus meus, quod frequentissimè reperitur in Psalmis. Non quidem dicimus, Pater meus, sed *Noster*, quoniam dicere Pater mi, seu Pater meus, hoc soli Christo conuenire potest, qui est solus Filius per naturam, nos autem filij sumus per gratiam, & commu-

Vocantes nos dilectum, Patrem mi dicere externo hypocritæ videtur, hoc enim ad vitium vsurpare exercitus.

nem adoptionem. Quod discrimen A vt ostenderet Christus dixit: Vado ad Patrẽ meum, & Patrem vestrũ, non dixit, Vado ad Patrem nostrũ, sed meum, & vestrum, quoniam ipse per naturam, nos per gratiam filij sumus. Et quanquam videri posset, quod Dominus hoc dixerit modo, cò quòd multos simul præsentes docuerit, ob idq; eam formam multis simul orantibus commodiorem expreserit, tamen & hoc quoq; summa cum sapientia, ab eo qui est sapientia Patris, fuit factum. Admo- B nemur enim hac appellatione, nos omnes fratres esse, qui communem Patrẽ habemus, quæ consideratio, quantum efficiat, ad omnes mutua charitate coniungendos, quis non videat? Ob hãc enim etiam causam voluit Deus, vt ab vno, secundũ carnẽ, patre Adamo proficisceremur, non vt terra passim homines procrearet, quẽadmodum pecudes, ac cætera animantia, vt constaret quãta inter eos deberet esse coniunctio, C atq; æqualitas, qui eundem atq; vnũ in cælo, & in terra Patrem habent. Hęc cogitatio duo efficere maxima idonea est. Vnum, ne ditior insolescat. Alterum, ne pauperes atq; inopes cadãt animo. Cur enim tu propterea quòd plus terrę possides, maiorem auri summam in arca habes, illum inferiorem te putas, qui nihil habeat facultatum? Originis ac naturæ dignitas pensari debet, nõ fortunæ, alioquì asellus circumtextus auro, præstantissimo equo anteponeretur. Idem esset de homine egeno, sine lare, ac foco censendum, si non natura, sed opibus dignitas æstimaretur. Rursus pauper si intelligat, nihil se in rebus quæ ad naturæ suæ conditionem pertinent, minus habere, quàm quiuis potentissimus Rex, non habebit cur se ob paupertatem vehementiùs excrucíet: ideò appellare Patrem Deũ potest ęquè, atq;

Ioan. 20.

Nos, fratres sumus, & cõmunem Patrem habemus.

Ditiores eruditiuntur, ne insolescant, & pauperes ne animũ despondeant.

Amor Diuinus erga nos omnium matrum affectus superat.

Isai. 49.

Psal. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A atq; diues, atq; adeò maiori cum fiducia, quàm diues. Inuenies enim in Scripturis sacris, pauperes summæ curæ esse Deo, quod nunquam de diuitibus reperies, sed contra potius increpationes, & minas in eos coniectas: quare deprehendimus rem in contrarium cadere, atq; homines opinãtur, pauperem enim melioris esse conditionis, quàm si diues, cum in ijs, quæ hominem constituunt, & eum magni faciunt, lõgo pauper superat interuallo. Nam diuitiæ istæ, B quibus tãtopere sibi diuites placẽt, nihil magis adduut homini, quàm si quis vngues, aut crines, quæ superuacuæ corporis sunt partes, habuerit longiores. Quòd si prætereà recorderis, facilиorem esse pauperi viã ad cælum, adq; ad illius Patris regnum sempiternum, quàm diuiti, fatearis necesse est, pauperes omnibus numeris esse diuitibus superiores.

Pauperes summæ curæ Deo.

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. Ioan. 12.

Diuitiæ quã parum homini adsunt.

Ex hac etiam cõsideratione, quòd C vnum habeamus Patrem, ac simus fratres, admonemur vnitatis, atquè concordiæ, ita vt dum noster dicimus fraternæ charitatis, in quã nos Christus vocauit, recordari tenemur: & quoties nostrum dicimus concordiæ vota emittimus omnes, cum ob cõmune genus, tum ob eiusdem Patris reuerentiam. Hoc enim erat, quod antea per Malachiã Prophetam dixerat: Nunquid non Pater (est) vnus omnium nostrũ? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo vnusquisq; nostrũ despicit fratrem suum, violat pactũ patrum nostrorum? Hoc precandi modo discordias, & inimicitias Christus interimit, & quo ad eũ attinet prorsus expellit. Non enim conuenit vt fratres odio, liuore, & contentione inter se desideant. Quam obrem cum pastores Abrahæ, & Loth altercarentur inter se, dixit Abrahã ipsi Loth: Ne (quæso) sit iurgiũ inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. Pię stantissimi quidem alicuius patris reuerentia idonea est, filios in officio continere, ne in iurgia contentionesq; prorumpãt, quanto autem magis hoc, ob cælestis Patris contemplationem est faciendum, qui Deus pacis appellatur, cuius tã studiosus est, vt non expectauerit, dum nos, qui inimici eramus, pacem ab eo postularemus, sed misso Filio vnigenito, nos sibi per illum reconciliauit? Cuius posteà reconciliationis legati, ac nuncij fuerunt Apostoli, vt Paulus diceret: Nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo vos obsecrãte per nos, rogamus pro Christo reconciliamini Deo. Pudeat ergo nos, qui Patrẽ ita pacis studiosum habemus, ob læuissima quæq; exercere lites, & dissidia, & simultates, & sanè id accuratiùs præstaremus, si *Pater noster*, dicentes, hisce nos, quemadmodum æquum esset, cogitationibus exerceremus. Cessarent inuidiæ, & æmulationes, & detractiones, quæ charitatis, atq; vnitatis venena sunt. Quibus qui operã dant, qua fronte appellare hunc Patrem possunt? Digni potius quibus dicatur: Vos ex patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis implere. Quis nos exhorrescat, ob inuidiam, atq; odia ex filio Dei, Diaboli filium euadere? Quod lõgè deterius est, quàm eum, qui cum Regis filius sit, à vilissimo aliquo mãcipio in filium adoptari ambiat, & tamen in hæc mala miseri homines incidũt quotidie, nec intelligunt.

Concordia inter cõfratres seruanda.

Malach. 2.

Genes. 13.

Item pacis doctor, vnitatisq; magister, dicendo, *Noster*, voluit singulatim, & priuatim preces à nobis fieri, ita vt cum quis Deũ precaretur, pro se tantum Dei dona postularet. Non enim docuit nos dicere: Pater meus, qui es in cęlis, Panem meũ da mihi hodie, nec, Dimitte mihi debita

A debita mea, nec, Et ne inducas me in tentationem, aut libera me à malo: sed publicam nobis, & communem orationem facere instituit, ne quis sibi peculiariter aliquid rogaret, & sibi soli concessa asciberet, sed potiùs vt omnes velut vnius corporis membra, eodem animata spiritu, quod omnibus in cõmune expedire videatur, postulare voluit, vt non tàm propria cõmoda, quã proximorum studio fraternæ dilectionis quæreremus.

B *Qui es in cælis.* Cum Patrem nostrũ in cælis esse dicimus, non sic accipiẽdum est, quasi in cælis solum habiret, & tedeat, vt Rex quispiam in solio sedere solet. Nullibi enim nõ est, eo testante: Cælum, & terram ego impleo. Excelsior est cælo, profundior inferno, longior terra, latior mari, nec includi, nec excludi rebus potest: omnia complectitur, vt rectè dictum sit à Salomone, eum cælũ, & cęli cælorum nõ capere. Et à Paulo: Omnia in omnibus adimplere, & C omnia in ipso cõsistere. Sed per hæc verba reuocat nos imprimis ad veram creãtionis cognitionem: nam cælum in Scripturis sacris, vocabulo generaliter accepto, omnẽ creaturam Dei supra nos existentem, siue corpoream, siue incorporeã significat. Quẽadmodum in libro Geneseos legimus: Deum in principio cælum, & terram creasse, vbi Moses cæli nomine, omnia quæ sursum D sunt, aërem, ignem, corpora cęlestia omnia, cum spiritualibus creaturis, quæ in cælis resident, & sensibus nostris capi nõ possunt, complectitur. Terræ verò nomine, quicquid deorsum conspici potest includit: quasi diceret: Quicquid in toto mũdo vides, vel non vides, sursum, ac deorsum, initium habuit, aliquando non fuit, ab vno solo Deo de nihilo conditum est, Dei creatura est, atq; hoc est summum Dei omnipotẽtis œcomium, seu epitheto, quo dicitur, A & appellatur subinde in scripturis: Deus qui fecit cęlum, & terrã. Christus itaq; cum nos ad orãdum instituit, toram huius proœmij vim in eo posuit, vt omni nos fiducia armatos redderet, cor dilataret, animum eleuaret, vt omnia quæ in cælis, & in terris desiderari poterant, dummodo nobis conuenirẽt, à tanto Patre audaci animo peteremus. Nam si talem habemus Patrem, cuius omnia plena sunt, qui sua potenti virtute cęlos continet, qui suam potentiam B ad omnia extendit, & per ipsum, & cum ipso, & in ipso sunt omnia, qui omnia in omnibus adimplet: & omnia in ipso constat, qui cælos moderatur, & regit, quare non firma spe omnia ab illo, qui tàm paruí omnia facit, & inimicis interdũ donat, peteret amicus immò potius dilectus filius? Apostolico certè spiritu dixerat Iacobus: Omne datum optimũ, & omne donũ perfectum de sursum est. Et rursus: Si quis indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus C affluenter, & nõ improperat. Itaq; cælestem hæreditatem filiali iure securè sperare possumus.

Rom. 11. Ephes. 1. Coloss. 1.

Iacobi 1.

Omnia quæ ad salutẽ animæ, & corporis spectant à cælesti Patre qua fide speranda.

Secundò, voluit nos hîc admonere verbis, vt altamente cogitemus, vnde nostram originem trahimus, nempè è cælis, vnde ad hanc miseriarum terram profecti sumus, meminerimusq; hic nos exules esse, patriam verò nostram ibi esse, vbi Pater habitat noster. Hoc exilium veteres illi Patriarchæ, ante etiam quã regni cælorum fieret mentio, intel- D lexerunt, de quibus in Epistola ad Hebræos ita scribitur: Iuxta fidem mortui sunt ij omnes, cum non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent, & credidissent, salutassentq;, & confessi fuissent, se hospites, & peregrinos esse in terra. Nã qui hæc dicunt declarãt se patriam inquirere, & siquidem ipsius meminissent

Originem nostram è cælis trahimus, patriamq; nostram paradysum cũputare debemus.

Hebr. 11.

In carne viuentes peregrinamur à Domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nissent de qua exierunt: habebant vtiq; tempus reuertendi, nunc autē meliorem appetunt, ideſt, cælestem: vnde non cōfunditur Deus, vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Quæ posteriora verba significant eos, qui cælum non votis omnibus expetunt, dignos esse, quorum Deo pudeat; vt vocetur eorum Deus. Rursus Regius Propheta eodem desiderio flagrans aiebat. Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Et hæc illi quidem tot seculis ante appellationem huius regni philosophabātur. Et hoc regnum, vt ex Paulo iam diximus, è longinquo salutabant, nūc verò cum volentibus omnibus iam peruiam factum est, & primitiæ generis nostri Christus in illud ascendit, in illo regnat, & ad præparandū nobis regnum illud eò, cōscenderit: mirum sanè est, quòd tanto torpore sordeamus, vt terrā (dumtaxat) more pecudum spectantes, nulibi minus, quā illuc cogitationes nostras transferimus, videmur planè exiliū patriæ anteponere. Sed hic pestilentissimus error, quòd scilicet de cælo vix cogitemus, ex duplici fonte manat. Primùm, quòd nimis nos à terrenis curis deprimi sinimus, atq; iiis ita vehemēter affigimur, vt nullum relinquamus locum cælestia cogitandi. Deinde peccata quæ ex terrenarum rerum cōmercio contrahuntur, efficiunt, vt pulchra illa cæli consuetudine nō fruamur, nec dicere cum Paulo liceat, conuersatio nostra in cælis est. Sed cum alteriùs vitæ occurrit memoria, ob conscientiam scelerum nostrorum, gehennę potiùs quam sumus meriti, occurrunt animo vlriones, ac pœna, quā A cæli præmia, à quibus nos ob nostra sceleratè facta facimus alienos. At vel hoc ipsum excitare nos aliquando deberet, vt mores mutaremus, & metu saltem seruorū more coërceremur: quanuis turpissimum est cōfendum, vt homo, qui Christo nomen dedit, & in hæc cælestia mysteria fuerit introductus, adhuc spiritu timoris ducatur: cælestis Patriæ amore potiùs nostras omnes actiones dirigere tenemur, quin, amore regnante, parum decorum est, spe mercedis sola, atq; æternæ retribu- B tionis in rectè facta incūbere, mercenariorum, hoc est, non filiorum proprium: optandum est potius cælum, non ipsius cæli, sed inspiciendi, & fruendi Patris gratia, & cū Propheta dicēdum: Quid mihi est in cęlo, & à te quid volui super terram. Vides generosum animum, qui Filij affectum induerat, ne cælo quidē ipso, quo nihil maius excogitari potest, ne dum terra esse contentum? Quid ergo? Defecit (inquit) caro C mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Idcirco, & alibi respuit consolatię pē omnem præter illam Dei, & ait: Renuit cōsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Erigamus ergo in cælum, hoc est, ad Paternam seuō oculos, ne frustra erectam figuram assequuti videamur, relinquamus brutis aspectum in terram, & ventrem: & ea quæ sub ventre sunt, & mēte reuoluamus quod Paulus ait: D Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, & vitam agamus cælesti Reipublicæ consentaneam. Recordemur identidem, nos Patrem in cælis habere filiorum amantissimum, qui hæreditatem illam cælestem nobis paratam habet; quòd si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Incitamur itaq;

Psal. 41.

Desideria iustorum propter cælestem patriam quæ B lis.

1. Cor. 15.

Exilium patriæ cælesti anteponere quam erroneum.

Philip. 3.

Cælum non propter se, sed propter authorem appetendum.

Psal. 72.

Psal. 76.

Omnes in cælum erigere debemus, ne frustrà erecta figura assequuti videamur.

Rom. 8.

Cœlo delapsos nos recogitare debemus.

A itaq; his verbis: *Qui es in cælis*, vt recolamus vnde simus delapsi, nempè è cælo, & quò rursus, tanquam ad destinatum locum, ad brauium sanè supernæ vocationis, Patre nostro authore redituri sumus. Deinde vt sedulo cogitemus, optemus, & à Deo humili prece postulemus, vt cælestis Patris, cælestes quoq; Filij esse possimus, ab omni re mundana alieni, hoc est, ne quid præter animæ salutem, & cælestem illam hæreditatem spectemus, ne huius mundi concupiscentijs decepti, ac irretiti in carnales filios degeneremus, vt planè erubescere debeat, qui hisce verbis Patrem cælestem compellat, & non desinit se se terrenis immiscere rebus.

Omnis nostra cura, & solicitudo in Patrem cælestem remittenda.

Tertiò, his verbis: *Qui es in cælis*, nos armat vt omnem solicitudinē, & curam in Deum proijciamus, quia ipsi cura est de nobis. Nam cum bonus sit, immò ipsa bonitas, si nihil suæ curæ expers esse patitur, C quanto maiorem dilectissimorum filiorum curam habebit? Quibus sanè verbis eorum Philosophorum parca prouidentia magis redarguitur, qui veriti fortasse, ne quid Diuino honori deperiret, nolebant Diuinam gubernationem in hæc se inferiora, tanquam humilia porrigere, quanuis ij, qui inter illos fuere præstantiores, contrarium sentiebant, Deum scilicet, non minus minimarum, quàm maximarum rerum curam habere. Dicebantq; cauendum esse, ne Deum mortalibus opificibus viliorem putaremus, nā ij sanè quanto peritiores sunt, tanto arte vna, in proprijs ipsorum operibus, & parua simul, & magna exquisitiùs, absolutiùsq; perficiunt: Deus autem qui sapientissimus est, hoc præstare non longè meliùs valebit? Non ergo metuendum est, ne Pater, quia in cælis est, nostra minus curet. Sed quærat fortasse aliquis, cur dictum sit Patrem esse in A cælis plurali appellatione? Cui respondendum est, non solum hic obseruari Hebræam locutionem, apud quos vox qua cęlum appellatur, pluralis est tātum numeri, verùmetiam hoc numero euidentiùs declarari, latissimè fundi illius imperium, ac gubernationem, vt nihil in cælorum vastitate fiat sine ipsius nutu, ac voluntate, ne sit necesse ab vlla creatura, modo Deum propitium habeamus, metuere. Nam cum Patrē nostrum, qui non potest suis Filijs B non benè velle, in cælis esse profitea mur, frustrà metuimus à Stellis, & signis cæli, quæ à benignissimo Patre nostro cælesti, ad bonum procul dubio filiorum reguntur. Atq; hoc ipso secernimur à gētibus idolatris, quas ne imitemur Dominus per Hieremiam præcipit, dicens: Iuxta vias gentium nolite discere, & à cęli signis nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorū vanæ sunt. Atq; vt ab hoc Patre discamus expe C ctare etiam illa, quę per cælos fiunt, in eodem Propheta dicitur: Nunquid cæli possunt dare imbres? Quia videlicet, & si pluuia à cælis proficiscatur, tota tamen eorum virtus à cęlesti Patre est, nec sine illius nutu possunt quicquam cæli, vel audent, vt in omnibus ad ipsum sit prospectandum.

Philosophi de diuina prouidentia præpostere sentientes tollendi sunt.

Quartò docemur his verbis, terreno Patri, & matri nos debere æquo animo propter Deum renunciare, postquam per regenerationem Patrē cœpimus habere in cælis, ad cu- D ius à quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur, accurrere tenemur. Et tanquā expositi tij infantuli nullum, præter eum, agnoscere Patrem exemplo Propheræ dicentis: Quoniam Pater meus, & mater mea derelinquerūt me, Dominus autem assumpsit me. Certè vt abieo solo Patre terrenis omissis penderemus,

Pater cum dicitur esse in cælis plurali numero.

Diuina gubernatio latissimè funditur.

A stellis, & signis cæli, minimè metuendum, & quare.

Hierem. 10.

Hierem. 14.

Parentibus carnalibus, qui nos genuerunt renūciandum, & quare.

Ephe. 3. c. 15.

Psal. 26. d. 10

A cælesti Patre solum pēdere debemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Dominus in Euãgelio præceperat, dicẽs: Et Patrẽ nolite vocare super terrã, vnus est enim Pater vester qui in cælis est: vt ergo hãc discretionẽ inter terrenum, & eçlestem Patrem faceremus, Græci articulum quo id magis exprimeretur apposuerunt, *O entis vranis*. Hinc est etiã, quòd Leuitę summopere cõmendãtur, quod dicerent patri, & matri, nõ noui te, & filios suos non agnoscerent. *Matth. 23.* *Deut. 33.*

Hæc quæ hactenus declarata sunt verba, præmium quodam sunt, quo mẽs antè omnem postulationẽ præparatur, & afficitur, & ingenti fiducia instruitur, & quasi armatur. Nã si hæc verba: *Pater noster qui es in cælis*, in ore attenta meditatione versamur, tanquam sacarum intra cordis penetralia, dulcedine mirabili liquescer, & omnem cælestium bonorum saporem degustare facier. Quis non lachrymarũ imbre suauissimo gustauit, vehementissimũ hunc cælestis Patris amorem, qui nos à diaboli, & inferni tyrannide potẽti sua virtute vindicauit, & cũ ob scelera
C nostra diaboli figmenta auscultaremus, & in inferno tãquam proprio addicti loco versaremur. In filiorũ libertatem nos immeritos vocauit, & cælestis regni hæreditatem, nobis sua gratia donauit.

Oratio Dominica efficacissima quas petitiones cõtinet.

Sanctificetur nomen tuum. Oratio hæc sicut omnium sanctissima diuinissimaq;, ita omniũ efficacissima est, septẽ in sese petitiones continet, quarum tres priores solam Dei gloriam, nõ habita nostri ratione, respiciunt, reliquæ verò quatuor, ad nos
D nostramq; vtilitatem spectant. Digna prorsus hæc oratio filiorum Dei est, nam qui Deum Patrem appellauit, nihil potius habere debet, quam paternam gloriam promouere, eãq; primo loco intimo affectu postulare, reliqua verò omnia, quantunuis sibi vtilia videantur, secundo loco ducere. Quod & Christus nobis facere seriò præcepit, dicens: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*. Quod ergo ad hãc primam attinet petitionem, antequam eam declaremus videndum est, quid sit sanctificare, & quid intelligatur per nomen Dei: nam cum nomen Dei non possit esse in se ipso, aut fieri sanctiùs, quid est quòd petimus dum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum*. Sanctificandi verbum in Scripturis sacris varie accipitur. Cum enim dicimus, Deum sanctificasse diem Sabbathi, significatur, voluisse illum esse selectum diem, ac præ cæteris accuratiùs obseruari. Interdum accipitur pro mũdare, & purificare, cum enim iubetur, vt, qui tetigerit sacrificia, *Sanctificetur*, præcipitur, vt mundus, ac purus sit. In eum sensum illud est dictum, Sanctificamini, & sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester. Interdum dedicacare, vt illud quicquid est sexus masC culini, sanctificabis Domino Deo. Sed cũ de Deo sanctificationis vox est, intelliges nunc per se, nunc per homines Deũ sanctificari, hoc est, nunc dicitur sanctificare se ipsum, nũc homines illum sanctificare. Cũ enim Deus dicitur, Sanctificari per se ipsum, tũc declarat iustitię suę ueritatem, vt eum Nadab, & Abiu filij Aaron, propter oblatum alienũ ignem contra præceptum Domini, deuorati fuerunt ab igne, dixit Moses ad Aaron. Hoc est, quod locutus D est Dñs, sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Sic Isai. Dominus sanctus sanctificabitur in iustitia, hoc est, sanctus apparebit propter iustitiã, vel per iustitiæ declarationẽ. Sic per Ezechiel. ob victã sumptam de Gog, dicit Dñs: Magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego Dominus.

Matth. 6.

Sanctificare quid significet in sacro instrumento.

Sanctificasse dicitur Deus diem Sabbathi, quia voluit selectum esse.

Leuit. 6.

Sanctificare, idẽ quod mũdare.

Leuit. 20.

Sanctificare significat dicare.

Deut. 15.

Sanctificare Deum se ipsum, est ostendere sanctitatem suæ iustitiæ.

Leuit. 10.

Isai. 5.

Ezech. 38.

Sic

Sanctificare dicitur Deus eos quos ad exercendam iustitiam parat.

Hierem. 22.

Esaiæ.

A Sic etiam quos ad exercendam iustitiam suam Deus parat, dicit eos sanctificasse, vt est in Hieremia: Sanctificabo super te interficientem, hoc est, præparabo contra te. Et per Isaiã: Sãctificatos suos appellat Deus eos, quos præparauerat ad perdendam Hierusalem. Et accepta videtur similitudo à rebus sacris, quas in alienum vsum non licet conuertere, sed paratas esse semper oportet ad eum vsum, ad quem sunt dedicatæ. Aliquando verò homines dicuntur sanctificare, vt in illo: Dominũ exercituum ipsum sanctificate, ipse sit timor vester. Quod imitatus D. Petrus, dixit: Dominum IESVM Christum ipsum sanctificate in cordibus vestris. Sãctificare itaq; idem est, ac laudare, glorificare, illustrare, præconijs eucheré, honore prosequi, tam verbis, quàm factis. Huic opponitur blasphemare, pollui, & inhonorare nomen Dei. Non quod nomen tàm sanctũ, quod ad se attinet, à nobis vllo modo contaminari, aut
C tantæ gloriæ splendor vllo probro inquinari possit, sed quod quantum in nobis est, illud contumelia, ac ignominia in nostram perniciem sæpè numero afficiamus. Vnde per Ezechielẽ dicũtur Israëlitę polluisse nomen Domini, vbi & nomẽ suum se sanctificaturum Dominus promittit: Polluerunt (inquit) nomen sanctum meum, cũ diceretur de eis: Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt: & peperci nomini
D sancto meo, quod polluerat domus Israël in gentibus, ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israël. Hæc dicit Dominus Deus. Nõ propter vos ego faciam domus Israël, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in gentibus ad quas introistis. Et sanctificabo nomen meũ magnum, quod pollutũ est inter gentes, quod polluistis in medio earũ, vt sciant gentes, quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cũ A sanctificatus fuero in vobis coram eis. In hunc sensum accipiendum est, *Sanctificetur nomen tuum*, hoc est, glorificetur, magnificetur, sanctum ab omnibus agnoscatur, & apud omnes illustretur. Per nomen verò Dei intelligitur ipse Deus, eiusq; maiestas, potentia, sapientia, bonitas, iustitia, misericordia, veritas, & quæcunq; alia de eo scriptura prædicat, eò quòd nomen eius, secundũ opera eius. Sanctificatur ergo cum secundum nomen eius, ita & laus eius in finis terræ diuulgatur. Est B enim familiaris scripturæ Hebraismus Diuina attributa, nomẽ Domini appellare, vt: Adiutorium nostrũ in nomine Domini, ideſt, in potentia, in virtute, & fortitudine eius: & Nomen tuum inuocatum est super nos, & sexcenta alia in hunc modum.

Dei nomine quæ veniant intelligenda in sacro eloquio.

Diuina attributa nomina Dei compellantur.

Psal. 123.

Hierem. 14.

Prima ergo postulatione docemur in omni, & ante omnem cuiuscunq; rei deliberationem oprare, vt Diuina maiestas honorificetur in C nobis, vt quẽadmodum ait Petrus: In omnibus honorificetur Deus per IESVM Christum, nec solum vt id nobis fiat, verùmetiam vt in omnibus gentibus illustretur, & glorificetur hoc sanctum nomen. Hoc sanè legitimorum filiorum proprium est, honori patris imprimis studere, & illius gloriam proprijs commodis, ac vitæ etiam anteponere. Hoc in natura rerum cernimus fieri, vt humilior, & minus digna pars D spõte sese periculo exponat, ob dignioris salutem conseruandam, nam vbi periculum imminet capiti, mox brachium ipsius sponte natura objicit sese, vt caput tueatur. Multò magis nos, qui nihil omninò sumus coram Deo, tantæ maiestatis contemplatione, debemus in cogitationibus, & factis nostris omnibus summo studio id quærere, quod

1. Petr. 4.

Ante omnem deliberationẽ optare debemus, vt Diuina maiestas honorificetur in nobis, & in omnib⁹ gẽtibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A illius gloriam, ac maiestatem illustret: & meritò sanè, cum quicquid sumus totum illius sit: quam obrem Paulus dicebat: Non estis vestri, empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Cum ergo Diuini nominis gloriam præoculis semper habere debeamus eam promouere cõtra omnes, qui sanctissimo nomine eius infesti sunt, tenemur. Tria siquidem hominum genera in vniuerso sunt, qui multijs modis nomen
B Dei contumelia afficiunt. Ethnici inprimis, qui vel ignorato, vel contempto rerum omnium conditore, contemptissimas etiam creaturas, venerantur, & adorãt, de quibus Paulus ait: Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentium,
C coluerunt q; , & seruierunt potius creaturæ quàm creatori, qui est benedictus in secula, Amen. Audientes ita q; , & videntes legitimi filij, quibus totum eorum studium est Dei gloriam promouere, & toto affectu declarare, horrendam injuriã, qua ij Diuinum nomen afficiunt, hoc inprimis, prætermissis cunctis rebus, petere tenentur, vt nomẽ Dei quod per se celsissimum, ac sanctissimum est, & per omnia secula benedictum,
D toti etiam mundo clarescat: vt gentes relicto simulacrorum cultu, solum verum Deum veneren tur, & adorent.

Secundum hominum genus blasphemantium Diuinum nomen, Iudæi sunt, qui tametsi idola abominẽtur, nomen tamen Dei probris afficiunt, cum Christum Dei Filiũ aspernantur, ac reijciunt. Nã qui odit me (dixit idem Christus) odit, & Patrem meum. Et rursum: Et viderũt, & oderunt me, & Patrem meum: A nam vnius contumelia in alterius redundat contumeliam. Vt ij, ad sanã reducantur mentem, & Deum verum in tribus personis rectè agnoscant omni cordis duritia cõminuta Deum orare affectu filiali tenemur, dicentes: *Sanctificetur nomen tuum.* Nempè vt Iudei impia sua perfidia, ac superstitione relicta Diuino spiritu edocti, nõ solum Patrem Deũ, ex quo omnia, sed Filium Deum per quem omnia, & Spiritum sanctum, in quo omnia, agnoscant, atq; B in tribus personis eandem maiestatem, & in simplici essentia triplicẽ personarum proprietatem adorent. Atq; in hunc modum omnes sancti quotquot ab origine mundi fuerũt, non sine ardentissimo affectu orasse legimus, & frequentissimus est is orandi modus in Psalmis: Vt cognoscamus (inquit) in terra viam tuã, in omnibus gẽtibus salutare tuum. Et in hanc sententiam orat Iesvs filius Syrach: Alleua (inquit) manũ tuam, ô Pater super gentes, quæ nõ C exquirunt te, vt agnoscant, quod non est Deus, nisi tu, & ennarrent magnalia tua. Et Paulò post: Vt agnoscant te, sicut & nos te agnouimus. Hæc est etiam doctrinæ Seruatoris Christi imitatio, qui in terris agens, nil magis curauit, quàm vt nomen Patris sui per orbem omnium terrarum illustraretur, hunc nos vt morigeri filij imitati, eisdem desiderijs optemus, vt adorandi Diuini nominis gloria, cælum, ac terram impleat. Vt omnis creatura eius ineui D tabilem potentiam metuat, æternam sapientiam veneretur, amet ineffabilem bonitatem. Atq; hoc optandum est, non quòd hoc Dei referat, qui his non eget, sed vt optimorum filiorum officium impleamus, qui dare operam debent, vt Pater honoretur. Deinde petẽdum est humani generis gratia, ad cuius salutem

1. Cor. 6.

Tria hominũ genera nemẽ Dei cõtumelia afficiunt.

Rom. 1.

Ethnici contempto Deo vilißimas creaturas colunt.

Rom. 12.

Ioan. 15.

Iudei probris nomen Diuinum afficiunt Christianos offendentes.

Psal. 66.

Ecclesiast.

Nemo Deo illustrior fit, sed nostra refert.

Ioan. 17. 3. A lutẽ hoc pertinet. Hæc enim est (inquit veritas) vita æterna, vt agnoscant te Deũ verum, & quem misisti Iesvm Christũ. Tertium genus eorum, qui Diuinum nomẽ iniuria afficiũt, mali Christiani sunt, à quibus multo magis, quàm ab alijs sanctissimum hoc nomen contumelia afficiunt: nam cum soli illi verum cultum, veramq; teneant religionem, multo est ignominiosiùs contrarijs factis illam sordidare. Quemadmodum turpiùs est familiares Regis alicuius illum offendere, quàm externum quẽpiam, & qui ad illius familiam minimè pertineat. Sicut ergo sanctificatur in nobis nomen Dei, cum agnoscentes eius maiestatem, potentiam, sapientiam, bonitatem, iustitiam, illum vnum veneramur, illius nos potestati cõmittimus, fidimus prouidentiæ, ab illius benignitate toti pendemus, nihil nobis virtium arrogamus, nihil gloriæ, omnem eius erga nos dispensationem, non minus in aduersis, quã in prosperis æquo animo suscipimus, in vtroq; gratias agentes, quòd & bona
C nullis nostris promeritis nobis det, & castigationes nõ solum iustè adhibeat, verùm etiam ad nostram vtilitatem. Si contrà ij nomen Dei ignominiosè tractant, qui fiduciam suam à Deo viuo, in creaturas trãsferunt, & diffidentia, ac superstitione laborantes, magicis artibus, aut incantationibus operam dant, hæreses, ac impias doctrinas sectantur, aut qui sibi aliquid arrogant, vel sapientiæ, vel potentiæ, vel rerum eius modi, suo non Dei nomini gloriam
D tribuentes: quod faciunt quicunq; suis diuitijs, aut terrenis honoribus fidunt, aut suis benefactis, tanquam à se profectis gloriantur, quæruntq; ab hominibus gloriam, cũ soli Deo gloria debeatur. Iniuriam etiam afferunt huic Patri ij Christiani, qui cum in filios fuerint adoptati, non imitantur cælestis Patris mores, sed A veluti degeneres Filij omnia contraria faciunt. Hac ergo petione: *Sanctificetur nomen tuum*, omnia quæ in fauorem populi Christiani postulanda sunt, breui cõpẽdio includimus. Postulamus enim, vt non tantum crassa idololatria, sed & omnis spiritualis infidelitas, qua gloria, & honor Diuini nominis imminuitur, à nobis tollatur, vt omnes magicæ artes aboleantur, vt Dæmonum omniumq; aliarum creaturarum incãtationes omninò cessent, vt omnis diffidentia, ac superstitio è mentibus nostris eliminetur, vt omnes hęreses, ac impiæ doctrinæ rediganturin nihilum, & verbum Dei syncerè currat, ac prædicetur. Rursus precamur, ne nobis aut illi creaturæ, sed soli Deo fidamus, vt omnem salutis spem in Deum collocemus, & ab vno illo toti pendamus, vt quicquid est in nobis virtutis, nõ nobis, sed illi acceptum feramus, dicentes cum Dauid: Non nobis Domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. C Petimus etiam, vt quemadmodum nomen filiorum Dei gerimus, ita & casti, & inculpatis moribus gloriam tãti nominis sanctificemus, ac illustremus, quod facimus cum sedulo, ac pro viribus cõnamur Christi vestigia sequi. Deum super omnia, & proximum tanquam nos metipsos diligentes, atq; adeò benè volentes ijs, qui malè nobis volunt. Hæc enim propria est imitatio cae- Pater cælestis quomodo imitandus. lestis Patris, quemadmodum ad- D monuit Dominus, dicens: Vt sitis filij Patris vestri qui in cęlis est, qui solem suum oriri facit super malos, & bonos, & pluit super iustos, & iniustos. Tunc enim pro modulo imbecillitatis nostræ sanctificatur, & glorificatur Deus in nobis, sicut perfectissimè glorificatus est in Filio suo, si mundus nos conspiciat, iuxta eiusdem Filij sui doctrinã vi-

Non tantum postulamus, vt omnes idololatria, sed & omnis infidelitas spiritualis procul pellatur.

Psal. 113.

Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uentes, quod idem admonuit, vt faceremus: Luceat (inquiens) lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. Petimus demum, ne in ea crimina, à quibus abluti, iustificati, & sanctificati sumus in nomine Domini nostri IESV Christi, & in spiritu Dei nostri, rursus incidamus, sed vt hæc sanctificatio integra in nobis perpetuò perseueret. His enim modis nomen Patris sanctificabitur, & honorabitur in nobis, quæ petitio ad hoc vnum spectat, vt nomen Patris honestetur, nulla habita nostræ vtilitatis ratione. Quanuis enim totum in nostram vtilitatem redundet, eo tamen animo esse debemus, vt nulla, quãuis maxima damna, recusemus, modo illa in maiorem Dei gloriam cedant. Cuius rei egregium præbuit exemplum Paulus, qui ob ingentem affectum in Christum, contentus erat anathema fieri ab ipso Christo, & ab eo in gehennam relegari, si hoc in eius gloriam esset magis redundaturum. Is est scopus huius primæ petitionis, quæ tantũ Dei gloriam super omnia respicit.

Ibidem.

Nominis Diuini honorẽ, potius quam nostram vtilitatem postulare debemus.

Rom. 9.

10 *Adueniat regnum tuum*. Græcus textus habet, *Eltheto*, hoc est, veniat, cum venire, & aduenire idẽ sint nulla est dificultas, si dicamus veniat, seu *Adueniat regnum*. Sed circa verũ huius petitionis intellectum videndum est, quomodo precemur aduenire regnum Dei, cũ Deus regnauerit in omnes à constitutione mundi. Propheta testante: Regnũ tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem. Nõ enim omnes intelligunt quid sit regnum Dei, quo non intellecto, cõsequens etiã est, vt nesciatur quid his verbis sit postulãdum, cum dicimus, *Adueniat regnum tuũ*: quare hoc potius declarãdũ est. Varia enim in Scripturis regni Dei mentio fit, de illo tamen regnandi modo, de quo proprius Christus in hac petitione loquitur, tractabimus. Cum Dominus sæpè in sermonibus suis, huius regni faceret mentionem, atq; adeò initium prædicationis eius hoc fuisset, cũ dixit: Pœnitẽtiã agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Cum ergo frequens apud illum esset eius mentio, interrogatus fuit à Pharisæis, quando regnum Dei venturum esset, qui respondit eis: Non venit regnũ Dei cum obseruatione, nec dicent, Ecce hîc, & Ecce illic: Ecce enim regnũ Dei intra vos est. Et paulò post: Sicut fulgur coruscãs de sub cælo, in ea, quæ sub cælo sunt, fulget, ita erit Filius hominis in die sua: quasi diceret, Non venire regnũ Dei cum obseruatione loci, & temporis, quemadmodum in regnis huius mũdi vsu venit. Sed regnum hoc parari nunc in spiritu (hoc enim est, quod ait regnum Dei intra nos esse) suo autem tempore, hoc est, in futuro seculo totum simul declarandum in modũ fulguris. In hunc modum interpretatus est Paulus, cum dixit: Regnũ Dei non est esca, & potus, sed gaudiũ, & iustitia, & pax in Spiritu sancto. Et cum Seruator Christus dixit Pilato: Regnum meũ non est de hoc mundo. Non illud solum aspexit, quòd in cælo esset regnaturus, sed quòd eius regnũ tale non esset, quale homines agnoscunt, corporeq; huius, ac temporariæ gloriæ, sed in spiritu omnia agi, & illum regnare in animis hominum. Regnum autem hoc etiam in mortali hac vita exercetur, & quicunq; dum in hac vita degunt, huius regni virtutẽ minimè sentiunt, non video quo pacto illud in futuro sibi possint polliceri. Regnum hoc sæpè in Euangelio appellatur, Regnum cælorum, quo item significatur ipsa Christiana Respublica, quæ nunc stat, & videtur.

Psal. 144.

Matth. 3.

Luc. 17.

Regnum Dei intra nos quid.

Regnum cælorum Christianam Rempublicam denotat.

Cum

A Cum ergo dicimus: *Adueniat regnũ tuum*, nõ petimus vt regnet in terra, cum semper in ea sceptrum, & imperium obtinuerit, & regnũ eius, regnum omnium seculorũ appelletur: sed optamus vt hoc spirituale regnum, ignoranti mundo fiat manifestum. Regnum hoc etiam gratiæ appellatur, quod nihil est aliud, quàm spiritualis liberatio à peccato: quã liberationem effecit Deus per Filium suum, qui (vt ait Apostolus) eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ Filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Hoc gratiæ regnum est, iustitia cõscientiæ, quod dudum diximus, appellatum à Paulo, gaudium, iustitiam, & pacem in Spiritu sancto. Constat enim iustificatum ex fide pacem habere erga Deum, quæ iucundissimam animi tranquillitatẽ, & ineffabile gaudium parit, ac securitatem, aduersus carnis, mundi, & diaboli tyrannidem, de quo gaudio C dictũ est à Prophera: Lærentur omnes, qui sperant in te, in æternũ exultabunt, & habitabis in eis. Ab hoc gratiæ regno ad illud gloriæ iter est, cuius meminit Dominus, cum ait, se dicturum in iudicio: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum. Et rursus: Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic intrabit in regnum cælorũ. His declaratis minus difficile erit agnoscere, quid nos iubeat Dñs his verbis petere. Cum enim diabolus, D & ante Christi aduentum regnum suum ita propagauit, vt princeps mũdi huius à Domino, & Deus huius seculi à Paulo sit appellatus, & & nunc etiam ne victus quidem, semel, & regno pulsus cesset, quin potius à sua tyrannide liberatos, & filios Dei effectos, oppugnare nõ desinat tamdiu, dum in hoc mortali corpore degimus, solicitat enim veteris peccati reliquias, & humanas ingerit cupiditates, quibus carnis defectionem aduersus spiritum molitur. Idcirco primũ quod petimus est, vt non solum ij, qui non dum huius regni famam acceperunt, illud agnoscant, verùmetiam vt Deus quos semel à Satanæ tyrannide liberatos esse voluit, regere etiam, ac gubernare dignetur, ne rursus in eãdem tyrannidem reuoluantur, ne vè deinceps regnet peccatũ, in nostro mortali corpore, vt obediamus concupiscentijs eius, aut exhibeamus membra nostra, membra peccati, B sed magis liberati à peccato, serui autem facti Deo, & in regnum eius asciti, exhibeamus membra nostra seruire iustitiæ, vt ejecto semel per Christum regem nostrum Satana, huius mundi principe, posthac seruiamus Deo, in sanctitate, & iustitia omnibus diebus nostris, vt quẽadmodum Christus spiritu cælesti, impium huius mundi spiritum, ac principem vicit, & sua innocentia peccatum superauit, ita nos per eundem fœliciter vincamus, & in Deo C regnemus, ac vicissim Deus in sui nominis gloriã regnet in nobis. Sic regnauit in sanctis Martyribus, incorruptis Confessoribus, castissimis Virginibus, qui semel in Christo regenerati, & sanctificati, carnis lasciuiam, mundi sapientiam, & malitiam, Satanę molitiones fortiter, fœliciterq; vicerũt: quorum recordatione opremur, & nos, vt eadem fide donemur, vt spreto huius nũdi regno, contẽptisq; quæ pulchra, ac dulcia hîc videntur, sequamur promissa regni cælestis.

Primò his verbis: Adueniat, &c. petimꝰ vt quos Deus à tyrannide Satanæ liberauit, regere dignetur, ne amplius prolabantur.

Rom. 6.

Ibidem.

Luc. 1.

Christus regnauit in sanctis, &c.

Petimus secũdò his verbis, vt Pater ille cælestis, aream Ecclesiæ suæ purget, & de regno suo tollat omnia scandala, vt sublatis hæresibus, & schismatibus vniuersis, Ecclesia tranquilla gaudeat libertate. Petimus tertiò, vt cum nondum totus

Matth. 13. His verbis, Adueniat Regnum, &c. petimus etiã vt Pater cælestis aream suæ ecclesiæ purget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mundus, Deo ceruicem submiserit, sed plurimas etiam nationes, gẽtes, ac populos tyrannus ille Satanas adhuc occupet, quales sunt impiæ gentes, Iudæi, & Turcæ: rogamus (inquam) vt eis regnum Dei, cuius liberalitatem, dignitatem, ac fœlicitatem penitùs ignorant, innotescat: vt ex mancipijs diaboli fiant serui Dei, cohæredes Christi, consortes regni sui, vtq; tãdem fiat vnum ouile, & vnus pastor. Quartò petimus, vt Principes, ac Magistratus, qui sæpè in Dei ignominiam, potestate sibi ab ipso Deo data abutuntur, regnum hoc spirituale agnoscãt, ac sanctæ Ecclesiæ Dei molesti esse desinant, quin potius in viua Ecclesiæ membra coalescant. Quintò tãdem petimus, vt recepti in regnum gratiæ, & misericordię Dei, tandem, & regnum glorię, post temporariæ huius vitæ curriculum adipiscantur. Hoc summum illud votũ est, quod de optima conscientia, & rebus hisce fluxis caduciſque exuta oritur, quod omnes sancti intimis affectibus semper optarũt. Cupio (ait Paulus) dissolui, & esse cum Christo. Et rursus: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM Christũ Dominum nostrum. Et alibi: Sed & ipsi (inquit) qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus adoptionem filiorũ Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Certè modo sapiamus hoc D Domini regnum (quod gloriæ appellamus) adq; adeò secundus ille Domini aduentus, qui proximè tale regnum præcedet, quod Deus suis fidelibus perfectissimè, tàm in corpore, quàm in animo beãdis largietur assiduè optanda, ac expectanda sunt, idq; ad exemplum sanctorum Patrum, qui diem supremi aduẽtus die, nuctuq; summo studio ieiunijs, vigilijs, lachrymis, & precationibus vacantes, videre cupiebant, ac A securè coronã iustitiæ expectabãt: inquam sententiam non minori humilitate, quã fiducia de Diuina promissione securus dixit Apostolus: Non solum mihi reddet coronã iustitiæ, sed & his qui diligunt aduentum eius: Aduentum (inquam) magni Dei, & beatam spem. Et Christus monet, vt similes simus hominibus, expectantibus Dominũ suum, quando reuertatur à nuptijs, vtq; ad hãc diem redemptionis nostrę, leuemus capita nostra, quando scilicet, Christus regnum suum plenum, & integrum subiectis sibi omnibus, quos æterna Dei voluntas, suo regno destinauit, Patri tradet ac resignabit: & electis suis ea bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nũquam auferenda donabit: taliq; regno asciscet, vbi non erit amplius vllus luctus aut dolor, vbi non esurient, nec sitient amodò, nec cadet super illos sol, nec vllus æstus, vbi erit vita æterna quies perpetua, sempiterna lux, & claritas, pax, & tranquillitas nunquam finienda, inenarrabile gaudium, & lętitia, certissima sempiternæ fœlicitatis securitas, copiosissimaq; exantlatorum laborum merces. Quod si quis quam eò pietatis, nondum promouit, vt eius diei acceleration em ex animo peterenon dũ possit, saltem is ardentissimis votis exoptet, vt in se gratiæ, & misericordiæ Dei regnum aduenire: vt fide, spe, & charitate (quæ sunt huius regni præcipue partes) de diabolo, mundo, & carne fœliciter triumphet: vt hoc spirituale Dei regnũ in eo subinde crescat, & augeatur, vt constãter perduret, nec vnquã obdormiat in morte, ne vè in Satanæ potestatẽ veniat, vt post exutum exteriorem hominem, ceptum in se regnũ Dei, in illa cælesti vita perficiatur. Deniq; is saltem expectet sibi eum affectum à Deo donari, quo hanc vitã peccatis,

Item, vt omnes nationes colla Ecclesiæ iugo subdant.

Petimus etiã vt Magistratus, & Principes regno Christi, & sanctæ Ecclesiæ molesti esse desinant.

Item vt recepti in regnũ gratiæ, regnum gloriæ post huius vitæ curriculũ adipiscamur.

Roma. 7. & 8.

Secundũ Domini aduentũ ardenter Sanctorum exemplo desiderare debemus.

A peccatis, & periculis plenam contemnat, ac odisse incipiat, illam verò alteram vitam, atq; adeò supremum aduentum Dei, & Saluatoris nostri IESV Christi, vel expectare incipiat, & si non dum ex animo impediente infirmitate exopter, vt nõ tantum spiritus, & animus eius integer in illum diem conseruetur, sed & corpus humilitatis suæ corpori claritatis Christi conformetur, vt demum ipse sanctorum cætui cõiunctus, simul cum illis obuiam Christo in aëra rapiatur, post hac in æternũ cum Domino victurus. Petimus itaq; vt regnum Dei intra nos metipsos constituatur, & disponatur, ita vt Deus tãquam Rex supremus, animi regnũ virtutis suæ gratia occupans, & gubernans, omnes animi potentias, ita regat atq; gubernet, vt summa obedientia ipsius Regis mandatis pareant, nihil potius habeant, quàm Dei regnum intra se ipsos conseruare, & vitam cum bonis opponere, antequam tyrannum Regem, suum patiantur regnum occupare. Quanta pace ac tranquillitate regnum hoc subditi possidebunt, cum Regem intra se se habeant, ea quæ pacis sunt, & ad diuitias, & amplitudinem regni spectant tractantem. Quam læti cantabunt subditi, dicentes: Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascue, ibi me collocabit: totũ Christiani studium sic oportet, vt domum, in qua tantus Rex habitare disponit, paratam habeat: & cum Dauide dicat: Exercitabar, & scopebam spiritum meum, &c.

Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Superiori precatione postulatum fuit, vt sublato Satanæ regno, cælestis Patris regnum introduceretur, nunc verò huius regni stabilimentum, atq; perfectio mihi videtur postulari, vt scilicet nihil aliud sit Christiana Respublica, quã eius vitæ, quæ in cælo fit, representatio. Quare non his verbis petitur (quod fortasse quispiam suspicetur) ne impediatur voluntas Dei, quominus faciat quod vult: Nam omnia quæcunq; voluit Dñs fecit in cęlo, & in terra. Et alibi: Nõ est qui possit tuæ resistere voluntati. Non ergo petimus, vt faciat Deus quod vult, sed vt nos quæ ipse vult à nobis fieri, facere possimus, ipse enim est qui operatur, & velle, & perficere pro bona voluntate. Petimus, vt sicut in cęlo Angeli, & beati omnes, nos quoq; B in terris, quamuis imbecilles, & exigui, exactam præstemus obedientiã Deo, nihil habentes prius, quàm vt Diuinæ voluntati, tum in prosperis, tum in aduersis, libẽter nos subijciamus & nostra: & profecto hoc votis omnibus est postulandum, vt nunquam voluntas nostra fiat, quæ semper ad malũ est, aut in malũ propendens: sensus (inquit Dominus) & cogitatio humani cordis, in malum prona est ab adolescentia sua. Ideireo Sapiens, sapientissimè admonebat: Post concupiscentias tuas non eas, &c. passim in scripturis sanctis propriam hominis volũtatem damnari inuenies. Cum enim quererentur homines, & quasi cum Deo expostularent, ac dicerent: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce (inquit Dominus) in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Quæ nempè ea, quæ hominibus est familiarissima, vt non aliam ferè agnoscant, & exequantur: Omnes (inquit) debitores vestros repetitis, ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Quod si accuratiùs peruestigare volumus, inueniemus propriam voluntatem esse, quæ omnia confundat, atq; peruertat, dum volumus ea (dum taxat) quæ satis nostris appetitibus facĩt, neq; eam voluntati Dei subijcere

Ii 5 studemus.

Psal. 113.

Hesti. 13.

His verbis: Fiat voluntas tua, non petimus vt faciat Deus quod vult, sed vt quæ vult à nobis fieri facere possimus.

Gene. 8.

Ecclesi. 18.

Propria voluntas in sacra pagina cõdemnatur.

Isai. 58.

Propria voluntas omnia confundit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A studemus. Hinc odia, inimicitiæ, lites, contentiones, diſsidia, cædes, bella vrbium, prouinciarumq; euerſiones, atq; adeò gehenna ipſa, æternaq; incendia: nam rectè D. Bernardus dixit, tolle propriam voluntatẽ, & infernus non erit. Ex hac noſtra volũtate, qua pro arbitrio vti libet, nec patimur à Dei volũtate regi, ſit, vt nunquam ſimus quieti, ſed per totam vitam quibuſdam quaſi fluctibus agamur: hinc inſatiabilis habẽdi cupiditas, honorum appetitio infinita, cupiditatum æſtus, & vt vno verbo dicã cum Ioanne: Confeſtim voluntas noſtra in omne concupiſcibilium genus prolabitur, & carnis, & oculorum concupiſcentiam paſcit, & vitæ ſuperbiam miſere inflatus ſequitur. Hinc eſt, quòd D. Bernardus in ſermone, quem parum ante citauimus, duplicem cordis lepram elegãter depinxit, nempè propriæ voluntatis vnam, alteram proprij conſilij: vtraq; nimis perniciosa lepra, atq; eo perniciosior quo magis interior: vt ergo ab hac peſtifera cordis lepra fugiamus, conſilium Pauli amplectamur: Nolite (inquit) fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei: quæ quantum accuratè à nobis perquirenda ſit, alibi idẽ Paulus admonet, cum ait: Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona beneplacens, & perfecta. Nec cõtentus fuit Paulus ſimpliciciter dicere, quærendum eſſe quæ ſit volũtas Dei bona, ſed addit, beneplacens, & perfecta. Eſt enim volũtas Dei quædã, quæ propria ratione bona appellatur: at illa ſi præter tempus, ac perſonam fiat, non placet Deo. Quod intelligens Propheta aiebat, ſe plerumq; ſiluiſſe à bonis, cum cerneret eos, quibus cum loqueretur, magis ex ſuis verbis offendendos, quàm iuuãdos. Quòd ſi tẽpus, & perſona obſeruetur, atq; ingens ſtudiũ, ne quid inerter fiat, ne quid deſit vt recta admonitio fiat, tunc bona, beneplacens, & perfecta eſt. Volũtas igitur Dei, quã in hac petitione fieri petimus, ea eſt, qua à Deo poſtulamus, vt nos, qui in regnum gratiæ admiſſi ſumus, & agnouimus, quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacẽs, & perfecta, illam etiam rectis, atq; honeſtis factis aſſequamur. Alioqui in regnum gloriæ non ingreſſuri, dicẽte Domino: Nõ omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis eſt: hoc eſt, non ſatis eſt agnoſcere me Dominum, atq; huius philoſophiæ veritatem, niſi etiam ea, quæ præcipiũtur, efficere quis ſtudeat. In hac ſanè voluntatis Diuinæ explicatione ſunt multi, qui multis verbis ad nauſeã vſq; interpretantur, quot modis voluntas Dei accipiatur, ſed breuiùs me explicabo. Eſt enim quædã Diuina voluntas adoranda tantum, nõ curioſiùs perueſtiganda: de qua dicit Apoſtolus: Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, quæ ad præſcientiam, ac prædeſtinationem pertinet. Item eſt, quædam alia voluntas Dei, quæ ſtudioſè agnoſcenda eſt, cuius generis ſunt ea, quæ ob ſalutẽ noſtram voluit operari. Eſt & alia voluntas quæ ſummo ſtudio ſequenda, & facienda eſt, quam declarauit in ijs, quæ nobis ſua lege præcepit. Eſt etiã alia voluntas Dei, quæ ſemper impletur, alia verò cui homines aduerſantur: ſunt & aliæ nonnullæ de Dei voluntate diſtinctiones: verùm hæc omnia pro dignitate hîc tractare, eſſet in vitium, quod iamiã arguebã incidere. Quare ſatis erit in præſenti, ſcire duabus inprimis rebus agnoſcendã eſſe volũtatẽ Dei. Primũ in eo, quod Paulus ſæpè commemorat, præſertim eo loco, vbi dicit, ſe orare, & poſtulare, vt fideles impleantur agnitione voluntatis Dei, gratias agẽtes Deo,

B. Bernard. ſerm. 3. de Reſurrectione Domini.

1. Ioan. 2.

Duplex cordis lepra, quædam propriæ voluntatis, altera proprij conſilij.

Ephes. 5.

Rom. 12.

Pſal. 38.

Voluntas Dei quidam ſunt ſemper fieri petenda.

Matth. 7.

Rom. 9.

Voluntas Dei diuina quædam eſt adoranda tantum, quæ cuius vult Deus miſeretur, &c.

Alia quæ pro ſalute noſtra plura operari voluit.

Alia quæ ex penitus in ijs quæ ſua lege præcepit.

Alia quæ ſemper impletur.

Et alia cui homines aduerſantur.

Coloſſ. 1.

A Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem Sãctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſsionem peccatorum, qui eſt caput corporis Eccleſiæ, primogenitus ex mortuis, in quo placuit omem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, dum pacificauit per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Quæ quidem
B verba ſummam complectuntur eorum, quæ Deus ſua liberaliſsima voluntate egit erga genus noſtrũ. Cuius voluntatis memoriã ſemper ante mentis oculos habere, vt Deo eã gratitudinem, quæ tanta beneficia exigunt, habeamus, conſentaneum eſt. Altera Dei voluntas eſt, in lege eius comprehenſa, ac ſita in Diuinorum mandatorum cuſtodia, quã Dauid ſæpè doceri poſtulat: Benedictus (inquit) es Domine, doce me facere voluntatem tuam. Et doce me
C iuſtificationes tuas, & deduc me in ſemitam mandatorum tuorum. Et tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: quare impenſè orat, dicens: Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas, cuius etiam rei ingẽtem fructum narrat, dicens: Tunc non confundar cum proſpexero in omnibus mandatis tuis. Hanc voluntatem ſuam Deus perſpicuè demonſtrauit nobis in Filio, quem ob hanc cauſam iuſſit vt
D audiremus, cum è cælo intonans, dixit: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Docuit verò ipſe Filius factis ipſis voluntatem Dei propriæ anteponere, factus obediẽs vſq; ad mortem, & eam crucis, quò circa dicebat: Deſcendi de cælo, nõ vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Et ad Patrem: Nõ mea voluntas, ſed tua fiat. Docuit nihil amori Dei eſſe anteponendũ. Et meritò ſanè, cum cæleſtis Pater, & ipſe nihil ſaluti noſtræ antepoſuerit, ne Filium quidem (ô bonitatem, ô charitatem) illum vnigenitũ, per quem facta ſunt omnia. Propriõ (ait Paulus) filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Docuit, ſoli Deo conſtantiſsimè fidere, qui tantum amet nos, vt & capillos noſtros habeat numeratos. Docuit proximos noſtros æquè, atq; nos amare, atq; adeò pro illis vitam ponere, quod ipſe inprimis præſtitit. Docuit non ſolum neminem in B iuria afficere, ſed eum qui affectus iniuria ſit, ferre generoſè, & præterea beneficentiam reddere pro maleficio. Docuit pacem cũ fratribus ſeruare, cordis munditiem amplecti, verecundiam in verbis, iuſtitiam in factis, humilitatem in conuerſatione, in moribus diſciplinã, in operibus miſericordiam exhibere. Hæc eſt voluntas Dei, de qua Ioãnes ait: Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum. Et Paulus: Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Cum ergo dicimus: *Fiat voluntas tua*, hæc omnia in nobis (Deo iuuante) agi petimus, ſine quo nihil boni facere poſſumus: vt hanc voluntatẽ faciamus, monemur meditari in lege Domini die ac nocte, ſicut præcepit Dominus populo. Deut. 11. & Ioſue. 1. Voluit Deus vt magno ſtudio in legem eius incumberemus, vnam tantum ob cauſam, nempè vt voluntas eius intelligeretur, qua intellecta, omnia D facta noſtra ad illius normã dirigeremus. Quæ vna via eſt ac ratio, qua non rectè ſolum ac iuſtè, ſed etiam tranquillè hanc vitam agamus. Cũ enim hoc affectu eſſe decreuerimus, vt nihil optemus, niſi vt Dei voluntas in nobis fiat, & cum præterea certò ſciamus, nihil nobis ſine huius cæleſtis Patris voluntate accidere poſſe, mox quicquid ingruerit, æquiſsimo,

His verbis: Fiat volũtas tua, quanta Chriſtus oſtẽderit.

Rom. 8. f. 32.

Matth. 10.

Deut. 6.

Luc. 10.

1. Ioan. 2.

C 1. Ad Theſſ. 4. d. 3.

Pſal. 118.

Deut. 11. Ioſue. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A æquisimo, ac paratissimo animo ferimus. Nunquam profecto egregium illud facinus aggredi potuisset Abraham immolandi (quantum in se fuit) filij illius vnigeniti ac dilecti Isaac, in quo tàm fœlicia acceperat promissa, fore scilicet, vt in eo omnes cognationes terræ benedicerentur, nisi hoc affectu instructus fuisset, atq; armatus. Vide verò mecum quàm hoc præstiterit generosè, ipse asinus, qui negotio peragèdo erat necessarius, strauit, ipse concidit ligna in holocaustum, ipse duxit filium, non veritus ne toto illo trium dierum spatio (quòd spatium data opera proculdubio imperatũ à Deo fuit, vt viri constantia magis clarescceret) dolore conficeretur, ac interiret, ipse demum colligauit filium, atq; in altari super struem lignorum immolandum collocauit, rẽ peracturus (extenderat enim manũ, & gladium arripuerat vt filium immolaret) nisi cælesti Angeli voce fuisset ei prohibitum. Hæc omnia, quæ profecto humanam superant imbecillitatem, confecit constans ille, ac paratus animus, ad vel præstandum, vel ferẽdum quicquid sciret à voluntate Dei proficisci. Sic Beatus ille Iob, omnium, & facultatum, & filiorum iacturam, eodem atq; vno tempore audiens, nõ est fractus animo, sed mox ad voluntatem Dei, tanquam ad inexpugnabile asylum accurrens dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placitum est, ita factum sit, sit nomen Domine benedictum. Dẽmum crudelissimo affectus morbo à planta pedis, vsq; ad verticem, sponte se ad pœnitentiam parat: tãtum abest, vt malum deprecetur, & in medio cineris sedit. Pœnitentis enim erat indicium, sedere in medio cineris, veteri more, quo se aspergebant cinere pœnitentes, induebãtur sacco, sicq; testabãtur se è puluere ortos, in puluerem reuersuros. Et cum totus sanie scateret, vt cum hac humilitate magnanimitatẽ præseferret, ad ficcanda vlcera non molliculis vtebatur linteolis, sed immundam saniem testu excipiebat. Tanta est vis humanę voluntatis cum Diuina voluntate coniunctæ. Quam nostrã voluntatem, vt Seruator Christus doceret in hac precatione qualis esse oporteret, non solum voluit vt diceremus: *Fiat voluntas tua*, sed vt adderemus: *Sicut in cælo, & in terra*. Monemur his verbis cælestem meditari conuersationem, dum adhuc nõ datur beato illo regno perfrui, nulla in re magis voluit Dominus, ciuitatem hanc sanctam Hierusalem descendentem de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo, cæleſtem illam referre, quàm in cõformem illam animorum consensionẽ cum Deo, quemadmodum pulchrè adnotauit Chrysostomus, sic scribens: Vides ne optimam conuenientiam? Nam cum desiderium imperauit futurorum, atq; ad perfectionẽ illam nos iusserit semper vrgeri, quamdiù tamen illuc nõ pergimus, etiam hîc degentes iubet conuersationem cum cæli habitatoribus habere communem. Nam desiderari quidem cõuenit cælos, & ea quæ habentur in cælis, tamen antè quam superna illa præstetur habitatio, cælũ quodammodo fieri iussit è terra, vt scilicet, tales sint etiam dum degũt, ita & omnia faciant, & loquantur, quasi si præsus conuersentur in cælo. Hæc ille. Postulamus sanè vt voluntas nostra absolutissimè voluntati Diuinæ subijciatur. In cælo enim purgatissimæ illæ mentes, nihil omninò volunt præter id, quod cælestis Patris voluntati placere cõspiciunt, nullum quãuis humile ministerium detrectant, non dedignantur esse administratorij spiritus, & in ministerium mitti propter nos, qui

Genes. 22.

Abraham quid præstiterit, vt voluntatem Diuinam exequeretur.

Iob. 1. d. 21.

Iob nõ est fractus animo cum accepit suarum facultatũ, & filiorum iacturã, vt Diuinæ se conformaret voluntati.

Pœnitẽtis in dicium in medio cineris sedere.

Pœnitentium quæ figura fuerit.

Cœlestẽ oportet meditari conuersationem.

Ciuitas Hierusalem descendẽs de cælo qualiter cœlestem referat.

Voluntas nostra Diuinæ subijcienda.

A qui Intuosas domos incolimus, & hęc faciunt propterea quòd cernũt ita placere Diuinæ voluntati. Nec verò dubitandum est, nos si impensè, atq; ex animo hæc verba proferimus, cum dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, assequuturos vitam illi cælesti quàm simillimam. Nec mirùm hoc esse deber, nã multos habuit Ecclesia, tàm viros, quã mulieres, qui Angelorum vitam, in hoc fragili corpore representauerunt. Videamus nunc exordium nascentis Ecclesiæ quale fuerit. Multitudinis enim credentium erat cor vnum, & anima vna in Deo, & erãt illis omnia communia, communitatem vitæ, ac victus perfectissimè amplexabantur, priuatarum facultatũ possessio relegabatur, controuersiæ, & opinionum contrarietas abierat, turbatio omnis, & contentio, & lites è medio sublatæ erant, communia verò omnia, animæ, sententiæ, corpora, & quibuscunq; corpora nutriuntur, atq; curantur. Quemadmodum communis Deus, sic omnis pietatis negotiatio, communis salus, communia certamina, cõmunes labores, cõmunes coronæ, multi vnus, & ille vnus non solus, sed in pluribus. Nec nunc quidem desunt Diuina grãtia largiente, multa, atq; præclara cœnobia, diuersorum ordinum pietatem insigniter colentes, vbi Pater quidem vnus supernũ imitans Patrẽ: Filij verò multi, qui mutua erga præsidem suum beneuolẽtia certant, interse vnanimes, & patrem amplexantes factis cum virtute cõiunctis. Nullam hîc profectò, nisi cælestem illi imaginem referũt. Incorrupti sunt cælestis Patris Filij, & hos incorruptio vindicauit, dilectio colligat, superiora, dilectio & hos inter se coaptauit, Angeli in cælo Deum perpetuis laudibus prosequuntur, ij diebus ac noctibus eisdem laudibus incumbũt. Angeli suis in ministerijs nihil cogitant, quod ad priuatam pertineat rationem, ij nihilominus totiã Patris pendẽt arbitrio, suaq; officia prò illius exercent voluntate. Quid hinc Reipublicæ par? Quid ea beatius? Quid hac morum, & animorum contemperatione gratiosius? Homines diuersorum generum, & regionum incitati, in tam exquisitam (vt sic dicam) identitatem coaptati sunt, vt anima vna in multis corporibus, & multa corpora vnius voluntatis instrumẽta esse videantur. Hanc vitam docemur à Seruatore nostro Christo, in hac precatione oprare, atque adeò perfectiorem, eam nimirùm, quæ in cælo agitur, cui & si ea, quam descripsimus, persimilis sit, non tamẽ prorsus illã æquare idonea est. Hũc rerum statum multò ante prædixit Isaias in Ecclesia futurũ, cum de eadẽ Ecclesia loquẽs, dixit: Vocaberis volũtas mea in ea. Quibus verbis declarat, quãta futura fuisset vere Ecclesię cũ Dei volũtate cõiunctio, vt hoc nomen illi assignari possit, pro nomine proprio, & appellaretur volũtas Dei in ea. Et vide quã vtile sit ad nutũ voluntatis Diuinę, actiones omnes nostras metiri, nã in nostrã vtilitatẽ cedit. Cum enim nos plenè illius voluntari fuerimus subiecti, tunc omnia pro voluntate nostra ab illo assequemur. Sic enim ipse per Prophetã pollicitus est: Voluntatẽ (inquit) timentiũ se faciet, quo quid beatius excogitari à quopiã possit? Hæc enim sũma censetur fœlicitas, cũ alicui pro voto omnia cedũt. At videmur quidẽ nũc, quod volumus, non assequi, dũ facimus volũtatem Dei, quemadmodũ, & infantes dum voluntati parentũ obediunt, sed vbi adoleuerint, nil oprare aliud volunt, quã quod illis à parẽtibus fuit imperatũ, hoc ipsũ vt assequamur, monemur in hac petitione dicere: *Fiat volũtas tua, sicut in cælo, & in terra.*

Angelos qua liter referre pelignet.

Abr. 4.

Vnitas cordium & animorum suadetur, ex exordio nascentis Ecclesiæ.

Reſpublica quæ sancta pace fruitur, nihil fœlicius.

Isai. 62.

Ecclesiæ veræ cum Dei voluntate cõiunctio quanta ostendatur.

Psal. 144.

Volũtas Deũ timentium facienda.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

11 PAnem nostrum, &c. Vbi nos dicimus, *Supersubstantialem*, D. Lucas ponit, Quotidianum. D. Hieronymus primus fuit qui transtulit, *Supersubstantialem*: nam ante Hieronymũ Latini legerunt, Quotidianum. Græcè est, *Ton epiusion*, quod ab *Epi*, & *Vsia*, dici potest, sicut à *Peri*, & *Vsia*, sacri scriptores, *Periusios*, formarunt, vt eum panem, ideſt, victum significari intelligam', qui nostrę substantiæ, nostræ naturę sustentandæ, sufficiet, hoc est, minimè delicatum, sed frugalem. Hũc panem significare voluisse videtur, qui vertit quotidianũ, ideſt, cibariũ quo vesci, & sustentari quotidie solemus. Hac inter D. Lucam, & D. Matthęũ habita conciliacione, supereſt videre, quid in hac precatione doceat nos Seruator intelligere, & postulare, & quo ordine hæc petitio post priores subsequatur. Cum anima cõstemus, & corpore, noluit is, qui vtrunq; finxit Seruator Christus, vllam in hac precatione partẽ prætermittere, sed cum longo interuallo, anima corpori antecellat, priùs memorandum id fuit, quod animæ salutem prospiciat, quę cum ad æternitatem facta sit, inprimis de illa est cogitandum ei viro, qui hãc Euangelicam veritatem intellexerit. Cogitantibus nobis (ait Paulus) non ea quæ videntur, sed quæ nõ videntur, quare? Quæ enim videntur temporaria sunt, quæ autem non videntur, æterna, verùm hanc æternitatem, nisi fœlicem simus habituri, præstaret non habere. Melius enim (inquit) erat illi, si natus non fuisset homo ille, quare vt habere eam liceat beatam docuit, nos ea petere, quibus paratur, vt scilicet, cælestis Pater, dum in terris agimus, regnet in nobis, neque dominetur in nobis quæuis iniustitia, & doceat nos facere voluntatem suam. Hac parte re & è composita, docet quid ob corporis necessitatem sit postulandum, cuius postulationis verba mecũ quæso diligentiùs perspicite: & non populari trutina, sed aurificis (vt dicitur) statera examinate: singula enim verba maxima egent obseruatione. Dicit enim petendum esse panẽ, quo nomine intelliguntur ea (dumtaxat) sine quibus corporea hæc vita consistere nõ potest, est enim Hebrææ linguæ mos, panem appellare id, quod sustentandæ vitæ est necessarium, vt cũ Deus vellet Adam ob pœnam peccati, suo labore victum quærere, dixit: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quẽ loquẽdi morem Hebræis (qui antiquissimũ omnium genus sunt) introductũ fuisse credendũ est: propterea, quod prior hominum ætas simplici victu contẽta erat, necdum artifex gula, tam multa ciborum genera, & suffocandi potius, quàm nutriendi hominis instrumenta excogitauerat, eadem erat ratio vestitus, & habitationis, quod ita esse, affirmat Sapientis sententia, qui ait: Initiũ vitæ hominis, aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem, ne scilicet

Matth. 26.

Ob corporis necessitatem quid postulandum.

Prius quod spirituale, quàm corporale petere debemus.

2. Cor. 4.

Genes. 3.

Gula ad cohercendum suffocandum, non ad sustentandum excogitata.

Eccles. 39.

TEXTVS.

11 PAnem nostrum supersubstãtialem da nobis hodie. 12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. 13. Et ne nos inducas in tentationẽ, sed libera nos à malo, Amen.

4. Reg. 6.

Prouer. 30.

Deuteron. 8. 9.

Luc. 16.

Ecclesiast. 40.

scilicet ferarum more, nudi, & vagi ageremus. 4. Reg. 6. Iubet Eliseus: Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibãt, & vadant ad Dominum suum. Vbi subiungitur, & apposita est eis magna ciborum copia. Deniq; quicquid ad tuendam præsentem vitam facit, non alendo tantum, aut vestiendo, sed præbendis quoq; alijsq; omnibus adminiculis, quibus sustinentur externæ vitæ necessitates, per panẽ intelligit. Necessitas ergo postulanda est, superuacua etiam recusanda, atq; hoc est, quod in prouerbijs Salomonis dicitur: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tantum victui meo tribue necessaria. Cur verò vtrũq; horum, tanquam extrema recusauerit, adiecit, ne fortè satiatus illiciat ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurẽ nomẽ Dei mei. Quibus verbis docet egestatem quidem ac famem (quæ etiam à poëta malè suada appellatur) prouocare interdum hominem ad malè agendũ, sed diuitias multò esse pernicioſiores, quibus turgens homo, & elatior factus, ne Deum quidem ipsum à quo tamen habet omnia vellit agnoscere. Tu verò cogita, quantam curarum turbam Seruator Christus doceat nos declinare, cum dicit: Postulandum esse panem, hoc est, res tantum ad victũ, cultumq; necessarias. Etenim hoc vnum est, quod homines diuexat, dum non contenti mediocritate, & rebus quæ humanæ succurrant indigentię, nullis terminis suas appetitiones circunscribunt.

Panem (inquit) *nostrum*. Nõ qui nobis debeatur. Si enim cũ omnia perfecerimus, quę præcepta nobis sunt, fateri debemus nos seruos esse inutiles, quibus nimirùm, nihil debeatur præter verbera, quanto minus debetur nobis quicquam boni, tàm sceleratis, & perditis? Sed nostrum dixit, vsibus nostris accomodatum, ac necessarium: & quia Dei longanimitate noster efficitur, etiam si minimè nobis debeatur. Et qui vertit, *Quotidianũ*, vtitur certè verbo quod magis tritum erat, quàm substantiale, substantiæ enim nostræ, tunc datur panis congruens, cum quotidiè necessaria vitæ subministrantur. Et quoniam, *Epiusa*, crastinam diem significat: & *Epiusios*, pro crastino accipitur, idcirco quidem hunc locum verterũt, Panem nostrum crastinũ. Alij vertunt hanc dictionẽ, *Epiusion*, super essentialem, alij substantialẽ, nempè quo alimur: Alij eximium, & peculiarem. Qui verò interpretati sunt, *Supersubstantialem*, videntur, vel legisse, *Yperusion*, vel in eum sensum accepisse, *Epiusion*, & pro sanctissimo Christi corpore acceperunt. Quam sanè interpretationẽ de oscularibemus, est enim ille panis verus, qui è cælo descendit, de quo rectè idem Dominus Dixit: Non Moses dedit vobis panẽ de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum, & in hunc sensum viri pleni pietate, & doctrina sunt interpretati. Verùm cum subiungat, *Hodie*, non potest cõmodè de pane spirituali exponi, qui æternus est, æternamq; viram parat. Petimus igitur, vt pascat nos in diem, qui non modo bona animę nobis dat, sed & corporis, ita quidem in solidum nobis Pater est. Audens autem, *Hodie*, tollit superuacua omnia, quorum inani appetitione maxima hominum pars, totam vitam calamitosam degunt, dum errori, magis opinione fertur, quàm vt recto iudicio vti velint; ad moderationẽ itaq; instituimur, ne vota nostræ necessitatis modum excedãt. Legimus autem apud Lucam, *Quotidie*, vult enim Christus, omnes tàm diuites, quàm pauperes nõ aliter esse animatos, quam, quibus sit per singulos dies,

Ioan. 6.

D. Hieron. in 6. cap. Matthæ.
D. Cyprian. in ser. de oratio. Dominica.
D. Ambrosi. lib. 4. de Sacra. cap. 4.
D. Augustin. lib 2. de ser. Dñi in monte, cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dies, omnis vitæ sustentatio à Patre cælesti petenda, & accipienda, cogitantes omnem substantiam nihil esse, quantumuis pinguem possideamus, nisi quatenus sua benedictione Deus eam prosperat, & fecundat: atq; in singulas horas portiunculā nobis largiendo, siue vsum permittendo, & sua gratia efficiendo, vt vsus ipse fructuosus nobis sit, & efficax. Obseruandum etiam, Dominū potuisse, sicut in superiore oratione docti sumus, dicere: *Fiat voluntas tua,*
B ita & hîc docere, vt diceremus, *Fiat,* vt adipiscamur panem, hoc est, omnia ad victum cultumq; necessaria, sed voluit potius vt diceremus, *Da,* vt intelligeremus, non nostram esse industriam, quæ hæc comparet, sed Dei prouidentia, ideò petimus hæc ab eo nobis donari, fatētes vero cor de solum illum esse. qui omnia pascat, ita vt nisi ille det, nihil possit quantuscunq; labor noster, nihil efficiat nostra industria. Et quanuis hæc ab eo donari postulemus, & certa spe in ipsius liberalitate fidamus,
C non tamen debet quispiam phanatico spiritu existimare, sibi non laborandum esse, non arandum, seminādum, & plantādum: nec aduersatur quod in eodē hoc ipse sermone admonet, cum dicit: Nolite soliciti esse animæ vestræ quid māducetis, aut corpori vestro quid induamini, sed oprimè potius cū eo facit: non enim laborem excusat, sed nimiam solicitudinem arguit. non vult Dominus
D nos otiosam vitam transigere, cum dicat Paulus: Qui non laborat non manducet, & denunciat nihil operātibus, vt cum silentio operantes, suū panem māducent. Rursumq; Laboret (inquit) operādo manibus, quod bonum est, non sibi tantum prouidens, sed etiam vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Et de se ipso dicit: Laboramus operantes manibus nostris. Hoc dicit, vt præcepto Dei obediamus, qui voluit vt A sudore vultus vesceremur pane, ne otio marcescamus. Sed tamen Deo referre acceptum debes, quicquid habes vnde viuas, & nisi Dominus ædificauerit domum, in vanū laborauerunt qui ædificant eam, alioquī vanum est vobis ante lucem surgere. Nam, vt omittā quod quicquid viriū, & animi, & corporis, quibus opes paras, in te est, ab ipso Deo habes, si vim & virtutem terræ auferret, aut solē, & imbres prohiberet, ne terram fœcundarēt, quid tua prodesset industria? Ita verùm est, quod B Paulus ait: Ne qui plantat, est aliquid, nec qui rigat, sed qui incremētum dat Deus.

Item cum iubet petere vt det *Panem*, non ideò fit, vt Patrem admoneamus, quid facto opus sit, qui ante etiam quam petamus, scit, quibus vnusquisq; nostrū egeat, sed huius postulationis sensus est, vt agnoscamus à cælesti hæc Patre proficisci, & ab eo expectandum quicquid nobis est necessarium, non nostræ fidē-
C dum industriæ, nam solicitudo omnis humana per hæc verba tollitur, cum dicitur: Nolite soliciti esse animæ vestræ, &c. iubemur q; totum à Deo expectare, & certissimè nobis persuadere, nō nostrum ingenium, nostros vè labores, paratas ipsas opes, ac facultates, sed benignitatē vnam Dei esse, quæ nos pascat, nobisq; prospiciat. Hæc cogitatio ingētem vim habere idonea est ad nos
D in optima quæquè animandos, hoc enim pacto gratitudinem exhibemus, cum recordamur, quicquid nobis accedit cōmodi, fatendum omninò esse, totum ab vna illius prouidentia, ac paterna nostri cura esse profectum. Ex hac ingratitudine, duo sequūtur, quæ maxima sunt, ex quibus non solum æternæ vitæ paratur fœlicitas, sed præsentis etiā tranquillitas summa. Primū enim dum intelligis:

Nostra industria non parat nobis necessaria, sed Dei prouidētia.

Diligentiam adhibeamus oportet laboraturi.

Matt. 6. d. 31

1. Tess. 3.

Eph. 4.

1. Cor. 4.

Gen. 3.

1. Cor. 3.

Matth. 6.

Prou. 10.

Sollicitudo nostra ad opes quærendas, frustra conatus omnes eludit.

A intelligis: Benedictionem Domini (quemadmodum ait Salomon) esse quæ diuites faciat, non solicitudinem nostram: cessabit irrequieta illa anxietas parandarum opum, qua finem habente, tanquam marinorum fluctuum tempestate pacata, habebis omnia, hoc quantum est? Ita certè magnum, vt solum hoc humanam parare fœlicitatem possit. Deinde alacres fiunt homines ad implenda præcepta Diuina. Quis enim famulus, Domini sui libertatem expertus, æquis ipsius iussis
B obtemperare recusabit, si non omninò stupidus, & omni ratione carens sit? *Panem nostrum quotidianum da nobis.* Non voluit Dominus vt seorsum per se quisq; postularet: ac diceret, Panem meum quotidianum da mihi, hoc quid est aliud, quàm docere non minorem nobis proximorum nostrorum, quàm nostri ipsorum habendam esse curam, & æquè pro
C illis, atquè pro nobis ipsis, solicitos esse debere: quod arbitrari debemus nos præstare, cum non solum in hac precatione ista petimus, sed factis ipsis declaramus, nos ita esse affectos, nam ista postulare, & contraria deinde facta adhibere, hoc illudere est, non hominibus tantum, verùm & ipsi Deo, quod sanè faciūt qui proximis contemptis in coacer uandis diuitijs omne vitæ studium collocare vidētur. Quos Dominus per Isai. grauiter arguit: Veh, qui
D coniungitis domos ad domum, agrū agro copulatis, vt non sit terminus loci, &c. qui pro eo vt pauperes inuent eos potius expilare nō cessant. Doceris, ô homo petere (dumtaxat) necessaria vitæ, nempè victum, & cultum, idq; hodie. Tu verò nullos terminos, nec parandis opibus, nec tempori circūscribis? Quid est Christi fidem abnegare, si hoc non est? Fidem (inquam) te abnegari dico, eam nempè quam factis exhibere teneris, nam omnia manis quàm ea, quæ Filius Dei, cuius fidē profiteris, docet esse postulanda. Intelligamus tādem aliquandò, quid petamus, cum dicimus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Profitemur nos tanquam filios, sub paterna gubernatione alendos, imitemur saltem filios carnis, & filios huius seculi, qui dum non sunt emancipati, sed sub parentum potestate degunt, nihil ob victum, & cultum soliciti sunt, sed omnia à parentibus expectant. Multo verò minus decet nos vlla so B licitudine fatigari, qui amantissimum nostri Patrem habemus, & præterea potentissimum, ac sapientissimum, vt omni ex parte munitos ac securos nos esse intelligamus, cui cum ne passerculi quidē in obliuione sint, & flores ac lilia tàm magnifi Matth. 6. cè vestiat, nos, quorum gratia omnia fecit, multo magis curabit. Incipiamus iam huic Patri fidere, & toti ab eo pendamus, nam fidelis est, & quod pollicitus est non potest C non præstare. Cælum (inquit) & ter Matth. 24. ra transibunt, verba autem mea non transibunt: Faciliùs est cælum, ac terram interire, quam quicquam de Dei pollicitationibus minui posse. Pollicitus est se omnia nobis subministraturum, tantum vt quæramus regnum eius, regniq; iustitiam, quod nihil est aliud, quam dare operam, vt faciamus eius voluntatem.

12 *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* D Postquam Dominus docuit bona nobis necessaria postulare, iam instituit nos quo pacto vniuersa mala posimus à cernicibus nostris auertere, nempe etiam à Deo postulando omnium debitorum remissionem, si modo nos fratribus, quibuscum versamur, debita remittere ex corde parati simus. Vt verò exactiùs rem intelligamus, scire oportet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Debita proprie non sunt peccata, sed secundū quid, eò quòd homines pœnæ ultionis debitores constituantur.

A quòd debita propriè non sunt ipsa peccata, sed illa reddunt nos debitores Diuinæ iustitiæ: sunt ergo debita, quæ nisi gratia Dei remittantur, facienda vel patienda sunt, vt Diuinæ iustitiæ satisfiat. Sumitur tamen hæc dictio etiam pro peccatis, quæ meritò debita dicuntur, eò quòd homines apud Deum debitores pœnæ vltionis, aut impetrandæ gratiæ constituant. Vnde D. Lucas hanc eandem precationem scribens, pro *Ophilimata*, ideſt, debita, posuit *Amartias*, ideſt, peccata, non debita, verùm illud est huius declaratio, sed

B

Peccata, quo modo debita sunt.

Matthæus voluit proprietatem verborum Domini seruare hoc loco, nam frequens apud Christum hæc locutio est, vt peccata debita vocet, vt in parabola conferui Matthæ. 18. & in parabola duorum debitorum, Luc. 7. & cum debitores eos appellauit, qui erant extincti ruina turris, quando dixit: Putatis quòd ipsi debitores fuerint præter omnes homines? Debita voluit potiùs quàm peccata appellare, quod duplici ex causa factum mihi videtur. Primum, quòd homines, cum in illos quispiā peccat, non attendunt malum illud, quod in peccando fit, illam videlicet aberrationem à recta, & iusta via. Peccare enim propriè significat à scopo ac præfixo signo aberrare. Quò circa qui iaculando signum nō attingunt, peccare dicuntur: quem loquendi modum apud Hebræos etiam reperies, vt in libro Iudicum, vbi de quibusdam, qui rectè funda lapides iaciebant, sic legitur. Iaculabantur lapides ad crinem, & non peccabant. Non ergo homines obseruant, id quod in primis fuerat obseruādum, nempè aberrationem ab scopo legis circa dilectionē proximi præfixam, sed illam (dum taxat) offensionem, quam ipsi sentiūt, dum se à proximis læsos arbitrantur, pro qua offensione deberi sibi

Matth. 18. d. 32.

Luc. 7.

Peccata cur debita, potius quam peccata appellata sint.

C

Peccare quid proprie loquendo.

Iudi. 20.

D

putant, & satis sibi ab illis fieri oportere. Deinde vt corporea etiam debita in hoc verbo claudantur, quæ nō minus interdum charitatis leges seruando remitti debent, quàm illæ offensiones, quæ peccata, iniuriæq; vocantur, quanuis cum dicimus: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, non exigat potissimum pecuniā dimittere creditoribus, sed quæcunq; in nos alius peccauerit.

A

Dimitte (inquit) *nobis debita nostra.* Quid per debitum intelligat iam ostenso, videamus oportet, quam miro artificio hanc precationem posuerit Dominus. Nam cum summa Christianæ philosophiæ sit charitas, plenitudo enim legis (ait Paulus) est dilectio. Et Dominus ipse: In his duobus mandatis, vniuersa lex pēdet, ac Prophetę, nempè dilectionis Dei ac proximi: Et cum vix fiat, vt sine offensione proximi viuatur, quando in multis offendimus omnes. Et cū magis commoueri soleamus, cum à proximis iniuriam accipimus, quàm cum ipsum Deum offendimus. Obserua, vt nos necessitatis quadā lege cōstringat, vt proximo cuiq; ignoscamus, quicquid in nos peccauerit, tanquam debita remittentes, iubet vt cum à Deo tantum beneficium, quod omnium in hac vita summum est, nempè peccatorum remissionē, postulamus, mox eorum meminerimus remittendorū, quæ proximi nobis debēt, si vellimus multò maiora nobis à cælesti Patre debita remitti, quæ cogitatio nisi proposita illi fuisset, satis erat dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Et tacere sequētia: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

B

Rom. 13.

Matth. 22.

Iacob. 3.

C

Iniuriæ nobis à proximis illatæ remittendæ.

D

Dimitte nobis debita nostra. His paucis verbis de multis ijsq; grauissimis instituit nos Dominus, inprimis vt cogitemus nos semper esse peccatores, nec sine peccato in hac vita quemquam viuere, contra Pelagianos,

Peccatores semper omnes contra Pelagianos.

A lagianos, vt propriæ infirmitatis contemplatione nos submissè geramus, ne sibi quisquam de innocentia blandiatur, dum quotidiè peccatorem se coram Deo esse profitetur. Nec verò si etiam lætalium criminum, & eorum, quæ Apostolus Ioannes appellat peccata ad mortem, conscius aliquis sibi non sit, idcirco peccatorem se non agnoscat, sed omnem, quanuis alioquì minimam, offensionem magnam existimet, contemplatione tantæ maiestatis, quam offendit. Quin & ea meminisse debet, atq; amarè deflere, quæ certò sciat, si modo fieri possit, sibi à Deo fuisse remissa. Hoc faciebat Paulus, qui, quanuis in gratiam à Christo se receptum sciret, vocabat se peccatorum primum, blasphemum, & contumeliosum, & qui Ecclesiam Christi esset persequutus, quamquam hæc per ignorantiam peccasset.

Iniuriam.

Peccata amari, deflerique debent, quæ à Deo nobis remissa.

B

Actor. 9.

Dimitte nobis, &c. Hac precatione non solum hominum vulgus, sed ij etiam, qui maxima sanctitate sunt præditi, vti necesse habent, cum ne ipsi quidem in hoc corpore peccati perfectam sibi libertatem queāt policeri. Sed illis omnia, quæ de diligentibus Deum Paulus dixit, cooperantur in bonum: nam læues illæ imperfectiones prohibent, ne grauiora aliqua peccata, vt est superbia, & inanis gloria, illos inuadant.

C

Sanctis de præsenti, hac ex attentissima mente nobis, &c. vti necessarium est.

Rom. 8.

D

Quod Israëlitis in figuram legimus accidisse: Cum enim de perdendis illis gentibus, quarum terra fuerat illis promissa, sermo haberetur, dictum est: Deus magnus, & terribilis, ipse consumet nationes has in conspectu tuo, paulatim atquè per partes, non poteris eas delere pariter, ne fortè multiplicentur contra te bestię terrę. Sic permittitur (Deo ita prouidēte) vt & viris sanctis, aliquid reliquum supersit, quo exerceantur, & pugnent, ne præmaturè nimis de victoria glorientur, quòd non esset aliud quàm victoriā amittere, sed hoc pacto, & læuioribus hisce tentationibus fit, vt, si etiam præstantes sint, suam præstantiam non intelligant. Si ergo præstantissimi quiq;, ac summa sanctitate viri, hac opus habent precatione, quinam sunt, qui ea se minimè egere queant gloriari? Rectè enim dixit Salomon: Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et alibi: Qui est homo qui non peccet? Nam etsi à consensu illo, qui reos æternæ mortis facit, temperemur, quis tamen non sentit se circumferre carnem peccati, qua impellente fit, vt quisq; cogatur multa adhuc in se ipso sentire, & desiderari se multa perpetuaq; condonatione egere, ac sibi semper orandum esse, & dicendum cum Prophe ta: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hæc certe humilis confessio, quæ ex limpido fidei fonte manat, summum est præsidium ad impetrādam veniam. Qua humilitate nixus Publicanus, repulso superbo Phari sæo, descēdit iustificatus in domum suam magis quàm ille.

Prou. 20.

Eccles. 19.

B

Psal. 142.

C

Peccatorum confessio quā tiū conducat.

Luc. 18.

Dimitte nobis, &c. His quoq; docemur verbis, locum pœnitentiæ lapsis superesse post baptismum, refutaturq; Nouatianorum, atq; Anabaptistarum hæresis, nam precatio hæc fidelibus proposita est, & ijs, qui iam fuerūt baptizati. Qui enim baptismatis Sacramento, non dum est initiatus, Deum appellare Patrem non potest. Sic & Ioannes: Si dixerimus (inquit) quòd peccatum non habemus, nos metipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dat ergo Ecclesia quidem lapsis post baptismum locum pœnitentiæ, & eos damnat tanquam hæreticos, qui illam prohibent: nam hæreticorum

D

Locus pœnitētiæ superest lapsis, postquam renati sunt per baptismum, contra Nouatianos, & Anabaptistas.

1. Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæreticorũ proprium est extrema sectari, & à media ac regia via deflectere.

Refutantur Nouatiani, et Anabaptistæ.

A proprium est extrema sectari, & à media ac regia via deflectere. Itaq; cogentur (vellint nollint) Nouatiani simul, & Anabaptistæ nobiscum confiteri, vel remissioni peccatorum post baptismum locum esse, vel saltem orationem Dominicam ad eos non pertinere, quorum si hoc cõcesserint, iam se planè hæreticos declarant, qui se à Christo, & Ecclesia (cui hanc orandi formã ille præscripsit) separant.

Dimitte nobis, &c. Docet etiam
B Christus, hanc peccatorum remissionem, non aliundè quàm à Patre cæleſti peti oportere: Nemo enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus. Et vt ipse ait: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates vestras propter me. Hanc autem peccatorum remissionem, cum iubeat Seruator Christus à Patre petere, tacitè nobis ostendit, hanc facilem esse viam ad remissionem peccatorum consequendam. Nam Patris proprium est Filiorum ad se reuertentiũ misereri ac eis parcere, quod
C & alibi Christus ipse, insigni de filio prodigo posita parabola, declarauit. Et Dauid in laudis confessionem prorumpens, testatur cum ait: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Deinde eo ipso ostendit Patrem suum cæ
D lestem, facilem esse ad condonandum nobis delicta nostra, quòd nos id ipsum ab eo petere, & orare docuerit, ac etiam iusserit. Hoc enim solo paternam misericordiam, & veniam preces nostras, secuturam satis promisit. Qui enim nos sic iussit orare, nec semel affirmauit nos exoraturos, quicquid abs Deo in ipsius nomine peteremus, ille certè præbuit petendi fiduciam, quòd fidelis sit, & mentiri non possit Pater,

Marc. 11.

Isai. 43.

Ad peccatorum remissionem quæ sit via.

Luc. 15.

Psal. 102.

Ioan. 15.

qui per Filium suum sic nos orare A
docuit ac iussit. Si confessi fuerimus (ait Apostolus) peccata nostra, fidelis est Dominus, qui nobis peccata dimittet. Fidelem certè Dominum ad dimittendum peccata asserit Apostolus, significãs Deum pollicitationis, & fidei suæ maximè Seruatorem. Quod & Dauid testatus cum comissorum veniam deprecãs, ait: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ac si dicat: Mundus sibi verè persuadere non potest, te Deum, grauiter B
contra te delinquentibus, verè & seriò ignoscere: sed quãdo tu Deus pollicitus es peccantibus, & ad te reuertentibus, ac confitentibus, delictorum indulgentiam: idcirco planè confiteor meritibi soli Deo deliquisse, certus, ac securus de venia, veritati promissionis tuæ innixus, quam ipsa vinces omnes secus de te cogitantes, ac iudicantes.

Dimitte nobis debita nostra. Obserua & hoc loco iussum, vt in commune C
petamus, nec dicat vnusquisq; dimitte mihi, sed *Dimitte nobis*, vt non minori mentis ardore, ac deuotione peramus proximis nostris sua delicta ignosci, qua nobis nostra condonari postulamus, & rectè sanè cum proximos nostros, æquè diligere, ac nos ipsos iubeamur, quòd si cum hæc verba profers, odium in corde geris, nec ei remittis iniuriã, qui in te peccauerit, profectò nec idoneus eris à Deo petere, vt illi ignoscat, cui ipse nolis ignoscere. At Christianæ charitatis ardor, latiùs etiam progreditur. Vt sancti videantur maiorem habuisse in orãdo proximorum curam, quàm suæ proprię salutis, quemadmodum Paulus testatur: Veritatem enim dico (ait) in Christo IESV, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia

1. Ioan. 1.

Deus pollicitationis suæ Seruator est.

Psal. 50.

Luc. 10.

Proximos nostros æquè ac nos ipsos diligere iubemur.

Rom. 9.

Sancti videntur maiorem habuisse proximorum curam, quàm ipsi.

A tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitæ, &c. Et Moses eodem spiritu percitus orauit, dicens: Obsecro, Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Dicimus etiam, *Debita nostra*, non quem admodum panem quotidianum, nostrum appellamus, veluti nobis im
B partitum, ac donatum à Deo, à quo omne, quod bonum est, proficiscitur, & suo dono nostrum fit. Sed nostra sunt peccata, veluti quæ ex nobis ipsis, & non à Deo sint, quemadmodum apud Oseam, Dominus contestatur: Perditio (inquit) tua ex te Israël, tantummodo ex me est auxilium tuum: nam nec in Deo, nec à Deo est malum, & ne
C mo Deo authore fit deterior. Hac itaq; petitione Dominus, salubriter nos memores esse voluit, & nostræ infirmitatis, ne efferamur, & paternæ misericordiæ, ne vnquam desperemus, & fraternæ dilectionis, quam semper præoculis habere tenemur, & eam corde præstare.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non est hæc propria causa, vt Deus nobis peccata dimittat, sed conditio est appositа, ne quis coram Deo audeat comparere, & peccatorum veniam postulare, nisi omni odio vacuus accesserit, alioquì
D frustrà veniam postulabit, vt posteà subiungit Dominus: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Item notandum est, quòd aduerbiũ, *Sicut*, non denotat hic omnimodam similitudinem. Non enim petimus A
æqualem misericordiam Dei, cum ea quam fratri exhibemus, sed longè maiorem, cum frequenter imperfecta satis sit delictio, qua fratri ignoscimus. Denotat ergo, *Sicut*, hìc simplicem similitudinem, vi delicet, vt & nos, nostris debitoribus dimittamus, & Deus nobis, non autem æquali dilectione. Quem sensum indicant satis verba Christi iam citata. Si enim dimiseritis ho- *Ibid.*
minibus, &c. Et quod Lucas habet: Dimitte nobis peccata, siqui- *Luc. 11.*
dem & nos dimittimus omni deben B
ti nobis. Hæc sanè adiecta facilitatem remissionis consequendæ confirmat, qua tanquam signo quodam nos certos de sua voluntate facit Deus, nostramque imbecillitatem, ac diffidentiam confirmat, ac corrigit, hoc (inquam) signo, remittenti est remittendum. Magnifica sanè, ac liberalis conditio, & quæ os iniquorum omnium obstruere idonea sit, ne queri possint, cur in gehennam fuerint cõdemnati, nam C
iudicium de nobis futurum, in nostra posuit potestate. Et quod adhuc longè præstantiùs est, & suam in nos longanimitatem declarat, illud est (si benè perpendimus) quòd hoc signo ipse Christus quodammodo leges pares constituit tibi, & Patri cælesti, quas tu ipse cum Deo poteris in causa tua declarare. Pete delictorum veniam, nam quèadmodum tu erga proximum te geris, idem cælestis Pater erga te faciet, D
tuis quidem factis doces, quid Deo agendum sit, quare si remittere proximo iniuriam recusas, peris opere loquens, vt ne Deus quidem remittat tibi. Quod si cui veniret in mentem non illa verba proferre, dum orat, cum deest animus remittendi, is ridicula vteretur astutia, aut sacrilega potius, qui eum precandi modũ, quem ipse Dei Filius seruari iussit,

Iudicium nostrum in potestate nostra positum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iussit, corrumpere audet. Apud Lucam sic legitur: Dimitte nobis peccata nostra, siquidem, & nos dimittimus omni debenti nobis: & videtur is esse sensus. Non meremur quidem, si Diuinitatis tuæ maiestatem contemplemur, Pater, nos puluis, & cinis, vt tàm indulgenter nobiscum agas, ac tàm facilè remittas nobis, quæ in te peccauimus: nam nos quidem si lædenti ignoscimus, nihil est quòd quisquam miretur, cum in multis offendamus omnes, B nec magnum est, peccati veniam postulanti, eandem rursus reddere, cum verò tu nihil lædere quenquã possis, nos autem continuis te offensionibus ad iracundiam prouocemus, nulla ratio patitur, vt nobis peccata condones. Sed quando incomprehensa est tua erga nos benignitas, & miserationes tuæ prædicuntur super omnia opera tua, ne dedigneris te ad morem nostrum demittere, quo solemus, cum quotidie alter in alterum peccamus, inuicem peccata, ac mutuas offensiones remittere. Quæ verba si quis contempletur, quæ erunt tàm graues iniuriæ, quas nullo negotio non remittamus? Dum reputamus apud nos, solam quidem hanc cogitationem, quod & nos sæpè impingimus, idoneam esse ad omnem è cordibus nostris amouendam molestiam, quã ex proximi offensione cõtraximus. Cum verò accedit tàm ingens bonum, vt ex illa exigui debiti condonatione nobis immensa debita condonentur, quis ita vecors est, qui tàm fœlicem conditionem non accipiat? Quod si omninò durus es, nec hac Dei liberalitate permoueris, saltem in serui morem, si affectu filij vti nescis, pertimesce tenebrosum carcerem, & extremas tenebras, in quas es meritò conijciendus. Qua enim dignus est misericordia is, qui in consortem naturæ, nulla commoueri vult misericordia? Nam vt ait Salomon: Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictã, & peccato illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat irã, & à Deo quærit medellam? In hominem similem, sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & B desine inimicari. Hæc Sapiens. Cur graue videtur peccanti in nos fratri iniuriam remittere? Grauiùs est (mihi crede) odium in pectore gestare, quam venenum, quod mox euomis, cum recipis fratrem in gratiam. Simul illud cogita oportere te, si filius cælestis esse vis, eum imitari, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Deinde non decet eum, qui in filium Dei adoptatur ethnicis, ac publicanis esse meliorem? At si eos tantum diligis, qui tibi amici sunt, nihilo præstantior es publicanis. Princeps ergo cogitario sit, paternæ imitationis gratia remittere proximo cuiqs iniuriam, qui verò minus generosi sunt, saltim pollicitationis ipe prouocentur, & videant quid pollicitus sit Dominus. Remittite (inquit) & remittetur vobis, & qua mensura mẽsi fueritis, fiet vobis remensio: & cum statis ad orandum, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & Pater vester, qui in cælis est, remittat vobis peccata vestra. Quòd si quem ne hoc quidem permouet, certè pertimescat minas illas, quibus dicitur: Si non remiseritis hominibus errata sua, nec Pater vester demittet errata vestra. Sed tutiùs multo, atquè etiam honestiùs est amore huius Patris ista præstare, vt non

Luc. 11.

Iacob. 3.

Psal. 144.

C

D

Qui Dei liberalitate non mouetur ad Diuinũ amorem, saltim in serui morẽ pertimescere debet flagella propter sua flagitia.

Eccles. 28.

A

B

Odium in pectore nutrire venenum est.

Math. 5.

C

Ibidem.

Remittendum est proximo in rem peccati pollicitationis ipse.

Luc. 6.

Marc. 4.

Marc. 11.

D

Matth. 18.

A vt non tanquam mercenarij admittamur, sed vt filij & hæredes in illius regnum introducamur.

13 *Et ne nos inducas in tentationem.* D. Augustinus legit: Et ne nos inferas in tentationem, quod ad Græca exẽplaria magis accedere videatur. Meminit autem, & alterius lectionis, his verbis: Nonnulli codices habẽt, *Inducas*, quod tantundem valere arbitror, nam ex vno Græco, quod dictum est, *Is nenchis*, vtrunqs translatum est. Verùm licet vtrunqs significet tamen magis inferre significat, B quàm inducere. Nam inducitur in aliquid etiam volens amicus, *Enfengechein*, verò magis est vi inducere in aliquid, quod est inferre Latinis. Idem quoqs D. Augustinus notat multos sic legere: Ne nos patiaris induci in tentationem. His notatis Christi intentum in hac petitione intelligamus oportet. Viderat quidem naturæ nostræ cõditionem eam esse, vt non solum bonis inopes simus, verùmetiã summa aduersus C impendentia mala protectione egeamus: ideo Seruator Christus hac precatione voluit, vt omni ex parte inuniremur, peteremusqs id, in quo periculũ nostræ salutis versari maximè solet: ne scilicet inducamur in tentationem. Antequã de hac petitione verba faciamus, videndũ est seriò, quid sit intentationẽ inducere. Non enim cum dicimus: *Ne nos inducas in tentationem*, ita accipiendum D est, quasi Deus ipse homines intentationes inducere soleat, sed Hebrææ linguæ mos, vt Deum efficere dicatur, quod fieri ipse permittit. Quo dicẽdi modo plenæ sunt sacræ literæ, veteris, ac noui Testamenti. In hunc sensum dictũ est, induratse Deũ cor Pharaonis. Et illud Isaiæ: Induraſti cor nostrum, vt non timeremus nomen tuum. Et Paulus: Tradidit illos Deus in reprobũ sensum, &c. Illud quoq; apud Isaiam: Excæca Domine cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: quæ verba, secundũ Hebrææ linguæ proprietatem, fuisse dicta declarat D. Lucas in Actis Apostolorũ, qui eadem verba recitãs, Hebræam phrasim molliẽs dixit: Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Cum ergo dicimus: *Et ne nos inducas in tentationem*, perinde est: ac si diceremus, Ne patiaris nos induci in tentationem.

D. Augustinus, lib. 2. de serm. Dñi in monte, cap. 14.

Actor. 28.

A

B

Nõ induci in tentationem quid.

Facienda quoq; est aliqua tentationis distinctio, antequam de ea loquamur. Cum enim legimus tentasse Deum Abraham. Beatus verò Iacobus dicat: Deum neminem tentare, videtur oriri nonnulla ambiguitas. Distinctione tamen clariùs, de qua tentatione loquatur Dominus accipiemus: aliæ quidem sunt tentationes, quæ ad virtutes adipiscẽdas, animiqs robur ostendendum maximè conducunt. Aliæ verò sunt, quæ cuiqs ex sua concupiscentia. & non satis domitis affectibus proficiscuntur. Harum posteriorum tentationum, negat Apostolus Deũ esse causam, & ita omnes pravæ animi conceptiones, ad legis trãsgressionem, nos prouocantes, quas vel concupiscentia nostra suggerit, vel diabolus excitat, tentationes sunt, & nostræ dicuntur. Vnusquisqs (ait Iacobus) tentatur à cõcupiscentia sua abstractus, & illectus: & quæ suapte natura mala non sunt, diaboli arte tentationes noxæ sunt: cũ sic oculis, aut animis ingeruntur, vt eorum obiectis à Deo abstrahamur. Tentationes ergo, quæ cõstantiam animi turbant, atqs confundunt, non quidem à Deo proficiscuntur. Quæ verò ab ipso sunt, magis constantem animũ, & clariorem hominem faciunt, vti

Genes. 22.
Iacob. 1.

Tentationum diuersitas.

C

Tentationes nostræ Deo non tribuendæ, sed nobis ipsis.

Iacob. 1.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A videre est in Abraham, quem Deus ad hoc tentauit: Nunc (inquit Dominus) cognoui quòd timeas Dominũ, hoc est, nunc cunctis te clarum, & spectabilem reddidi. In hac autẽ petitione de ea tẽtatione loquitur Dominus, quæ vel à concupiscentia, vel à Dæmone oriri solet, autà mala aliqua causa, cui malo vitando, ingens auxilium præbet ipsa precatio. Quare Dominus suæ passionis tempore, periculum suis discipulis imminentem cernẽs, ad orationem eos hortatur, dicens: Vigilate, & orate, ne intretis in tẽtationem, in quam etiã ne dilaberentur eodem ipso tempore, Dominus ipse precari nõ est dedignatus, quod declarauit cum dixit Petro: Simõ, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ, sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et sanè hac nobis ope continua opus est, totum hoc vitæ nostræ spatium ad hoc vnum designatũ nobis esse agnoscere debemus, nempè ad decertandum pro æternitate nobis comparanda, & seriò tota mente cogitandum, quo pacto superiores in hac pugna euadamus, quæ deesse nunquam potest. Nam qui huius artis ac pugnæ periti sunt, facilè intelligent neminem super terram esse, qui absq; tentatione vitam degere possit, ita vt cui fortè Diuina gratia tollitur vna, alteram securus expectare, aut potius non securus, sed pauidus magis poterit, & sic ab ea liberari semper postulare opus habet, ita vt nunquam sibi in corpore mortis huius, libertatem perfectam, aut requiẽ audeat polliceri. Terra enim data est, in manus impij, & principis huius mũdi, qui interrogatus à Deo vnde veniret, dixit: Circuiui terrã, & perambulaui eam. De quo & Beatus Petrus ait: Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deboret. Qui ergo huius tentatoris insidias euadere vult, terram relinquat oportet, alioquì dum in ea moratur, certò sciat se tentationibus exercendum. Quod intelligens Sapiens, sapientissimè docebat: Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Vbi obseruandum est, cum inprimis hoc illos admonuisse, qui voluissent ad seruitutem Dei accedere: nam diabolus athletarum morem seruat, qui in luctãdo, ac decertando, non dignantur quemlibet ad luctam, ac certamen admittere, sed pares sibi viribus quærunt, vt victoriæ gloriam ferant, quod non assequerentur, si cum obuio quoq;, ac vulgari viro vellent decertare. Sic diabolus vbi quempiam cernit, velle generosè viam Dei ingredi, illum confestim aggreditur, & quibus potest artibus supplantare connatur, cum exteris luctari, quos vno digito scit se posse prosternere, non est admodum necessariũ. quin eiusmodi homines, non egent diaboli tentationibus, cum in illas ipsi se spontè præcipitẽt. Perquirite vniuersa hominum studia, quibus maximo labore sudant, inuenies nihil sibi aliud quàm tentationes, aut diaboli laqueos, quibus irretiti maneant, maximo studio præparasse. Vt facilè sit videre in his, qui diuitias atq; voluptates cum honoribus toto pectoris feruore perquirunt, nec expectant miseri homines dum tentantur à diabolo, sed plures ipsi vias excogitant in suam ipsorum perniciem, quam diabolus ipsis paret. Volucres quidem cernimus, ac bestias, & ratione carentia animantia, quo possint studio accuratè insidias, quæ parari illis à venatoribus solent, declinare, vt mirum sit interdũ, quo pacto eas præsagiant: miser verò homo, ratione præditum animal, data opera in diaboli insidias, laqueosq; se dare nõ perhorrescit. Verum vt ad illud reuertamur,

Gen. 22. c. 12

Abrahã Dominum cognouisse quid sit.

De qua tentatione loquitur Dominus docens nos orare, Et ne nos inducas, &c. Matth. 26. d. 41.

Eccles. 2.

Diabolus athletarum erũditi mores seruat, nõ quemlibet ad certamen admittit.

Qui debet tentationibus non vacare, & cum in illas sponte præcipitantur.

Nemo absq; tentatione vitam transigere potest.

Iob. 1.

1. Pet. 5.

A reuertamur, quod dicere institueramus, nihil mirùm est, si illi inprimis tentationes experiantur, qui ad seruitutem Dei accedunt, easq; sentiũt magis quã reliqui, nam sentire eas, reluctationis iudiciũ est, & eius qui minimè assentitur. Contra verò, nõ sentire se tentari assentientis est argumentum. Sitim enim sentit, qui eam perfert, qui verò ante sitis aduẽtum bibit, is sitis ieritamentum sentire non potest.

Ne nos inducas in tentationem. Cum multæ sint tentationum causæ, duo tamen tentationum genera dici possunt, à dextris quidem diuitiæ, potẽtia, & honores sunt, à sinistris verò paupertas, contemptus, probra, & afflictiones, cæteraq; huius generis collocantur. Afflictiones quidẽ corda explorant, vt ignis vasa testea, quemadmodum ait Salomon: Vasa figuli probat fornax, & virum iustum tentatio tribulationis. Et sicut aurum in fornace (vt ait idẽ) sic per tollerantiam arguitur probitas viri. Interdum verò ipsa rerum, atq; humanorum honorum copia instar est tentationis, nã æquè difficilè est, & in aduersis indeflexum animum seruare, & in secundis non extrolli, quamquam faciliùs est elidi prosperis, quàm aduersis. Hæc enim interdum, etiam inuitos retinẽt, atq; humiles reddunt, & compunctione saluberrima, vel minus peccare faciunt, vel emendant. Illa verò mollibus mentem, ac pernicioſis extollen
D tia blandimentis, securos fœlicitatis suæ prouentu, ruina maiore prosternunt. Cum ergo vtrumq; horũ tentatio sit, videntur homines non agnoscere illam, quæ periculosior est. Voluptas enim, & bonis corporis habitus, & ingens rerum opulentia, forma, vires, honores, mundi tranquillitas secundæres, quis hæc tentationem esse diceret? Sed re vera grauissimæ tentationes sunt, quæ pronos ad omnia mala reddunt eos, A qui illis vti nescIunt: quo in genere maxima est hominum pars. At has tentationes, tantum abest vt homines metuant, vt rem etiam beatam existiment in illas incidere, quo fit vt illis plurimi capiantur. Vtitur enim illis diabolus tanquã esca, qua piscatores hamos operiunt, vt pisces cõspecta esca, nec obseruato hamo, qui in ea delitescit, facilè capiãtur: sic nimirùm ista, quæ voluptatem, & iucunditatem secum afferre videntur, sunt hami quidam, & laquei, quibus spirituales venatores B irretire nos conantur. Sed nos illo voluptatis experimento deliniti, stolidiùs in illos incidimus, quàm in hamo pisces. Atq; ij miseri, eas tãtum tentationes appellant propriè, quæ vim naturæ inferunt, & has viri sancti tantum abest vt deprecentur, vt in his etiam gloriari consueuerint. Gloriamur (ait Paulus) in tribulationibus. Et Beatus Iacobus: Omne gaudium (inquit) existimate fratres, cũ in tentationes varias incideritis. C Cernis quanta sit Christiani pectoris vis, & eius, qui in hanc se Philosophiã benè penitùs dederit? Quid enim tàm paradoxum est, ac præter omnium opinionem, quàm quo graviora ingruunt nobis mala, eo copiosiori affici gaudio? Quod si causam cogites, cur hæc dicat, non ita miraberis: ait enim, sciẽtes quòd probatio fidei vestræ, patientiam operatur. Dum exercetur enim fides nostra, fit animus perfectior, ac robu- D stior: at sine afflictionibus, fiunt pleriq; homines deteriores.

Ne nos inducas in tentationem. Cum nostræ salutis summa in eo sit, vt tẽtationibus generosè obsistamus, dãda est opera, vt non solũ hosce duos tentationum modos, quos generatim discripsimus, verùmetiam sigillatim obseruemus ea, quæ ex his oriuntur, & tẽtatores etiam agnoscamus,

Titulorum huius generis à B dextris & à sinistris.

Psal. 27.

Eccles. 27.

Pauperũ humanorum contemptus ea B ratione est tentatio.

Tentationibus subiacere, à perditissimis beatum existimatur.

Tentationes hami spirituales.

Rom. 5.

Iacob. 1.

Miseri illas tãtum appellant tentationes, quæ vim naturæ inferunt.

Sine tentationibus pleriq; homines deteriores fiunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mundus maris quomodo comparatur, & quam fallax.

A camus, qui sunt, mundus, caro, ac ipse Dæmon. Mundus mare imitatur, quod cum tranquillum est, homines ad nauigandum inuitat, verùm vbi eos in potestatẽ accepit, exagitat, & plerunq; obrutos fluctibus perdit. Sic mundus nihil nõ pollicetur, maria (quod dicitur) & montes, ac demum cum postremus rerum exitus cernitur, mẽdax deprehenditur, ac sibi fidentes in exitium rapit sempiternum. Quid prodest homini (ait ipsa veritas) si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentũ patiatur? Quod si totius mũdi adeptio, vtilis non est, cum animæ detrimento salutis, quod detrimentum proculdubio sequitur eos, qui huic mundo ita vehementer afficiuntur, vt vel nenias ipsius maioris faciant, quam ipsum Deum? Caro item suis multiplicibus blandimentis, infinitisq; appetitionibus, spiritui aduersatur. Caro enim (ait Paulus) concupiscit aduersus spiritum, at eius voluntati acquiescere mors est. Si enim secundum carnem vixeritis (ait idẽ Paulus) moriemini, si verò spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quare videat quisq; quid mallit, mortem an vitam, eamq; quod multò maior est, sempiternam. Etenim si ex carnis voluptatibus, temporaria (dumtaxat) mors sequeretur, benè admodum esset, præ eo, quod gehenna, & illa pœnarũ infinitas secũ affert, diabolus verò tertius hostis, aut præcipuus potius, quàm accuratè obseruandus est? Cuius versutias numerare difficilius est, quã stellas cæli, atq; arenam maris: qui si cerneretur vt ij hostes, qui aspectu sentiuntur, minori esse posset damno, sed dum non cernitur, & omnibus tamen horis, atq; momentis cer uicibus nostris imminet, res est multò molestior, non dies quiescit, non noctes, non dormit, nec dormitat, qui impugnat Israël. Quodq; maximè est miserendum, tunc magis insidiatur, cum illum minimè obseruamus: quo enim tẽpore indulgemus genio, & soluti curis sumus, & ludis, ac iocis operam damus, ac profunda pace frui nos existimamus, tunc maximè insidias struit: & eo inprimis tẽpore nobis dominatur, nosq; à Deo atq; à salute ęterna abducit. Hoc hostium genus tàm periculosum, tamq; maleficum contemplans Paulus, tanti periculi admonere nos volens, dixit: Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, hoc est, visibiles hostes, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Nec his verbis contentus, repetit omne armorum genus, quod ad tàm atrocem pugnam arripere tenemur. Circumcingit lumbos baltheo, induit thorace, scuto, galea, gladio, iubet quoquè nos oratione instanti omni tempore in spiritu vigilare, quoniam adeò graue bellum est, vt nullũ maius excogitari vnquam possit. Prælium illud magnum in cęlo initum, cum hoc si conferre vellis, minimũ iudicabis. Verùm si Dei fidamus adiutorio, victoria in nostra erit potestate: ita vt etiam cum Paulo dicere, quisq; nostrum securè possit: Omnia possum in eo qui me confortat. Serua animi constantiam, & victoria es potitus, tantum caue, ne ante tempus arma deponas, ne vè inglorioſi militis more, ante pugnam victoriam tibi pollicearis, sed metue semper, & imbecillitatẽ tuam suspectam habe. Homo sapiens in omnibus metuit, ait Sapiens. Et rursus: Beatus homo qui semper est pauidus. Memento Mosen hominẽ Dei, electum à Deo, vt educeret populũ Hebræorum ex Ægypto, & tamen virum

Matth. 16.

Caro multiplicibus blãdimentis quàm liter decipiat.

Galat. 5.

Rom. 8.

Diaboli versutiæ, & insidiæ, et cæ curæ, nos prosternere.

Diabolo quo tempore insidias parat.

Ephes. 6

Dei fidentes adiutorio victoria contra diabolum in nostra est potestate.

Eccles. 8.

Prou. 28.

Num. 9.

1. Reg. 15.

1. Reg. 16.

Mich. 7.

2. Reg. 11.

Psal. 77.

Matth. 26.

Genesim explicans deducere debet.

Hebr. 4.

Matth. 4.

1. Pet. 5.

A virum tantæ sanctitatis non permissum in terram promissam ingredi, quòd peccasset ad aquas contradictionis. Saul electus, & ipse à Deo, vt regnaret in Israël, reiectus demũ ab eodem Deo fuit. Dauid verò, de quo Deus dixit: Inueni virum secundum cor meum, in adulterium, dum parum cautè se gessit, atq; homicidium, miserandum in modum delapsus est. Filius eius Salomon, omniũ hominum sapientissimus, peregrinis simulachris immolauit. Petrus ille, qui omnes condiscipulos amore
B in Christum antecellebat, dum nimium sibi fideret, suæq; constantiæ, Christum abnegauit. Hæc exempla admonere vnum quenq; nostrũ debent, vt nemo sibi confidat, sed cum timore ac tremore, vt Apostolus docet, nostram operemur salutem. Memores interea, quòd per varias tribulationes oporteat nos intrare in regnum cælorum, quod vt agnoscere mus, Seruator ipse Dei Filius, vt
C per omnia similis nostri esset (excepto peccato) ferre diaboli tẽtationes voluit, admonens hac via omnibus esse ingrediendum, quicunq; ad regnum parare sibi iter volũt: nam decertare oportet eum qui coronari cupit, vide enim quid Paulus dicat Timotheo: Labora sicut bonus miles Christi Iesv, atq; vt ostenderet, hanc esse Christiani hominis militiam, & quàm accuratè exercere illã oporteat, adiecit. Nemo militans
D Deo, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Quibus verbis admonemur, idẽ & nobis præstandum esse, videlicet in morem expeditorum militum, prætermissis negotijs huius vitæ omnibus, huic vni militiæ incumbamus, in qua non satis est simpliciter decertare. Sic enim subijcit, quòd si certet etiã aliquis, nõ coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Quid est legitimè certare? Illud nimirũ quod alibi dicit: Omnis enim qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet, à cibis, ab intemperantia, & quibus cunq; eneruare vires possint, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos verò incorruptam: quod multò alacriores ad perstandum in pugna, & perferendas afflictiones omnes efficere debet, atq; hoc erat, quo Paulus fideles animabat ad grauissima quæq; perferenda, cum dicebat: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in
B nobis. Et rursus: Id enim quod in præsenti est momentaneum, & læue tribulationis nostræ, supramodum in sublimitate æternum gloriæ, pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem nõ videntur, æterna. Sic & Apostolus Iacobus: Beatus (inquit) vir qui sufC fert tẽtationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligẽtibus se. Hæc corona est manna illud, & nomen nouum quod vincenti datur, nec tantum in futura, sed in præsenti etiam hac vita sæpè percipimus, præsertim ad virtutes conseruandas. Ne magnitudo (inquit Paulus) reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ: & sanè sine tentatione: rudis semper homo, & infans est vt rectè Sapiens dixerit: Qui non est tentatus quid scit? Accedit præterea aliud, quòd intrepidos nos ad
D subeundas, aut certè perferendas tẽtationes efficere idoneũ est, quodq; in hac huius mundi militia, non cõtingit, in qua sæpè milites post multa egregia facta, vel ob præmaturam mortem, præmia laborum, ac certaminum non assequuntur, vel ob Regis, cui militant, vel ingratitudinẽ, vel ignorantiam, vel quia fortè aliquam

A 1. Cor. 9.

Rom. 8.

B 2. Cor. 4.

Iacob. 1.

Apoc. 2.

2. Cor. 12.

Sine tentatione homo rudis, & infans est.
Eccles. 34.

Ad subeũdas tentationes intrepidos esse oportet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quam reddere mercedem laboribus parem non valent: at in hac generosa militia, soluti hoc metu sumus. Nemo (inquam) suo præmio vnquã priuatus fuit, eoq; locupletissimo: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Nec hoc solũ qui in agone est cõsequitur, sed opitulatur illi etiã rex noster, & in maiori certamine, maiores vires addit, quod reges terræ præstare nequeũt, & aduersariorum vires cohibet, ne suprà vires laboremus. Fidelis (ait Paulus) Deus qui non patietur vos tentari, suprà id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouẽtum, vt possitis sustinere. Quis probatissimus miles habens ad dexteram regem pro se pugnantem, formidaret, præsertim quem sciret inuictum? At hoc auxilium deesse nõ poterit si fidamus. Nullus (inquit Sapiens) sperauit in Domino, & confusus est. quis enim permansit in mãdatis Domini, & derelictus est? Nouit Dominus (ait Petrus) suos de tẽtatione eripere. Nec dubitandũ est eundem nobis futurum tentationis finẽ, qui capiti nostro Christo fuit, de quo scriptum est: Consummata omni tentatione recessisse ab eo diabolum, & Angelos accessisse ac ministrasse ei. Vtamur interea hac armatura, quam Dominus hîc nobis demõstrauit, petendi videlicet à Deo, ne patiatur nos induci in tentationem. Is in tentationem inducitur, qui penitùs tentationi immergitur, assentitur, ac ab ea superatur, quem admodum Pharaoni impijssimo tyranno contigit, ac passim omnibus euenire solet, qui à concupiscentia sua illecti, & abstracti, peccati vinculis collum submittunt, tentationiq; succumbunt: quod ne fiat, orationis armis munitos nos esse oportet, ac instantissima prece petere à Deo. *Ne nos inducas in tentationem.* Dũ enim manus Mosis sublatæ in cælũ erunt, succumbent Amalechitæ, hac prece si ex animo vtamur, carnis lasciuia cohibebitur, cogeturq; seruire spiritui, hac omnes mundi illecebræ concident, ne sua dulcedine nos alliciant ad peccandum, hac nulla eiusdem mundi malitia, persecutiones, afflictiones, vim vllam habebunt, vt nos ad impatientiam, iram, vltionẽ prouocent. Hac flagella quæ ob peccata nostra immittuntur, æquo animo feremus. Hac tela, & insidias maligni Satanæ superabimus, & de cũctis hostibus reportata victoria triumphum lætantes agemus.

Sed libera nos à malo, Amen. Particula illa, *Sed*, ostendit hanc postremam petitionem, cũ ea quæ proximè antecedit, esse coniunctam: non enim ea coniunctione vsus est, quæ in duabus superioribus: *Et dimitte nobis, &c. Et ne nos inducas in tentationem*, in quibus cõiunctione, *Et*, vsus est, hîc autem, aduersatiua, *Sed*. Qua aduersatiua ostenditur, quòd vna eadẽq; sit postulatio, nam quod per negatiuam postulabamus, dicentes: *Ne nos inducas in tentationem*, per affirmatiuã vehementiam affectus ostendentes, postulamus cum dicimus, *Sed libera nos à malo*. Hac forsam ratione D. Lucas hanc vltimam precationem prætermisit. Verùm communiter à sanctissimis Patribus intelligitur, duas esse petitiones diuersas, ita vt septẽ numero sint orationis Dominicæ petitiones: quarum duæ postremæ, sic distinguuntur secundum Augustinum, vt priore petamus, nõ induci in malum, quo caremus, posteriore verò liberari à malo, in quo iam inducti sumus. Tribus itaq; postremis petitionibus, tria deprecamur mala, scilicet, præterita, futura, & præsentia, id quod ex Ecclesiæ interpretatione, ac precatione colligere poterimus, nam in Missæ officio, Dominica oratione absoluta, ranquam vltimas orationis partes interpretantes

Apoc. 2.

1. Cor. 10.

Eccles. 2.

Matth. 4.

D. August. de serm. Domini in monte.

Is in tentatione inducitur, qui ei assentitur, atq; ab ea superatur.

Exod. 17.

A terpretantes dicere, & orare iubemur: Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris. D. Augustinus æquè, piè, ac doctè, circa tres has vltimas petitiones philosophatur, dicens: Si ergo desiderijs concupiscentiæ carnis, illicita voluntatis inclinatione consenserimus, ad hoc sanandum dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, adhibentes remedium ex parte misericordiæ, in eo quod addimus: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Vt autem non ei cõsentiamus,
B deprecamur adiutorium, dicentes: *Et ne nos inducas in tentationem*. Deinde addimus quod perficietur in fine, cum absorbebitur mortale à vita. *Sed libera nos à malo*. Tunc enim nulla erit talis concupiscentia, cum qua certare, & cui non consentire iubeamur. Sic ergo totum hoc in tribus beneficijs positum, breuiter peti potest. Ignosce nobis ea, in quibus sumus abstracti à concupiscentia, adiuua ne abstrahamur à concupiscen
C tia, aufer à nobis concupiscentiam, Hæc D. Augustinus. Illud etiam obseruandum est, id quod dictum est, *A malo*. In Græco non est, *Apo tu cacu*, sed *Apo tu ponirou*, quæ dictio frequentissimè quidem ad personam refertur, potius quam ad rem, vt scilicet ea potius vtamur, cum de homine malo sermo sit, quàm de re qua piam mala. Verùm ad rem etiam accomodatur, nam apud D. Lucã vbi
D dicitur: Malus homo de malo thesauro cordis profert malum, vbiq; posita est vox illa, *Ponirou*, vbi ad personam, & ad rem est accomodata, & sanè multo est hoc aprius, vt, cum petimus liberari, *A malo*. Omnia in vniuersum complectãtur, à quibus proficisci ad nos mala possunt, siue res sint, siue homines mali, siue mali dæmones. In quorum omnium numero meminerimus nosmetipsos etiam ponere, atq; adeò etiam primos, vt cum dicimus: Eripe me, Domine ab homine malo, ad nos ipsos primum animũ referamus: re enim vera nos præcipuè in culpa sumus, cum mala, quæ veri mali appellatione digna sunt, nos inuadunt. Atq; illius esse mihi videtur, quod Apostolus Petrus dicebat: Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Quod si quis dicat immeritis plerunq; accidere afflictiones, respondet, hæc non mala, sed rem potius beatam esse appellandam, quare addit: Si quid patimini propter iustitiam beati. Cauendum ergo inprimis est, ne in vitium, quod Isaias arguit, incidamus: Væ qui dicunt, malum bonum, & bonum malum, hoc est, ne cum dicimus: *Libera nos à malo*. Petamus ab ijs liberari, quæ bona potius sunt vocanda, quã mala: quo enim pacto paupertatem deprecemur, quæ regnum cælorum nobis conciliat? Cur esuriem, & sitim mala arbitremur, cur etiam luctũ, quæ Filius Dei inter beatitudines collocauit? Nam dixit: Beati qui esuriũt, & sitiunt: Beati qui lugent. Cur persecutiones, & probra inter mala numeremus, ob quæ idem Christus iubet esse gaudendum? Beati (inquit) estis cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint, omne malum æduersus vos mentientes propter me: Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Quis hominum malũ iudicaret, si per afflictiones aliquas, adde, & vincula, & carceres ad amplissimum orbis regnum eueheretur? Nemo sanè, nec vnquam sibi adduci possit, vt rem quæ tantum bonum sibi cõciliauit, malũ appellaret: at verò ea, per quæ ad æternam itur fœlicitatem, mala aut fugienda audebit quisquam appellare? Hoc si quis diceret, ab ipsis etiam ethnicis longo interuallo superaretur. Quorum quidam dixit,

præter

D. Augustin. lib. 2. de peccatorum merit. ca. 24.

Luc. 6.

Tribus postremis petitionibus omnia mala deprecamur.

A *Psal. 139.* *Cum petimus liberari ab homine malo, ad nos ipsos animum referamus oportet.* 1. Pet. 3.

B

Isai. 5. c. 20.

Matth. 5.

C Ibidem.

His verbis: Sed libera nos à malo, non petit liberari ab afflictionibus, &c. quæ cælorum regnũ conciliant.

D

Seneca

Universidad de Deusto
Biblioteca

A præter culpam atq; peccatum, nihil existimandũ esse horribile, aut pertimescendum. Quòd si pœnas vllas, atq; afflictiones, mala appellare volumus, sola gehenna hac appellatione dignanda est. Testibus etiã ethnicis, è quibus is, qui inter eos præstãtissimus est habitus, dixit: Multis peccatis refertam animam ad inferos descendere, extremum omnium est malorum. Quare nec mortẽ malam existimabant, dicebantq; tantũ abesse, vt mortem opinarentur malum, vt verererentur ne homini nihil sit non malum aliud, aut potiùs nihil aliud bonum. Quare addebant: Mortem timere nihil aliud esse, quã sapientem videri eum, qui non sit sapiens. At dices, cur in Prophetis frequentissimè minatur Deus mortẽ, pestilentiam, famem, gladium, morbos, tanquam res malas? Dicimus Deum ad nostrã infirmitatem se demittere imbecillitatẽ, & ea interminari vt mala, quæ nos formidare vt mala consueuimus. In eundem modum temporaria bona Israëlitico populo pollicebatur, quem cernebat hisce (dumtaxat) rebus temporarijs esse affixum. At vbi venit plenitudo temporis, quo misit Deus Filium suum apertissimæ veritatis magistrũ, non reperies illũ hæc mala fidelibus pertimescenda iudicauisse, aut temporaria bona expectenda, sed contraria potius. Cum enim mors omniũ terribilium maximum iudicetur, vide quid ipse Dominus dicat: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potiùs timete eũ, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Breuiter in huius sermonis initio, hæc iecit huius philosophiæ fundamenta, vt quæ mundus maxima mala arbitratur, vt paupertatem, famem, sitim, luctum, persecutiones, probra, calumnias, hæc omnia inter beatitudines collocauerit. Nimirũ quòd ista, & sint virtutum exercitamenta, & ea bona nobis concilient, vt quæ tàm egregios fructus pariãt, mala iudicari nullo iure possint. Huc spectabat D. Paulus, cum dixit: Scimus enim quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: Loquebatur enim ijs, qui in periculis versabantur, & docebat eos, ne, vel quæ ipsi vtilia putabant, omninò eligerent, vel quæ aduersa existimarent, ea deprecarẽtur, ac recusarent: sed quæ Spiritus sanctus suggereret, ea amplexarentur. Idcir eo superiùs dixerat, nescire nos quid oraturi simus: nam multę quæ videntur nobis vtilitati fore, magna interdum afferunt damna: remissio enim, atq; à periculis liberatio, & in summa libertate viuere, videtur esse vtile. Quod & ipsi etiã Paulo olim visum fuit, cum stimulũ carnis à se auferri postulauit, cum arbitraretur eum cursum Euangelij impedire: at demũ didicit sibi potius vtile fore: qui ergo postulabat instãter ab ijs liberari periculis, vbi audiuit, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, exultabat, & gloriabatur in tribulationibus, in persecutionibus, in cõtumelijs, atq; extremis malis. Placeo (inquit) mihi in infirmitatibus meis, in cõtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Ob hanc causam etiam dicebat: Quid enim oraturi simus, sicut oportet, nescimus. Nam Deus ipse cum summè sapiẽs sit, nouit suggere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, & omnia aduersa grauia, & extrema, quę videntur mala, in dulcia, & læuia conuertere. Quare non dixit: Diligentibus Deum nulla ingruunt mala, sed adiumento ad bonum sunt, hoc est, vtitur Deus ipsis molestijs ad suos probandum. Tanquam aurum quidẽ in fornace probabit electos Dominus, quò eos præstantio-

Cicero.

Peccatis refertam animam ad inferos descendere, Cicero existimauit.

In Prophetis cur minetur Deus mortẽ, famẽ, & gladium, & tãquam res malas.

Deus ad nostram se demittit infirmitatem.

Israëlitico populo quare temporaria bona pollicebatur.

Matth. 10.

Rom. 8.

Quæ nobis vtilia videntur, magna secum afferunt damna, & è contra.

2. Cor. 12.

Ibidem.

Rom. 8.

Deus suos ut quam aurum in fornace probat.

A præstantiores reddat, quod multo sanè maius est, quàm prohibuisse ne ingruerent, aut venientia dissoluisse. Hoc & in Babyloniæ fornace effecit: nequè enim vel prohibuit ne pararetur, vel, decidẽtibus in illam, tribus illis pueris, extinxit flammã, sed illa in sua vi relicta, per hanc ipsam eos reddidit admirabiliores. Cum igitur oramus dicentes: *Sed libera nos à malo*, ab eo petimus malo liberari quod verè malũ est, quodq; ad peccatum nos trahit, nam rectè quidam dixit pati mala, atq; aduersa in eo est, cum quis malè facit: bonis verò affici, in eo, vt quis mala patiatur. Petimus itaq; ab eo malo, quod verè malum est, liberari, in quod mundus caro, diabolus præcipitare nos momentis omnibus molĩtur: præsertim verò diabolus, qui indefessus circuit terram, & perambulat eam, & tãquam leo rugiẽs circuit, quærens quem deboret, in *Malo* intelligitur: nam articulus ille, *Apo tu ponirou*, de diabolo propriùs interpretes accipiunt, qui quanuis nihil à nobis læsus sit, veteri tamen aduersus genus nostrum inuidia laborans, inconciliabile contra nos certamine, ac odio plusquam capitali prælliatur: idq; adhũc (dumtaxat) finem, vt nos ab illo regno, ac fœlicitate deijciat, à qua sua olim superbia pulsus fuit: nam quod quærit nobis in temporarijs bonis negotium facessere, nõ hic illi scopus est, quòd nobis ista inuideat (nihil enim illius interest, si etiam totius terræ imperium quis possideret, nec ob hanc causam permouetur ad nos diuexãdos) sed tẽtat ac mollitur, vt per externa hæc damna, atq; molestias, periculũ nobis euersionis creet. Quod exẽplo Iob facilè liquet. Vide enim quid dixerit Satan, cũ cũ Dominus interrogasset, num cõsiderasset seruum suum Iob iustum, ac timentem Deum, mox ad illam iustitiam euer

Iob. 1. c. 11.

Benedicere idem aliquam do quod male dicere.

Matth. 4.

Diabolꝰ quid intẽdirit adorari exoptãs à Domino.

Auxilium diuinum implorandũ, vt diaboli fugiamꝰ insidias.

tendam oculos adiecit, & respõdit: Extẽde paululum manum tuam, & tange cuncta quę possidet, nisi in faciem benedixerit tibi: quod cum nõ cessisset vt optabat, rursum petijt: Tange (inquit) os eius, & carnẽ eius, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Cernis Satanam in hoc vnum incubuisse, vt Iob his calamitatibus fatigatus, dæmum malediceret (hoc enim significat hîc benedicere, qui dicendi vsus ob Dei reuerẽtiam proprius Scripturæ sacræ est) Deo atq; ab eo recederet? Hoc item illi animo est, cum dat operam vt quis locupleteretur, vt videlicet à Deo eum auocet, sibiq; coniungat. Quod manifestissimè declarauit, cũ fuit ausus ipsum Filiũ Dei inuadere, subduxit illũ in mõtẽ excelsum, & ostendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum in puncto temporis: & ait illi: Tibi dabo potestatem hãc vniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita est, & cuicunq; volo, do illã. Tu ergo si adoraueris prouolutus coram me erũt tua omnia. Cernis hîc regna mundi offerri, nõ vt Christus honestaretur, sed vt diaboli seruus fieret? Hæc illi vna cogitatio est, siue cum dare, siue cum auferre molitur temporaria ista commoda. Quæ diaboli versutia omnibus in rebus esset à nobis obseruanda, & vna illa attendenda, cauendumq;, ne vel aduersis decipiamur, vel secundis efferamur, atq; à Deo recedamus. Huius tàm pestiferi hostis insidiæ, semper ante oculos habendæ sunt, semperq; & in omnes horas Diuinum implorare auxiliũ oportet, vt à faucibus eius truculentaq; rabie liberet, & in libertatem vendicet, semperq; in ore versare tenemur hãc vltimam petitionem: *Sed libera nos à malo.*

Vbi obseruandum quoq; est, voluisse Dominum, vt etiam in hac postrema postulatione in cõmuni precaremur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A caremur diceremusq; *Liberanos*, vt scilicet, affectus noster in omni precatione nostra, non minus in proximum quēq;, quàm in nosmetipsos porrigatur. Itē Christus in hac precatione docuit nos potius dicere, *A malo*, quàm à malis, vt videlicet nos erudiret, quòd aduersus proximos ob mala ea, quæ ab illis patimur, amariùs commoueri nūquam debeamus, sed magis ab eis in Satanam omnis mali causa, & inimicitias (veluti in cunctorum malorum caput) transferre: sic vt si te proxi-
B mus lædat, hoc affectu cęlestem Patrem orare debeas, vt liberet non solum te, sed & proximum tuum tibi incommodantem, à malo, hoc est, à laqueis diaboli, quibus ille captiuus detentus, tibi incommodat, alioquì non incommodaturus. Hoc modo doctè philosophatur Chrysostomus in hunc locum:

Aduersus proximos nunquam commoueri debemus etiamsi nobis maximè nocuisse.

Liberanos à malo. Si quis per hæc verba petere etiam vellit, vt tollātur
C morbi, pestilentiæ, terræ sterilitas, bella, & vniuersa tādem, quibus hominum genus affligi consueuit, poterit quidē si eo animo petat, ne ob eas calamitates ipse, vel proximus acrius afflictetur, ita vt earum pondere obruatur, & in peccatum delabatur: at si quis eo affectu petat, vt nihil in hac vita incommodi sentiat, is longè à recto aberrat. Quod tamen vt rectè intelligat pro certo habeat, duo esse malorum genera,
D aliud est enim malum culpæ, aliud verò pœnæ. Mali quod culpæ est, solus diabulus est author, atq; inuentor, cuius inuidia mors intrauit in orbem. Malum autem pœnæ, hoc ipsum est, quod homini accidit in peccati vindictam, id quod Scriptura sacra Deo tribuere non veretur, tanquam id quod bonum, & iustum est omninò fieri, de quo Propheta Amos dixit: Non est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Et

Petere nō debemus, ne incommodis afficiamur.

Malorū duo genera culpæ, & pœnæ, & eorum authores.

Amor. 3.

rursus Dominus per Isaiam: Ego A *Isa. 45.7.*
Dominus, & non est alter, formās lu- *Malum facere quare dicatur Dominus.*
cem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, hoc est, bella & afflictiones, ea pœnarum mala (dūtaxat) deprecari tota possumus, & rogare vt ab eis liberemur, quæ scilicet ijs parata sunt, qui in gehennam relegabūtur. Pro pœna autem *Pro quæ in fligenda quia liter erratū.*
à Deo pro culpa inflicta orare, licet ea tamen cōditione, vt vel Deus vires ad ferendum præstet, vel pœnam moderetur. Hoc autem differt B
hæc particula à priori, quòd ibi postulauerimus, vt Pater cælestis nos à malo (quod culpæ vocant) immaculatos seruet: hîc verò à malo pœnæ præsentis, & futuræ liberet: ibi rogauimus, ne tentationibus succū bere sinat, hîc petimus, ne nos tribulationibus, afflictionibus, & calamitatibus præsentibus, aut futuris deprimi, aut euerti permittat.

Aduersa mūdi quæcunq; sint ferenda æquo animo nō vltionda.

Liberanos à malo. Insinuat nobis Christus his verbis, vt aduersa mūdi huius quæcunq; tandem ea sint, C
nos æquo animo ferre debere, nec ob id audere aduersus Deum indignari, aut obmurmurare, si tàm grauem in nos inferat pœnam, sed magis (vt D. Paulus docet) esse in tribulatione patientes, omnem spem atq; fiduciam in Deum collocare, & sibi persuassum habere, Deū sibi à dextris pro se pugnantem, & aduersa cuncta expellentem, habere, & tandem cum Dauide intrepido animo dicat, quoniā à dextris est mihi, ne commouear, & Deus noster refugiū, & virtus adiutor in tribulationibus, quę inuenerūt nos nimis. Quî D
poterit nobis abesse, qui præcipit hæc postulare? Immò in hac petitione nos docet, quatenus cum agnoscamus paratissimum ad omnia mala, quæ nobis nocere quoquo pacto possint, depellenda, is enim est potentissimus, pariter, & omnium nostrum amantissimus, qui dixit:

Rom. 12.

Psal. 55. 6.

Psal. 45.

Qui

Tobi. 2. c. 8 A Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.

Liberanos à malo. Cum per malum diabolum intelligamus, ad mentem reuocat nobis Dominus, à quantis periculis, à quā crudeli principe, imò potius implacabili tyranno, ad tantā gratiam, tamq; benignum Patrē vocati sumus: vt vel sic ex consideratione hac peccatū, dæmoniq; astus exhorrescamus, & fugiamus, Deiq; gratiam, benignitatem, & fauorē, totis viribus quæramus, ex op-
B temus, & petamus: obtentū amplectamur, & perpetuò nobis retineamus. Agnoscamus (inquam) quā impium, quàm immitem, quā fœdum priùs habuerimus principem, quantis nos quotidiè obruere malis, totis viribus conatur, inquam miserā nos opprimat seruitutē, quantis inuidiæ stimulis in nos agitetur, quā impigra solicitudine nos à gratiæ, & gloriæ bonis deijcere conatur: ob quæ in nos tanta coacerbata mala, eū meritò detestari tenemur: &
C ad Patrē misericordiarum, & Deū totius consolationis confugere, qui nos è paradyso expulsos, in cælum subuehat, morti destinatos, ad immortalitatem transferat, vt tandem à maligno hoc hoste liberatos, denuò in potestatem eius nunquā prouoluamur. *Liberanos à malo*, vt sine timore de manu inimicorum seruiamus Deo in sanctitate, &c.

A tyranno principe ita bello recitato, ad Patrē misericordiarum confugere debemus.

Luc. 1. & 75.

Amen, apud nos verbum solum quod verum, vel cōfirmantis quæ postulantur.

Amen. Breuissima est oratio, inclu-
D dit tamen in se grauissima mysteria, ob quæ non sine causa Spiritus sanctus decreuit, vt in sacris literis in sua linguæ integritate maneret. Dictio quidē Hebraica est, habēs apud Hebræos eum sensum, vt per eam aliquid cōfirment, idem valēs quod apud nos aduerbium, Verè: venit enim à verbo, Heæmin, quod est, credidit, firmauit, asseruit. Et aliquā do quidem hac voce, *Amen*, optatur perfectio eorū, quæ dicta sunt quo-

modo lex cogebat mulierem adul- A
terij peccato infamatā respondere, Amen, Amen, post lectam imprecationē, vt ex Num. 5. Sic cum recitabātur deuotiones, & maledictiones, contra transgressores legis Dei, respondebat populus, Amen: vt legitur Leuit. 17. Sic quoq;: & in Psalmis, Psal. 40. 71. 88. & 105. Illud: Benedictus Deus in seculum, clauditur per Amen, Amen. Pro quo Septuaginta benè verterūt, *Genito, Genito*, fiat, fiat, nō quod, *Amen*, hoc propriè significet. Nō enim, vt quidā putāt, verbum est, sed nomen vel aduerbium
B confirmandi: tamen sic vertendam eam dictionem putauerunt Septuaginta, quòd quando sic ponitur, per eam operetur perfectionē eorū quę dicta sunt, ita vt eius vis apud nos melius exprimi nequeat. Aliquādo autē hac voce, confirmantur quæ dicenda sunt, vt cum ea Saluator vtitur in Euangelijs, & tunc rectè explicatur per verè aut certè. Vnde pro eo quod Luc. 21. dicitur: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper
C plusquam omnes misit. Marc. 12. dicitur: Amen dico vobis, &c. Cęterū geminatio huius dictionis, quæ semper inuenitur apud Ioannem, similiter, & in fine Psalmorū. Et Num. 5. confirmationem grauissimam intēdit: quarè quāuis, pro more Hebræorum Ioannes hanc dictionem geminauerit, tamen hæc geminatio potius ei competebat, quàm reliquis Euangelistis, quod ea quæ à Ioanne
D differūtur, magis sunt cælestia, & sublimiora, ideoq; attentiorem auditoris animū flagitantia, ac proinde maiori assertione cōfirmanda, vt an notauit etiam Rupertus in Ioannē. Aliquando verò hæc dictio, *Amen*, in scripturis accipitur, vt sit nomen significans idem quod verus, vel veritas, vt Isaiæ. 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, Amen. Et qui iurat in terra, iurabit

Num. 5.

Leuit. 17.

Psal. 40. 71. 88. & 105.

Amen, nō est verbum, sed nomē, vel aduerbium confirmandi.

Luc. 21.

Marc. 12.

Num. 5.

Ioannes Euāgelista quare Amen geminauerit.

Quæ à Ioanne differūtur magis cælestia sunt, & auditoris animum attētiorē exposcūt.

Rupertus in Ioan. c. 3.

Amen, nomē est aliquādo, & significat idem quod verus vel veritas.

Isai. 65.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in Deo, Amen, hoc est, fideli, & veraci. Ex his omnibus acceptionibus quibus hæc vox, *Amen*, in Scriptura sacra ponitur, facilè quis colligere potest, quid Seruator Christus nobis per eam significatũ voluerit, catastrophen quidẽ, & suprema manum precationi huic imponens. Voluit sanè contestatum relinquere, tã quam propriæ manus subscriptione, ac Diuinitatis suæ sigillo appendente, se vnà cum Patre præstaturũ vniuersa, quæ in septem illis petitionibus includebantur, ne vnquam fides nostra nutaret, sed certissima sibi spe polliceretur, se obtenturam omnia, quæ vel ad præsentem, vel ad futurã, quam speramus vitam, iustè desiderari possunt. Nam dicẽs, *Amẽ*, quod idem est ac si diceret, Fiat, cũctis nostris petitionibus effectũ concessit: ipse enim dixit fiat, & facta sunt. Minimo sanè negotio postulata concedet is, qui potẽtissimo hoc verbo, Fiat, vniuersa ex nihilo cõdidit. Si hac dictione, *Amen*, optatur perfectio corũ, quæ dicta sunt, quis verbis exprimere valet affectum illum Diuinũ, quo Christus erga nos mouebatur, vt ea quæ nos orare oportebat, ab eo, tanquã cælesti magistro, discereмus, & humiles nostras preces, ad Patrem (à quo omne datũ optimum, ac omne donũ perfectum descendit) funderemus. Dicẽs ergo, *Amen*, seu Fiat, ipsemet Filius Dei orationem nobiscum fundit ad Patrem, dicens: Fiat Pater sancte, id quod homo creatura tua, ad nostrã imaginẽ, & similitudinẽ facta, meis verbis, ac meo nomine postulare didicit. Quisquis ergo Christianã hãc philosophiã professus est, quoties Dominica hac oratione toto cordis feruore ad Deum Patrẽ cõfugerit, certa, ac validissima fide, sibi persuassum habeat, se aduocatũ habere apud Deum, & Patrem Dominũ nostrum IESVM Christum. Obnixè cum eo, ac pro eo postulantẽ, ac dicentẽ, Fiat, *amen*, fiat (obsecro) Pater vt non sint irritæ apud te preces, quas à me didicerunt: tu me eorum doctorem cõstituisti, tui sunt, & tu mihi eos dedisti, verba quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mũdo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt, &c. quem paternũ affectum non hæc verba mollirent? Tecum quidẽ, ô homo, orat ipse Filius Dei, & haud dubiè exaudietur pro sua reuerentia. Hæc & lõgè plura, quæ affectũ pium inflammare valent, poterit secum Christianus, ac religiosus lector meditari.

Amen. Si males hanc vocalem, *Amen*, significare idem quod verus, vel veritas, vt apud Isaiam. Sacri interpretantur Doctores. Iam Amen, Diuini nominis subscriptio erit, qua ipsa veritas dictis, authoritatẽ, & fidem nobis cõciliat: is enim qui se ipsum viam, veritatem, & vitam compellauit, subscripsit, *Amen, Veritas*. Ac si diceret: Ego qui veritas sum, & neminem fallere noui, hanc vobis sacræ orationis formam, qua ad Deũ precantes vti oportet, verè relinquo, & perpetua firmitate trado. Vtitur Christus Prophetarũ more, qui vt populus eorum dictis fidem exhiberet subscriptione vtebãtur Diuina dicentes. Hæc dicit Dñs Deus. Seu antiquo more quo in veteri Testamento vtebatur Deus, dicens: Ego Dominus, vtitur nunc Dñs, dicens, *Amen*, hoc est, *Veritas*, dicit. Quò magis ac magis fides nostra firma, fixaq; maneret, & spẽ omnẽ in eum (qui vt veritas ipsa est, vere, postulata cõcessurus erat) collocaremus. Ipsa veritas dignetur nos veros oratores, & adoratores ad Patrem efficere, in spiritu feruenti, & veritate syncera, *Amen*.

EXPO-

In hac voce, Amen, Dñs voluit contestatum relinquere, se præstaturum omnia, quæ in hac oratione includuntur.

Amen idem quod fiat.

Iaco. 1. c. 17.

Quicũq; hac Dominica oratione aliquid postulauerit, se apud Patrẽ Iesum aduocatũ habere certò credat.

Ioan. 17.

Christus nobiscum orabat, & docebat, & religiosè gerebat.

Isai. 65.

EXPOSITIO.

14 *Si enim dimiseritis, &c.* Absoluta iam Dominicæ precationis forma, quis forsan moueri poterat, & cogitare, quî fit vt in nulla septem petitionũ à Christo posita, conditionis calculum nobis posuerit, præter illam in qua de re omnium rerum summa, nẽpè de remissione peccatorum, verba facit? vt verò obiectioni huic Christus faceret nobis satis, cæteris sex petitionibus omissis, tanquam iam à Patre, omnium facta libera concessione, ad quintam in qua remissionis omnium peccatorum spes nobis datur, reddit, ostendens duritiam cordis, quã erga proximum gestamus, in causa esse, quominus Deus peccata nostra remittere vellit, ideò ex omnibus sententijs quibus nos orare præcipit, eam potissimum cõmendandam, & declarandam iudicauit. Vnde D. Augustinus ait: Prætermissis omnibus petitionibus, quibus nos docuit orã di formam, illam maximè inculcat, qua dicitur: *Dimitte nobis debita nostra.* Non multum fuerant illa cõmendãda, in quibus si peccator est, vndè cu retur agnoscat, cõmendanda cætera, in quibus si peccaueris, non est vnde feneris. Et idem: Quisquis roganti, & peccati sui pœnitenti, non ex corde dimittit, nullo modo existimet à Dño sua peccata dimitti, quoniã mentiri veritas nõ potest. *Si nõ dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Ad tã magnum tonitruum, quinõ expergiscitur, non dormit, sed mortuus est!

TEXTVS.

14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. 15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet peccata vestra.

Si dimiseritis, &c. Magnifica planè ac liberalis conditio, & quæ os iniquorum omnium obstruere idonea sit: facilis enim tibi ad grauissimam peccatorum sarcinam deponẽdam ostenditur via, à qua liberatus, iter securum ad cælũ tibi paras, nempè si proximo petenti, errata ex cordè ignoscas, quod sanè nullum laborẽ, sed magnum potiùs leuamen præsefert. Nam certè ab omni inuidia, liuore, iracũdia, ab omniq; vendictæ solicitudine cor liberare, potiùs pestiferum morbũ, certissimam mortem tibi minantẽ cuomnis, & salutem tibi quietam, & tranquillam paras quã laborem. Odium enim assiduè in corde gerere, ac inuidia torqueri, tormentum durũ est, quo non facilè reperias maius, id quod sanè agnouerat Poëta ille qui dixit:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni maius tormentum.

Nec modo si rectè perpẽdere volueris, malis liberamur, verũ bonis etiã incõparabilibus ditamur, nẽpè omnium grauissimorumq; peccatorũ liberalissima remissione, quã Diuina gratia, & gloria æterna subsequetur. Vide mecũ (quæso) liberalitatẽ Dei. Nam iudiciũ quod de nobis futurũ erat circa grauissima, quæ in ipsum Deũ cõmisimus peccata, in nostra posuit potestate. Quã rem (si attentiùs cogitetur) optare quisq; deberet, quod tamen sine proximi cuiusq; dãno esset, habere aliquos quorum offensiones essent remittẽdæ. Quod hac similitudine quisq;

Vt peccatorum sarcinã deponamus proximo errata ignoscendo debemus.

Inuidia nullũ tormentũ maius.

Iudicium quod de nobis futurum est in nostra Deus posuit potestate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nostrum aptiùs poterimus intellige re. Fingamus liberalissimũ quempiam regẽ, qui multos habeat, qui sibi plurimũ debeant, qui etiam cupiens æs alienum, quod alijs debere tur, in tota ciuitate dissolui, legem promulgaret, vt quicunq; suis debitoribus remitterent, quanuis exiguum esset, quod deberent, fore, vt rex maxima quęq; debita illis remitteret: quicunq; verò neminẽ haberet, qui sibi deberet, oportere eum, quicquid deberet regi ad teruntium B persoluere. In hac lege quisquis debitorẽ nullũ habuisset, & multa regi deberet, multo deteriore, quã cæteri, esset conditione, optaretq; aliquos habere, qui sibi quippiã deberent. At hæc ipsa est lex cælestis Patris, qui etiã cupiẽs habere occasionẽ ignoscendi, permittit offensiones inter homines accidere, vt omnes debitores aliquos habeamus, quibus remittendũ sit, vt possit ipse maxima nobis remittere debita, quæ illi debemus. Sed nos stolidi, vt cætera omnia erga nos collata à Deo beneficia, sic & hoc tam ingẽs non intelligimus, & in proximi cuiusq; offensione excãdescimus, cũ tunc maximè lætandũ esset, oblatã nobis esse occasionem, qua exigui debiti remissione, maxima illa, quę nobis cũ Deo intercedunt, liceret dissoluere. Nam grauissimę quęq; offensiones, quas à proximis patimur, si etiã parentũ, fratrumq; mors intercedat, tanquã læuissima pecunia est, si cum ijs conferantur: quibus vnusquisq; D Matth.18. nostrũ Deum offendit. Quod vt Dominus nobis demonstraret, similitudinẽ regis protulit, cuius seruus debebat ei decem millia talentorũ, illi autẽ seruo alius conseruus deberet, centũ (dumtaxat) denarios, vt ex tãta vtriusq; debiti differẽtia intelligeretur, quã sit exiguum, quod à proximo quoq; nobis debetur, si cũ eo conferas quod homines debẽt Deo.

Et propterea, iussus est ille seruus A tortoribus tradi, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Vbi in fine parabolæ vim explicans subiunxit: Sic (inquit) & Pater vester cælestis faciet vobis, si non remiseritis, vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Quod & sæpè alibi, veluti cuius summã gesserit curam, requirit, dicens: *Dimittite, & dimittetur vobis.* Item qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Item cũ stabitis ad orandum dimittite, si quid habetis aduersus aliquẽ, vt & Pater vester, qui in cęlis est, dimittat vobis peccata vestra. Rursus: Cũ offeres munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuũ ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Ecce quantam curam (vt benè Chrysost. notat) Christus huius rei gesserit, cũ tàm sæpè, idq; non generatim tantum, sed specialiter, & exertè inculcat, atq; etiam faciẽti maximũ præmium pollicetur, C vt tãdem te tuis membris, à quibus sæparatus es, coniungat. Vbi seriò aduertendũ est, quòd quando Christus dicit: *Si vos dimiseritis, & Pater vester dimittet, &c.* non sic accipias quasi tua qualicunq; remissione, etiãsi grauissimarũ iniuriarum sit, liberalissimam illam Dei remissionẽ, pro grauissimis criminibus, seu pro minimis, promerearis: hęc enim Diuina remissio ex liberali sua gratia prouenire certum est: at si tu proximo errata in te dimittis, ob promissionẽ, quã tibi Deus sua gratia fecit, tibi quoq; remissionẽ comparasti. Non enim dicitur: *Si vos dimiseritis, & Pater vester dimittit,* sed *Dimittet,* nẽpe cum illum rogaueris: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos, &c.* vt scias vtrumq; tibi necessariũ esse, parcere scilicet, & orare Dominũ, vt debitum dimittat tibi.

Dimittendum esse fratribus vnde oratur Dominica.

Matth. 6.

Marc. 11.

Matth. 5.

D. Chrys. in Matth.

Nota.

Remissio nostrorum delictorũ, non ex remissione nostra facta fratri, sed ex liberalitate Diuina promanat.

EXPO-

A EXPOSITIO. A

16 CVm autem ieiunatis, &c. Cum hactenus docuisset Dominus, quo pacto, & eleemosyna, & precatio facienda esset, nunc idem de ieiunio docere pergit, vt ostendat quoq; quã sincero, ac puro animo faciendum sit, vt fructum quod tale meretur opus, à Patre cęlesti referant ieiunãtes: vbi primum obseruare licet, Dominũ declarare, quæ præcipua sint Christiani hominis B B instrumenta: cum enim, tãquam pro exẽplo, ponat, tria hæc, nẽpè eleemosynam, precationẽ & ieiunium, tacitè admonet, ista esse Christiano viro exercenda, nec sanè sine causa, cum in tribus his summa degendæ Christianæ vitæ versetur: atq; tres istæ C virtutes omnem Christiani hominis cõsummatã iustitiam complectãtur. Nam cum animo constemus, & corpore, & animus quidem ad authorẽ suum Deũ, cui fruendo factus D est, erigi debeat, corpus verò spiritui seruire, & illius vsibus ministrare teneatur, hoc non fit nisi, vt animus per orationem, corpus per ieiunium suas partes exequantur. Ieiunium autẽ corporis præcedere omninò debet: cum enim corporis intemperantia, atq; lasciuia, per ieiunium cohibeatur, fit, vt spiritui subiectũ esse cogatur: nisi enim carnis lasciuia ieiunio cohibeatur, & quasi frenetur, id accidit, quod in nimium vigescẽtibus equis cernimus, vt vel sessorem excutiant, vel certè ita exagitent, vt sui iuris esse nõ possit. Sic nimirũ corpus, nisi ieiunijs, & ciborum abstinentia dometur, animum sua intemperãtia diuexat, atq; impedit, quominus suis egregijs fungatur muneribus. Dum verò corpus spiritui subiectus est, tũc animus per quotidianas preces Deo coniunctus est, ita vt non facilè sit, B sic affectum animũ in peccata delabi. Et cũ ista præstamus, parati sumus, non solũ non lædere proximũ, verùmetiam bona illi nostra, tanquã Christi imaginem portãti, impertiri. Quid deest, quominus omnẽ iustitiam impleamus? Tria item hæc, trib⁹ illis quæ in mũdo sunt, opponuntur, nam cõcupiscẽtiã carnis, ieiunio, concupiscentiam oculorũ (quę est auaritia) eleemosyna, & superbiam vitę, humili, ac pia oratione me

TEXTVS.

16 CVm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminãt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunãtes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 17. Tu autẽ cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam lauа. 18. Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

demur. Cum ergo omnis humana iniquitas in tribus illis concludatur malis, è contrario in tribus his virtutibus totius iustitiæ humanæ summa continetur.

Est præterea notandum orationẽ esse à Domino mediam inter duas alias virtutes positas, nempè inter eleemosynam, & ieiunũ, quod orationis virtus, duas illas virtutes sociας indissolubili vinculo habere debeat, præsertim sit oratio in de- precanda

Mansuetũ, humilẽ, & orationi quã diligẽter, et frequẽter incumbere.

Iustitiam in. hominis, & Christiani consistere.

1. Ioan. 2.

Ieiunium, eleemosyna, et oratio, concupiscentiæ carnis, concupiscẽtiæ oculorũ, & superbiæ opponuntur.

Ieiunium, & eleemosyna duæ aliæ orationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A precãda ira Dei efferuescere vellit. Hinc est, quòd D. Augustinus in quodã sermone, has duas virtutes, scilicet, eleemosynam, & ieiunium, duas dicit esse alas orationis, quibus subuehitur in cælum. Bona est enim (inquit Angelus Tobiæ) oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recõdere. Isaias quoquè omnes tres has virtutes simul colligatas ostendit, dum verã rationẽ exercendi eas docet, dicens: Non ne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue faciculos deprimentes, dimitte eos (qui confracti sunt) liberos, & omne onus dirumpe, frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnẽ tuam (hoc est proximum tuum) ne despexeris. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce ad sum, quia misericors sum Dominus Deus tuus. Nemo quidẽ tàm stupidus est, qui non videat has
C tres virtutes, debere esse in Christiano viro, qui virtutum scolam profitetur, omninò coniunctas, simulq; colendas. Oratio enim ascensus mẽtis in Deum est, verùm si crapula, & ebrietate, & curis huius mundi, corda nostra aggrauantur, fieri nequit vt in Deum volare mens possit, seu in oratione (quod necesse est) vigilare. Vigilate (inquit Christus) & orate. Deinde qui ieiunium prodesse poterit charitate vacuus? Si id quod
D sibi parcit, in bursam coacerbãs, pauperibus subuenire recussat, charitate omninò caret. Si quis habuerit (inquit Ioannes) substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Et qua tandẽ fronte, is viscera misericordiæ Dei nostri implorabit, qui viscera clauserit fratri? Et hoc ipsum est quod

D. Augustin. serm. 226. de tempore, & in psal 41.

Tob. 4.

Isai. 58.

Matth. 26.

1. Ioan. 3.

Eleemosyna cum ieiunio concomitanda.

Salomon dicebat: Multi homines A Prou. 20.
misericordes vocantur, virum autẽ fidelem quis inueniet? Hoc est, reperias, qui voce, & verbis misericordiam prædicẽt, sed qui factis id præstent, ac fideliter negotium tractẽt, non facilè inuenias. Ad declarandã ergo charitatem nostram, erga proximum quemq; eleemosyna exercẽda est, si diligendi eius præceptũ implere volumus, & illius necessitatibus pro viribus succurrendum. En vides tribus his virtutibus inuicem sibi colligatis, Christianæ iustitiæ summam contineri, quibus egregiè B
disponimur ad benè beateq; viuendum. Nam per eleemosynã nos disponimus erga proximos nostros, per orationem erga Deum, per ieiunium itaq; erga nosmetipsos. Rectè itaq; Seruator Christus, cum exemplum rectè factorum proponeret, trium horum mentionem fecit, quibus perfectus fieri homo Dei idoneus est. Vltimo loco ieiunium ponit, idq; statim postquam de oratione verba fecit, vt ostenderet oratio- C
nem plurimum adiuuari ieiunio. Ieiunium enim orationi deuotionem, & fiduciam donat, ac sicut frater adiuuans fratrem, ambo consolabuntur, sic orationi ieiunium. Ieiunio, multũ affert adiumenti oratio. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationẽ roborat. Oratio ieiunium sanctificat, & Domino repræsentat. Hinc est, quòd D. Augustinus, orationem clauem cæli vo- D
cat. Sed iam de ieiunio agamus, & videamus quid etiam hac in parte admoneat.

Ieiunium orationem roborat, oratio ieiunium sanctificat.

Cum ieiunatis (inquit) *nolite fieri, &c.* His verbis non præcipit Dominus ieiunium, cum in lege præceptum iam pridem fuisset, & à priscis summo studio seruatum, vt videre licet, tàm in veteri, quàm in nouo Testamẽto. At ieiunij acceptio diuersa est.

D. Augustin. de vtilit. ieiun. & lib. 2. quæst. Euangel. cap. 18. & Tomas. ser. 272. circa finem.

A est. D. quidem Augustinus, magnũ, & generale ieiunium vocat, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi. Est enim (inquit) perfectum ieiunium, vt abnegantes impietatem, & seculares cupiditates, temperãter, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quam mercedem addit Apostolus? Sequitur & dicit expectantes illam spem beatam, & manifestationem gloriæ beati Dei, & Saluatoris nostri IESV Christi. In hoc ergo seculo quasi
B quadragesimam abstinẽtiæ celebramus, cum benè viuimus, cum ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus abstinemus. Hæc ieiunij ratio inprimis Christiano viro obseruanda est, si cum fructu carnis macerationem instituat. Vnde Leo monet: Non in sola (inquit) abstinentia cibi stat nostri sũma ieiunij, aut fructuosè corpori esca subtrahitur, nisi mẽs ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Ad
C eundem modum Eusebius quoquè Emissenus: Ieiunare (inquit) & vigilare, & mores non corrigere, sic est quomodo si aliquis extra vineã, aut circa vineam, extirpet, & colat, vineam autem ipsam desertam, & incultam relinquat, vt spinas, ac tribulos germinet: quæ, insistente cultore, iucundissimos fructus ex se proferre potuisset. Agnoscite itaq; charissimi, ita corpus exerceamus ieiunijs, vt mentem purgemus à vitijs. Diuus quoq; Gregorius Nyssenus, postquam multa in hãc formam dixit, concludens ait: Quid confert ieiunium corpori, nisi mens pura mũdaq; sit? Nihil enim prodest currum validũ, ac strenuis quadragis instructum esse, si auriga insaniat. Sunt sanè multæ sanctorum Patrum sentẽtiæ hanc veritatẽ confirmantes, quę libens (ne prolixus in re manifesta videar) omitto.

A

Grego. Nyssen. in oratione de pauperib. amãdis.

Altera ratio ieiunij est, Philosophicum, vt quidam vocant ieiunij, quod est parsimonia illa cibi ac potus, moralisq; sobrietas, qua temperatè etiam ab Ethnicis, secũdum rectam rationem viuitur. De hoc ieiunio D. Hieronymus multa sanè, & eleganter scripsit lib. 2. aduersus Iouinianum, vbi varia de ieiunijs antiquorum, quę in historijs reperiebãtur antiquis, collegit. Dicæarchus in libro antiquitatum, & descriptione Græciæ, refert sub Saturno, id
C est, aureo seculo, cũ omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed vniuersos vixisse frugibus, & pomis, quæ sponte terra gignebat. Per sarum Regis Cyri vitam Xenophõ octo voluminibus explicat, polẽta, & cardamo, & sale, ac pane cibario eos asserens victitare. Lacedæmoniorum mensæ frugalitatisq;, & supra scriptus Xenophõ, & Theophrastus, & omnes penè scriptores Græciæ, testes sunt. Cherẽmon Stoicus,
D vir eloquentissimus narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quòd omnibus mundi negotijs, curisq; postpositis, semper in templo fuerint: & rerum naturas, causasq; ac rationes siderum contẽplati sint: nunquam mulieribus se miscuerint, nunquam cognatos, & propinquos, ne liberos quidem viderint ex eo tẽpore quo cœpissent Diuino cultui deseruire, carnibus, & vino se sem-

B

Philosophicum ieiunium quale.

D. Hieron. lib. 2. aduers. Iouin.

C

Abstinentia ethnicorum qualis fuerit.

Persarum.

Lacedæmoniorum.

D

Sacerdotum Ægyptiorũ vita qualiter instructa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per abstinuerint, propter tenuitatẽ sensus, & vertiginem capitis, quam exparuo ciuo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & ex hac potione nascuntur. Panerarò vescebantur, ne onerarent stomachum, & si quando comedebant, tusum pariter hyssopum sumebãt in cibo, vt escam grauiorem illius calore decoquerent: oleum tantum in oleribus nouerãt, verùm & ipsum parũ, propter nauseam, & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar (inquit) de volatilibus, cũ ouum quoq; pro carnibus vitauerint, & lacẽ? Quorum alterum carnes liquidas: alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. Cubile eis de foliis palmarum, quas baias uocant, contextum erat: scabellum ac cliue, & ex vna parte obliquum, in terra pro puluillo capiti suppone bant, bidui triduiq; inædiam sustinentes, humores corporis, qui nascuntur ex otio, & ex mãsione vnius loci, nimia victus castigatione siccabant. Iosephus in secunda captiuitatis historia, & in octauo decimo antiquitatum libro, & contra Appionem duobus voluminibus, tria describit dogmata Iudęorũ, Pharisęorũ, Sadducęorũ, Essenorũ, quorum nouissimos mitis effert laudibus. Quòd & ab vxoribus, & vino, & carnibus semper abstinuerint, & quotidianum ieiunium verterint in naturam. Super quorum vita, & Philo, vir doctissimus, proprium volumẽ edidit. Cleãthes Zenonis Cittiensis successor, Asclepiades Cyprius, ęta te qua Pygmalcon in Oriente regnabat, scribunt esum carnium nõ fuisse. Eubulus quoq; qui historiã Mithræ multis voluminibus explicauit, narrat apud Persas tria genera Magorum, quorum primos, qui sint doctissimi. & eloquentissimi, excepta farina, & oleribus, nihil amplius in cibum summere. Apud Eleusinã, etiã volucribus, & piscibus, & quibusdam pomis abstinere solẽne est. Bardesanes vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos Gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Bragmanos, alterum Samanęos, qui tantæ continentiæ sint, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuiũ, vel publico orizæ, vel farinæ alãtur cibo, & cum rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacẽq; suæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari sitam. Euripides, in Creta Iouis prophetas, non solum carnibus, sed & coctis cibis abstinuisse refert. Xenocrates Philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses, triã tum præcepta in templo Eleusinæ, residere scribit: Honorandos parentes, Venerandos Deos, Carnibus nõ vescẽdum. Orpheus in carmine suo esus carnium detestatur. Pytagoræ, Socratis, Antisthenis, & reliquorũ frugalitatem mirandam referrem, in maximam omnium Christianorum confusionem, nisi & longũ esset, & proprij operis indigeret. At cum Deus nõ ieiunium, sed animũ, & fidem ieiunantis respiciat, nõ hîc de infidelium, sed de fidelium omnem suam fiduciam, & omne sui ieiunij meritum in Deum collocantiũ loquimur. Quæ si per se sunt vtilia, fides (inquit Leo) ea efficit pretiosa, cum si fuerint ab infidelibus ministrata, etiã si fiãt magno sumptu, omni tamen iustificatione sint vacua.

Tertium ieiunij genus Ecclesiasticum est, vtpotè cum iuxta certũ Ecclesiæ morem, atq; præscriptum, certis diebus, & carnium esum nobis subtrahimus, & vnica (dũtaxat) refectione contenti sumus. Cuiusmodi ieiunium piè, & Christianè suscipitur, ad cultum diuinum religiosiùs exhibendum, ad carnẽ edomandam, spirituiq; subijciẽdam, ad fructus pœnitentię dignos præstandos,

Ægyptiorũ Sacerdotũ cibi quales.

Iosephus. 2. capt. uit. hist. & 18. antiq. & cõtra Appionem.

Iudæorũ dogmata quot & qualia.

Essenorum.

Philo.

Cleanthes.

Asclepiades.

Oriẽtalium.

Eubulus.

Esus carnium prohibitus vbi & quando.

Magorum.

Eleusinorũ.

Gymnosophistarum.

Propter tam Iouis.

Esus carnium prohibitus apud Athenienses.

Ieiunij & abstinentiæ modus & ratio.

Leuit. 16.

dos, ad obedientiam exercẽdam, ac demum ad quamlibet Dei gratiam consequendam. Quæ omnia ex sanctissimorũ Patrũ sententijs latissimè probare possem, verùm hoc esset ieiunij materiam omnem explicare, & non Scripturæ sacræ interpretem agere. Proindè ad modum, & formam, quã Dominus in Euãgelio præscribit, necessariò ab ijs qui amplissimos ieiunij fructus carpere student, seruandam, veniamus oportet.

Cum ieiunatis, &c. Tristes in Græco est, *Schytropi*, quod plus est quàm tristis, vt significet inamœnum quẽdam, & sæuerum, atq; austerũ vultum, tetricum, & intractabilẽ ostentationis gratia, potiùs quàm re vera cõditio naturę, aut ieiuniũ id ferat, quod ostendit Dominus sequẽtibus verbis: *Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Nullo enim pacto fieri potest, vt non sit tristis animo qui rectè ieiunat. Cum constet ex veteri, & noua lege ieiunia, vt in plurimum ob memoriam grauis alicuius tristitiæ fuisse suscepta. 1. Reg. 31. Viri Iabes Galaad ob mortem Saul, & filiorum eius magna tristitia affecti ieiunauerunt septẽ diebus. Dauid quoq; audita morte Saul tanta fuit commotus tristitia, vt ex maximo dolore concepto scissis vestibus, ipse & viri omnes, qui cum eo erant, planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt, vsq; ad vesperam super Saul, & Ionatham filiũ eius, & super populum Domini, & super domum Israël, eò quòd corruissent gladio. Ipse etiã Dauid ob mortem Abner tantoperè doluit, vt iuraret se non comesturum panem, vsq; ad vesperam. Manifestum etiã est ieiunia in lege veteri fuisse præcepta ad tristitiam aliquam grauẽ insinuandam, quale fuit ieiuniũ expiationis à Deo institutũ, eò quòd dignatus fuerit Dominus, grauissimum scelus in adoratione vituli cõmissum, ignoscere. Erant enim ieiunia toti populo cõmunia, quater in anno facienda, ad ostendendam maximam, & communem totius populi tristitiam, ob grauissima quæ suis patribus eo tempore contigerãt, instituta. Ieiunium quarti mensis, nempè in Iunio Thamuz ab ipsis vocato, præceptum à Domino fuerat, tũ quia illo mẽse tabulæ Moses, in quibus lex digito Dei scripta erat, fuerunt fractæ: tum etiã, quia post multum temporis, illo etiã mense Chaldæi Hierosolymam vrbem sanctam ingressi fuerant, & Iudęos captiuos duxerant, qua de re Zacharias Propheta mẽtionem facit. Ieiuniũ quinti mensis, nempè Iulij, Hau ab ipsis vocato, ob tres maximè causas institutum fuerat, prima quidem ob cladem, quã Dominus fecit in filios Israël, ob murmur inter eos contra Dominum excitatũ. Ignis enim Domini deuorauerat extremam castrorum partem. Secunda quidem causa fuit, quia eo tempore Nabuchodonosor, & Chaldæi, qui iam præterito mense vrbem Hierusalem ingressi fuerant, hoc mense igne eam succendere ausi sunt. Tertia item causa, quod post longa tempora eo mẽse ciuitas illa sancta, à Tito, & Vespasiano funditùs fuit euersa, Iudæi qui dispersi erant ob hãc etiam causam, vt eorum Rabbini testantur, ieiunium fuit ipsis iniunctum. Ieiunium item septimi mensis institutũ fuit, quia tunc occisus fuit Godolias, qui relictus fuerat à Chaldæis, vt terræ Iudæorum princeps esset, & propter mortem eius omnes Iudæi, qui relicti fuerant in Ægyptum fugerũt, vt 4. Reg. 25. & Hierem. 42. Ieiunium tandem decimi mẽsis, erat propter lugubre, & triste planctum, quem Iudæi in Babylone existentes habuerunt, quando eis nunciatum fuit templum esse succensum, ac ciuitates

Ieiuniũ quarti Mensis, id est, Iunij in dictũ duabus rationibus.

Zach. 7. & 8.

Num. 11. & 14.

Ieiuniũ quarti mensis tribus rationibus obseruatum.

Ieiuniũ septimi mẽsis institutũ, quia tunc occisus fuit Godolias. 4. Reg. 25. Hierem. 42.

Ieiunium decimi mensis propter lugubre, & triste planctum, quem Babylonẽ incolentes Iudæi lamentati sunt, fuit iniunctũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uitates destructæ, tunc enim erant multi Iudęi in Babylone, inter quos Daniel, & Ezechias fuerunt, qui cũ hoc vnà cum cæteris cognouissent, lugentes ieiunarunt. Si ergo ieiunia ex veteri more tristitiam præferebant, ieiuniaq; fletu, & planctu iũgebãtur, quare (obsecro) nunc Dominus à ieiunãtibus omnem animi, & corporis tristitiam expellere conatur? Et in noua quoq; lege si expresso aliquo verbo ieiunia instituta videantur à Christo, in illis sanè

Matth.9. B verbis, quibus inferiùs dixit: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quãdiu cum illis est sponsus? Venient

Luc.9. autem dies, eum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Hoc quidem ieiunium quod suis indicere, videtur Christus, sine magno mœrore esse non potest, ob sponsi absentiam, quam ipsis prædicit. Cur ergo dices à ieiunio tristitiam expellit? At Dominus intentionem nostram in omni actione nostra rectam esse

Opera nostra in Dei gratiam, omni humano affectu carẽtia fieri debent. C debere docet, dicens: *Nolite fieri sicut hypocritæ*. Omnia in Dei gratiam omni humano affectu carẽtia fieri debent, sic enim hortatur Paulus: Siue ergo manducatis (inquit) siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et alibi: Omne quodcunq; agitis in verbo, aut in opere omnia in nomine Domini nostri IESV Christi facite. Ideò ne tã præclarum ieiunij opus à Deo commendatum fructu suo careat, à voluntate, tanquam intentionis auriga, exorditur. *Nolite fieri*. Fieri quidem nõ potest (teste Chrysostomo) vt ieiunans non tristetur, sed *Nolite fieri* (inquit) ac si diceret: Non sit voluntatis vestrę, vt tristes quoquo pacto efficiamini, vt homines tandem cognoscant vos ieiunare. Obseruare licet quod in hac admonitione, vt hîc de ieiunio, ita & superiùs de eleemosyna, atq; oratione semper cauendam hypocrisim admonuit,

1.Cor.10.

Colo.3.d.17.

Hypocrisis ab oratione, & ieiunio lõgè arcẽda, vt pestis valdè nocens.

vtq; omnium rectè factorum pestis A nocentissima sit, & ea non minus, quàm fermentum corruptum conspersam farinam solet vitiare, consueuit. Quam obrem cũ Dominus alibi reprehenderet Pharisæorum hypocrisim, fermentum eam appellauit. Cauete (inquiens) à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, quos etiam cũ reprehenderet, quòd omnia facerent, vt spectarentur ab hominibus, semper repetebat, væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ. Hæc hypocrisis non solum bona vitiat, verùmetiam maxima inuehit B mala: & sicut angelus Satanæ nunquam grauiùs nocet, quàm vbi se in Angelum lucis transfigurat, sic ij, dum simulant sanctitatem, improuisos homines sub pietatis specie in errorem trahũt, & cum maximè salutem pollicentur, tũc maximè à salute alienos faciunt, & quemadmodum Dominus Scribis, & Pharisęis obijcit, claudunt regnum cælorum ante homines, nec ipsi intrant, nec accedentes sinunt intrare, nullũ imC postorum genus deteriùs est, nam ij verè sunt impostores, atq; ita miranda impostura excogitant, vt nihil mirer, non solum mulierculis, sed etiam viris imponi, præsertim simplicioribus. Cernas eos incessu, & gestibus, ac moribus humiles, obstipato capite (vt quidam ait) & figentes lumine terrã, voce submissa, mellitis verbis, & pietatis quadam imagine obtectis. Quæ omnia sunt illa ouium vestimenta, quę Dominus de D ijs loquens prædixit, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Vnum illud miror, quòd cum Dominus signa ostẽderit, quibus agnosci possint, ea homines non obseruent, à fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. Quos verò ij, fructus pariunt? nempè vt eorum demum impostura in propriam redundet vtilitatem. Nec enim tãtum scopus illis est, vt appareant

Matth.16.

Marc.8.

Luc.12.

Hypocrisis, & Seruitus nostræ firmitatem compellitur, quæ maxima semper inuehit mala.

2.Cor.11.

Matth.23. b.13.

Hypocritæ impostores veri, non solum mulierculas, sed & viros decipiunt.

Matth.7.

A reant ieiunantes, sed vt præterea huius austerioris vitæ cõtemplatione, lucrum faciant, & suam expleant auaritiam: *Nolite*, ergo *fieri sicut hypocritæ, tristes*.

Exterminant enim facies suas. D. Hieronymus vitio interpretum tritum esse dicit verbum exterminare, aliã enim habet significationem, nempè extra terminos pellere, quod fit quãdo delinquentes exilio relegantur. At hîc propriè non cõuenit, maximè cum Græcus textus habeat, *Aphanizisę*, quod est corrumpunt,

B perdunt, vel (secũdum Hieronymũ) demolliuntur, sicut enim qui fucis vtuntur celant faciem suam, ac ceu personati tegunt obscurãt, ac velut è medio tollunt, ita qui ficta macie, tristiq; pallore sanctimoniam simulant. *Vt appareant hominibus ieiunantes.* Non sic accipiendũ puto, quasi vellent ieiunium obstentare minimè ieiunantes, sed quod magno studio, ac labore angantur affectantes ieiunij

C suum ab hominibus cognitum laudibus efferri humanis. Quòd si hypocritas vocat Christus, & in eos scandescit, qui cum verè ieiunent, ieiunij suum volunt hominibus conspicuum esse, & ab eis magni haberi, quanto magis hypocritæ censendi sunt, & è medio tollendi, qui cum nõ ieiunent, sed lautioribus, ac delicatioribus vtantur cibis, volunt tamen ieiunij cultores haberi, quales etiam suo tẽpore multos fuisse de-

D plorat Chrysostomus, atq; vtinam non multo plures his exulceratissimis temporibus, qui cuticulam curantes, & delicatissimo vino vtẽtes, ieiunare se simulant, & non modo populi auram, sed aurum, siti in extinguibili corradũt, ieiunij, religionis, & pietatis prætextu.

— *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ea propria merces cuiuscunq; operis iudicãda est satis, quæ ex partium conuentione ipsi constituitur operi, sic enim Dominus operario, A qui conuentioni factæ cum ipso, ei stare nolebat dixit: Nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Ita hypocritæ cõtigit, ipse suo arbitrio pro denario minimo, ex opere, præmio æterno digno, conuentionem cum Deo facit, nempè vt gloriolæ humanæ præmio ditetur, ita vt ab hominibus conspicuus, abstemius, & sanctus habeatur, & humanis laudibus in populo efferatur, miser homo qui in tantilla re fiduciam collocat! Si- B cut tela aranearum (inquit Iob de hypocritis loquẽs) fiducia eius. Videas aranea, summo studio ex intimis suis visceribus telas texere, vt tandem inuscis muscipulæ sint. Tales sunt sanè hypocritę, qui summo labore auram populi venantur, qui cum nihil aliud quærant quàm populi laudem, eam loco præmij consequũtur. De eiusmodi hominibus meritò dici potest, id quod Aggæus Propheta dixit: Qui mercedes con- C gregauit, misit eas in sæculum pertusum. Nihil magis ore vulgi pertusum, quod continere nõ valeat, ea quæ corde gestat, aure audiuit, oculis tanquam per fenestram accepit, quàm hypocritæ. Receperunt sanè mercedem suam. Nam merces illa à Deo parata, ijs qui recto animo recta faciunt, suo vitio sunt priuati, restatq; vt eam (dumtaxat) habeãt, quam venati sunt.

17 *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem, &c.* Quod autem ait vngendum esse caput, ex more loquitur Palestinorum, ac Iudæorũ, D qui exhilarandi animi gratia vnguẽtis vtebantur, idq; maximè dũ splendidis conuiuijs vacabant, tunc capita pretioso vnguento vngebãt, atq; hanc ob causam quidam arbitrantur mulierem illam in Euãgelio pretioso vnguẽto perfudisse caput Domini, vt illum defatigatum curis recrearet.

Differen.

Exterminare idem quod extra terminos pellere.

Hypocritæ similes mulieribus personatis.

Matth.20.

Hypocritæ aranеis persimiles.

Aggei.1.b.6

Palestini, & Iudæi exhilarandi animi gratia inguẽtis capita perfundebant.

Ioan.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A crearet. Et dum ad conuiuium Pharisæi recumberet Dominus dixit: Oleo caput meum non vnxisti, &c. At verò qui lugebant ab vnguentis, & lotione abstinebant. Sic Dauid post ieiunium, & luctū pro puero, quem pepererat ei Bethsabee, dicitur lotus, & vnctus, vt ex pueri morte lætitiam indicaret. Sic Ruth dictū est: Lauare, & vngere, & induere vestimētis cultioribus. Et mulieri Thecuitidi dixit Ionadab: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier plurimo iam tēpore lugens mortuum. Sic Iudith lauit, & vnxit se postquā clamauit ad Dominum. Per hæc autem verba non necessitatem vngendi capitis affert, sed hic sensus est, vt ieiunantes longè ab eo affectu sint, vt perspicuum fiat hominibus se ieiunare, sed dissimulent potiùs quàm ostentent ieiunium. Dixerat quondam Propheta: Hæc dicit Dominus
C exercituum; Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium, & lætitiam, & in solennitates præclaras: veritatem tantum, & pacem diligite. Hoc quod Propheta dixerat futurum populo Dei, nempè vt ieiunia in gaudiū essent conuertenda, veritate seruata, hoc (inquam) ipsum iam Seruator instituit, dum ieiunia nostra tanta cum lætitia fieri præcipit, vt potius homines, nostra ieiunia cōtemplan
D tes, iudicare possint, nos in lautissimis conuiuijs epulari. Veritatē tantum (inquit Propheta) & pacem seruate. Quid aliud est dicere, quā *Nolite fieri sicut hypocritæ, tristes, &c.* ieiunium mentientes, aut vltrà ieiuniū simulantes. Veritatem quidem ieiunij seruantes, nō potestis nō suprà modum gaudere. Nam eos qui ob mundi, aut propriæ laudis amorē quippiam agunt patiuntur vè, iustū est tristari, & corde dolere ob maximam iacturam quam faciunt, dum
A æternæ vitæ fructu priuātur. Sic poterant sponte hypocritæ, si mens illis non læuis fuisset, contristari, ob bona ex ieiunio deperdita, quę promereri poterant, si in Deum retulissent. At verò qui amore Dei, aut bona hilari mente operatur, aut mala cōstanti animo patitur, dignus proculdubio est, vt gaudio perfruatur interno, & magna cum lætitia, & iubilo dū in illis se se exercet, audiat è cælo Dominum tonātem: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Itaq; intentio Christi est in his verbis, & modum, & finem quem ieiunium cęteraq; iustitiæ Christianæ opera seruare debent, nobis ostendere, modum operandi ostendit dum hilaritatem, ex intimo cordis erga Deū amore procedentem, docet, dicens: *Vnge caput tuum, & faciem tuā lauа*: vt in operibus iustitiæ nos ipsos exercentes, nō modo in corde lætitiam habeamus, sed in corpore etiam exteriùs ostendamus, vt iam cum Dauide dicere possimus: Cor meum, & caro mea exul
C tauerunt in Deum viuum. Hilarem enim datorem (inquit Paulus) diligit Deus. Finem verò in quem omnia opera dirigere tenemur, ostēdit, dicens: 18. *Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo*, hoc est, nō teipsum in opere tuo quęras, vt cernāt homines facta tua, & gloriam ab ijs venetis, te enim ipsum vnà cū opere perdes. Attendite (inquit Christus) ne
D iustitiam vestram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis. Præcipit enim nobis, quòd in factis nostris omnibus, quæ vel soli, vel spectantibus alijs agimus, solum Deū conscium vellimus. *Sed Patri tuo*. His verbis fidem nostram explorat, fiduciamq; nobis cōciliat. Quoties opus iustitię à nobis exercetur, mētis oculos leuare tenemur, respicientes (vt ait Paulus) in authorem fidei, & remunerato-

Luc. 7.

Lugentes ab vnguentis, & lotionibus abstinebant.
2. Reg. 12.

Ruth. 3.

1. Reg. 14.

Iudith. 10.

Ieiunia in gaudium conuertenda.

Zachar. 8. d. 19.

Qui mundi, aut propriæ laudis amore capti operantur, tristari debēt ob maximam iacturam quam faciunt.

Qui mundo seruiunt iure tristātur, gaudent verò qui Deo seruiūt.

Matth. 5.

Quis finis & modus seruādus in iis quæ recte fiūt.

Matth. 6.

Deus solus conscius debet esse operum nostrorum.

A muneratorem. Si benè operātes in cælestem Patrē oculos defixos habeamus, humanam omnem gloriolam nihili facientes, à tanto tamq; amantissimo Patre fiduciam certam concipere possumus, quod pollicitum hæreditatis cælestis præmium, tandem sua gratia consequemur.

Et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Vnus est enim Pater vester cælestis, is tantus Pater qui lucē habitat inaccesibilem, qui intuetur renes, & corda. Homines quidem quæ foris sunt, vident, Deus autem intuetur cor: omnia enim sunt nuda, & aperta oculis eius, is videt in abscōdito, hoc est, in intimo cordis cētro: in intimo esse cuiuscūq; creaturæ, maximè rationalis, certissimum est, idq; per essentiam, præsentiam, potentiam, & sapientiam, vt eam conseruet, iustificet, atq; ad confirmatā perfectionem deducat. Is qui solus
C potens est, *Reddet tibi*. Vim vocis, *Reddere*, notemus. Quis prior dedit illi (ait Paulus) & retribuetur ei? Quid Domino ex ieiunijs nostris vtilitatis, ac commodi accedit? nihil planè. Quid ergo reddet? Reddere enim est, restituere alteri id quod ab ipso priùs acceperat. At licet Deus, nihil à nobis acceperit, tamen ex pollicitatione, quā fecit, se se omnia opera bona remuneraturum, vltrà condignum, operis mercedem reddet: quā primum enim videt, nos operibus
D præmio dignis insistere, tūc operis meritum, quasi in libro cælestiū rationū scribit, regum more, qui suis aulicis stipendia designant, suo tempore danda: pari quoq; ratione, sed lōgè maiori liberalitate Dominus, qui non obliuiscetur operis vestri, ac laboris, ieiunia, eleemosynas, orationes, vincula, carceres flagella, persecutiones, vniuersaq; tandē bona opera, quæ Christi serui in obse-
A quium ipsius, & gloriam faciunt, in libro rationum Dei, nempè in libro vitæ scripta sunt, vnà cū nominibus operantiū, ac eatum omnium debitor constitutus est Deus: tēpore autē præmij, quando Deus reddet vnicuiq; secundū opera suæ, præmium vnicuiq; operi designato liberalissimè reddet. Si, teste Iob, quasi in sacculo omnia peccata resignat, cū in delictis puniendis citra cōdignum, nostra iniquitate vrgēte, punire soleat, quare nō potius liberalissimus Dominus sua bonitate exigēte, bo-
B na, vltrà condignum, suo tempore reddenda, non seruabit, & in libro quasi in sacco signato reponet? Hęc merces est illa, quam suo præcepit procuratori reddere, in vinea laborantibus. Voca (inquit) operarios, & redde illis mercedem. Vbi *Reddi*, dicitur, id quod debebatur. Hoc modo loquendi audacter loquitur Paulus, dicens: Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus, in illa die. Et Psal. 61.
C Tu reddes vnicuique secundum opera sua. Et Psalm. 27. Redde retributionem illis. Retributionem quidem dicit, nam clementissimus ille Dominus, omnia illa quæ eius amore agimus, perinde accepta habere certissimum est, ac si ea nos ipsi, illi tribuissemus, ad quæ retribuendum nobis, se planè debitorem constituit, non quidem ob operis valorem, si rectè censemus, sed potius optimæ suę voluntati, qua
D se debitorem constituit, acceptum ferre debemus.

Matth. 23.

Tit. 6.

2. Reg. 16.

Psal. 4.

Deus videt in abscondito, reddet in manifesto, in fine cordis.

Rom. 11. d. 35

Deus ex nostris operibus nihil accedit ei.

Deus ita iuste rēdere, ex pollicitatione quā fecit, se se omnia opera bona remuneraturum.

Deus mouet nos ad opera bona, vt ea remuneret.

Matth. 20.

2. Ad Tim. 4 d. 8.

Psal. 61.

Psal. 27.

Retributionē reddere qualiter dicatur Dominus.

Deus qualiter debitorē nostrum seipsum cōstituit.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

Thesauri sũt diuitiæ sepositæ, & in longum tempus reconditæ.

19 NOlite thesaurizare, &c. Thesauri propriè sunt diuitiæ sepositæ, & in longum tempus reconditæ, quã Gazam Persæ dicunt. Communis fermè omnium expositorum mens est, & sententia, vt his verbis Dominus voluerit, tantum auocare mentẽ ab auaritia, tanquam à radice omnium malorum. Verùm si exactè rem considerare vellimus, facilè inueniemus non fuisse mentis Seruatoris nostri Christi, ad pertractatam virtutẽ de eleemosynis factẽ dis tantum redire, sed potius pulcherrima similitudine à diuitijs, malè seu benè asseruatis, ostendere, quãtiexistimanda sint, omnia iustitiæ Christianæ opera: & modum quẽ is qui diues est in fide, ac bonis operib⁹ seruare tenetur: ne bona tãdiu tãtoq; studio benè parta male collocata pereant, quin potius loco tutissimo seruata, thesauros sibi incomparabiles coacerbasse æternos intelligat. Postquã enim iustitiæ Christianę opera in treis partes Diuina sapientia distribuit, nempè in eleemosynarũ largitione, quæ vniuersa misericordiæ opera, sub eleemosynæ nomine excellentissimè comprehendit, in oratione quæ vnica virtus Deo Opt. Max. nos cõiunctissimos facit, in ieiunio, quo nostra corpora ad omne lasciuię genus effera, in spiritus seruitutem redigũtur. Quæ nimirùm opera ab oculis hominum longè separãda in exordio tractationis Dominus, sub grauissima cõminatione, docuit: *Attendite* (inquit) *ne iustitiam vestrem faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.* Vt ergo vltima primis respondeant, modum ostẽdere pergit, quo viri, qui Christianam philosophiam profitentur, cõmodiùs intelligant, quo in loco iustitiæ Christianæ thesauros recõdere omninò teneantur. *Nolite* (inquit) *thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur, &c.* Quibus sanè verbis pulchra, eaq; efficaci antitheſi Dominus vti voluit, qua duplex thesaurorum genus nobis ante oculos proponens, terrenorum, videlicet, accęlestium bonorum, alterum ex animo contemnere, alterum totis viribus nobis parare studeamus, docuit. Quasi

Oratio non principio nostra continuatur vsq; ad.t.

Ieiunij corpus in spiritus seruitutẽ redigit.

TEXTVS.

19 NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. 20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neq; ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furãtur. 21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 22. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumẽ quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?

Iustitiæ Christianæ opera in tres partes diuisa.

Eleemosyna vniuersa misericordiæ opera sub nomine inclusit.

Duplex thesaurorum genus Dominus nobis proponens, terrenorum, & cælestium prius contemnere, & alterum cõparare studeamus docuit.

Quasi dicat: Si libet thesauros immensos reponere, si animus est ditescere, eia agite: si verè diuites esse cupitis veras diuitias amate. Ostẽdam quippè vobis, quomodo id longe rectiùs assequi possitis, quã hominum vulgus summo studio nititur consequi. Antiquum vulgi morẽ, quo homines iure, vel iniuria diuitias coacernare nituntur, in primis fugite. Nolite recõdere vobis terrenos hos breuì perituros, varijsq; discrimini bus obnoxios thesauros, sed potius eos, quos ab omni periculo alienos in æternum permansuros certa fide cognouimus, in cælo thesaurizare nitimini. Duplici argumẽto Diuus Chrysostomus efficaciã huius persuasionis ostendit. Primò, quòd terrenos thesauros mille, & mille noxis patere ostendat, ita vt vlla quantumuis diligẽti custodia seruari nequaquam possint. Præterea cum terreni sint, rerum terrestrium conditioni subiacent, nihil enim humanarum rerum stabilitatẽ perpetuã polliceri poterit. At verò cælestes thesauros, quos virtutibus cõparamus, & tutissimos esse, & cũ cæli possessione æternitatem sibi coniunctam habere cõstat. Quis (obsecro) adeò stupidus inueniri poterit, vt nõ sibi magis thesauros tutos, & perpetuos eligat, quàm eos, quos varijs obnoxios periculis, & omninò tandem amittendos agnouit? Verùm idem D. Chrisostomus, atq; fermè omnes interpretes, hæc Christi verba, contra inhumanos seculi auaros dicta esse contendunt, quibus contra ire non præsumo, licet potius existimem, in eos qui populi gloriã in suis actionibus magis, quã Diuinam aucupari contendunt, sententiam fuisse latam. At si in auaros diuites eam referamus, inde secundum eundem Chrysostomũ præclarã huius persuasionis efficaciam inuenies, in co scilicet, quod inde Dominus ad eleemosynam cohortatur, vnde homines sibi metuentes ab eleemosynis maximè abstinent. Soleat homines vehementer timere, ne ob eleemosynarum largitionem pecuniam, quã magnis laboribus congregarũt, perdant: Dominus tamen hac ratione contrarium docet, nempè tunc temporis, nos maximè recondere pecuniam, ac tutam nobis seruare, cum in eleemosynarum largitione eam distrahimus. Immò verò, nõ solum thesauros ingentes ex parua reface re, & seruare docet, sed etiam è contrario omnem substantiã, maximis periculis expositã habere, nisi eam in pauperum vsus cõuertamus. Per similis est huic exhortationi, ea quã D. Paulus ad Timothæum scibens facit, dicens. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, benè agere diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, cõmunicare, thesaurizare, sibi fundamentum bonum in futurũ, vt apprehendant veram vitam. En Christus, & Paulus locum nobis tutum ostendunt, in quo recondere illud possimus, quod tàm perditè, tamq; insanè amamus: à quo loco cum discesseritis, nullum præterea aliũ, cui toto fidere liceat, reperiemus. Nullæ enim tã ferro munitæ arcæ sunt, nulli tã robusti parietes, qui ita tueri nostras opes, & à furibus, & à tineis, atq; ęrugine possint, vt sine solicitudine viuere liceat, quàm si in pauperum vsus illas expẽdamus, sic sancti illi Sixtus, & Laurentius Ecclesiæ thesauros, per manus pauperum, & miserorum in cælum collocabant. Discant iam diuites bonorum Dei fideles esse dispensatores: nam si quis potentissimus pariter, & æquissimus Rex œconomũ quẽpiam constitueret hac lege vt si ea, quæ illius fidei essent credita, ita distribueret, vt ei esset imperatum, eadem

Inde Dominus ansam accipit ad suadendam eleemosynam, vnde homines metuentes ab eleemosynis abstinent.

1. Timoth. vltimo.

Sancti Sixtus, & Laurentius Ecclesiæ thesauros per manus pauperum in cælum deportauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eadem centies multiplicata reportaret: sin fraude aliqua vteretur, non solum præmium vllum nõ referret, verùmetiã supremas pœnas daret, quid hunc censes fuisse facturum? Nimirùm maximum adhiberet studium, vt ne teruncio quidem fraudarentur ij, in quo creditæ sibi opes essent impendendæ. Quam obremẽ quia sciret hoc in summum suum commodum esse redundaturum. In hac ipsa diuites omnes sunt conditione. Si enim fideles in re sibi credita esse vellint, & cetuplum hîc, & in
B futuro vitam æternam sunt habituri: sed malunt stolidi omnia amittere, dum suæ auaritiæ studium sequũtur, quàm summa cum vtilitate Seruatoris Christi consilijs acquiescere. *Thesaurizate vobis, &c.* Obseruare oportet Seruatoris Christi benignitatẽ. Non enim dixit: Proijcite thesauros vestros (quod quidã ex ethnicis philosophis, quò faciliùs studijs vacarent fecerunt) vt in cælo liberiùs agere liceat (quod si præcepissetC faciendum tamen erat, ne à dignitate nostra discederemus) sed demittit se se ad imbecilitatẽ nostrã, & ea, quæ tantopere amamus, tantum abest vt auferat, vt etiã doceat, quibus artibus habere ea possimus maiori cum augmento, & securitate seruata. Sic cum Petrum, atq; Andream vocauit ad Euangelicum negotium, ne graue illis videretur, desserere piscandi artem, cui assueuerant, non solum dixit: Venite post
Matth. 4. me, sed adiecit, & faciam vos fieri
D piscatores hominum, non quidem abstulit piscationem, sed in præstantiorem cõmutauit. Idem & hoc loco fecit, nam non abstulit amatas diuitias, sed ostendit, vbi sine interioris hominis dispendio tuto collocarentur, & nos tàm vtilia monita, tã benigna consilia stolidi auersamur.

Diuitẽs Seruatoris consilijs acquiescere nolunt, in eleemosynæ largitione.

Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Hoc qui fecerit maximis sanè liberabitur angustijs. Videas quantis angebatur curis diues ille, qui cum multas haberet diuitias, maiores semper expectabat, benignitate Dei alijs diuitijs, alias addente, si forte aliquando satiatus ad impartienda suis proximis bona à Deo sibi credita, animum adijceret, atq; humanos induere mores inciperet. Audi ergo quid de eo dicatur: Hominis (inquit) diuitis ager vberes fructus protulerat, & cogitabat intra se, quid faciam? Hominis in angustia positi verba sunt hæc. Quid tandem consilij capiam, audi. Destruam horrea B mea, & maiora ędificabo. Contemplare hominis ingratitudinem. Acceperat à Deo copiosos fructus, is verò rependit agrestes mores, & inhumanos: promptũ enim erat cuiq; pio, & cordato viro dicere, explebo animas esurientium, aperiam horrea, omnes accersam egentes, & in tuto omnem meam substantiã, vnà cum anima collocabo. Hoc re vera est in cælum thesaurizare.

Luc. 12.

21 *Vbi enim est thesaurus tuus, &c.* Ac C si diceret: Vera est sententia, quæ etiã vulgo prouerbij vice iactatur: Vbi fuerit thesaurus, ibi & cor erit. Cor autẽ pro cordis affectibus summitur. Illud autem alicubi esse, est curam, cogitationem, spem, vel metum, totum deniq; animum alicubi esse. His quidẽ verbis Seruator docet, quare præceperit nobis thesauros in cælo recõdere, nempè vt cor nostrum in cælo semper versetur.
D Docuit quidem (inquit) quo pacto thesauros, quos tantoperè amatis, habere possitis immortales, sed hoc ob aliam magis causam admonui, ne videlicet corda vestra, quæ fruendo Deo sunt facta, læuibus hisce, ac momentaneis rebus, ac curis implicentur: quam obrem dicebat discipulis: Cauete ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius seculi. At opum, & diuitiarũ solicitudo

Cor, pro cordis affectibus aliquando sumitur.

Corde vbi a rebus cõtemplandis recedimus, non intelligimus & mouemur nisi excitati à Deo vocante.

A solicitudo nihil minus vsum rationis impedit, quàm vinum, & ebrietas: multo autem deterius est sordidare cor, quàm pretiosissimas gemmas in cœnum proijcere: quod qui facerent, eos errore mentis affici, ac insanos omninò iudicaremus. At ij profectò sunt insaniores, qui cor omni auro, & omnibus gemmis pretiosius in rem proijciant, tàm vilem tamq; contemptam. Cor cui, si mundum fuerit, visio Dei promittitur, eaquè immortalis, ac sempiterna. Cor, res ipso cælo præstantior. Cor, cuius studium esse debet
B versari cum Angelis. Nostra (inquit Paulus) conuersatio in cælis est, hoc (inquam) tàm pretiosum opus, ad tàm inania demittere, quã ingens scelus est, quantaq; dissipientia? Paremus ergo huic cordi (vt D. Lucas ait) sæculos, qui non veterascunt, thesauros non deficientes in cælis, quò fur non accedit, nec tinea corrumpit.

Vbi enim est thesaurus tuus, &c. Si benè perpendimus, his sanè verbis nobis Dominus indicare voluit, nostram fœlicitatem in præsenti vita initium sumere, si modo thesauros nostros in cælum collocamus. Anima nãq; nostra eius conditionis est, vt magis vbi amat existat, quàm vbi animat (vt concors Dionysij, & omnium axioma est.) At verò quando perfectiùs hoc illi cõtingere potest, quam dum proprium suum principium, & perfectum amoris sui obiectum, quod summum bonum est, amat. Hinc fit, quòd si thesauros tuos in Deum reposueris, ibi cum ipsomet Deo perpetuò cor tuum quiescet: quod sanè vnicum ac singulare præmium est in cælo thesaurizantis, quòd in hac vita haud dubiè inchoare possumus. Hinc fit, si rectè consideres, vt nulli ex nostris actionibus magis eximium pretium constitutum sit à Deo, quàm huic, quæ est verè in cælo thesaurizare, A cui datur semper in Deo corde animo, affectu, & desiderio, perfruere: quod nihil aliud esse credimus, quã fœlicem, etiam in presenti hac vita mortali esse. Rectè ergo hîc admonemur, recondere thesauros in cælo, vt horum thesaurorum amore cor ibi versetur, vbi proprius eius locus est.

22 *Lucerna corporis tui est oculus tuus, &c.* In veteribus Latinis exemplaribus, & in Hieronymo contra Luciferianos omittuntur, *Tui*, & *Tuus*. Et sententia quæ prouerbialis est, B sic habet, pluseulum dignitatis, si sit absoluta. Quasi dicat: Corpus vtitur oculo pro lucerna: quocunquè ambulas, oculus tibi dux est, non manus, venter, aut pedes. Et transfertur hæc similitudo, ab oculo corporis, ad oculum mentis, nempè ad affectum. Quemadmodum ergo, oculo existente simplici, hoc est, integro, puro, ac mundo, totum corpus lucem habet, vt non offendat, sed rectè suis gressibus C dirigatur, & rectè omnes suas corporeas dirigat actiones: ita corde nullis deprauato cupiditatibus, potissimum habendi, vel possidẽdi, omnes vitæ actiones puræ sunt ac mundæ, ritèq; peraguntur. Rursus quemadmodum oculo existente malo, hoc est, luscо, tenebricoso, aut aliquo pacto vitioso, totum corpus in tenebris est: ita & corde existente impio, & excæcato, nihil erit omnis vita, omnis affectus, nisi meræ te
D nebræ. Nequam ergo non prolibidinoso sumitur, sed pro vitiato, pituita, seu morbo alio, lippo aut luscioso. Variè quidem parabola hæc ad oculũ mentis transfertur à diuersis. Chrysostomus enim, ad oculũ mentem ipsam, quę potior, ac superior portio est animæ, referre videtur. Hæc enim suprema animæ portio, tanquam oculus omnes animæ

D. Hieronym. contra Luciferianos.

Ab oculo corporeo ad mẽtis oculum, id est affectum fit trãslatio.

Corde excæcato omnis vita, & affectus meræ tenebræ sunt.

Nequam oculus quomodo dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A operationes dirigens est, eo planè modo quo oculus iste corporeus omnes corporis motus dirigit, atq; gubernat. Hæc (inquam) mens si pura fuerit, totum corpus lucidũ erit, hoc est, omnes animæ vires, & hominis operationes, claræ omninò erunt, & à peccati maculis puræ. Si verò mẽs ipsa, quę reliquis viribus, ex se se tenebrosis, lumen præbere debet, queq; omnium operationum est causa, fuerit vitiata, omnes animæ vires tenebrosæ planè erunt,
B quia nihil rectè agere valebunt. Omneſq; operationes ab inferioribus potentijs factæ, tenebrosæ quidem erunt, quia tenebris peccatorum inuolutæ, & lumine rectæ rationis destitutæ omninò erunt. Hinc euenire solet, vt multa & grauia committant homines peccata, quæ nec peccata quidem esse intelligunt: nã (testante Christo Seruatore) qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Non cernis, si quis in obscura
C nocte, quæ densis nubibus obsita sit, nec vllo lumine, aut stellarum adiumento iuuetur, iter agat, vt omni penè momento impingat? Sic ij, quorum mentis lumen obscurum, & tenebrosum est reditum, ex humilium, ac terrenarum rerum consuetudine, nihil rectè facere possunt, & quò expedire se magis arbitrantur, in plures se quotidiè laqueos inducunt. Hæc enim est digna eorum merces, qui à Deo, & ab optimè constituta ab eo natura
D recedunt, & suas sequuntur appetitiones.

Si oculus tuus (inquit) *fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Contra scilicet, atque illis accidit, quorum nunc meminimus. Sicut enim ijs, qui in tenebris agunt, tenebrosa omnia, atque aberrantia sunt, sic ij, quorum oculi (vt ait Salomon) recta vident, dum omnia, tanquam in luce, sic proposito eorum oculis, Diuinæ voluntatis lumine faciunt, totum factorum suorum corpus lucidum habent. Iam quod sequitur, *Si ergo lumen quod in te est, &c.* sic accipe. Si ergo mens, quæ data est ad hoc, vt animam totam illuminaret, fuerit tenebrosa, reliquæ animæ vires, quæ ex se se sunt tenebrosæ, quàm iam erunt tenebrosæ totę, hoc est, quàm multipliciter, & grauiter omninò versabuntur in tenebris peccatorum?

Est sanè annotatione dignissimum, id quod obiter hic admonet Dominus, nempè præcipuam harum tenebrarum causam, diuitiarum appetitionem esse. Postquam enim dixit: *Vbi est thesaurus tuus ibi, & cor tuum est*, significans eorum cor defixum esse in terra, qui thesaurizant in ea. Ostendit dicti rationem, similitudine à rebus externis sumpta, vt inde agnoscatur, quàm graue malum siet cor terrenis maculare rebus: mente namq; rerum terrenarum cupiditate corrupta, & maculata, ac obid sui luminis claritate omninò destituta, quid iam spei de fœlici rerum successu homini erit? Nam reliquę hominis vires magis ac magis tenebris inuoluentur, & operationes illius omnes, peccatorum tenebris conspersæ erunt. Qui enim (teste Diuo Paulo) volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.

Chromatius Episcopus in expositione. 5. & 6. cap. Matthæi, dum interpretaretur hunc locum, eò fermè tendit, quanuis porius lucernam hanc fidem esse testetur: dicit enim lucerna corporis sensus mentis, & fides cordis intelligitur. Quæ si in nobis pura, & lucida fuerit, sine dubio omne corpus nostrum illuminat,

Ioan. 11.

Peccata grauia plura cõmittũt, quæ talia esse ignorantur.

Obscuratum habentes intellectum quibus laqueis irretiti maneant.

Prou. 4.

Tenebrarum intellectualiũ potissima causa, diuitiarũ appetitus.

Hic. cath.

Matth. 6.

Lucerna corporis, fides mentis, & fides cordis intelligitur.

D. Augustin. Quibus intentionem hominis significatur posse esse claram, & sordidam.

A nat. Ideirco autem lucerna in comparatione fidei ponitur, quia sicut lucernã incedentium in nocte, gressus illuminat, ne aut in foueas, aut in offendicula quæq; ambulantes incurrant, ita in hac seculi nocte, splẽdor fidei omnes vitæ nostræ gressus, pręunte lumine veritatis, illuminat, ne aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diaboli incidamus. Hoc est ergo, quod ait Dominus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus, &c.* Idem etiam Chromatius per oculum Episcopum intelligit: Per oculum (inquit) corporis, qui est membris omnibus pulchrior, ac pretiosior Episcopum aduertimus significatũ, qui clara fidei suæ ac doctrinæ prædicatione, velut oculus quidam Ecclesiæ corpus illuminat. Qui si per simplicem fidem, ac sanctam conuersationem Catholicus, & fidelis doctor extiterit, potest populus, cui præest, doctrinæ ac formæ ipsius exemplo, in lumine semper manere.
C Verùm si is qui lumen cæteris præbere videtur, per prauã fidem, aut per turpem conuersationem, nequã & peruersus doctor extiterit, sine dubio, vitæ ac perfidiæ suæ exemplo, totum corpus potè it tenebrosum efficere. Vnde non immeritò de tali oculo Dominus dicit: *Si lumen quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Hoc est, si huiusmodi doctor, qui lumen fidei ex se præbere cæteris debet, per hæresim obcæcatus, tenebrosus extiterit, quan-
D tæ in populo illo possunt esse tenebræ peccatorum? Hæc Chromatius. Verùmenimverò quanuis hæc præsentis loci interpretatio pia sit, Diui tamen Augustini explicatio mihi meritò, cæteriſq; interpretibus, magis ad rem facere videtur. Qui per oculum intentionem hominis intelligit, quę si munda, simplexque fuerit, nullam terrenæ cogitationis maculam habens, sed ipsum Deum tantummodò respiciens, om- A
nia profectò opera nostra, quæ hac pura operamur intentione, clara sunt & incida, si verò illa appetitione rerum temporalium sordidata fuerit, haut dubiè, omnia opera nostra obscura, ac tenebrosa erunt, quantumuis lucida apparere videantur, & bona, atquè eiusmodi tenebris omnes animæ vires facilè replebuntur. Hæc sunt quæ paulò antea dicebamus, nempè ea quæ Seruator noster proposuit post orationis, B
eleemosynæ, atquè ieiunij tractationem, eò omnia tendere, vt modum, & intentionem, quam philosophiam Christianam profitentes seruare tenentur ostendat. Hinc est, q̃ statim à ieiunij tractatione, quam vltimam virtutem posuit, ostendit nos in cælum harum virtutum thesauros debere totis conatibus reponere. Modum autem tutissimum reponendi, & in tuto collocandi pretiosissimos hos thesauros (quos tanquam omnium virtutum claues pro
C posuit) ostendit, docens intentionem, quam in cunctis nostris seruare tenemur actionibus, talem esse omninò debere, ac est illius, qui recto gradu ad optatum peruenire cupit finem, nempè, vt puro ac claro oculo quò tendit agnoscat, & videat: si verò oculo cæco dirigatur facilè sibi præcipitium asciscet. Intentio enim, tanquam oculus, actiones omnes nostras dirigens est, quæ
D si tota in Deum feratur, nihil est quod ipsi Deo magis placere possit. Ipse enim Deus, non quid offeratur à nobis ad ipsum colendum, sed qua mente offeratur attendit. Affectus quidem est, qui pretium rebus impo nit: Affectus tuus (dicit Ambrosius) nomẽ imponit operi tuo, quomodo à te proficiscitur, sic æstimatur. Et alio loco: Dominus (inquit) non obsequiorum speciem, sed puritatem quærit affectus. Sic ab idiota quoq; quærit affectus

Affectũ Deus attendit.

D. Ambrosius. lib. 1. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A viro cū primis pio scriptū est. Quod non ieiunium, oratio, eleemosyna est via recta omninò, sed amor, & dilectio est via rectissima, absq; deuio, via breuis absq; tædio. Cui subscribens D. Bernardus: Non materia (inquit) nec exitus actuum, sed intentionis propositum culpas discernit, & merita. Quam intentionem alibi vocat faciem animæ, ex qua primùm rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis æstimatur. Ante quem etiam Theodoretus, scopo (inquit) & proposito bonū, & malum indicatur, quod multis ex scriptura productis exemplis posteà planum facit. Et post eum Ionas Aurelianensis Episcopus, pleraq; in eam sententiam scribit: Quid? Adeò verum hæc cunctis nota est, vt in omnium ore versiculus ille feratur.

Quicquid agunt homines, intentio dirigit illos.

C Sic quoq; D. Gregorius hanc Christi sententiam: *Lucerna corporis tui est oculus tuus, &c.* interpretatur ita vt per oculum intentionem (cum Diuo Augustino) significari dicat, per corpus actionem cuiusq;. Lucernam itaq; corporis esse, oculum est per intentionem iudicari, manifestumq; fieri, cuiusmodi sit actio cuiusq;: nam si bona est intentio quod agitur bonum esse constat, si verò mala, malum quod agitur erit. Eusebius quoq; Emissenus, non secus locum hunc de lucerna interpretatus est, cuius hæc sunt verba: Sola intentio facit, vt opera nostra, vel bona, vel mala, Domino appareāt. Potest enim vnum fieri, & simile opus, vt non vna intentione fiat. Palām enim eleemosynam dare, in angulis, & plateis orare, ieiuniū exercere, hæc bona, & non bona intentione fieri possunt. Si enim hæc ideòfacis, vt ab hominibus videaris, & hominum laudes veneris, non est sanè bona intentio, si verò ista omnia, aut quodlibet horum operum eo animo facis, vt cæteris bonum exemplum tribuas, vt Deus inde glorificetur, bona intentio est. Sic igitur in omnibus bona intentio, quasi oculus purus desiderādus est, quæ si bona fuerit, totum corpus virtutum, totaq; massa operationum lucida erit. Sic ab Hieronymo scriptum legimus: Si ita martyrium fecerimus, vt nostras vellimus ab hominibus reliquias honorari, sermonem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram, vsq; ad mendicitatem propriā dederimus, huic operi, non tàm præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ. Tantum igitur intentioni à sanctis Doctoribus tributum legimus, vt bonam voluntatem sufficere dicerent ad meritum, actionem verò requiri ad exemplum.

D. Bernard. Epist. 69.

Intentio facies animæ, bona vel mala.

Theodoret.

B

Ionas lib. 3. de cultu imaginum.

D. Grego. lib. 23. mor. d. cap. 13.

D. August. in serm. Domini in mon. lib. 2.

Per corpus actionum cuiusq; signatur.

Euseb. Hom. 3. in nata. vnius Confessoris.

D

Intentio qualiter, & bona, & mala esse possit.

D. Hieron.

Martyrium sine intentione tollere nō meritum, sed pœna dignū existimandum.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

24 NEmo potest duobus dominis seruire, aut enim vnū odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. 25. Ideò dico vobis; ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. Nōne anima plus est quā esca: & corpus plusquā vestimentum?

24 *Nemo potest, &c.* Ad eandem sententiam pertinent hæc verba, in quā & superiora sunt dicta, semperenim ad tres illas virtutes (omnium aliarum fundamenta) rectè exercendas, multis efficacissimisq; argumentis hortatur Dominus. Cum enim in præcedētibus monuisset, dandam esse operā, vt mentis oculus

A oculus purus seruaretur, atq; intētio recta ad Deum ipsum in ijs exercendis virtutibus dirigeretur, ne terrenorū curis, & tenebris offuscarentur: hoc autem ob eam causam faciēdū, vt rectiùs Deo seruiamus, ciq; adhereamus. Ostēdit

B nunc fieri aliter hoc non posse, nisi insatiabilis illa habēdi cupiditas, quæ homines crudeli tyrannide irretitos tenet, omninò relinquatur. Quibus verbis videāt ij, qui nihil aliud quā opes cogitant, atq; indefesso labore procurāt, quàm periculoso constituti sint gradu, qui censent, ac sibi persuadēt, se vtrūq; videlicet, & diuitias coacernare, & Deum seruire simul præstare posse. Et tamen definita veritatis

C sentētia est: *Nemo potest duobus dominis seruire.* Hæc Christi sentētia prouerbialis est, desumpta à Domino è sententijs prouerbialibus, apud vulgū receptis, ex qua in ore omniū versata sentētia excludere omninò conatur Dominus eorū cogitationē, qua quis obuiam dictis ire possit. Cogitare enim multi poterant, quid si & in cælo, & in terra pariter thesaurizemus? Nōne si cor nostrum vtriq; hominis parti, nēpè corpori, & animæ inseruiret, & sic cor, & in cælo, & in terra cōstitutum haberemus?

D Sic enim videbimur non incidere in grauissima illa damna tenebrarum, quæ nobis cōminatus est Dominus. Huiusmodi ergo cogitationibus appositè Dñs prouerbiali hoc sermone respondet: *Nemo potest duobus dominis seruire.* Quibus ostendit nullo pacto posse animam in diuersa esse distractā. Sed si omninò cupiat quietā, & tranquillā vitam agere, anxiā terrenarū rerū solicitudinem, omni diligētia fugiat oporter, omneq; curam gerat, vt rectā cū Deo (quia ipsi cura est de nobis) cōscientiā habeat, ab eoq; tota in omnibus sibi necessarijs pendeat, quia ipse dat iumētis escam ipsorū, & pullis coruorū inuocāntibus eum. Quia verò auaritia est, B vt aliorum vitiorum, ita & curarū, atq; solicitudinum omnium seminarium: hanc præcipuè à mentibus nostris eliminare contendit, vt radicē penitùs euulsa, curarum, & vitiorū rami ab ea pullulantes, cum ea pariter euellantur. Hinc est, quòd Græci appositissimè auaritiam omnium vitiorum metropolim esse testantur, quod ad eam omnia vitia confluant, vt illi vnum quodq; suo modo famulentur. Ideò Seruator vt crudelissimam hanc dominam, è Christianorum limitibus expelleret, multis ac grauissimis rationibus nos hortatur ab illa cauere. Prima ratio, quia tyrannicum in nos exercet dominium, cui parere impium est, atq; contra iusiurandum, quod vero ac legitimo Principi, ac Domino præstitimus. *Nemo* (enim) *potest duobus dominis seruire.* Cum domini diuersi sint, atq; diuersis inter se se moribus dissideant, qui fieri

D potest, vt vtriq; pari studio, atque obedientia seruire quis valeat? Si alter flere, alter loqui, alter fiere, alter ridere, alter strenuè laborare, alter ludere, & otiari iubeat, quomodo quisquam hæc inter se pugnātia imperia exequi poterit? Quam aeriter autem duo isti domini, Deus, & Mammona, hoc est, diuitiarum cupiditas, inter se pugnant,

Pſ. 146. d. 9.

Auaritia omnium vitiorū metropolis iuxta Græcos.

Ad fugiendā auaritiam ratio, quia tyrannicum in nos exercet dominium.

Dominis duobus inseruire non possumus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A varia vtriusq; imperia declarãt. Alter liberalis est, alter auarus: alter misericors, alter crudelis: alter benignè largiri, alter tenaciter seruare iubet: alter dandi, alter rapiendi magister: alter vult, vt omnes sua liberalitate viuant: alter vni sibi viuere cupit: alter terrena omnia contemnẽs, solam virtutis rationem habet: alter cętera parui pendens vni pecuniæ studet: alter aquilæ instar superiora petens in cælo conuersatur, alter cælestia deserens, serpẽtis more terram comedit cunctis diebus.

B Deniq; alter ad omnia bona nos stimulat, alter contrà, ad omnia mala non inducit. Quî ergo fieri potest, vt vnus atq; idem minister duobus ijs Dominis, simul contraria prȩcipientibus, obsequium præstet? Fieri nequit, vt intra cordis hospitium ambo simul recipiantur. Hoc ipsum erat, quod Euangelicus ille Vates Isaias, Iudæorum auaritiam, & idolatriam detestans, ob quæ mala meritò ab ipso Deo expellebantur, dicens: Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, palliũ breue vtrumq; operire non potest. Ac si apertiùs diceret, Stratum quietis meę, cor vestrum esse exoptabam: at idolatria, & auaritia lectũ iam possident, ideò meæ requietionis locũ, vestra malitia compulsus, deserere cogor. Pallium breue, ideſt, vestis stragula, & lodix ipsa brevis est, & curta, non potest regere vtrũq; me,

D & mammonam: me, & diabolũ: me, & mundũ. Hoc Sopho. c. 1. dixerat: Destruam eos qui iurant in Domino, & iurant in Melchom, ideſt, eos omninò destruam, qui nomina sua Deo dantes, Melchom simul nomina sua dare nõ verentur. Hoc ipsum erat, quod Elias Prophęta populo Israëlitarum magna cum excandescentia dicebat: Vsq; quò claudicatis in duas partes? Si Dñs est Deus, sequimini eum. Si autem Baal, sequimini illũ. Exod. 8. Præceperat Dominus populo suo, vt sibi in deserto sacrificium offeret. At Pharao eos dimittere nõ volebat: benè quidem, licet inuitus, patiebatur, vt Domino sacrificarẽt, verùm hoc in terra sua facere præcipiebat, ne extra dominium ipsius egrederentur: quod cõsiderans Moses, videns iustè id fieri non posse, vt simul Deo, & Pharaoni obedientiam præstarent, ait: Nõ potest ita fieri, abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? Sicut nullo pacto B fieri potest, vt Deus, & Pharao simul obediantur, ita nec Deus, & Mammona simul parendi sunt.

Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Ad rectum ministerium exercendum, duo maximè in ministro requiri, his verbis ostendit Dominus. Vnum est, vt bonum erga dominum, cui ministerium impendere tenetur, affectum habeat: al C terum verò, vt obsequium, & officium fidele præstet. Quo adprimũ, vbi bonum notat affectum, sine quo recto, ac fideli ministerio multũ detrahitur, dicit: *Aut vnum odio habebit, & alterum diliget.* Quo ad secundum, nempè ad officium, & promptũ obsequium Domino præstandum, ait: *Aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.* Si amat, quantunuis dura, & aspera, in obsequium Domini sustinebit. Si verò odit, etiam si æquissima famulo prȩcipiat contemnit. Ex recto ergo, aut prauo affectu, bonum D seu malum ministerium in priuatis etiam famulis proficisci videmus.

Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Est enim alicui seruire, prorsus animo te illi addicere. Nulla sanè præclarior seruitus, quàm quę Deo ipsi præstatur seruitutem enim illã in libertatem veram commutamus. Cui seruire regnare est. Filij quidẽ Dei efficimur, & regni cohæredes Christo.

Seruire ei cui est animo se illi addicere.

Seruire non regnare esse.

Luc. 3. d. 2. A Christo. Nũc (ait Ioannes) filij Dei sumus, sed non dum apparuit quid erimus. Quid (obsecro) quia cũ apparuerit, & similes ei erimus, tũc vidèbimus eum sicuti est. Quid igitur agnoscemus esse hæredes quidẽ Dei cohæredes autem Christi. Vi-

Seruitus in gloriosam libertatem cõmutata. des seruitutem in gloriosam libertatem cõmutatam: Vbi spiritus Domini ibi libertas. Meritò is cui hæc fœlix libertas contigit, cum Paulo gloriari poterit, dicens: Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Et cui potiùs seruitium ex animo impendere

Phil. 2. B iure tenemur, quàm ei, qui cũ in forma Dei esset (teste Paulo) non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Non est quod hîc immoremur ostendendo, quantis nominibus Deo inseruire teneamur: cum hoc cunctis, qui Christianam ingressi sunt religionem, cõpertissimum sit. *Aut Mammonæ seruire.* Quid (obsecro) est? Mammona Hebræa vox est, quę diuitias significat, quoties diuitias notare volebãt Hebræi, hoc nomine Mammonæ indi-

Mammona Hebræa vox diuitias significat. C cabant, quem diuitiarum Deum vocabant. Est etiam Mammona Chaldaica dictio, quæ significat idẽ quod Græcis, *Plutos*, hoc est, diuitiæ. Vndè & lingua Punica Mammon, dicitur lucrum, teste D. Augustino. Hunc Mammonã quid sit alibi, Christus ostẽdit, Mammonam iniquitatis ipsum appellando: ac si diceret, Hebræorum more, ipse iniquissimus.

D Rectè quidem Dominus Mammonam, quæ res quidem mortua est, & nulla, quasi dominium quendã habentem ponit, & cum Deo ipso conferr, vt videamus, quam cõpositionem, aut conuenientiam, infima, aut ferè nulla res, cum Deo superno habere possit, vt indè videant homines studium Mammonæ exhibitum, veram esse seruitutem, tàm indignam libera, ac generosa hominis natura, quã indignus sit Mammona, vt Di- A uinis honoribus colatur.

Seruire dicit, quia aliud est pecuniæ seruire, aliud verò pecuniam possidere. Possidere enim dominorum est, seruire autem mãcipiorũ. Quid igitur est, quod hominẽ liberũ vertit in mancipium? Certè immoderatus pecuniæ amor. Nihil est, quod magis cor irretitum habeat, quã vehemens erga rem aliquam affectus. Hoc certè est, quod parũ antea Seruator dicebat: *Vbi est* (inquit) *thesaurus tuus ibi, & cor tuum est.* Cum ergo auari hominis thesaurus ipsa pecunia sit, ibi (haudduble) etiã cor eius est, ibi curæ, & cogitationes, ibi desideria, ibi tandem summa eius fœlicitas collocata est. Qua ergo ratione hîc in vno Deo cõquiescet, quomodo illum toto corde diligere potest, qui totũ pecuniæ amore occupatum habet? Hoc verè est nõ pecuniam possidere, sed pecuniæ seruire, non diuitiarum Dominum, sed seruum, & mãcipium esse. Sic enim Regius Vates illum vocat, cum ait: C Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis. Prudẽter eos viros diuitiarum, non virorum diuitias, quasi carum dominos, sed viros diuitiarum, quasi seruos illarũ appellat, quorum omne studium in parandã, & cumulanda pecunia versatur. Intimo cordè lugenda est eorũ dementia, eò quòd non agnoscãt eam seruitutem, quã patiuntur ij qui pecunijs seruiunt: & qui maiori seruitute in parandis diuitijs premũtur: D ij minus illam sentiunt, cũ addictissimi pecuniarum serui sint, & eos seruos imitantur, qui tanta suos dominos charitate prosequuntur, vt seruitutem, quam illis præstant, pro regno habeant. Sic ij tunc se regnare opinantur, cum plenam seruiunt seruitutem, quæ quanta sit, si contemplere, nullum inuenies manci-

Seruire pecuniæ, & ipsam possidere quid.

Pecuniæ immoderatus amor hominẽ mancipium reddit.

B *In hoc cap.*

Auari, thesaurus, cura, & fœlicitas in pecuniã sita est.

Auari diuitiarum mancipia.

Psal. 75.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

piorum genus tàm miserè oppressum, quàm ij sint. Alij antequã sub dominorum sint potestate, liberi sunt, quanuis interea dominũ quærant, cui seruiant. Ij verò pecuniarũ serui sunt priusquã eas inuenerint, posteà verò quam nacti sunt, ita sub iugum aguntur, vt ab eo collum excutere, posthac nunquam liceat. Quid? Quod mõstruosa, & ænigmati similis res illis accidit, nam dominum cum inuenerint, maiori illum studio quærunt, quàm ante illum inuentum, dominum habẽt, & adhuc quærunt: quare duorum dominorum, sed qui eadem præcipiant (ne contrarium quid dicere videamur Domini verbis) serui sunt? & seruitutis pondus ita duplicatur, vt nescias vter duorum illorum dominorum illis durius imperet: nam habitas iam diuitias ita seruant, vt contingere nisi summo cum pallore, nõ audeant. Ij sunt enim de quibus sic, ait Salomon: Est aliud malum quod vidi sub sole, & quidẽ frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud: hoc vanitas, & miseria magna est. Si sacræ res essent, quę contingi à prophanis non possunt, non ita abcarum contactu abstinerẽt. Quamobrem? metuunt, ne, si quid ex reposita pecunia comminuatur; *Vilem* (vt ait Poëta) *redigatur ad assem*. Et sæpè accidit res miseranda, vt enim tutiori loco recondant terræ infodiunt, & in eo loco, quẽ imaginari nemo facilè possit, quod non est aliud, si rem consideres, quam ita vehemẽter amatum dominum sepelire, ea conditione, vt nunquam illum amplius sint conspecturi, & sæpissimè fit, vt moriantur antequam contingat reuisere. Quis nos miretur facta tàm diuersa, tamq; parum sibi constantia? Pecunias, quarum amorem, & Deo, & suæ ipsorum saluti anteponũt, amittendi metu perpetuò amittere. Et hoc quidem de iam paratis opibus, de quibus longè plura dicere facilè possem. At verò parandæ nihilo minoribus conficiunt curis. Deus bone quantæ, quàm multæ, quam miræ quotidie, aut singulis potiùs horis, ac momentis (nunquam enim aliud quippiam illorum mens versat) machinæ excogitantur, vt ferũ hunc, & immanem dominum liceat inuenire. Nullis parcunt laboribus, nullis vigilijs, insomnes ducũt noctes, nulla recusant subire pericula, peregrinas regiones, terra mariq; perlustrant. Gloriari possunt cũ Paulo, sed nõ quemadmodum Paulus, & dicere: In itineribus sæpè, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in laboribus, & molestijs, in vigilijs sæpè, in fame, & siti, in ieiunijs sæpè, in frigore, & nuditate. Hęc enim omnia, quę Paulus pro Domino suo Christo perpessum se fuisse gloriabatur, & his plura etiam ij pro pecunia, crudelissimo tyranno, per totam vitam patiuntur: sub nulla tamen spe consequendæ mercedis vllius præter gehennam, & incendia sempiterna. Quem seruorum reperias, eorum etiam qui ad metalla sunt damnati, qui tàm desperatam agat seruitutẽ? Intã occupata verò seruitute, quis locus, quod spatium relinquitur seruituti Dei, cum omnia tempora, omnia loca, omnes animi motus occupet hæc diuitiarum cogitatio? *Non potestis* (ergo) *Deo seruire, & Mammonæ*. Quę participatio (inquit Paulus) iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Quę pars fideli cum

Auri pecuniarum serui priusquã eas inuenerint.

Seruitutis molestia in auaris duplicatur.

Auari, amatum dominũ, nempè pecuniam sepeliunt.

Auari cogitationes, & solicitudo, labores, vigilie, pericula, & peregrinationes.

Quæ sollicitudines Paulus pro Christo se gloriatur perpessum, & auari pro pecunia tolerant.

Eccles. 6. a. 1

2. Reg. 5.

2. Cor. 11.

2. Corin. 6. c. 14.

cum infideli? Qui consensus templo Dei cum idolis. Nõ potest arca Dei in templo, cum Dagone consistere: Dagonem ante fœderis arcam corrueri, necessum omninò est.

Illud quoq; obseruare licet, appellationem pecuniarum, quã Hebræi Mammonam vocant. Græcis (vt diximus) vocare, *Plutum*, quo nomine poëtę etiam appellant eum, quẽ fingunt Deum esse infernorum, vt intelligatur, eos, qui pecuniæ seruiũt, iam iufernum (ò terrificam rem, & quæ perterrefacere omnes debeat) in hac ipsa vita regnum repræsentare: hæc verò si Christianum hominem non permouet, quid illum mouere aliud possit? Audire se pecunijs seruientem, inferno Deo (vt sic dicam) seruire. Nec dubitãdum est, eos, qui hic illi seruiunt, in eiusdem potestatem, in futura vita esse venturos.

Illud etiam est obseruandum, nõ dixisse Dominum, non posse nos habere diuitias, & seruire Deo: nam multi, maximè Patriarchæ ille Abrahã, Isaac, & Iacob, ditissimi fuerunt, & tamen ita Deo grati, vt non erubesceret Deus (quemadmodum ad Hebræos dicit Paulus) vocari eorũ Deus: Ego sum (inquit) Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Sed dixit, nõ posse nos vtriq; seruire. Non quidem seruit diuitijs, qui illis vtitur, quemadmodum, & quoties opus est, habetq; eas pro instrumẽto, atq; exercitatione virtutum, estq; earum Dominus: at ij seruiunt, & miserrima mancipia sunt, quos supra commemorauimus, qui subiecti magis illis sunt, quàm vilissima quæuis mancipia suis dominis, & eas reuerẽtur, atq; adeò pro Deo habent, vt vno verbo supremam seruitutem complectamur. Factus est homo, vt non solum sensu carentibus rebus domineris, sed animantibus etiam omnibus: tu verò etiam sponte teipsum infrà omnia animata, & inanimata dejcis, nec tantæ te pudet ingominiæ? Aurum, & argẽtum creatum à Deo est, vt illorum vsu honesteris, & iuueris in omnibus vitæ necessarijs, & tu illi humile mancipium vis fieri? Hæc est itaq; prima ratio, ob quam diuitias amare dehortatur Dominus, nẽpè quia crudelissimam tyrannidem in nos exercent, adeò vt pro Deo illas habeamus, & colamus. Hinc est, quòd Paulus auaritiam idolum appellat, dicens: Auaritia est idolorum seruitus.

25 *Ideò dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, &c.* Posset quispiam apud se cogitare, si in terram thesaurizare nõ licet, nec cor in terra defixum habere, sed nec Mammonæ seruire, hoc est, nec congerendæ pecuniæ me addictum esse omnino oportet, quid sum iam facturus, qui vxorem duxi familiam honestã alo: filios educare oportet, filias nuptui tradere, sed & quotidianus victus, ac vestitus quotidie mẽtem torquet, nouamq; solicitudinem, quæ velut calcar est, nobis ingerit. Quis hæc cogitans pacem, ac tranquillitatem animi seruare potest? Quis non his curarum aculeis animum vulneratum sentiet? At cælestis medicus, hãc cordis nostri plagam curare nititur, ad quod efficiendum, omnem anxiam solicitudinem, tanquam venenum totum cor inficiens, expellere conatur, dicens: *Ideò dico vobis ne soliciti sitis, &c.* significans eiusmodi solicitudinẽ, etiam cor in terra figere, & proindè lucernam mẽtis vitiare, pertinere etiam ad seruitutem Mammonæ, ideoq; ipsi Deo puram seruitutem, impendere minimè posse. Cùm igitur Deus hanc seruitutẽ tãtis sibi debitam nominibus ab ijs, qui Christo nomen dederunt, prærequirat omnia, quæ ipsis quoquo pacto impedimento esse possunt, è

Homo, Dominus factus est sensibilium, & sensu carentium: ipse autem animatis, & inanimatis creaturis se submittit.

Auaritia idolum appellatur.

Ephes. 5. d. 20.

Quibus curis animi hominum diuexentur.

Omnis anxia solicitudo è cordibus nostris propellenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A medio euellere conatur. Nihil est, quòd potiùs animum torqueat, atquè distractum habeat, quàm anxia solicitudo, quam habere frequenter solēt ij, qui (plusquam par est) in proprium amorē studiosiores sunt, cum potius omnes debeamus vires impendere, non in minimis, sed in maximis, nēpè in regni cælestis acquisitione. Primū quærite (inquit) regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.

Hic d.33.

Notare libet in primis, quòd illa B Christi verba: *Ne soliciti sitis, &c.* nō ad omnes omnium ordinum homines spectant, sed ad eos solum dirigūtur, qui postquā Christo nomina sua dederunt, cælesti spiritu hausto, Dei filij meritò nominātur, & sunt: hoc enim in sequentibus Christus ipse notat, dicens: *Scit enim Pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis.* Quicunq; igitur filij Dei sunt, qui Dei regnum, & iustitiam eius, nempè leges, quæ nos ducunt ad ipsum, studiosè quęrunt, ij planè, omni solicitudine deposita, Deo vacare iubē- C tur, cum Deum Patrem agnoscant, qui plusquam paternam filiorū suorum curam gerit. Quam rem omnia Diuinarum literarū volumina manifestè testatur. Sic Dauid testatur: Iunior fui, & enim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semē eius quærens panem. Et alio in loco: Diuites (seu vt alia translatio habet) Leones eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum, nō deficient omni bono. Ad pios igitur, & ad eos, qui filiorum Dei nomina sortiuntur, hæc doctrina dirigitur. Deimprobis namq; alibi Dominus ait: Non pascam vos: quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur, & reliqui deborēt vnusquisq; carnem proximi sui. Sed iam secundam rationē, propterquam nō modò ab studio auaritię, sed etiam à solicitudine habendi, etiam necessaria dehortatur Dominus, in sequentibus videamus. *Ego dico vobis.* Promissio Diuina est, qua nos securos omninò reddit liberalitatis suæ erga nos. *Nihil soliciti sitis animæ vestræ, &c.* Anima scripturæ more, & phrasi Hebraica, pro vita ponitur, quemadmodū, & alio in loco: Qui amat animam suam perdet eam. Sic D. Augustinus interpretatur. Verùm antequam ad argumēta, quibus hic Dominus vtitur procedamus operępretium erit videre, quam solicitudinē his verbis Dominus prohibere contendat. Si Græcæ vocis vim considerem, de qua solicitudine Dominus verba faciat accipiemus. Hic pōnitur, *Merimnao*, quod propriè significat corde anxium, & distentum esse ob aliquam rem, cogitationem illam vehementē, non externam diligentiam notare videtur. Rarò in sacris literis inuenies, *Merimnao*, in bonam partem accipi, sed vitium notat, & malitiā aliquam, aut afflictionem animi. Correspōdet hæc dictio verbo Hebraico, *Daag*, quod in malā partem Hebræi accipere solēt. Hæc anxietas auaritiæ radix est, qua cruciantur auari. Ideò Dominus auaritiam, quam Mammonam vocauit, taxare contendens, ad auaritiæ radicem verbi sui securem ponit. Quod hìc auaritiam taxet, quæ nemini nō videtur vitium, ex eo patet quod similibus argumentis Luc. 12. disserit, contra solicitudinem victus, tanquam auaritiæ radicem. Vbi cum dixisset: Cauete ab omni auaritia, & D subiunxisset parabolam de diuite, qui plenis horreis dicebat: Anima mea habes multa bona, &c. addidit: Sic est qui sibi thesaurizat, & nō est in Deū dives. Statimq; addidit: Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, nec corpori vestro quid induamini. Et deinde omnia alia, quæ hic apud Matthæū habes. Primum igitur ad auaritiam extirpan-

Pater cælestis quam curā nostri gerat.

Ps.36.c.25.

Psal.31.b.11.

Zach.11.b.9

Anima præstita ponitur in sacris paginis. Matt.16.d.25. D. Augustin.

Quæ auaritiæ radix.

Luc.12.

A extirpandam accedit, dum immodicam victus solicitudinem taxat, id quod duplici ratione malum esse cōstat, tum quòd hominem à recta fide, quam de Diuina prouidentia habere tenetur, destitutum omninò declarat: tum etiam quòd humanū animum ad cælestia creatum, terrenis his rebus addictissimum ostendit. Nec solum anxia hæc rerum tēporalium solicitudo, reprehensione digna est, verùm etiam in spiritualibus quoq; rebus anxia solicitudo vituperio non caret, si modo Diuinæ B bonitatis, vel minima diffidentia sit. Hinc est, quòd Paulus hanc anxietatem, seu potius diffidentiam à nobis expellere volens, dixit: Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actionē, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et D. Petrus: Omnē (inquit) solicitudinem vestram, proijcientes in eum, quoniam ipsi curæ est de vobis. Laudabilis sanè solicitudo illa est, qua quis secundum exigentiam C rei, quam tractat, diligentiam adhibet in expeditione illius: hanc autē solicitudinē, diligentiā potius, quā anxiam solicitudinē vocamus, quæ sua laude digna est, dum quis ad paranda omnia vitæ necessaria, diligētiam strenuam exhibet, operando etiam manibus (si opus fuerit) sic tamen vt non plura quam necessitas expostulat, nec præpostero ordine quærat, sed tantum sibi necessaria, & ea quæ in obsequium Dei, & proximi vtilitatem expendere opus sit. D Ad hanc solicitudinem seu potiùs studiosam solertiam adhortatur Sapiens exemplo formicæ: Vade (inquit) piger, ad formicam, & disce sapientiam. Verùm sicut maior diligētia adhibenda est in rebus spiritualibus, quàm temporalibus, ita quoq; maiori laude digna est ea, quæ exhiberur diligentia in subuentione necessitatis alienæ, quā propriæ. Hinc est, quòd Paulus vtramq; solicitudinem magis commendat: Soliciti (inquit) seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Et se dicit solicitum fuisse, vt prospiceret pauperibus, qui erant in Hierusalem. En habes quam solicitudinem meritò Dominus taxet, & quam etiam solicitudinem commendandam Scriptura sacra proponat. Ad secundam itaq; rationem qua auaritiam Dominus expellere conatur, accedamus. *Ne soliciti sitis animæ vestræ, &c.* Non hìc taxat Dominus infinitam ingluuiem hominum, quæ nullis terminis circūscribitur, sed earum rerum solicitudinem prohibet, sine quibus vitā hanc agere nō possumus: quid enim tàm, ad vitam hanc transigendā, necessarium est, quam victus, & vestitus, & tamen ne ob ista vult nos esse solicitos, quominus liceat pro ijs esse anxios, quæ non modò superuacua, sed etiam animæ, & corpori maxime nociua sunt.

Ephes.4.

Diffidentia quæ reprehensione digna.

1.Pet.5.c.

Nonne anima plus est quàm esca, &c. Ac si diceret: Qui maiora liberalissimè præstitit, nonne minora præstabit? Hac ratione monemur, vt in maiora Dei beneficia oculos conijciamus, & ex præteritis futura, & ex maioribus minora sperare discamus. Sic enim sanctissimi (olim) Patres, qui in calamitatibus suis paternam Domini prouidentiam, & misericordiam experti erāt, ad eam in periculis omnibus, quantumuis grauissimis, fidenti, & alacri animo cōfugiebant. Hac enim vnica Rethorices arte cum Deo ipso vti nos oportet: ab eo enim, à quo multa accepimus, longè plura spectare debemus. Sic D. Paulus ex maioribus acceptis à Deo beneficijs minora magna cum fiducia expectare nos docuit, dicens: Qui proprio Filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobis donabit cum illo? Dauid quoq;

C *In beneficijs maiora diuina oculi figēdi, vt ex præteritis futura, & ex maioribus minora sperare possimus.*

Rom.8.f.32.

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dum se se in maximo tribulationũ discrimine versatum videret, beneficia præclara, quæ ab ipso Deo acceperat in sua oratione proposuit: Quoniam tu es (inquit) qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero. De vētre matris meę Deus meus es tu, ne discesseris à me: quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. Ac si clariùs dixisset: Qui nos sine nobis, atq; adeò nobis ignorantibus intra tetrum materni vteris latibulum coagulauit, membraq; omnia tanto studio composuit, atq; compaginauit, qui Diuina sua arte ex angustia illa lateris materni illesos nos extraxit, qui statim in ipso vitæ exordio, intra vbera materna lac, cibum naturę nostræ cõmodissimum parauit, eoq; mammillarum succo nutrinit: qui nos tanquam expositiuios infantes, intimo pietatis affectu suscepisti, quo in filiorum amantissimorũ consortio nos educares, institueres, & doceres, ac in hæredum numero asciberes, quî poteris modo adultos, clamantes ad te, tua erga se liberalitatem agnoscentes, tuumq; auxilium toto affectu implorantes, deserere? Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non miseretur filio vteris sui? Et si illa oblita fuerit (ait Dominus) ego tamen non obliuiscar tui.

Psal.21.b.10.

Curam quam tam Pater æternus nostri gerat.

B Isai.49.d.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

26 RESpicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? 27. Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturã suam cubitum vnum? 28. Et de vestimẽto quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborãt neque nent. 29. Dico autem vobis, quoniam neque Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. 30. Si autem fœnũ agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos minimæ fidei.

Respicite volatilia cæli, &c. Cæli, hoc est, in aëre versantia. Nam cælum pro aëre sumi omnibus penè linguis vsitatum est. Similiter quòd substantiuorũ genitiuis Hebræi vtantur pro adiectiuis, nemo ignorat, vt Mammona iniquitatis, idest, iniquum: sic volatilia cæli pro cælestia accipit, vt ea solũ ostendat, quæ Diuina aluntur cura. Quod sanè addidit, vt ab ijs distinctionem faceret, quæ humana cura ac diligentia aluntur, hoc est, ab alitilibus. Quod posuit Dominus, vt humanam solicitudinem, & anxietatem è cordibus Christianis penitùs euelleret. Ex duobus sanè solicitudo alicuius vana omninò ostendi potest. Primũ, si quempiam habeat adeò in se munificum, & liberalem, vt vellit, & valeat in omnibus sibi affatim prospicere, vt autẽ certò sibi persuadeat, se talem nactum fautorem, ex duobus maximè id facilè colligere potest. Alterũ, si is à quo talem cõcepit spẽ, maiora quàm sint ea, pro quibus iam solicitus est præstare solitus sit. Alterum verò, si illa pro quibus tantopere

Cæli pro aëre sumitur.

Genitiuis substantiuorum, pro adiectiuis Hebræi vtuntur.

C

Solicitudo nostra ex duobus vana ostẽdi potest.

D

A pere anxius est, ex traneis, & nõ æquè dilectis impartiri frequenter soleat. Quando hæc duo de aliquo benè tibi perspecta fuerint, omnem solicitudinem velut inanem, & vanam è pectore excutere poteris. Secundò vana comprobatur solicitudo hominis, dum se se plus æquo in animo torquet, habendi ea, quæ in eius potestate minimè posita sunt, neq; sua, quãtumuis anxia distendatur solicitudine, consequi vnquam poterit. His omnibus argumentis auocare nos Dominus, à cibi, & vestimenti anxia solicitudine nititur, tanquam à re, quæ cibinec vestimenti non modo æternæ gloriæ verùm temporariæ, contraria nobis omninò esse potest. Et primis quidẽ duobus argumentis contestatũ nobis planè reliquit, nos talem ac tantum habere Dominum, qui æquè paratus, ac potens sit, de omnibus nobis ad victum, & vestitum necessarijs prospicere. Cum enim Deum ipsum Patrem habeamus, qui maximis nos cumulauit muneribus, abíque vllo merito, aut labore nostro, quid de minimis his nobis necessarijs, sine quibus humana vita diu cõstare non potest, dubitare audemus? Qui animam, & corpus vltrò nobis largitus est, an non etiam victum, & vestitũ, quæ illis longè minora sunt affatim largietur? Nisi enim voluisset conseruare quod erat, non vtiq; creasset vt esset: à quo enim maiora accepimus dona, ab eo etiam minora non expectare beneficia, plusquã temerarię diffidentię est. Qui animã & corpus in vnum cõpegit, quî non liberali manu, illa, sine quibus non possunt subsistere, concedet? Hæc quidem prima ratio cibo, ac vestimento cõmunis, à maiori ad minus desumpta est. Sequens verò ratio è contrario, à minori ad maius, vt omni argumẽtorum genere nostram plusquam ethnicã diffidentiam conuincat, deducta est.

A

Respicite (inquit) *volatilia cæli, &c.* Quibus verbis prestiùs ostẽdit, Deũ nobis velle vltrò prospicere de cibo, cũ Deus volatilibus cæli illiũ liberaliter eis largiatur. Vbi primò aduertendum est, Deum voluisse, nos per visibiles has, & inferiores creaturas deducere ad Diuinæ bonitatis cognitionem, eo modo quo riuuli ad fontẽ, vnde dimanãt, deducũtur. Inuisibilia enim ipsius (inquit Paulus) à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus, & Diuinitas. Hinc est, quòd multi mũdum hunc visibilem considerantes, spectulum rerum inuisibilium merito eũ appellarunt, multiquoq; eundẽ, inter quos D. Paulus, prima rudimenta ad perfectam nos scientiam ducẽtia vocant. Cum essemus paruuli (inquit Paulus) sub elemẽtis mundi huius eramus seruientes. Sapiens quoquè: Hoc (inquit) quod cõtinet omnia, scientiam habet vocis, hoc est, hic mundus qui continet omnia voce quadam speciali, Diuinæ cognitionis scientiam docet. Mira planè philosopia est, consideratio creaturarum, qua ad Diuinæ prouindẽtiæ cognitionem manu quasi ducimur. Vide quàm multa brutorum animantium in terra sint, quã varia piscium genera, in vasto mari natãtia, quàm diuersæ volucrum, & volatilium in aëre vagantium species inueniantur, vt interim omittam varias vermiculorum species, quæ Diuina aluntur prouidentia. Quò autẽ hæc animalia minora sunt, eò sanè maiorem Diuinæ prouidentiæ sapientiã, potentiamq; declarant. Et nisi hæc omnia

B

Mundus, speculum inuisibilium, & prima rudimenta ad perfectam, nos ducentia notitiam compellatur.
Gal.4.a.3.
Sap.1.b.7.

C

Animantiã quò minora, eò maiorem Diuinæ prouidentiæ sapientiam, & potentiam declarant.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnis magnam nobis admirationis materiam, Diuinæq; prouidentiæ notitiam præbeant, nequaquã Dominus inter cætera sapientiæ & prouidentiæ suæ argumenta, hoc etiam commemoraret, cũ ad Iob ait: Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eò quòd non habeãt cibos? Et in Psal. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum? Cur autem hoc in loco pullorum corui præcipuè meminerit, in causa est, quòd in his miro modo singularis prouidentiæ cura elucet. Ait enim interpres quidam, coruorum pullos cum implumes adhuc sunt, cãdorẽ præ se ferentes, à parẽtibus deseri, ideoq; aparẽtibus vt nothos negligi, quod eorum nigrum non referant colorem. Quo tempore Diuina prouidẽtia, quæ æquè parua, ac magna considerat, vt eos ad se clamantes alat, & nutriat, vermiculos quosdam in nidulo nasci disponit, quorum esu, & pastu reficiuntur, donec nono tãdem die nascentibus plumis, parentum colorem referentes, ab ipsis agnoscuntur, & nutriuntur. Cum ergo Diuina prouidentia, nec etiã auiculis istis, à parẽtibus destitutis, desit, quanta (obsecro) diffidentia est corũ, qui solis hominibus eam deesse verentur? Si homo inter omnia animantia pulcherrimum, ac nobilissimum animal est, qui solus ipse Dei imagine insignitus est, qui huius magnæ familiæ princeps, ac dominus est, cuius obsequio cuncta parere tenentur: omnia enim rerũ conditor sub pedibus eius subiecit, quî fieri potest, vt liberalissimus Dominus, qui implet omne animal benedictionibus, pium hominem (cuius obsequio cuncta destinauit) fame, & inedia confici patiatur? Si prouidus pater familias, seruos, ancillas, & iumenta, cunctaq; animalia domestica diligenter curat, de omnibus quoq; necessarijs abundè prouidere studet, filium quem dilectissimũ habet negliget, & famen habere patietur? Absit, vt hoc quis in animo sit inducat de parẽte summè prouido: erga filios, quos summè dilectos habet, & tanto labore redemit.

Iob 38.

Psal. 146.

Coruorũ pulli cũ adhuc implumes sunt, candorẽ præ se ferentes, à parẽtibus deseruntur, à Domino quæ prouidentia nutriuntur.

Homines qua fiducia Diuinæ prouidentiæ innixi debeant.

Respicite (inquit) *volatilia cæli.* Hoc est in aëre versantia. Nam cælũ pro aëre sumi omnibus penè linguis usitatum est. Similiter quòd substantiuorum genitiuis Hebræi vtãtur, pro adiectiuis, nemo ignorat; vt Mammona iniquitatis, ideſt, iniquum. Sic volatilia cæli, ideſt, cælestia, quæ sola Diuina cura aluntur. Hanc, si benè consideremus, particulam, nempè, *Cæli*, posuit Dominus, vt distinctionem faceret cæterarum auium, quæ humana cura solertiq; diligentia domi alũtur. Sic quoq; lilia agri dicit, vt distinguat ab hortensibus, quæ non nihil humanæ curæ habere videntur.

Et Pater vester cælestis pascit illa. Voluit Diuina sapiẽtia oculos nostros ad summam, quã erga omnes creaturas prouidentiam gerit, attollere: vt inde duo nobis omninò necessaria animis nostris imprimeret. Alterum, vt Diuinam prouidentiam circa pastum auicularum contemplantes, anxiam animi solicitudinem è cordibus nostris euelleret, certoq; certiùs persuasi, quòd cũ Deus illarũ tantum conditor, adeò liberaliter absq; labore illarũ aliquo, affatim prouideat, quid, cum omnium nostrum Pater ille amantissimus sit, facere omittet, quatenus largissima ipsius liberalitate, de omnibus nobis ad victum, & amictum opportunis larga manu prouideat? Alterum verò, quod summo studio aduertere tenemur, vt anxiam hanc solicitudinẽ à nobis excutiamus, est, vt cælestes imitantes auiculas, quæ cantibus insistentes, & Diuinas laudes suo amore promentes, obiter cibum è terra

Cælestis contemplatio de omnipotibilitate, quæ nec effici sunt humanis summe tollitur.

Pater noster cælestis pascit eas.

Philosophi negabãt Dei prouidentiam ad hæc inferiora se demittere.

Animalia inferiora quomodo tenue magis

A terra sumunt, quo sumpto, statim terram deferentes, ad alta se conferunt, tanquam ad propria volantes. Ita quoq; nos cælestium rerum contemplationem amantes, & circa Diuinas laudes perpetuò versantes, sũma cum lætitia, quæ sursum sunt, quærentes, de ijs quæ super terram sunt, nisi necessaria obiter capiamus. Nec tantum in nobis Deus auium imitationem requirit, sed etiam vt ipsius Dei amorẽ, erga nos ipsos agnoscamus. Vis enim huius argumenti, non solum in comparatione hominum ad aues cõsistit, sed etiam in diuersa Dei relatione ad vtraſq; creaturas, quam indicauit, dicens: *Et Pater vester cælestis pascit ea.* Non enim dixit: Et Deus pascit ea, sed *Pater vester cælestis, &c.* vbi duo cõsideranda sunt. Alterum, quòd sit Pater omnium nostrum, qui licet volatilia pascat, sicut & nos, illarum tamen non Pater, sed Dominus est, nobis verò Pater esse voluit, Paternoq; iure se se obligatum nobis constituit, ad Paterna officia erga nos præstanda, nempè Paterno affectu, se filijs alimenta velle præstare, ostẽdit. Alterum consideratione dignũ est, quòd non modo Patrem, sed etiã cælestem dicit, qui cælestium bonorum refertissimum penuarium nobis affatim daturus est. Et si cælestis dicatur & sit, non tamen ideò putãdum est, se indignum ducere temporalia, & terrena nobis dispensare, cum nec indignum sese putet, prouidentiam suam ad volatilia etiam extendere.

Pater noster cælestis pascit eas.

His quoq; verbis error Philosophorum, eorumq; præstantissimorum refutatur, qui negabant Dei prouidentiam ad hæc inferiora, se se demittere metuentes, opinor, ne tantæ maiestati aliquid de sua dignitate minueretur, aut ne quid sordiũ contraheret ex harũ rerum gubernatione. At verò Christianæ philosophiæ dignitatẽ agnoscamus, quæ & hos, & alios quam plurimos externorum Philosophorum errores facilè confutat. His enim verbis solertem, quam erga nos Deus gerit prouidentiam, adeoq; erga minima mundi huius ostendit: si enim minimum capitis nostri capilum Deus adeò seruat, vt nec vnum cadere sinat, abiq; ipsius nutu, & voluntate, quò magis ea, quæ ad humanæ vitæ salutem necessaria nobis sunt, eum curare ac prouidere credere tenemur? Si ergo cælestis hic Pater curat, tàm solerter ipsa etiam volatilia, quid nos soliciti sumus pro victu, quorum usui, & volatilia ipsa facta sunt? Omnia (inquit) subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris, &c. Si quis seruum tuum ob rui studiũ curaret, certo scires, eum multo studiosiùs te curaturum, pari quoquè ratione, cum cernas Deum ijs prospicere, quæ ea ratione creauit vt tibi seruiant, multò profectò magis tibi prospiciet. Hoc certè indicare voluit, dicens: *Nonne vos magis pluris estis illis.* Quam optimè Sapiens dixit: Non est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus. Vix vnquã frequentiùs Diuina volumina cantant, quàm Paternam hanc prouidentiã. Per Oseam Propheram, sic eam testatur Deus erga nos, dicens: Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & ipsi non intellexerunt quòd curarem eos.

Quã solicitudine Pater æternus nostra consideret.

Psal. 8.

Sup. 12.

Osee. 11.

Nonnulli Sanctorum interpretũ mirãtur, & causam quærunt, quare Deus mirabilem prouidentiã suam erga nos ostẽdere volens, proposuit exemplum auium, atq; herbarum agri, cum potiùs prouidentiam suã erga homines luculentiùs ostenderit in varijs, quæ cũ sanctis viris operatus est prodigijs? Elias enim dum maxima laboraret inedia à corbis mirabiliter

Circa sanctos viros qualis Diuina prouidentia extiterit.

3. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo.24.d.18 A mirabiliter est pastus. Moses quoq; in monte post quadraginta dierum ieiunio, à Deo mirabiliter est sustentatus. Daniel etiam, dū in leonum lacū ab ipsis deuorādus missus fuisset, mirabili fuit à Deo prouidentia alitus. In ijs, & in multis præclaris viris Diuina prouidentia maximè relucebat: quare ergo hanc non proposuit hominibus, sed eam quam erga passeres exercet? Noluit quidem Christus ijs nos exēplis ad spē maximam, de ipso habendam, cohortari, ne potiùs diffidentiam concipere-

Dan.14.

B mus, quàm erga Deum fiduciam. Potuisset namq; quispiam dicere, quid hæc exempla in meum solatiū facere possunt? Si enim ego ea, qua ipsi, præditus sanctitate fuissem, pari quoq; ratione sperare potuissem, ab ipso opportuno tempore victū: at peccatis onustus qua fronte oculos ad cælum erigere audebo? Mea quidem sententia volatilia proposuit, ad exageranda nostræ infidelitatis peccata, omni peccato grauiora. Nam si conscientia bona, & fide non ficta in Deum omnem curā nostram proijciamus, haud dubiè curam erit ipsi de nobis. Volatilia ergo in exemplum adduxit: ac si manifestiùs dixisset. Quare, ô homines, Diuinæ prouidentiæ diffiditis? Stulti aliquando sapite, volatilia considerate, quæ magna securitate opportunum cibum à Deo expectant, &

C *Diffidentia nostra circa necessaria, ex volatilibus tenetur.*

Psal.93.b.8.

Psal.146.

ipse, qui dat iumentis escam ipsorū, & pullis coruorum inuocantibus

D eum, qui poterit vobis deesse? Quis præparat coruo (ait Dominus ad Iob) escam suam, quando pulli eius clamant? Ac si dicat: Ego ego ipse sum, qui impleo omne animal bene dictione. Si ergo Deus coruis prouidet, quantò maiorem curam de vobis habebit? *Nonne vos magis pluris estis illis?* Maiori ergo iure nostra diffidentia detestanda est, dum irrationabilium animalium securitatem, quam in Deum habent, considera-A mus. Aues itaq; libri sunt, quibus docemur, tum quāta sit erga omnes prouidentia Diuina, postquam adhuc passerculos, tàm liberali manu de necessarijs omnibus prouidet, ipsis sibi nihil prouidentibus itum etiā docemur, quid nos facere oporteat, nempè omnem solicitudinem nostram in Deum proijcientes, quia ipsi cura est de nobis, auicularum more ad cælestia contemplationis pennis volātes, nihilq; omnium eorum quæ super terrā sunt quæramus, sed

B ijs quæ ad victum, & amictum necessaria sunt habentes, contenti simus. Nihil enim deest timentibus eum: inquirentes autem Dominum non minuētur omni bono: oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Nullum sanè peccatum Deo magis displicet, quàm diffidētia, id quod per Oseam Prophetam Dominus contra Iudā,

C & Ephraim, ob fiduciam, quam non in ipso Deo, sed in seipsis cōstituebant, indignatus, ostendit dicens: Facti sunt Principes Iuda, quasi assumentes terminum, super eos effundam, quasi aquam, iram meam. Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum: & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad

D Regem Vltorem: & ipse nō poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: Ego ego capiam, & vadam, tollam, & non est qui eruat. Vadens reuertar ad locum meū donec deficiatis. Quibus verbis Dominus iram suam, quam cōtra Iudam, & Ephraim exercuit, ostendit, non modo

Aues libri sunt quibus docemur quanta sit erga omnia Diuina prouidentia.

Psal.33.b.11.

Diffidentia maximè Deo displicet.

Osee.5.d.

Fiducia in homine posita arguitur.

A modo sanè eos captiuitate, multisquè calamitatibus, ob diffidentiam, punitit: verùmetiam omne externum auxilium, in quo maximè nitebantur, denegauit, pariter & Diuinū, quò citiùs consummerentur. Notissimum certè exemplum aduersus eos, qui Diuinam negare audent prouidentiam ostensum est in libro. 4. Reguin, capit. 7. induce illo, super cuius manum Rex Samariæ incumbebat: cum enim Dominus, fame iam pereunte Samaria,

B mirabili sua prouidentia eis succurrere decreuisset, si modo fiduciam in eum collocassent, Eliseum Propheram ad eos misit, qui diceret eis: Hæc dicit Dominus, in tempore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modij ordei statere vno in porta Samariæ. Cum hæc dux ille audiret, Diuinis promissis diffidens, Prophetæ ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in cæ-

C lo, nunquid poterit esse quod loqueris? Eliseus verò, diffidentiæ iniuriam Deo illatam, ferre non valens, mortis sententiam in ducem proferens, ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quod sic factum fuisse constat, nam cum Samaritanorum Rex, ducem illum constituisset in porta ciuitatis Samariæ, turba fame tabescens, impetu irruens in cibum à Syrijs Samariæ relictum, ducem conculcauerunt

D in porta, & mortuus est. Vides iam ducem, quia verbo Dei diffidebat, morte mulctatū? Verbum quidem Dei per Prophetam, vnicuiq; nostrum dicentem habemus: Iacta (inquit) super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Si promissis diffidimus, quid Spei nobis relicta esse poterit? Arastis (inquit Oseas) impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: Quia confisus es in vijs tuis in multitudine fortium tuorum.

Diffidentia in Deo illata quàm grauiter punita.

4.Reg.7.

Osee.10.

27 *Quis autem vestrum cogitans, potest* A *adijcere ad staturam suam cubitum vnum?* His verbis ostendit Dominus, quàm vana sit humana solicitudo ex eius dem ineffi caria. Nemo enim tàm potens est, vt staturæ suæ, non dico cubitum, sed nec digitum vnum adijcere potest, etiam si ob minimam sui corporis dispositionem, hoc maximè affecteet. Vbi noster interpres cogitando vertit, Græci habent, *Merimnōn*, hoc est, nimia solicitudine cogitare. Ac si diceret: B Quis vestrum anxia sua solicitudine, & si nimia sua cogitatione se se torqueat, valebit staturæ suæ cubitum vnum adijcere? Qua interrogatione satis ostendit Dominus, qualem solicitudinem in nobis improbet, illam nempè, quæ anxia nimis est, & cogitatione solicita occupata, à Deo distrahitur. Hanc solicitudinem Christus in Martha accusabat, cum dicebat: Martha, Martha solicita est, & turbaris erga plurima, porrò vnum est neces- C sarium. Hanc rationem, quam hic Dominus ponit, qua ostendit nullā cogitatione nos posse cubitum vnum ad staturam nostram addere, licet Diuus Augustinus ad sequentia, nempè ad corporis indumentum, referat. Meo tamen iudicio ad præcedentia potiùs quàm ad sequentia referenda sunt. Nam quemadmodum superiori auium exemplo, à solicitudine cibi nos auocauit: ita & hîc quoq; ratione considerationis propriæ nostræ personæ, ad prouidentiam diuinam nos planè remittens, à cibo quoquè anxiè inquirendō nos etiam auocat. Item D. Lucas capit. 12. hæc eadem tractans, hanc tertiam rationem sic ponit, vt nullo modo referri posset, nisi ad dehortationem solicitudinis cibi, & vitæ conseruandæ. Sensum hunc sequentes Christi sententia est, perinde ac si dixisset: Vultis videre quàm

Solicitudo nimia anxia improbatur.

Luc.10.

Solicitudo plurium ciborum à Domino taxatur.

D. Augustin.

Luc.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sit, non solùm impiæ diffidentiæ, sed etiam stultitiæ quoquè vanissimæ, circa res ad victum pertinentes anxietate nimia diseruciari? Quis vestrum est, qui, quanuis magna solicitudine torqueatur, cubitum vnum ad staturam suam addere possit? Sed ad staturæ incrementum cibum conducere certissimum est, demus iam libenter, vt cibum uestra solicitudine conquæratis, po testis ne cubitum vnum ad staturam vestram adijcere? Minimè quidem.
B Cùm ergo nemo rem tàm paruã sua solicitudine efficere valeat, fruſtrá soliciti quoquè estis de victu, ac de vitæ vestræ conseruatione, & augmento. Quarè illi potius vitæ vestræ curam committete, qui sicut citra vestram solicitudinem corpus, ad præscriptam magnitudinem perducit, ita quoquè sine illa prospicere de victu, quo corpus augescit, & roboratur, vitamque vestram ad
C præscriptum ab eo terminum perducet, sine cuius prouidentia, tàm est inanis omnis vester conatus, & labor, pro vita conseruanda insumptus, quàm est inanis solicitudo augendi corpus, vltra mensuram à Deo concessam.

28 *Et de vestimentis quid soliciti estis? &c.* Postquam Dominus dehortatus est à solicitudine cibi, auicularum exemplo. Ita quoquè modo à solicitudine vestimentorum, liliorum exemplo nos auocat. Potuis-
D set quidem Dominus ex pulchritudine auium ostendere, quàm sit omninò vana solicitudo hominum in cultu, & vestium pulchritudine occupata. Quid enim coloribus mira varietate à natura depictis in pauone elegantius esse potest? Deus autem tanta ipsum pulchritudine vestiuit, vt & ipse sua pulchritudine superbiat. Sed Cygnus mirabili sua albedine vestitus cunctorum oculos ad se se trahit: vt interim omittam diuersorum passerum colorum varietatem, quæ ipsos admiranda pulchritudine decorat. Noluit tamen Dominus hanc auium pulchritudinem in exemplum adducere. Quò magis, ac magis inanem, ac vanam solicitudinem nostram argueret, nam non modo animalia sensibilia, & parua nostram nimis anxiam solicitudinem damnant, verùmetiam ipsa insensibilia, & nullius ferè momenti herbarum genera dementiam no stram manifestant, cum illa in se
B Diuinam prouidentiam, quam erga vniuersa Deus gerit, prædicent. Ex qua consideratione efficaciùs desumet homo argumentum, ad solicitudinem anxiam excutiendam. Campus itaque lilijs, ac floribus sparsus, tanquam Diuinæ sapientiæ liber, quo, & Diuinam prouidentiam erga vniuersa, & vanam, ac curiosam nimis solicitudinem nostram esse docemur, nobis esse debet. Agri lilia designat, vt hortensia, quæ humana cura, ac diligentia
C tractari solent, omittat.

Auium colores, pulchritudine, colores artificiosos superant.

Non tantum animalia sensibilia, sed & insensibilia, velut herbarũ variæ genera, nostrã dementiam ostendunt.

Solicitudo in cultu, & vestiũ pulchritudine dehortatur Dominus.

Quomodo crescunt. Sermonem faciens de indumento corporis, quorsum Dominus herbarum incrementum ponit? Ad hoc sanè spectare videtur, quod antea dixerat de augmento hominis, in quo diuina prouidentia consideranda venit. Si nihil minus homo curans, quàm corporis augmentum, Deus ad statutam mensuram, hominem deducit, nec solum hominis incrementum, sed etiam herbarum Deus
D curat, quare non Diuinam prouidentiam erga vniuersa creata, omni gratitudinis affectu prædicamus? Hac ratione Dominus ostendit omnia quæ in mundo sunt, tàm maiora, quàm minora intra Diuinæ prouidentiæ fines contineri: nec magis solicitudinem humanam erga necessaria corporis valere, quàm

A quàm solicitudo erga corporis augmentum. Quæ omninò vana est, sicut lilia nobis ostendunt, quæ Diuina solùm prouidentia crescunt.

Non laborant, neque nent. Viros, & mulieres his verbis Dominus taxat: proprium enim virorum est, laborare. Homo (inquit Iob) nascitur ad laborem, & auis ad volandum. Hac sanè pœna primus parens, vnà cum tota posteritate, à Deo fuit ob peccatum mulctatus. In sudore vultus tui, (Dominus ait) vesceris pane tuo. Mulieres verò propria manuum suarum industria, domestica quoad lanam, & linum solerti studio prouidere solent: Salomone testante: Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manum suarum. Quale hoc consilium, fiet ostẽ dit, dicens: Digiti eius apprehenderunt fusum. Quanta (obsecro) solicitudine, viri miris se se torquent laboribus, quibus tandem
C de vestimentis sibi prospiciant, quibus corporis elegantiam ostentare vulgo possint. Quam anxia item solicitudine mulieres se se torquere solent, dies noctesq; insomnes ducentes, quò tandem, vel mundum muliebre faciant, ad sui corporis decorem, & pulchritudinem. At licet pulchritudinem nimiò virorum, ac mulierum ornatu ostentare, magna solicitudine studeant, nihil minus tandem, quàm pulchri
D apparere solent, hinc fit, vt omnis eorum conatus vanus, & inutilis immò potiùs nocimus sit.

29 *Dico autem vobis, quoniam neque Salomon in omni gloria sua, &c.* Sicut cum de victu admoneret nos Dominus, ad volatilia oculos nos deflectere, voluit: ita quoque de vestitu, & corporis cultu agens, iubet vt lilia contemplemur, & mirum variumq; liliorum, & viuidissimum colorem admirantes, ad summum eorum auctorem, tantam
A pulchritudinem referentes, in naturæ nostræ consideratione, quantæ dignitatis excellentiæq; sit, veniamus. Sic enim pulcherrima lilia, quæ facilè oculos contemplantiam ad se trahunt, nulla eorum industria, sed terrestri virtute, tantum Deo operante, in eam magnitudinem, quam licet intueri, crescunt, miram fragrantiam emittunt, à radice congenitam: neque id solùm, sed tanta colorum varietate, ac perfectione decorantur, vt omnem Regum gloriam longè superent: nam quis vnquam Regum in orbe fuit, qui tantam gloriam in cultu, & ornatu corporis ostentarit, quam Salomon, qui suis, & aliorum oculis summo studio concessit, quicquid decoris, & pulchritudinis desiderare poterant, super omnes quidem Reges gloriam in cunctis externis actionibus ostentabat. Cum autem eam in vestimentorum maiestate Reges manifestare soleãt,
C Salomon supra omnes, vestimentorum elegantiam, pulchritudinem, atque diuitias, cum omnium admiratione, tanquam suarum diuitiarum, manifestissimum symbolum ostendebat. At quando vnquam Salomon (ait Christus) qui preterita ad presentium memoriam reuocat, tanta varietate, ac perfectione colorum, sicut vnum ex istis lilijs, in maiori suæ gloriæ amplitudine vestitus fuit? Ars certè naturæ imitatrix est, nulla tamen potentia ipsam naturã coæquare potest:
D cum enim lilia omnem suum decorem, & pulchritudinem à natura mutuata sint, omnia quæ arte conficiuntur, longè inferiora relinquantur oportet. Sic inclyti Regis Salomonis studiosissimus ornatus, longo interuallo à liliorum pulchritudine, & varietate superatur. Re vera enim (inquit D. Hieronymus)

Naturæ Euangelica admiratio, & excellentia ex liliorum contemplatione consurgit.

Salomonis vestium elegantia.

Ars naturæ imitatrix nulla tamen ipsi naturæ coæquari potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quod sericum, quæ Regum purpura, quæ pictura textricum potest floribus comparari? Quid ita rubet vt rosa? Quid ita candet vt lilium? Violæ verò purpuram nullo superari murice, oculorum magis, quã sermonis iudicium est. Iam vt habet Chrysostomus, quantum distat à veritate mendacium, tantum illorum amictus, & horum florum discrimen interiacet. Hac vsus est Christus similitudine, & comparatione vt homines notaret, de extrema curiositate, qua vti solent in cultu & ornatu externo. Non enim in vestitu vtilitatem, saluti corporis necessariam, solùm quærere solent homines, sed speciem, & pulchritudinem cum dispendio interdum propriæ salutis in vestitu plus æquo affectant. Hanc nimiam curiositatem expellere voluit Christus, dicens.

Curiositas in vestibus non affectanda.

30 *Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, &c.* Græcè, *Xortos*, quanuis herbam significat, & pratorum, & segetum; videtur autem quibusdam de segetibus loqui, quibus non assentior, eò quòd subiungat. *Et cras in clibanum mittitur.* Non enim vsquam opinor cliuanum calefieri segetibus, nisi sumas pro stramine, vel paleis. Sententiæ huius germana explicatio hæc est. Si curam habet ipse summus rerum creator Deus, vt tàm fragilis ac momentanea res, quàm sunt flores isti, tanto decore nũc floreant, quos incrastinum ignis consummet, metuetis ne vobis, pro quibus terra, mare, cælum, & quicquid cæli ambitu continetur facta sunt, & quibus æternitas parata est, quod vnquam vestimenta sint defutura? Longè vos à fide erratis, si hac cogitatione torquemini. Filijs Israël toto illo tempore, quo per desertum peregrinati fuerunt, vestimenta non fuerunt attrita, eò quòd Diuinæ vocationis operi insistebant, quare & vos anxia solicitudine circa vestimenta torquemini, si circa cælestia occupamini?

Deut.29.d.5

Modicæ fidei. Homines paruæ fiduciæ, fidei modicos appellat. Re enim vera ingens est diffidentia nostra, præsertim sub Euangelio, tàm anxios esse pro his rebus, pro quibus cælestis Pater per vnigenitum suum iubet nos esse securos. Si enim ante Euangelicam lucem, homines soliciti, pro rebus ad vitam necessarijs reperiebantur, minus digni erant reprehensione: Nunc verò sub tàm certis pollicitationibus ipsius Filij Dei, adhuc nihil distare ab ijs, qui sine Deo erant: hæc profectò est ipsis esse ethnicis multò deteriores, id quod statim ostensurus est Dominus. Seruauit autem interpres vocabulum, Fides, nam in sacris literis sunt voces quædam receptiores, quam vt possint loco moueri, quarum est fides, non solum pertinens ad eum, qui pollicetur, & promissis fideliter stat, sed ad eum quoquè qui fidem in eum habet, vt eum dicimus alicui fidem habere. Sic ergo, *Modicæ fidei*, homines paruæ fiduciæ sunt, illi nempè, qui in magnis aliorum promissis fidem ponere contemnunt, & pro nihilo eiusmodi promissiones habent. Obiurgat ergo Dominus discipulos, eorumque sequaces, qui cum fiducia imbecilles essent, harum rerum nimia cura afficiebantur. Ex diffidentia itaque anxia, rerum terrenarum solicitudo ortum habere certissimum est: ideò ex hac diffidentia obiurgat eos Dominus, vt meritò confundat, & fidentiores faciat, solicitudine anxia excussa.

Fides pro fiducia aliquando sumitur.

Fiducia imbecillis corripitur à Domino.

In his auium, & florum exemplis à Christo adductis, obseruandum venit, Christianæ philosophiæ, & pietatis

A Creaturis A oportet debemus exempla, quibus stabilire possimus omnia, quæ ad pietatem conducunt.

pietatis omninò esse à creaturis nos debere sumere exempla, quibus stabilire commodissimè possumus omnia, quæ ad Christianam philosophiam, & pietatem conducere valent: si modò pietatis studio ab infimis ijs rebus doctrinã accipiantur. Atquè ex illis certè discere possumus Dei sapientiam, bonitatem, ac prouidentiam, & quam plurima alia id generis, quæ de Deo nos credere oportet.

EXPOSITIO.

31 *Nolite ergo, &c.* Duo iam Dominus nobis multis validissimisq; argumentis ostenderat, vnum, nempè Dei summam erga nos prouidentiam, qua nos de vniuersis nobis ad vitã necessarijs prouidere decreuit. Alterum, quod satis manifestum relinquebat, fuit, nostræ solicitudinis extremam vanitatem. Iàm naturam & conditionẽ solicitudinis à se prohibitæ, in sequentibus manifestat, inferẽs rursum id ipsum quod priùs proposuerat, dicens: *Nolite ergo soliciti esse, &c.* Quibus verbis, satis ostendit, quam solicitudinem Deus odio prosequatur, nempè timidam illam, & anxiam solicitudinem, quę continuis cogitationibus, æstibus quibusdã assiduis hominis animos exagitat, & torquet. Animus Christiana philosophia imbutus, tũc pace, & quiete optata fruitur, quando totus à Deo pendet, tanquam à vero Patre: tunc spiritus charitatis, & deuotionis haud extinguitur, sed dilatatur, hæc minima non curans, sed maiora procurans. A curiosa, & anxia solicitudine duplici argumento nos Dominus auocare nititur. Primum, quòd solicitè ea quæ ad cibum, & cultum pertinent inquirere Christiani hominis non est, sed potius ethnici, & Gentilis. Ij enim Diuinæ prouidentiæ cum non fidant, quia illam minimè agnoscunt, quibus possunt artibus vitæ suæ prospiciunt, idq; mira solicitudine, & anxia cura, quibus venia quodammodo dãda est, eò quòd per ignorantiã miserè fallãtur. Nos verò quibus Deus arcana suæ prouidẽtię mysteria per suũ vnigenitũ reuelauit, ac multis argumentis ostendit, quanti genus nostrum faciat, cũ nihilominus anxij simus, quàm ij qui hæc non intelligunt: quam (obsecro) per Deum immortalem habituri sumus excusationem? Nonne satius nobis esset (quemadmodum testatur D. Petrus) non cognouisse hanc philosophiam, quàm post agnitam, conuerti ab eo, quod traditum est nobis sancto præcepto? Nonne verè recedere ab eo est, tàm contraria illi ingredi via.

Quæ ad cultum, & cibũ spectant, inquirere, Christiani hominis nõ est, sed ethnici Diuinæ prouidentiæ non fidentis.

2.Petr.2.

Gentes inquirunt. Gentium meminit frequenter, sicut D. Paulus, quas Iudei maximè abominabantur, quò huius diffidentię turpitudinem magis exprimat. *Inquirunt* (inquit) siue exquirunt, hoc est, toto sunt studio huic rei dediti, nihil aliud, nisi hoc

TEXTVS.

31 NOlite ergo soliciti esse dicẽtes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.

Regnum solicitudini, & vanitati Diuinæ prouidentiæ oppositum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A solum impensè curantes, existimantes omnia suo solo labore, & industria parari. Secundum argumentum à persona ineffabili, benignissimi Patris nostri cælestis, detumptum est, cum dicit: *Scit enim Pater vester cælestis, quia ijs omnibus indigetis.* Relictis Gentibus, qui tàm beneficum Patrem ignorant, nos qui per fidem sortiti sumus hanc dignitatem, vt filij Dei nominemur, & simus: dedit enim eis (ait Ioannes) potestatē filios Dei fieri ijs, qui credunt, &c. Nos (inquam) cum hanc
Ioan.1. B nostram dignitatem seriò agnoscamus, sciamusquè nostrum Patrem oculos in nos defixos semper habere, nostrasq; indigentias misericorditer prospicere, haud dubiè oportet, vt nos totos prouidentiæ illius cōmittamus. Satis est nos scire illū omnē indigētiam nostrā nosse, vt ei fidamus, cætera curæ illi sunt. Amat enim nos, ex qua charitate securi esse omninò possumus, amantissimum hunc nostrum Patrem, nulla
C ratione passurum, vt necessaria nobis desint. Cum hac summa charitate, infinita potentia coniuncta est, quare cum sciat, vellit, & possit, nobis liberaliter prospicere, reliquum est, vt omnem solicitudinem
1 Petr.5. nostram (exhortāte Diuo Petro) in
Psal.54. eum proijciamus, quia ipsi cura est de nobis. Et Dauid id ipsum testatur, dicens: Iacta cogitatum tuum
Psal.96. in Domino, & ipse te enutriet. Et alibi: Iunior fui, etenim senui, &
D non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. *Quia his omnibus indigetis.* Indigentiam hanc, vt optimè Chrysostomus notat, prę texere solent ij, qui suæ solicitudini excusationem prætegunt. At verò hæc ipsa indigentia iudicio Christi, idonea est causa, vt omnem solicitudinem, & curam excutiamus. Nam si appetereremus superflua, non ita possemus de eorum suppeditatione confidere: nunc verò cum sint A necessaria, prorsus ambigere non debemus. Quis enim inuenirī potest, pater, qui filij sui à se dilecti non misereatur, & in necessitate nō subueniat? Nunquid obliuisci potest mulier infantem vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar, ait Dominus.

Pater vester est qui filij dilecti nō misereatur.

Isai.49.d.15.

At dices, quot myriades sanctorum fuere, qui licet extremo amore prosequebantur à Deo, tamen in summa egestate, & inedia vltimum clausere diem, & extrema quæque malorum pati permisi sunt? Paulus B de se ipso loquatur: In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supramodum, &c. In labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & siti, &c. Et de sanctis alijs viris sic ait: Ludibria, & verbera experti sunt, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, &c. Fateor quidem Sanctos Christi dilectos hæc & longè grauiora perpessos, voluit ta-
C men illos Deus tanta perferre, vt in exemplum tollerantiæ pro Christo, nobis propositi maneant. Sancti quoquè non inuicto animo, sed volentes ista perferebant. Scientes momentaneum hoc, & læue laboris æternum gloriæ pondus operari. Non quod vnquam defuerit illis Deus, qui poterat lapides in alimenta conuertere: & per coruos (quemadmodum Eliæ accidit) necessaria
D subministrare. Sed (obsecro) quis nam dicitur cibum habere, qui cum cibo, quem habet, dolet, an qui cum cibo quo caret gaudet?

2.Cor.11.

Hebr.11.

Sancti, pro Christi amore plura sustinuerūt, vt nobis exemplo tollerantiæ præberent.

2.Corin.4. & 17.

EXPO-

A EXPOSITIO. A

33 *Quærite ergo, &c.* Postquā Dominus præceptum illud negatiuum, quo prohibuit dubiam, & anxiam curam, circa victum, & vestitum, posuit, præceptum affirmatiuum subiūgit, quo manifestè declarat duo. Primum, quantum à moribus ethnicorum nos differre oporteat, vitæ studia aliter instituendo, quàm ipsi. Secundū verò docet, certam & securam viam, quā sequi nos omninò oportet, vt absquè vlla nostra solicitudine,
B Dei tantum prouidentiæ nitēres, omnia nobis necessaria affatim consequamur.

Similc.

Circa primum, quod in hoc affirmatiuo præcepto indicare voluit Dominus, nempè
C nos debere longè distare à moribus ethnicorum, manifestè declarat in particula quadā, nam vbi versio nostra habet: *Ergo.* Græci codices cōiunctionem illam illatiuam, *Ergo*, non habēt, sed *Zetite Ke cai*, hoc est, quærite autem. Est enim oppositio ad illud: Hæc enim omnia Gentes inquirunt: quasi dicat: Gentes quidem illa inquirunt,
D vos autem qui Deum vocatis Patrē, quærite regnum Dei. Eò quòd dixerit, *Primum*, non sic intelligas, quasi post regnum Dei debeas ista quærere, sed hæc (inquit) omnia adijcientur vobis. *Regnum* (inquit) tanquam primarium quærēdum est, à quo reliqua omnia pendēt, vt, illo quęsito, nihil opus sit, hæc minuta quærere. Vult certè Deus, nos generosos induere animos, & meminisse ad quid facti simus, nempè ad negotia regni, atq; vt in hac vita cælestem illam representemus, cui cogitationi contrariæ, inprimis sunt humiles istę curæ. Fingite enim Regē quēpiam, qui filium sibi dilectissimū habeat, quē omninò vellit maximū euadere, & summum assequi imperiū. Is illi imperio iuberet, vt totus in grauissimis illius prouintiæ, seu regni negotijs seriò incumberet, pollicendo cætera fore illi curæ, tū ad sumptus exercitibus alēdis necessarios, tum B circa suppeditationem omnium pecuniarum, & randem circa cōmeatuum copiā, & vniuersa necessaria. Si istanti Regis filius non omninò dissipere voluerit, quid (obsecro) facturus est? Animū quem à natura generosū habet, non in paruis, aut minimis rebus deinceps occupabit, sed in illis rebus, quæ ad decorē, & regni splendorē, expedire magis iudicabit. Sic cælestis Pater nos regni cohæredes faciēs, vt omnia auferat impedimēta ad cælestis regni negotia obeūda, reliquam omnem prohibet curam, præter illam regni. Atq; hoc erat quod D. Paulus dicebat: Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Tenemur itaq; Christiani induere animū verè Regium, postquam ad regni cę lestis possessionē vocati sumus. Saul cum audit, se regno Hebræorum potiturum, non statim animum induit regium, sed potiùs Samueli rem tātam promittenti, ait: Nunquid non filius Iemini ego sum, de minima

Animus nostri, non parua hæc corruptibilia, sed æterna quærere debet.

Regium animum induere tenemur Christiani.

Philip.4.

1.Reg.9. c.21.

TEXTVS.

33 Quærite ergo primùm regnũ Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. 34. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ: Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tribu, & cognatio mea nouissima, inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo loquutus es mihi sermonem hunc? Quasi diceret, hæc ad me nõ pertinent. At is, qui refert verbum de Regno, quàm primum vt in eũ spiritus Domini insiluit, regium animũ induit, nihilq; nisi regium conficere cœpit. Ita & nos, cũ homines simus, & nihil præter humana iudicemus, nihil certè ad nos regnum Dei pertinere putamus. Sed cum primum in nos Spiritus Domini insiluerit, nostrã, haud dubiè, intelligemus dignitatẽ, & nihil Regio nomine indignum facere tentabimus. Det nobis Deus hunc spiritum, quo possimus, & dignitatem agnoscere nostram, & nihil tanta dignitate indignum cogitare.

Spiritu sancto instructi nostram dignitatem intelligemus, nihilq; quod de decoat aggrediemur.

B

Videamus nunc, quid per regnum Dei intelligat Christus? Per regnũ Dei exprimere voluit, & tanquã per Emblema comprehẽdere, quicquid ad Dei gloriam pertinet, vt est eiusdemmet Dei cognitio, Euangelijq; ipsius declaratio, atq; manifestatio. Cætera tãdem omnia, quibus peruenitur ad regnum cælorum, atq; illa non tãtum in nobis procurare tenemur, summo studio, ac diligentia, verùmetiã pari pietatis studio in proximis nostris. Hæc est germana regni Dei interpretatio. At, quid sibi vult Dominus, cum ait: *Et iustitiam eius?* Hæc posuit verba, ad differentiam iustitiæ Pharisæorũ: alia enim est iustitia Dei, alia Pharisæorũ: iustitia Dei est illa mandatorum adimpletio, & operum piarum executio: & iustitia hæc tandem in vitæ nouitate perficitur, quæ omninò contraria est iustitiæ Pharisæorum. Vnde Dominus priùs dixerat: Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, &c. *Adijcientur vobis.* Ac si dixisset: Sunt hæc velut appendices, quæ quæsitũ Dei regnum sequuntur. Vniuersæ mundi opes, & quæ cæli ambitu cõtinentur, etiamsi in vnius hominis facultate reponantur, in comparatione regni cælestis appendices iudicandi Dei iudicio veniunt.

Per Regnum Dei quicquid ad Dei gloriã attinet intelligitur.

C

Iustitia Dei est mandatorum adimpletio. Contraria huic Pharisaica.

D

Corruptibilia velut appendices sũt, quæ regnum Dei consequuntur.

34 *Nolite ergo solliciti esse in crastinum.* Ideſt, in posterũ, nã dictione, *Cras*, sic vrunturHebræi: vt patet Genes. 30. Respondebit mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit. Item Iosue. 22. Cras dicent filij vestri filijs nostris, &c. Totã hanc, de abijcienda solicitudine, doctrinã terminare volens Dominus, concludit dicens: *Nolite ergo solliciti esse in crastinum*: ac si dicat: Laborandum quidem est, & operis, cui incumbẽdum est, cura habenda, verùm hæc eura non est in futurum tempus extendẽda, vt anxiè soliciti sitis, quem fructum in posterùm labores vestri vobis afferant, aut quid sequens tẽpus vobis sit allaturus. Tantum ea, quæ in præsens vobis facienda incumbunt, curate, deponẽtes curam crastini, hoc est, futuri temporis. *Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi.* Ac si dicat: Crastinus dies afferet secũ solicitudines conuenientes ijs rebus, quę tunc occurrent. His verbis prohibet Dominus superfluas curas futuri temporis, superfluas dico curas illas, nõ certè necessarias, secundum regulas prudentiæ. Quando enim ratio, seu prudentia dictant de futuris opportunè prouidendum, tunc superflua cura non est. Quemadmodũ Ioseph fecit, qui cum futuram famem in vniuersa terra Ægypti prospexisset, frumenta ad futuram ægestatem seruare decreuit. Hanc prudẽtiã à formica addiscere nos oportet. Vade (inquit Sapiens) ad formicam, & disce sapientiam.

Genes. 30.

Iosue. 22.

Curæ superfluæ quæ interdicuntur à Domino.

C

Gen. 41.

Prou. 6. d.

D

Sufficit diei malitia sua. Hoc est, satis est diei afflictio ipsius, est enim anceps dictio, *Cachia*, sicut & malũ, Latinè ad afflictionem, & improbitatẽ pertinet. Satis (inquit) malorum affert, tempus

Malum in sacro eloquio afflictionem sonat.

A tempus præsens, vt non debeamus nos affligere solicitudine futurorũ malorum. O quàm fœlix esset Christianus orbis, si his Domini cõsilijs aurem accõmodaret! Docet Euangelica lex, quo pacto fœlices, ac sine solicitudine viuamus, & nos perinde quasi decreuerimus omninò esse miseri, nihil non tentamus, vt pluribus obruamur, & solicitudinibus, & curis. Quid (obsecro) solicitus es ob illud tempus, quod non dũ adest, & in quo ignoras num in vita futurus sis? Hunc morem, vt auferret, docuit nos Dominus in Dominica præcatione dicere: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, ne videlicet vltra hodiernum diem ferremur cogitatione. Et tamen pleriq; omnes audẽt, de plurimorum annorum spatio cogitare. Ingentem profecto, & temeritatem, & dissipientiam, cum singulis momentis mors impẽdat, longiorem sibi vitam polliceri, & pro eo tempore esse anxiũ, quod nõ solũ non dum habet, sed ne certi quicquã est, quod illud sit habiturus. *Crastinus enim* (inquit) *dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.* Quid tibi curas, ingeminas? An non satis est præsentis diei cura? Sine, vt crastinus dies aduenìat, & tũc ei suã solicitudinis partẽ assignabis. Quid tibi metipsi tàm crudelis inimicus es, & superuacua tibi congregas mala? Quid labores, quibus summa cũ tua vtilitate carere potes, tanto cum damno, atque incõmodo multiplicas? Et hæc quidem facis, propterea quòd cum Christo nomen dederis, nihil minus quàm Christi leges curas. Det Deus nobis veram cordis resipiscentiam, & amorem, quo sanctarum suarum legum dilectores efficiamur,

Amen.

Temeritatem esse longiorem sibi vitã polliceri, & in longum tempus vires augere, & curare.

A

B

Finis Capituli Sexti.

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT SEPTIMVM.

EXPOSITIO.

I NOLITE *Iudicare*. Hactenus omnem affectū in Deum ipsum ordinatum nos habere debere, Christus nos docuit: ita (vti Sāctos decet)
B omnia opera nostra, pio affectu in ipsum omninò referenda sint: iā animum nostrum instituit, docēs nos, quo erga proximum affectu, & amore esse omninò teneamur. Hac ergo Euangelij pericope, quæ scitu
C necessaria omnib⁹ est, tanquā res quę nunc temporis maximè versatur inter homines, nempè iudicium libere, emereq; ferre, nec scrupulo aliquo ranguntur miseri homines, si iudicio siniſtro, proximorum opera,
D etiam bona, diiudicent. Vt ergo malū, hoc est ē mentibus suorū euellat, ait Dominus: *Nolite iudicare*. Græca vox, *Crino*, & iudicare, & cōdemnare significat, & ob hac causam cum alij verterint: *Nolite iudicare*, alij, *Nolite condemnare*, factum fuisse videtur, vt suspicentur nonnulli, secundam hanc partem, nempè: *Nolite condemnare*, quam in Græcis exemplaribus non habemus, primum in margine fuisse extra textum ascriptam, ad declarandam priorē partem, videlicet, quòd, *Iudicare*, sumatur, pro *Condemnare*, deinde translatum, & in textu appositum. Attamen in nōnullis exemplaribus manu scriptis, inuenitur vtrumq;, hoc est: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*: & *Nolite condemnare, & non condemnabimini*. Fieri etiā potest, vt, cū Lucas vtrūq; ponat, acceptū à Luca, & positum hīc fuerit. Nec verum est, quòd iudicare hīc penitùs idem sit, si rectè consideres, quòd *Condemnare*, sed *Iudicare*, est curiosè aliena dicta, vel facta explorare: nō vt emēdes, sed vt indices siniſtrè, & dānes. Prohibemur enim hoc præcepto, vel iudicare, vel damnare quempiam temerè. Nam cum alibi dictum sit: Iustum iudicium iudicate. Non prohibemur omninò iudicare, sed iudicij differentiam docet: quibus in rebus iudicare

Iudicare non idem quod condemnare.

Ioan.7.

TEXTVS.

I NOlite iudicare, & nō iudicabimini: nolite cōdemnare, & non condemnabimini. 2. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mēsura mensi fueritis, remetietur vobis. 3. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: & trabē in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? 5. Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

A iudicare oporteat, & in quibus non. Quod quidem manifestè nos docet Apostolus, dū in ijs, quæ in cuiusq; potestate posita sunt, nec à scriptura prohibentur, vt illa erant, quæ ad manducationem pertinebant, dixit: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Et rursum: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Et adhuc rursum: Non ergo amplius iudicemus nos inuicem, sed hoc iudicate magis,
B ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. In ijs verò, quæ manifestè Deo displicent, reprehendit eos, ad quos ferre iudicium spectat, cò quòd nō sic temerè iudicēt, dum iudicium ferre deberent ex officio, atq; etiam ipse suum iudicium profert, dum ait: Ego quidē absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri IESV Christi, congregatis vobis, &
C meo spiritu, cū virtute Domini nostri IESV, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri IESV Christi. Eiusmodi enim iudicium, non hīc prohibetur, sed ne quis (vt dixi) temerè facta aliorū, aut dicta iudicet, atq; in malā partem illud interpretetur: quod plerumq; laude potiùs, quàm calumnia esset dignum, vt tibi hinc, vel probitatis opinionem concilies, si cum illis tua conferantur, vel praui animi
D oblectationem capias.

Quantum autem malum hoc vitium hominibus afferat, ab ipsis primogenitoribus nostris discere possumus, qui fidem habētes verbis serpentis, qui falsa interpretatione calumniatus fuit Deum, & quæ ipse præceperat, mortem, & sibi ipsis, & toti posteritati, accersiuerūt. Dixit enim Deum præcepisse illis, ne ederent de ligno scientiæ, non propterea, quòd edentes essent morituri, sed quòd scirent, fore, vt quo die ederent de ligno illo, aperirentur oculi eorum, & essent sicut dij, perindè quasi obijcere Deo inuidiam vellet. Quare miseri, Dei præcepto neglecto, pessimi hostis persuasioni adhe
A seruunt, maximo suo, & nostro cum detrimento.

Sic quoq; Iudæi Seruatoris Christi Diuina facta, ac dicta plenis inuidiæ calumnijs infectantes, & in eius mortem conspirauerunt, & totius gentis suæ interitum, ob tantum sce
B lus pepererunt, nec vnquam voluerunt admittere, quod eos admonebat, cum diceret, nolite secundū faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate: Erat quidem Pharisæis, &
Scribis peculiare hoc vitium: siquidem Pharisei cum sibi ignoscerent, & in grauissimis peccatis indulgentes essent, tamen inclementissimi iudices contra minima peccata aliorum se se exhibebant, ea etiam calumniantes, quæ recta erant, quæ ve
C rò dubia erant siniſtrè interpretabantur, quæ etiam læuissima erant, tanquam grauissima exagerabant: quod Dominus illis exprobat, dicens: Excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Quòd si quotidiana vulgi facta intueri vellimus, maximam malorum partē, ex iniquis iudicibus proficisci reperiemus. Frequentissimū hoc vitium in populo versari, quis nō videat? Semper deteriorem partē amplectuntur iudicia sectantes, quic-
D quid proximi, vel dicunt, vel faciūt, in partem malā interpretantur, quæ res odiorum, & inimicitiarum ingens seminarium est, nam & ij, qui hoc morbo laborant, mala semper prędi ti mente sint, necesse est, à qua, tanquam à mala arbore eiusce modi fructus proficiscuntur, & qui hæc audiūt, veluti pestifero aēre infecti vitiantur,

Serpentis iudicium circa præceptum primis parēt ibus impositum, ne lignū vetitū gustarent, longè à veritate alienum.

Matth.26.

Ioan.7.

Pharisæorū, & Scribarū iudicia, & interpretationes, quàm siniſtræ, & calumniantes.

Iudicia sectātes plerunq; deteriorē in partem facta interpretantur.

Odiorum seminarium, iudicium prauum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vitiantur, & ij, de quibus detrahũt, re tam iniqua aduersus detractores irritantur. Nec ij solùm, sed eorum etiam amici, ac consanguinei adeò ira excandescunt, vt necesse sit, miseram ciuitatem perpetuis odijs, obloquutionibus, dissidijs, inimicitijs laborare, hinc rixæ, neces, atq; grauissima mala in Republica sæpè videmus: ita hæc pestis, dicta, ac facta sinistrè interpretãdi, insita vulgo est. Vnde interdum, ex eò quòd expertus sum, mirer, quo pacto mira somnia, quæ imaginando vulgus fingit,

B potuerit excogitare. Si cũ illo versaris, fraudem suspicatur. Si ab eius cõmercio abstines, odio ascribit. Si loqueris, calumniatur tua verba. Si taces, rancori ascribit. Si benè ei facis, captatum (inquit) venit. Si non facis, auaritiam, vel maleuolentiam obijcit. Quare in eiusmodi homines dici potest similitudo illa, quam Dominus in Iudæos, ob eiusmodi temeraria iudicia, dixit: Cui ergo simi-

C les dicam homines generationis huius. Et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus: Cãtauimus vobis tibijs, & nõ saltastis: lamẽtauimus, & nõ plorastis. Venit enim Ioãnes Baptista, nec mãducãs panem, nec bibens vinum: & dicitis: Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorũ. Et sanè is, qui malig-

D nis eiusmodi iudicijs assuetus est, ijs est persimilis, qui ob febrim aut morbum aliquem, vitiatum palatũ, ac linguam habent, vt & ipsum mel amarum esse videatur. Sic eiusmodi homines, dũ prauè omnia interpretari consueuerunt, hoc morbo occupati, rectè ac piè iudicare nunquã sciunt, sed optima quæquè carpunt, ac mordent. Ab hoc sanè vitio, qui Christianã religionem profitetur, triplici ratione abstinere maximè A debet. Primò, quòd conueniat eum sua, & dicta, & facta diligentiùs attendere, atq; is suos lapsus, suaq; errata, ac defectus, quibus scatet, eo cultiùs perspicere, vt nõ libeat ei aliena curiosiùs obseruare, aut obseruata carpere. Secundò, quòd fraternæ charitatis omninò proprium sit, aliena vitia occultare, & pallio charitatis obtegere, eaq; pro viribus extenuare, potiùs quã dente canino mordere, & animo impio in publicũ deferre: dubia verò cãdidè interpretari, candidioris animi indicium est. Tertiò, quòd agnoscere se deceat, quisquis ille fuerit, omni supercilio deposito, proximi sui consortũ esse, non iudicem, & ob id iniuriam maximam, etiam ipsi Deo facere, cuius officiũ sibi vsurpare temerè audet. Ad hanc causam respexit Iacobus, dicens: Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iu-

C dex. Vnus est enim legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum? Ad hoc quoq; respexit Paulus dicens: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Hoc est, iudicio sui Domini relinquendum est hoc iudicium, quod iudicium nõ huius temporis est, sed quemadmodum paulò post ait, cum omnes statuemur ante

D tribunal Christi. Sic & ad Corinthios, nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Deus bone quãta temeritas est, audere de alterius mente, & cogitatione iudicare, & quod solius Dei est, velle vsurpare! Solius enim Dei est scrutari renes, & corda, & audet puluis ac

Interpretationibus, & vnusquisq; studijs id deterius malè sunt præsumit.

Huiusmodi iudicia, quæ mala in Republica pariant.

Temeraria iudicia sectantes, quæ somnia, & imaginationes à veritate aliena confingant.

Luc. 7.

Simile.

Maligni iudicijs decori vitiatum palatum, vel linguam habentibus persimiles.

Triplici ratione alterius vitia obtegenda sunt.

Triplici ratione abstinere debet.

Tertiò, quòd fraternæ charitatis proprium sit aliena vitia occultare.

Iudicans alterius seruum Domini offendit.

Iacob. 4.

Rom. 14.

1. Cor. 4.

Deus solus scrutatur renes & corda, & vilis homo audet sibi vsurpare.

A ac cinis ea sibi vendicare, quæ Deus vni sibi reseruauit? Qui hoc morbo laborant, & ostendunt se charitate destitutos, de qua Paulus scribens ait: Charitas non cogitat malum: nam ij contrafaciunt, vt semper malum de proximo quoq; opinentur.

2 *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽsura mensi fueritis, remetietur vobis.* Eæ duæ sententiæ de iudicio, & de mensura, sunt è vulgi sermone mutuatæ: ac si dicat. Sic à

B Deo comparatum est, vt qualem se se quisq; erga alios præstat, tales vicissim experiatur & alios erga se, quãquam id non in vniuersum fiat: Nam interdum mala redduntur, etiam benè meritibus, sed quod plerunq; id iudicio Dei contingat, vt qui iudicat, iudicetur, qui maledicit, maledicatur. Istæ duæ partes accipi possunt de iudicio humano, & de iudicio Diuino: Chrysostomus, & Augustinus referunt, ad futurũ Dei iudicium, in quo eandem recepturus sis mercedem, cum idem facias in

C quo alios iudicas: de qua re Paulus ad Romanos sic ait: Inexcusabilis es, ô homo, omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, eadem enim agis quę iudicas. Proindè si ad Deum hæc referantur, intelligendum ideò dictum: *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Quia qui curiosè aliorum vitam excusserit, illius vita à Deo exactè diiudicabitur, & qui proximum condemnauerit, condemnabitur à Deo. Qui verò æquus fuerit proximorum iudex, æquum quoq;, ac benignum experietur ipsum Deum: & in genere quali mensura mensi fuerimus, remetietur nobis à Deo, quia si benè fecerimus, bona recipiemus ab eo: mala verò, si malè fecerimus. De mensura quærit D. Augustin. lib. 2. de serm. Domini, cap. 29. dicẽs: Nũquid, si iudicio temerario iudicemus, iniqua erit mensura, & A iniquum iudicium quod Deus remetietur nobis? Respondit: Nõ ita quidem, sed obseruatio Patrum est, ad intelligendas phrases scripturarũ, quòd Spiritus sanctus in Scriptura sacra, vt ostẽdat propter misericordiam suam, Deũ neminẽ velle perire, aut damnari, sed nostris ipsis iniquitatibus, aliquando cõgi, proponit contra nos nostra ipsa peccata, vel legẽ, quã preuaricati sumus, vel creaturas, quibus abutimur, vt instrumentũ ad peccandũ, quasi quòd ista nos meritò damnent. Sic Isa. 59. B Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Item in eodem cap. nu. 12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ corãte, & peccata nostra responderunt nobis. Et Hierem. 5. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Et Gen. 4. Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Ioan. 5. Est qui accusat vos Moses. Deniq; Sapien. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Sic in præsenti textu (secun-

C dũ Augustinũ) intelligi debet quòd ipsa temeritas, & iniqua mensura, qua iudicamus, vel condemnamus proximos, meritas à nobis exiget pœnas. Ideò impersonaliter dictum est, *Remetietur vobis*: quasi diceret, Nõ tantum ipse Deus remetietur, sed ipso etiam peccato remetietur: iuxta illud Psal. 36. Gladiũ euaginauerũt peccatores, &c. & gladius eorum intret in corda ipsorum

Sed est aliud dubium circa hũc lo D cum, quod proponit D. Augustinus libro. 10. de Ciuit. cap. 11. quomodo eadem mensura, remietur nobis cùm constet temporale peccatum, æterna pœna puniri? Ad hoc (vrait Augustin.) mẽsura minimè dicitur, quantum ad durationis æqualitatẽ, sed quantum ad vicissitudinem mali. Nam & iudices apud nos, propter furtum vna hora commissum,

iuxta

Isai. 59.

Peccata nat à Deo separant.

Idem ibi. 12.

Hierem. 5.

Gen. 4.

Ioan. 5.

Sapien. 5.

Psal. 36. b. 14.

Ibid. b. 15.

D. Augustin. lib. 10. de ciuit. c. 11.

Mensura non remetietur quantũ ad durationis æqualitatẽ, sed quantum ad vicissitudinẽ mali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iuxta legem contrà fures datam, vitam auferunt, pluribus forsitàn annis duraturã. Quia ergo iniuria peccati contra Deum (cuius est ex parte obiecti dignitas infinita) supplicium etiam infinitum ex parte durationis æternæ ad mensuram datur, non quidem Arithmeticã, sed Geometricam, ideſt, proportionis.

Est & alia solutio D. Bernardi lib. 5. de consideratione ad Eugen. Temporalia peccata in damnatis, transierunt à manu, sed non à mente, proindè si facere in tẽpore fuit, B sed fecisse in æternum manet, &c. Quia ea quæ peccator modo cõmisit, ex parte suæ damnatæ mentis, in æternum prorogari, quando per pœnitentiæ remedium interrumpere noluit. Vnde Dauid. Superbia eorũ: qui te oderunt, ascendit semper, nẽpè ad irritandam iustitiam tuam, ne mala vnquam punire desinas, quia nunquam illa cessant. Sicut è contrario iustis mẽsura præmij cælestis æterna respondere constat, quia in æternum ex parte sua, Diuinis se se legibus subdiderũt: iuxta illud Psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, in æternum propter retributionem. Ex his colligitur solennis illa obseruatio in libris sactis, videlicet, ad mensuram semper proponi supplicia, vel præmia, quod modo prædicto intelligẽdum esse censemus. Hinc est, quod Ezech. 40. de prẽmijs, ait, loquẽs, de Angelo qui ostendebat Prophetæ ædificium ciuitatis: Et calamus (inquit) mensuræ in manu viri. Et Apocalyp. 21. de Angelo metiẽte lapides viuos Hierusalem: Habebat in manu sua mensuram arundineam auream. Et subdit: Mensura hominis quæ est Angeli. Super quem locum D. Thomas: Mẽsuram (inquit) idem esse, quod iustitiam ad mẽsuram hominem habere, & ea iple iustificatur, & Angelis coæquatur. Hæc ille. Itaq; secundum mensuram meritorum confertam, & coagitatam, A quidam Angelis, alij Archangelis, & reliquis ordinibus præmia accipiunt. Itaq; alij accipiunt cõfertam, cum Angelis mensuram, alij coagitatam cum Archangelis, alij verò juperefluentem cum superioribus ordinibus. Sic explicat D. Tho. 1. par. q. 108. artic. 8. iuxta illud Luc. 20. Erunt æquales Angelis Dei in cælo, nempè secundum singulos Angelorum gradus. Sicut è contrario, mensura peccatorum faciet homines te B probos dæmonibus pares in supplicio, nõ in natura. Et sic intelligitur illud Isai. 28. dixistis percussimus fœdus cum morte, & pactum cũ inferno fecimus. Et subditur, ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Hunc D. Matthæi locũ, de mensura qua metimur alios, D. Augustin. tractat Epist. 49. in solutione ad 4. Quæst. Nam Gẽtiles calumniabantur ex his Christi verbis: *In qua mensura, &c.* quòd Deus nõ deberet pro tẽporali peccato æterna in- C ferre supplicia. Vbi per mẽsurã hominis voluntatem intelligunt, circa quam secundum quod sua facta mẽsurauerunt, Deus reddet, siue beatitudinem, siue miseriam. At, si rectè consideramus, hic sensus coactior videtur, nec Christus de hac mensura præmiorum, facere mentionẽ voluit hoc in loco. Sed de iudicio humano, quo homo hominem iudicat, de quo si nũc, vt oportet, accipimus, D æquissima Dei sententia est, vt quali iudicio alios iudicauerimus, vicissim, & nos ab alijs iudicemur. Si enim æqui fuerimus aliorum dicta, & facta iudicando, sentiemus illos quoq; fore nostrorum factorum, & dictorum æquos iudices. Contrà, si iniquiores alienæ vitæ æstimatores fuerimus, tales quoq; alios experiemur in nos. At dices qui fieri potest, vt Deus ipse patiatur, quod læsus ab ali-

Cum facere malum temporariũ fuerit, sed fecisse in æternũ manet.

Psal. 73. d. 23

Superbia impiorum quomodò ascendat semper.

Psal. 118.

Ezech. 40.

Apoc. 21.

D. Thom.

A ab aliquo vices illi rependat, cũ potiùs clamitet. Ego ipse vltor existã, & mihi vindictam, & ego retribuã? Non sanè homines, qui iudiciũ contra iudicantes se ferũt, eius sunt animi, vt pœnam inferre cupiant, erga eos qui siniſtrè contra eos iudicarãt. Sed Deus iusto iudicio permittit eos malè iudicare de ipsis, qui illos temerè iudicare ausi fuerunt. Nam cum Deus, actus nostros, & cogitationes omnes, atq; desideria nostra in sua potestate cõtineat (cor enim regis in manu Domini, & quo B cũq; voluerit vertet illud) quãto magis corda populi? Hinc fit, vt licet homo alteri nocere præsumat, minimè valeat, nisi Deus hoc ipsi permiserit, tanquam Diuinæ iustitiæ vltor, & vindex. Sic in ore omniũ illos versare videmus, quos in populis nouimus, aliorum famas proterere, & conculcare. Atq; ita fit, vt C sicut supplicium, quod Aman parauerat Mardocheo, sibi ascisceret ipse, ita quoq; qui infamiæ crucem innocenti parat, in se ipsum paratam à se esse certo certiùs sibi persuadeat.

Si hæc ex animo considerarẽtur, quis auderet de altero temerè iudicare? Audis hic te eodem iudicio iudicãdum, quo alium iudicaueris, & tãm multa iudicia tibi ascisce re nõ veteris? Tot enim iudicijs damnaberis, quot in proximum quemq; temerè exercuisti. Et eadem mensura tibi rependetur, qua vsus aduersus D alios fueris. Cur non ergo potius eligis piè, ac amicè iudicare, vt habeas vnde laudandis iudicijs honesteris, & qui vili mensura tibi remetiantur? Quòd si amore proximi tui non permoueris, cur non saltim tui boni contemplatione ad hoc præstãdum inuitaris? Non aduertis illud in te recidere, quod ait Paulus: In excusabilis es, ô homo, omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Si enim tu, qui A multa reprehensione digna facis, tã sæuerus es erga proximum iudex, quomodo non censes Deum iustissimum, & irreprehensum iudicem, tãm iniqua iudicia vlturum? Et quidem si etiam irreprehẽsus, omni ex parte esses, oporteret tamen te circunspectè agere erga proximũ. Primum, quia potes in posterũ impingere: nam, qui stat (ait Paulus) videat, ne cadat. Et rursus: Considerans te ipsum, ne & tu tẽtetis. Deinde quòd cum hominis, quem iudicas, cor ignores, multa rẽdarguere contingit, quæ non essent redarguẽda, cum verò nemo sit, qui non impingat (in multis enim offendimus omnes, & quis gloriabitur mũdum se habere cor? Quis potest dicere mundum est cor meũ, & purus sum à peccato?) Cum (inquam) hæc ita sint, & plerunq; tu grauiora pecces, vnde ista tibi iudicandi, alterius curiositas, ac petulantia? Videas insuper quàm stultum est, frustrà Diuinum iudicium aduersus nos metip- C sos prouocare, & aliena vitia (vt dixi) nostra facere. Atq; adeò interdũ potiùs alienis bonis, dum plerunq; homines id quod bonum est, prabè interpretãtur, damnum facere, & sibi parare damnationem. Meminisse præterea oportet, nos esse inuicem membra, & quemadmodum si contingat, membrum aliquod ægrotare, membra reliqua non disceptant, aduersus illud peruersè diiudicãdo, sed mederi, & curare studeant labo- D rantem partem, aut, si exiguus morbus est, non calumniantur esse magnum, multo verò minus, si sanum membrum sit, iudicant illud ęgrotare: sic nos, ne syncerum vas (quod dicitur) tentemus incrustare, & quod rectè factum est, ne peruersè iudicemus, quod si quãdo peccatum ab aliquo est primum ne arguamus illuè peruersis iudicijs, deinde curare studeamus.

Indicantes alios reprehẽsione cũ digni sint, quàm sæueram suscipient vltionem ab irreprehenso iudice.

1. Cor. 10. Gal. 6.

Iacob. 3.

Prou. 20.

Curiosè alios notantes, sibi voluntariam parant damnationem.

Ephes. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A deamus, non autem dilacerare iudicando. Quòd si interpretari cor alterius volumus, illud cum fructu faciamus, benè de proximi cuiusquè animo iudicantes, aut vitium benigna interpretatione minuentes.

Interpretari cor alicuius, qualiter fructuosè ponitur.

Ij verò, in quos praua ista iudicia feruntur, meminerint quod Beatus Petrus de Seruatore Christo dixit: Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè. Sic nos relinquamus omne iudiciū ei, qui iustè omnia iudicat, B nec hominum iudicia plurimi faciamus, quod generosè faciebat Paulus, cum dicebat: Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; me ipsum iudico: qui autē iudicat me, Dominus est. Cernis generosum animum, qui iudicia omnia humana, pro nihilo iudicat? Vbi etiam illud obseruandum est, quod ait, se vereri etiam de semetipso iudicium ferre, quāuis nemo sciat, quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. Nō audet Paulus ipse se iudicare, & nos de alieno animo, tàm facilè, tàm temerè iudicium proferimus? Quid verò causæ erat, cur Paulus ita aliorū iudicia paruī faceret? Qui iudicat me (inquit) Dominus est, cuius vnū iudicium æstimādum est. Sic mecum cogita. Si quis regi cuipiā seruiret, quem sciret nullis circūueniri posse calumniarum fraudibus, nec falsis cuiusquam accusationibus decipi, is, qui nec per somnium regem offendit, non curaret si quando audiret, æmulos quosq; sibi apud regem detrahere, cum certò sciret, calumnias illas sibi nihil officere posse, quare securus omninò ab omni metu esset. Sic nos, cū sciamus talē nos habere Dominū, qui omnia nouerit antequam etiam fiant, cur aliorum iudicia tāropere formidamus? Quæ certò scimus, si per nos nō stet, nihil damni afferre nobis posse, atq; adeò prodesse potiùs, quandoquidē ad mercedem, & hoc nobis accedet. Et si quid patimini propter iustitiā beati. Hæc cogitatio efficacissimum remediū est, aduersus eiusmodi iudicia, quæ pleriq; tanti æstimant, vt maximo interdū ob ea mœrore conficiantur, atq; à multis etiam rectè factis abstineant. Qui si hæc Pauli verba recordarentur, facilè negligerent humana iudicia, vt erroris plena, & digna quæ pro nihilo putentur, & animum adijcerent ad illud Domini iudicium, quod solum æstimandum est. Absoluimus tandem cum Paulo, qui ait. Nolite ante tempus iudicare, quoadvsq; veniat Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

1. Petr. 2.

Ij cōtrà quos iudicia feruntur, omne iudicium omnia rectè iudicanti relinquere debent.

1. Cor. 4

3 *Quid autem vides festucam, &c.* Festuca (secundū Calipinum) arboris nouellæ, & cuiuscunq; sati pullulus est. Hoc ex D. Augustino se accepisse dicit: Augusti. Festuca (inquit) initium trabis est. Nam trabs quando nascitur prius festuca est. Dictio tamē Græca, quæ hoc loco ponitur, nempè, *Kaphos*, putatur magis significare, breuissimam aliquam ligni particulam, quā vulgari lingua vocamus, *Brizna*, ò *Rassita*. Vnde dicitur Græcis, *Karphologia*, hoc est, collectio eiusmodi particularum, quā Medici inter signa, quæ phreneticis designantur, apponunt: & hoc certè modo, *Kaphos*, pulchrè apponitur trabi. Per festucā læue erratū intelligit, per trabem verò graue peccatum. Est quidem methaphora, quæ optimè negotio conuenit, nam sicut festuca, & trabs differunt magnitudine, & paruitate, grauitate, & læuitate: ita & peccata nullo modo paria sunt, vt philosophātur nonnulli, sed quædam grauia sunt, quędam verò læuia. Grauia quidem sunt ea, quæ magna cum difficultate expiari possunt,

Caluin.

D. Augustin. de verbis Dom. mont. ser. 16.

Festucā quid sit.

Festucā leue peccatum, trabs verò graue significat.

Peccata paruia non sunt, sed quædam grauia, quædam vero leuia.

A possunt, læuia autē dicūtur, & sunt illia quæ faciliter expiari possunt, teste Augustino, quę nos venialia vocamus. Et interdū peccata quędā mortalia parua dicūtur, si ad alia mortalia grauissima comparentur: vt latè Magister sent. in. 4. distl. 14. probat. Hunc comparandi modū elegantissimè Paulus posuit, dum peccatorū distinctionem faceret, dicens: Quædam esse peccata vt fœnum, alia vt stipula, alia vt lignum: nempè quia sicut differunt ista in maiori, vel minori facilitate cremandi, ita quoq;, & peccata differre cognoscimus, quædā enim tàm in hoc seculo, quā in futuro faciliùs expiabuntur, quā alia quę magna cum difficultate expiātur. Christus quoq; duas peccati differentias hîc posuit, trabem, & festucam designādo, videlicet, magnum, & paruum peccatum. Aliquî sunt qui per festucam venialia intelligant peccata, per trabem autem grauissima peccata, quæ cōmuni loquē C di modo mortalia appellantur, sed hoc omninò verū non est. Nā quomodocunq; quis proximū suum de minori peccato arguat, quā sit illud quod ipse cōmisit, istam reprehensionē contra eum locum nō habere manifestum est. Atq; ita dicimus, q in genere quodlibet peccatum magnum, trabs vocatur, & quodliber minus illo, ad ipsum comparatum, festuca à Christo vocatur.

D. Augustin. in Enchi. cap. super Epist. 1. ad Cor. c. 3. cum dist. 4. citatis.

Magister. 4. dist.

1. Cor. 3. Peccata quæ dam sunt vt fœnum, alia vt stipula, alia vt lignum, pro diuersa istarum differentia in maiori, vel minori facilitate cremandi.

Exemplum autem oculi accipit, propterea quòd læuissima quæq; res offendat, & officiat oculo, & vel sensum doloris facit, vel visum impedit. Arguit ergo insignem hominū stupiditatem, qui cum in mente, quę interioris hominis oculus est, grauia peccata habeant, non ea sentiūt, cum minima quæq; sentire debuissent, & læuissima quæq; in altero acutè conspiciant, quæ ipsi grauiori impedimento obsessi, mirùm est quo pacto intueri possunt. Vbi notare libet, quòd licet trabem in oculo esse dicat, non tamen in eo esse potest. Sed hoc loquendi modo vtitur Dominus ad ostendendum grauissimum periculū, quod imminet homini in peccato mortali existēti. Nam si quis festucā, aut trabem in manu, vel pede, seu in aliqua alia corporis parte habeat, detrimētum quidē patitur, verū non adeò patens, & manifestū, quàm in oculo, vbi nihil extraneū, quātumuis paruum esse possit, quod non grauissimè lædat, etiam si vel tantillū appropinquet, si verò infigatur ei, non modo grauissimè nocere valet, sed & in totū corrūpere, & omninò destruere. Pari quoq; ratione arguere possumus de peccato, quod trabs grauissima est, respectu oculi, nempè cōscientiæ, cui infixū, ita peccatum est, vt sola Dei virtute, ac potentia, extrahi ab ipsa possit. Hinc est, quòd peccatū hominē cæcū omninò reddat. Excæcauit enim eos (ait Prophera) malitia eorū. Ex quo (si rectè perpēdas) colligere potes cū Abulensi, quod Christi mens in hac sentētia fuit ostēdere eos, qui aliquo graui peccato occupātur, nō posse quemquā de peccato arguere, quia imperiti omninò sunt: ita vt nullaten* possint aliena videre, sicut qui cæcus penitùs est, etiā si operari aliquid percupiat, nō valet, ob defectū visus, ita quoq; peccator cū cæcus sit, ob trabē oculis super positā, nō potest proximi peccatū iustè videre ad arguendū ipsum. Proximus D autem dicitur habere festucā duplici de causa. Prima quidē ad significā dum eū minus habere oculos impeditos, quā hypocrita qui ipsum corrigerenō veretur, ideò lōgè meliùs ipse hypocritā arguere potest, quā hypocrita ipsum. Secunda, quia mirabile quidem est, & maxima admiratione dignū, vt qui trabem in oculo suo habeat, possit festucā in oculo alterius videre, cum res visibilis

In peccato mortali existens, quo in periculo versetur.

Peccatū grauissimum trabs respectu oculi conscientiæ.

Sap. 2. d. 21.

Peccatum hominem excæcat.

Qui aliquo graui peccato occupātur, non possunt quemquā de peccato arguere, quia aliena videre non possunt.

Festucā quis dicitur in oculo habere duplici de causa.

Illam habens melius potest corrigere hypocritā, quā hypocrita ipsum.

Dominum habentes qui nouit omnia, an tequam fiant aliorum iudicia formidare non debemus.

1. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A longè minor ſit, quàm impedimẽtũ quod ad videndum habet. Vnde colligi poteſt, cum quàmdiu trabem ſuperpoſitam habeat, videre non poſſe proximi læuia errata, ad iuſtè arguendum, ſi verò arguat, iniquè, & iniuſtè id facere Chriſtus teſtatur.

5 *Hypocrita eijce primum trabem, &c.* Eiuſmodi homines Dominus hypocritas appellat larbatos, nempè, qui fœdam cum faciẽ propriã intùs habeant, exteriùs alienam pulchrã referentes, putant ſe omninò ornatos apparere, nã ferè fit, vt ij, qui in aliorum vitijs arguendis, ràm acutè cernunt, bonam de ſe ipſis pierũq; habeant opinionẽ. Si enim benè de ſe non ſentirent, profectò deſcenderẽt in ſe ſe, & in ſe inquirerent ſe ipſos, nec tãtum (abs re ſua) eſſet illis otij, aliena vt cutarẽt, & quæ minimè ad ſe pertinerent. Nam ita facilè mordere, ac taxare alios, ex eo proficiſcitur, quòd homines ſeipſos obliuiſcuntur, nec obſeruant, quã multa ipſi peccent, atq; indè fit, vt ſe aliquid eſſe arbitrẽtur, cum nihil ſint, & iudicẽt ſe idoneos, qui de alijs iudicent. Quare non iniuria hypocritã eum appellat, qui diſſimulatis ſuis vitijs grauioribus, in aliena etiã exigua inuehatur. Cũ ergo hoc peccatum mẽti irrepſerit, cogitemus quã tum deſit nobis, quantaq; ſingulis horis cogitatione, ſermone, factis peccemus, & in Deum, & in proximũ quemquè quàm ſint lubrici pedes noſtri, & continuò appetitus ille iudicandi de altero conquieſcet. Rectè enim quidam pius vir dixit: Verè homo ſi teipſum attendas, mirùm eſt, ſi in quippiam aliud animum intendas.

Dominus forſan hypocritas eiuſmodi homines cõpellat, vt peccati magnitudinem, & grauitatem ipſis ob oculos ponat: nam, vt benè D. Chryſoſtomus notat, quoties Chriſtus peccati magnitudinẽ oſtendere volebat, toties à cõtumelia exordiũ ſumebat, ſic contra ſeruum arguebat, dicẽs: Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, &c. Sic contra Phariſeæos ſignum poſtulãtes, generatio prava, & adultera ſignũ quærit, &c. Et meritò grauitatẽ peccãti ipſis obijciebat Phariſeis, nam cũ in aliorum vitijs oculatiſsimi eſſent in proprijs tamen ipſis talpis cęciores erant, ideò ſanctiſsimos Chriſti Diſcipulos arguere non verebantur de minimis, cum ipſi grauiſsimis vitijs eſſent implicati. Quare (inquiũt Chriſto) diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum, non enim lauant manus ſuas cum panem manducant, quibus Dominus, vt trabem eos in oculo infixam habere oſtenderet, ſic ait: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras? Eiuſmodi trabẽ Semei habebat, cum ipſi Dauid fugiẽti à facie Abſalon improperabat, dicens: Egredere vir ſanguinũ, vir Belial, &c. Ipſe verò Semei, odio, & liuore, contra ipſum Dauidem longè grauiùs peccauerat. Claret ergo, quòd is, qui contra fratrẽ iudicium ferre audet, aut odio internicino in fratrẽ, aut laudis cupidine ducitur, quod vtrũq; grauiſsimum peccatũ eſt. Audi Paulũ eos grauiter arguentem, qui in lege gloriantur: Qui aliũ doces, teipſum nõ doces? Qui prædicas non furandũ, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis? Qui in lege gloriaris, per pręuaricationẽ legis, Deum inhonoras? &c.

Ad arguendum ergo proximi vitium, duo ſunt quę coercere nos debent, nẽpè ipſius proximi internus amor, & odium ex vitij fœditate cõceptum, ſi hęc te verè permouerint, facilè in correctione modum ſeruabis talem, vt frater intelligat te omninò amore ductum ad ipſum arguẽdum, & ſic ipſum tuo amore reuincies

Qui in aliorum vitia excandeſcũt, vt in plurimum de ſeipſis bonam habeãt opinionem.

Hypocritæ appellantur, qui ſua diſſimulantes vitia, graviora in aliorũ peccata inuehũtur.

Iudicãtes alios ſuam conditionem, & lubricitatem cõſiderare debent.

Si nos attenderemus mirum eſſet, ſi quid aliud animum intẽderemus.

A cies. Ex Abigail arguendi modũ accipere poteſt, quæ cum feſtucã, quã Dauid in oculo habebat, nẽpè odiũ conceptũ cõtra Nabal, vidiſſet, hãc iracũdię feſtucam hoc modo eijciebat: Prælia (inquit) Dñi, tu pręliaris. Malitia (inquit) nõ inueniatur in te omnibus diebus vitę tuę, &c. ſequitur: Cum ergo fecerit te Dñs ducẽ ſuper Iſraël, nõ erit hoc tibi in ſcrupulũ cordis, quod effuderis ſanguinem innocẽtem, &c. Vade & tu fac ſimiliter: & ſicut Abigail, tu quoq; proximum Deo, & tibi lucraberis.

EXPOSITIO.

6 *Nolite dare ſanctum, &c.* Nulla planè connexio eſſe videtur, inter præteritas Chriſti doctrinas, & hanc quam cõſequutiuè tractat. Vt verò cõnexionẽ doctrinarum ſacri Doctores faciant, non patũ eos laborare videmus. D. Chryſoſt. nititur hanc Chriſti ſententiã, cũ præcedentibus cõnectere. Nã ſuperiùs Dñs inimicos diligere ſtrictè præceperat, & eis benefacere, qui odio proſequerẽtur nos. Poterant colligere multi, hoc Chriſti mandato teneri homines, ad explicãda ſecreta Dei myſteria, nõn modo amicis, & domeſticis fidei, ſed etiam hoſtibus noſtris, qui Dei & Eccleſiæ doctrinam internicino odio inſectantur: vt autẽ diſcipulos ſuos cautiores rederet Dñs, poſt doctrinam illam, quam dedit oſtendendo, qui ſint illi, qui nõ rectè alios iudicare, corripere, & docere debent, iam nobis quaſi digito demonſtrare voluit eos, cum quibus nullũ negotiũ circa illa, quę ad doctrinã, & correctionem errorũ pertinẽt, habẽdũ nobis eſt. Hæc ſententiarum connexio à iunioribus ſeruatur auctoribus. Verũ enimverò, nõ oportet nos multũ de fatigari, inquirendo quomodo poſteriora cum prioribus cõnectantur. Nã cum hęc, in monte habita concio à Chriſto, radix, ac fundamentũ totius Euangelicæ pietatis ſit, non multum facit Euangelij ſcriptores curarunt, tẽporum ſeriem, aut dictorũ conſequẽtiã ſeruare, dũmodo nihil eorũ, quæ ad doctrinę ſubſtãtiã pertinere videbãtur, prætermiſſent: illa autẽ omnia, nunc hæc, nunc illa, prout Spiritus ſanctus dabat, ac ſuggerebat ipſis, ſcriptis referebãt. Hęc igitur Chriſti ſentẽtia: *Nolite dare ſanctũ canibus.* Vna ex præcipuis vniuerſæ cõcionis eſt, quæ ſi ſeruetur, cuncta Eccleſiæ Sacramẽta, ſacroſanctaq; Chriſti myſteria, nobis in ſacra ſcriptura reuelata, integra, & incorrupta manebũt: cũ ergo tanti momenti hęc doctrina ſit, ſerio ac parum fuſiùs illam, Deo dante, explicabimus. Qua in re, vt recto ordine procedamus, hæc tria cõſiderare oportet, nempè quibus in primis hoc grauiſsimum Domini mandatum datum ſit, videamus. Secundo verò loco, quid

TEXTVS.

6 NOlite dare ſanctũ canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcẽt eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos. 7. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. 8. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A per sanctum Dominus intelligere voluerit, exponemus. Ac tertio loco, qui sint illi, quos Christus canes, & porcos compellare non dubitauit, eosq; quasi digito commonstrabimus. Manifestum est mandatum hoc datum fuisse illis, quibus Dominus dixerat: Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Quinam sunt illi, quibus Dominus his verbis alloquitur: Vobis datum est? Nimirùm Apostoli, & eorũ successores, siue discipuli. Qui verò illi sunt, quibus datum non est, sed qui per parabolas discere debeant? Ij videlicet, quibus præstat mysteria nescire, ne ijs nequitèr abutantur, grauiùsq; condemnentur, si ea spreuerint. Non enim debent margaritę mitti ante porcos. Nec vllam apud me habet dubitationem, Dominum hoc loco allusisse ad duodecim tribus Israëliticas, quę duodecim Apostolorum gessere typum, atq; ad septuaginta senes illos, è duodecim tribubus selectos, qui typus erãt duorum, & septuaginta illorum, qui Apostolorum discipuli fuere. Quibus omnibus præcipiebat, vt circa mysteria sacra explicanda, maiorũ mores sectarentur, & eorum vestigia tenerẽt. Nouimus autem ex historijs, solos Septuaginta seniores sacrorũ Bibliorum mysteria, & legere, & intelligere potuisse: neq; enim Hebraicum idioma in illorum literis vocales habuit, sed per literas consonantes illud legere nouerant. Atq; hic legendi modus, solis septuaginta cognitus fuit, reliquis è vulgo Iudæis prorsus ignotus: ne etiam hac in re margaritæ porcis, ideſt, nõ vocaris, & curiosis, mitterentur. Itaq; etiã septuaginta seniores, non absq; ingenti miraculo Biblia Hebraica, Græcè reddidere.

Luc. 8.

vide Theophila. in cap. 8. Luc.

Exod. 24.

Num. 11.

C Septuaginta seniores Hebraicum idioma per literas cõsonantes, sine vocalibus legere nouerunt.

Vide Iosephum, & Iustinum Martyrem in suo Paræneticõ. Irenæũ lib. 3. cap. 25. contra Valc. Clemen. Alexand. libr. 1. Strom. Hilar. in 2. Psal. August. de ciuit. Dei. lib. 18. c. 42. & 43.

Eundem in modum, quemadmodum septuaginta illi duo, discipuli A Apostolorum exstitere, qui ad hoc à Domino destinati, ac instituti fuere, vt sacrorum Bibliorum mysteria intelligerent, & docerent, ita quoq; Sacerdotes quos diximus, discipulorum legitimi successores sunt: Id quod in præcipuis quibusdã totius orbis Christiani Pontificũ sedibus, vel Episcopatibus doceri potest. Hinc planè conficitur, Sacerdotibus, siue Episcopis, Pastoribus, & Doctoribus (quos suæ Deus Ecclesiæ præfecit, ac præposuit) eam quotidie subministrare gratiã, qua mysteria intelligere, interpretari, & quãtum populo necessarium fuerit suis in concionibus, tanquam in parabolis proponere queãt. Quare nõ immeritò consulendum est laicis idiotis, vt à curiosa Bibliorũ lectione omninò abstineant. Primo quidem eo nomine, ne, quod præsbyteris, vel senioribus, ideſt, Sacerdotibus solis pro illorum functione demandatum est, id ipsi sibi temerariè C vsurpent, id quod quidem Dominus Deus declarare voluit in Ozia Rege, in Core quoq;, Dathan, & Abiron, quos meritò grauissimè animaduertit. Deinde verò eam ob causam quod in propatulo sit, quantam perniciem in totum orbem Christianum ea res inuexerit, & adhuc inuectura sit, si laicis illiteratis liberum sit, pro ipsorum arbitrio, & curiositate in sacris literis volutari, ealq; audacter rimari, ac perscrutari. Vnde (obsecro) tanta sectariorum colluuies orta. Vnde Anabaptistæ, Suencfeldiani, Caluinistę, atq; eius farinæ permultæ aliæ hæreses, & factiones prodiere, nisi ex hoc ipso, quòd homines imperiti, & D vulgus planè indoctum sacra Biblia, & lectitare, & interpretari non dubitarunt? Hoc itaque mandatum: *Nolite sanctum dare canibus.* Apostolis eorumq; successoribus, quibus

Libros sacros Bibliorũ, qui inscribuntur, Apocryphi, laicis idiotis.

Laicis vetanda sacra scriptura curiosa lectio.

2. Par. 26.

Num. 16.

Quod Sacerdotibus solis demandatum est laicis temerariè vsurpare non debet.

Pernicies ingens in orbe Christiano inuecta est, & adhuc inuehitur, si laicis illiteratis liberum sit sacras literas scrutari.

A quibus insana doctrina instituendi populum cura demandata est, datũ fuisse certissimum est. Quid ergo præcipiat Dominus attẽdamus. *Nolite sanctum dare canibus.* Quid sanctũ siet. Secundo loco dicere statui. Sanctum perfectè, & absolutè esse dicimus, id quod sanguine tinctum est. Ab etymologia enim vocabuli, interpretationem viri docti desumũt. Græcè, *Agios*, Sanctus dicitur. Id autem, *Agios*, est, quod ab omni immũditia liberum perfectè esse constat, & talis immaculata omninò mundtia est, secundum Dionysium de Diuinis nominibus, cap. 12. & D. Thomam 1. Sent. dist. 10. quæst. 4. arti. 4. Ecclesia autẽ sancta vocatur, & est, nam licet tritici cũ paleas ferat, & inter tritici semen zizania crescãt, nõ ideò nomen tritici amittit, fructus ille quẽ terra tritico sata producit: Eo sanè modo Ecclesia, quãuis peccatorum zizania intra se getem iustorum ferat, sancta meritò à nobiliori sui parte, nempè iustorũ, vocatur. Sicut Hierosolymorum ciuitas, C sancta in scripturis sacris compellatur, ob dignitatem quã templũ sanctum in ea structum habebat. Sãcta quoq; vocatur Ecclesia, quia vniuersa sanctificationis media in ea Deus constituere voluit. Sancta tandem compellatur, quia stabilis perpetua firmitate omnibus aduersarij telis manebit. Sũt quoq; qui dicant: Sanctum à sanciendo dici. Nam sancire propriè est, vt multi Doctores eleganter interpretãtur, cõsecrare aliquid sub sanguine hostiæ. Vnde Sãctum planè dicitur, quasi sanguine consecratum. Sanctũ itaq; dicimus id, quod sacro sanguine tinctum, & Deo summo consecratũ est, id quod inuiolabile, & firmitate perpetua ad conseruandum datur. Quãdo verò Christus Seruator noster, hoc mandatum Apostolis, suisq; successoribus perpetuò seruandum dedit, ad vniuersa illa (haud dubiè) mentis A oculos deflectebat, quę sanguine Testamẽti purgata, & ab omni macula detersa: Deoq; cõsecrata manebãt, inter quę omnia primo loco sacram Scripturam collocabat, deindè verò Ecclesiæ Catholicę Sacramenta omnia, quæ sanguine Christi, quasi agni immaculati, vim omnem atq; virtutem, gratiam conferendi, purgandi, atq; sanctificãdi, mortalium animas, susceperunt. Quæ omnia tã quã media, ad sanctificationẽ Deus B in Ecclesia posuit, ideò etiam Ecclesia sancta vocatur, vt docet Pacianus, & D. Augustinus, Epist. 150. & 160. contra Cresco. & Donatis. Et vt primo loco, de Scriptura sacra agamus, excellentiam sanè, & dignitatem illius nobis Christus significare voluit. Testamentum ergo, siue de veteri, siue de nouo agamus, Sanctum compellat, dicens: *Nolite sanctum dare canibus.* Paulus, veterẽ legem sanctam vocat, lex quidẽ sancta, & mandatum sanctum, & iustũ, C & bonum. Sanctũ quidem, tum quia à sanctissimo Deo datum: tum etiã, quia sanguine tinctũ erat. Vnde ait D. Paulus, nec primum quidem (nẽpè Testamentum) sine sanguine dedicatũ est. Lecto enim vniuerso mãdato legis à Mose vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum, & hyrcorũ, cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo ipsum quoquè librum, & omnem populum aspersit, D dicens. Hic sanguis testamẽti, quod mandauit ad vos Deus. Hic sanguis quo vetus lex fuit iuncta, proculdubio, typus erat sanguinis Christi, cuius sanguinis effusio, omnes Dei promissiones, in Scriptura sacra nobis à Deo factas confirmatura erat. Quod cõstestatus est, ipsemet Christus, & in noui Testamenti cõfirmatione declarauit. Nã dum sacrificiũ incruentum corporis, & sanguinis sui Discipulis in Cœna tradidisset,

Padanus.

D. Augustin. epist. 150. & 160. contra Cresco. & Donatis.

Rom. 7. b.

Hebr. 9. c.

Exod. 24. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A traditurus breui Patri cruentum, in cruce pro vita mortalium, dixit: Hic est enim calix sanguinis mei, noui, & æterni Testamenti. Vides iam vtrumq; Testamētum sanguine tinctum, & consecratum. Ideoq; vt hanc sacrę Scripturę dignitatē, quā ex hoc præclarissimo sanguine (vltrà quòd vobis Diuinitùs sit reuelata) sibi comparauit, ostenderet. Sanctum per excelentiam nuncupauit, vt hac ratione mortales in sūmo honore, ac reuerentia sacras literas haberent. Omnia enim Christianę philosophiæ dogmata, cum à Deo per Prophetas, & Diuinos homines data sint (omnis enim scriptura, ait D. Paulus, Diuinitùs inspirata est) sancta meritò appellātur, & ea est margarita, qua inuenta negotiator ille Euangelicus vendidit omnia, quæ habebat, & emit eam. Et sola quidē dignitaris eius contemplatio, omnem illū honorem, ac reuerentiam, sibi vendicat.

Luc. 22. b. 20

1. Tim. 3.

Testamētum vtrumq; sanguine tinctū, & confirmatum.

Sacras literas in summo honore habere debemus.

Matth. 13.

Verū si pręterea vtilitas, ex ea nobis prouenies cogitetur, intelligemus profectò, nihil esse aliud ab illa in hac vita expectandū. Vtrumq; horum Regius ille Propheta, cū intueretur, cū alijs locis, tum in Psal. 18. in hæc verba prorupit: Lex Domini immaculata cōuertēs animas, testimonium Domini fidelę, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini, lucidū, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanens in seculū seculi, iudicia Domini, vera, iustificata in semetipsa. In hoc præclaro Psalmo, conferre voluit Propheta verbi Dei excelentiā, & ostendit longè eam superare, omnem illam excellentiā cælorum, vt elegāter Vatablus notauit: Nam licet pręstantissima sit mūdi machina, & suo quodammodo cælesti opificio Sapientiam, ac omnipotētiam Dei alloquatur. At verò verbū Dei, hæc omnia longo interuallo exsuperatrita vt nihil sint ea omnia, si ad illud cōparētur. Nam cum ipse priùs magnificam Dei gloriam Propheta prædicasset, quæ in cælorum mirabili opificio, & structura rāta maiestate, se se contuentium oculis ingerit, præsertim qui aduertunt motum, lucem, calorem, vim influentem, magnitudinem, & numerum siderum, & alia huius generis multa: Mox ad prædicandam Dei legem se se conuertit, & quasi facta vtriusq; rei cōparatione, multò eam hac mundi fabrica illustriorē canit. Ea enim syncera, perfecta, & absoluta est, nihil mutationis admittens, nihil continens insynceri, cum in cælis lucis vicissitudo, & aliæ mutationes multæ obueniant. Animos hominū hæc verè restituit, & in æternū recreat, cū cæli tantum corporibus opitulētur. Fidele, & certum est testimoniū Domini in Scripturis. At cæli sæpè variant, & immutātur frequēter. Cęli de sapientia quidē Dei præclarè nos admonēt. At scriptura sacra etiam imperitis sapientiā suppeditat. Pręcepta Domini, ęqua & recta sunt, in quibus nihil desiderare queas. At cęlorum lux obliqua, & sui dissimilis fit. Præterea exhilarat illa, cor gaudio spirituali, & sempiterno. Cæli autem sua luce ad tempus tantū, & euanidam lætitiam afferunt. Pręcepta Dei pura sunt, quibus nihil iniqui admixtum est. At cælorum lucē sæpè terræ nubes obscurant. Tum ij oculos corporis, illa mentis illuminat. Lampas cælorum, mira quidem puritate polet. At purior quidem est timor, & religio Dñi, obtinet illa ordinē, & cursum suum, dū hoc seculum perstiterit. At vltra seculum hoc, stat obseruantia Dei. Iudicia Dei vera sunt, at sæpè iudicia astrorū fallunt. Iudicia Dei iusta sunt per omnia, vt nulla vnquā sui parte, non obseruanda sint, sed à iudicatura siderum

Psal. 18.

Vatablus.

Verbum Dei cælorum machinam excellentia superat.

Verbum Dei cælorum opificio comparatur.

Fidele, & certum testimonium Dei in scripturis.

Cum cælorū Lampas mira puritate polleat, tamen purior est, & firmior vis, & firmamentum religionis Dominicæ.

A fidei tum plerūq; recedere oportet. Lux ipsa plerunq; deficit, cum vita, quam præcipit scriptura, æterna sit. Ob hanc causam in Deuteronomio cōmendans Moses Israëlitico populo legem Dei, aiebat Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant: Ea populus sapiens, & intelligēs gens magna. Nec est alia natio tām grandis, quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster, adest cūctis obseruationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cęremonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponā hodie ante oculos vestros? Et alio loco in eodem libro docens, quanto studio in eam sit incumbendū, ait: Ponite hæc verba mea in cordibus, & animis vestris, & ligate ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros, vt loquantur de illis, quādo sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & C accubueris atq; surrexeris: Scribes ea super postes, & ianuas domus tuę. Sic quoq; Iosue præcepit Deus: Nō recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc enim prosperum reddes iter tuum, & tunc prudenterages.

Deut. 4.

Iosue.

Vtilitas cōsequens indignis non proponē dum detur ijs, qui dignitatem sanctitatis.

B Res ergo tantæ dignitatis, ac maiestatis, vt sunt Dei eloquia, summopere cauendum est, ne indigais proponantur. Et vt magis, ac magis indignitate eorū, qui ab hac tractatione arcentur, agnoscamus, eos & canum, & porcorum nomine compellat. Quibus significātur (id quod tertio loco dicere proposuimus) ij omnes, qui à Dei agnitione, ita se se alienos fecerunt, vt cū Diuina dogmata, suis depraua tis moribus contraria audiunt, ea insectare non verentur, adeòq; suis falsis doctrinis, hæreticisq; interpretationibus, veritatem fidei dilacerare nituntur. Et ij quidem qui veritatis notitiam, sibi arrogant, mendatijs suis innitētes, Ecclesiæ dogmata perpetuò seruata proscindere, ac quodammodo pedibus conculcare non verentur, porci sunt haud dubie. Fatētur quidem se nosse Deum, factis tamē negant. Ij (prohdolor) in suis depraua tissimis erroribus persistentes, lasciuiæ, & carnis voluptatibus operam liberè dantes, & impudenter in illis, tanquam sues obscenissimè volutātur, porcis deteriores sunt. Sicum ijs, quibus nulla est spes resipiscendi Scripturæ sacrę testimonijs agas. Sānctum profecto das canibus, & margaritas ante porcos proponis. Est & aliud porcorum genus, quod passim versatur inter nos. Nam sunt quoq; non pauci (prohdolor) qui licet Catholici sint professione, moribus tamen ethnicis peiores esse videntur. Vitam namq; sordidissimam turpiter agentes publicè, si quis ex concionatoribus, zelo pietatis, vitam illorum improbam, ex suggestu arguat, & insectatur, è vestigio concionatorem, & sanctam ipsius doctrinam impudētissimè mirisdicterijs, blasphemijs, & improperijs, insectantur. Ij sunt de quibus Ezech. cap. 33. dixerat: Dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum, loquētes. Venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens a Domino: & veniūt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & D audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos: & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulciq; sono canitur. Ac si manifestiùs Propheta, huius exulcerati seculi: mores describat. Videmus populi concursum ad doctrinas concionatorū audiendas, absoluta iam sancta, & docta

Exech. 33. g. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concionatores qualiter insectatur vulgus, vt exulceratissimis temporibus.

A docta concione, quam indè auditores vtilitatem, & fructum sibi cõparārunt? Nullum aut certe valde exiguũ, nam qui vitijs, & peccatis sunt contaminati, ne pharmacum pœnitentiæ, contra peccati venenũ accipiant, ioco, & risu rigorem concionantis, & infectantis peccata, excipiunt, & hoc est, in cãticum oris sui vertunt sermones illos. Quia cũ canes sint, licet mordere concionatorem non valeant, latratibus tamen suis audientes turbant, & in doctrinæ, & doctoris iniuriam nõ paucos B excitant. Vnde hoc? Quia sues cum sint obscenissimi, malunt in volutabro luti torpescere, & tanquam canes ad vomitum redire, quàm purã, & sanctam vitam cum bonis ample xari. Ijs, non dico negãdam esse sanctam doctrinã, nec margaritas abscondendas: Sed potiùs opportunè, & importunè eos arguere oportet, & instituere seriò, quo affectu ad sacras doctrinas audiendas venire debeant. Et sanè oportet cælestia hæc mysteria audituros, maximè purgatos esse, & animum habere à terrenis curis quam alienissimum. Quod si in prophanis studijs, atq; externa philosophia hoc requiritur, multũ profecto magis in hac, quæ à Deo est profecta, esset præstandum.

Audituros cælestia mysteria maximè purgatos esse oportet, et à terrenis curis alienissimos.

C

Venit autem mihi in mẽtem mos ille, qui apud Indos seruabatur in ijs, qui ad Philosophiam admittebãtur. Nã adolescentes qui iam ad pubertatem peruenissent, penes fluuiũ Hypasim ad Philosophos ducebantur. Oportebatq; illum priùs publicè profiteri, se Philosophiæ daturũ operam, nec admittebatur, si aliquo esset scelere pollutus. Scelus (inquam) primũ à patre matre vè profectum. Cauebant enim diligenter, ne quid ab illis turpitudinis sortirẽtur, ne vè ab eorũ progenitoribus, vsq; ad tertium genus. Quærebatur autem seriò, ne quis eorum contumeliosus, aut incontinens, aut auarus, aut iniustus fuisset. Vbi autem in parentibus, & progenitoribus, nulla vitiorũ macula reperiebatur, tunc adolescentis mores diligenter inspiciebant, multis modis illum tẽtantes, ac probantes. Et primò quidem an ingenio, ac memoria valeret, multis argumentis experiebantur. Deinde an esset natura verecundus, & non astutè ad tempus id simularet. An esset ebriosus, aut gulę deditus, iactator, audax, conuiciator, an parentibus, ac præceptoribus (vt decet) obtemperans esset. Cũ enim apud Indos, maximo in honore esset Philosophia illa vulgaris, & ob id necesse esset, omnibus modis probatos esse eos, qui ad eam percipiendam se conferebant, quantã maiorẽ probationẽ habeant oportet ij, qui ad Diuinam hanc Philosophiã comparandam, se totos tradere decreuerũt. Qua in re seriò cogitare oportet, quàm maximo in errore maxima Theologorum pars his nostris C temporibus versetur, cum Diuina hæc Philosophia, è cælo nobis à Deo ipso allata, quasi prostituta (prohdolor) cernatur, & in sordidissimi cuiusq; manus venire permittatur. Quotus enim quisq; eorum, qui Theologiam profitẽtur, inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus, vt ratio postulat, qui disciplinam suam non ad ostentationem scientiæ, sed ad legem vitæ, & disciplinæ candidè profiteatur? Dolendum est audire multos, qui etiam D in publicis gymnasijs ad ostentationem, & iactantiam se lectiones legere, non audientium vtilitatem fatẽtur, id quod tanta læuitate, & iactantia faciunt, ijs vt fuerit non docuisse meliùs. Hęc de magistris, ac gymnasiarchis dictum sit. Auditores verò, qui noctes, ac dies in literarũ studijs, & in orationibus instãtissimis, vt Deus eorum mentes, ad sacrosanctam

Apud Indos non licebat philosophiæ dare operam eum, qui aliquo scelere esset pollutus.

Quãdo Indorum iuuenis philosophiæ inscribi, & discipulus fieri meruerit.

Auditores diuinarũ rerũ, & bona exempla, & patribus sibi collata in vetustate, & laude, & ipsa nouitate inuestigant.

B

Si probationes rãs, qua apud Indos ad philosophiæ studium admittebantur, quãta maiores sint in Diuinã philosophiam cõparandos se tradere debentes.

Theologiam profitentes, quam vocati, & parati profiteri oporteat.

Gymnasiarchi magistri disputationum, & iactantiam discipulorum vtilitatem tendant.

A sanctam, & cælestem doctrinam capessendã illuminaret, occupare debuissent, heu: quã corũ multi sunt, qui cõculcata omni doctrina, & morum compositione posthabita, nihil magis curant, quàm vt tempus, & bona, in bonos vsus studiorum à Deo, & parentibus sibi collata, in lasciuiã, & fœtidissima scorta insumant, magno cum detrimẽto honoris, & propriæ vitæ. Quòd si magistri conscientia ducti, eos acriùs solito arguere tentent, continuò canum more salubriter arguentem dilacerant, & in eius sanam piãq; doctrinam insurgentes rabido ore, insanaq; mente morsibus venenosis, eum destruere conantur. Et nihilominus longè liberiùs posteà vitijs se se contaminare non cessant, & in omni scelerum genere se ingurgitant. Hos iusta ratione sues appellare possumus, quibus potiùs glãdes, & furfures quàm scientiæ sacræ decent. Expediret eos à gymnasijs arcere, quàm disciplinas sacras, & margaritas, ante tales porcos dispergere.

C

Cum igitur abũdè satis ostensum sit, scripturam sacram, sanctum meritò vocari, quia Christi sanguine tincta, in veroq; testamento fuerit. Sanctionesq; Christi immaculato Christi sanguine contestatæ, ac cõfirmatæ similiter fuerint, quæ omnia summo studio seruanda sunt, ne à canibus, aut porcis, nempè ab hæreticis, & sceleratis hominibus corrumpantur: iam circa sacrosancta D Christi Sacramenta, quæ omnẽ virtutem omne robur, & firmitatẽ ex Christi sanguine, in se continentia acceperunt, nonnulla in vtilitatẽ pastorum dicere in animo est. Ad eorũ ministerium omninò pertinet considerare: an absolutionis Sacramentum, quod dispensare disponit, canibus, siue porcis ministret. Ad Sacerdotem enim, in iudicio illo confessionis pertinet, scientiam triplicem de pœnitente habere.

A

Primum, cũ ab omnibus Doctoribus sanctis; Patribus, certum habeatur, tantum Pœnitentiæ Sacramentum, haud debitè à Pastore administrari posse, nisi priùs pœnitentiæ præparatio debitè facta sit, ideò necessum erit in primis, & ante omnia vt pœnitentiæ, & doloris, ad remissionem peccati requisiti, scientiã habeat, alioquî cæcus, cæco ducatum præstabit, & margaritas ante porcos sparget, aut sanctũ haud B dubiè canibus dabit. Hãc, quam dicimus doloris, & contritionis scientiam, duplicem habeat oportet. Alteram, quasi speculatiuam: qua primo sciat, quid ad veritatem pœnitẽtiæ, & contritionis requiratur, & quibus signis hęc maximè cognosci possit, vt ex his (quantum fieri possit) intelligere valeat, vera, an falsa, sufficiens, an imperfecta sit pœnitẽtia, & contritio.

Sacerdotem quam scientiam doloris, & contritionis, pœnitentis habere debeant, practicam, & speculatiuam.

Alteram (quæ ad secundam scientiam pertinet) veluti practicã, quam omninò etiam habere debet, ea est C qua possit pœnitentem, ad verã pœnitentiam intimumq; cordis dolorem, & ad perfectam tandem cõtritionem peccatorum, excitare. Hoc enim debet ante omnia cõfessarius agere, cum explbratum satis habuerit, id pœnitenti deesse.

Sacerdos pœnitentem, ad perfectã peccatorum contritionẽ excitari debet.

Tertia etiam scientia est quoq; omninò necessaria, nẽpè ea qua expertus sit, & rectè sciat remediũ adhibere periculo recidiui, ne post- D quam semel per Dei gratiam, è pelago profundo peccati emersit, iterũ malè cautus miserè prolabatur. Idquè grauiter faciendum est, qualitate peccatorum, & peccatoris considerata. Hoc est enim illud, quod à pastore Deus sæuerissimè exigit, & cuius defectum accerrimè in Scripturis exprobat, vt ex Hieremia manifestè constat, qui mysticis verbis,

Sacerdos rẽmedium adhibere debet periculo recidiui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierem. 8. A sic ait: Nunquid resina non est Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Vbi serio considerandũ est, Deum omninò velle quòd signa etiam, & vestigia peccatorũ, experti medici manu adhibita, deleantur: Quare (inquit) non est obducta cicatrix? Quasi dicat: Spiritualis medici officium est, summam adhibere diligentiam, circa animorum vulnera curanda, ita vt postquam peccati virus erupit, arte sua curet, etiam cicatricum, & vulnerum vestigia omninò delere, vt tandem anima, quæ parum antea vulneribus grauissimis læsa, ac fermè extincta iacuerat, in pristinam sanitatem, & vitam restituta agnoscatur. Et vt hoc nobis indicaret, Deus in eodẽ capitulo aduersus Sacerdotes, & Doctores clamat, dicens: Sanabant contritionem filiæ populi mei, ad ignominiã eius dicentes: Pax, Pax, cũ non esset pax. Vt autem nobis cõstaret, verba hæc de Sacerdotibus, & Doctoribus eius temporis, & huius, ait: Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mẽdacium operatus est stylus mendax scribarum: Verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Quæ omnia apertissimè magisq; propriè, ac verius, in nostros Sacerdotes dici possunt, qui veræ pœnitẽtiæ rationem ignorantes sunt, nec etiam quibus exhortationibus pœnitentes, ad verum animi dolorem inducendum, vti debeãt: nouerunt, ac vt rectos absolutionis ministros se se exhibere possint, quibus studere oportet, & diligẽter docere quibus vijs, ac modis recidiuo occurrẽdum sit, nihil minus curant quã modum, & scientiam habere eiusmodi peccata vitandi. Contra hos (inquã) tanto verius, & certius illa dicũtur, quã contra illos veteris legis Sacerdotes, quanto nostri verius quam illi, ea quæ ad spiritualem animarum salutem tractant. Isaias quoq;, hoc ipsum ostendere voluit ex persona Dei, dicens: Dimittetur iniquitas Iacob: & hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Apertè ostẽdens, duo hæc à Sacerdote summo studio curanda esse. nempè, vt remittatur peccatum iam præteritum, & vt futura caueantur peccata. Hic est enim fructus, de quo verba facit, vt scilicet auferatur peccatum, procul dubiò futurum. Nec enim remissis præteritis, aliud superest peccatum. Sacerdos itaq; qui has tres scientias, quas superiùs posuimus, non habuerit, grauissimo se se periculo exponet dandi Sanctum, nempè, absolutionis Sacramentum canibus, qui magna facilitate ad vomitum reuertuntur. Id quod etiam erit margaritas ante porcos porrigere, & sibi ipsi miseram consciscere mortem.

Medici spiritualis officiũ summam adhibere diligẽtiam, circa animorum vulnera curanda.

Ibid. d. 11.

Isai. 27.

Sacerdos tribus præditus scientijs, haud quaquam periculo grauissimi se se exponit.

7 *Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, &c.* Nec hæc Christi sententia, cũ præteritis coherere videtur. Verùm si consideremus vniuersa illa, quę in hoc sermone Dominus facere præceperat, facilè intelligemus his verbis, quasi finem dictis imponendo, perorationem facere noluisse: in qua nos doceret id, quod summè necessarium esse constat, ad perfectam mandatorum executionem, nempè auxilium, & gratiam Dei nostris precibus implorare. Nã vt D. Chrysostomus ait: Magna erant, & humanæ naturæ, propter suam infirmitatem, & corruptionẽ, difficilia, quę hactenus præceperat Dominus, ideò nos his verbis docet, qua ratione vniuersa, hactenus dicta, præstare possimus, videlicet orationibus à Deo impetrãdo, validiores vires, quam ipsa nostra nobis concesserat natura. Quibus etiã verbis Pelagianorum pestiferam hæresim, asserẽtium naturæ nostræ viribus Diuina posse adimplerè mandata, confundit,

Hierem. 8.

Pro quibus nos oportebat rebus preces fundere ad Deum.

D. Chrysost.

Natura nostra viribus Diuina præcepta implere nullo modo potest.

A fundit, docens minimè nos posse Diuina præcepta exequi naturæ viribus, sed ad perficiendum ea Dei auxilium summè nobis necessariũ esse, illudq; instantissimis precibus à Deo nobis impetrare oportere. Cõsiderare etiam oportet, Deum hîc non docuisse, quid orandum, perendum, aut quęrendum sit, hoc iam superiùs in Dominica oratione docuerat, sed docere nititur, pro quibus nos oportebat rebus, preces ad Deũ fundere. Nẽpè pro fideli executione, omnium eorum mandatorũ, quę humana natura fragilitate sua adimplere nõ valebat. Vniuersa illa, quæ hactenus Christus in tota hac concione grauissimè præceperat, in quibus summa Euangelicæ legis includitur amplexus est. Tecum iam animo perpende, quid valeant humanę vires, quid vè recusssent. Et ad illa, quæ Diuinę gratiæ virtute ascribẽda sunt, auxilium à Deo humilimis precibus postulabis. Ne sis (obsecro Christiane Lector) ex genere illo gigantum qui superbia elati, suis viribus, suaq; natiua virtute nitentes, Dei auxilium poscere dedignabantur. De quibus Sapiens dixit: Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti. Gigãtes de quibus Sapiens hîc verba facit, illi profectò sunt, de quibus Moses, Genes. 6. loquutus fuerat, dicens: Gigãtes erãt super terram in illis diebus. Nempè eo tempore, quo Deus ipse diluuium vniuersale interminatus fuerat, ob grauissimorum peccatorum inũdationem. Et licet vltio Diuina, ad pœnitentiã peccatores expectaret, quibus tempus longissimũ ad resipiscentiam, nempè centũ viginti annorum concesserat, non tamen eò meliores, sed deteriores facti sunt, eòq; tandem pessimo gigãtum exemplo deuenere, vt vniuersa caro fœdissimè, vti suæ naturæ corrupisset. Vnde manifestum esse constat, gigantes illos quos oportebat precibus, gemitibusq; Diuinã placare iram, suæ naturæ virtuti confidentes, peccata peccatis adaugẽtes, iræ Diuinæ inundationem maximã sibi conciuerunt. Si superbia gigãtum tanta fuit, vt vltra carnis fœtidissima peccata, ab ipsis nequissimè perpetrata, nullũ pœnitentiæ signũ ostendere voluissent, immò nec orationibus, & precibus, quibus peccati veniam postulare poterant, cum Deo agere voluerunt, quid spei ipsis superesset? Nullam planè, nisi æternam Dei vltionem expectare. Superbia igitur gigantum, quæ ad vniuersa remedia ostium præcluserat, tantam cladem inuexit in orbẽ, quam preces humiles ad Deum fusas, euitare potuerant. Diuinæ ergo mentis clemẽtia, se se nobis prodit, & apertè manifestat in hoc, quòd etiam si peccatis grauissimis deturpemur, tutum munimem, securũq; asyllum, nobis polliceri possumus, si factorum pertesi, clementiam Diuinam precibus implorauerimus, certissimæ ipsius Dei promissioni innixi. *Petite* (inquit) *& accipietis.* Optimo stimulo, hoc est, promissionib⁹ additis, exhortatur ad preces. Quasi dicat: Etiam si vestrã agnoscatis nuditatem, ac imbecillitatem, indignitatemq;, ne desperetis, sed securi petite à Patre vestro, cui nihil est impossibile, nihilq; vobis negaturus est, quod ex animo, & constanter ab eo petieritis, ad vestram vtilitatem, & salutem faciens. Deus enim beneficentissima natura est, cum summè bonus sit, & solus bonus, atq; adeò ipsa potius bonitas, quare ad benignè nobis faciendum, semper est paratissimus, & nihil ei magis ingratũ est, quàm vbi nos vitijs nostris, atq; peccatis, eius beneficientiam prohibemus, ne ad nos proficiscatur. Sũt enim peccata tãquam nubes quędã, quæ

Gigãtes suæ fortitudini innitentes iram in se Diuinã excitarunt.

Gigantũ superbia quanta.

Stimulo promissionis Diuinæ ad preces prouocamur.

Deus beneficentissima natura est.

Peccata nubes sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ solis lucem, ne ad terras descendat, abscondũt. Atq; hoc erat quod dicebat Isaias: Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, nec aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderum faciem eius à vobis, ne exaudiret. Quanuis enim etiam auersos aspiciat, & minimè meritos quotidie, aut singulis horis, atq; momentis innumeris afficiat beneficijs (nam solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos) multa tamen eaq; quàm maxima, nostro vitio (proh dolor) prohibemus in nos descendere. Æquum enim non est, perditissimos filios, & eos qui paternæ voluntati aduersantur, eisdem prosequi beneficijs, quibus obsequentissimi donari solent. Dominus ergo bonorum nostrorũ studiosissimus adhortatur nos, ne C cessemus, ne vè ob desidiam nostrã ijs bonis priuemur, quibus cælestis Pater afficere nos vehementissimè cupit, & ut efficacissimum hunc affectum erga nos ostendat, iubet vt petamus, quæramus, & pulsemus. Ideò non fuit contentus dicere: *Petite*, adiecit, *quærite*, *& pulsate*. Nõ modo his verbis affectum, quem erga nos habebat ostendit Dominus, sed eum quem nos erga ipsum habere tenemur, dum aliquid postulare proponimus nobis declarat, tanquam si D apertiùs his verbis dicere voluisset: Ad petendum ipsa vestra miseria coget, verùm ad rectam, & benè institutam petitionem, petere nõ est adhuc satis, sed ea quæ postulatis summo studio, ac diligentia quærere oportet, tanquam res, quæ ad salutẽ, & vitam summè necessaria est. Nec satis adhuc erit diligenter inquirere, si constantia, ac animi perseuerãtia desit: ideò instanter ad fores misericordię Diuinæ pulsare oportet.

Isai. 59.

Matth. 6.

Desidia Diuinis priuari bonis iniquũ est.

Vehemẽtem affectũ Christus erga nos ostendit, dicens: Petite, quærite, & pulsate.

En habes in his tribus verbis, nempè: *Petere, quærere, & pulsare*, tres necessariò requisitas conditiones, ad orationis perfectionẽ. Petentis proprium est, propriæ necessitatis vera cognitio, & fiducia firma, obtinendi remedium ab eo, à quo humiliter ex corde postulat. Frustrà enim quis petit ad aliquo id, quod certò scit sibi denegãdũ fore: si postulat, suã ingenuè fatetur miseriam, & spẽ concipit se obtenturum ab eo, quẽ supplex orat subsidium, & fauorẽ. Hæc fiducia primum locum in oratione habere debet, vti manifestè D. Iacobus ostendit dicens: Si quis indiget sapiẽtia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & non improperat: postulet autem in fide nihil hæsitãs, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur, nõ ergo existimet homo ille, quod aliquid accipiat à Domino. Quæ verba sic intelligenda veniunt: Si quis (inquit) indiget sapientia. Hoc nomine sapientiæ summa omnium, quæ in hac vita à Deo postulare possumus, includit. Sapientiam enim cunctas opes superare, quis non videt? Omnia quę desiderãtur (ait Salomon) ei non valent comparari. Et præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, quare obnixè illam à Domino postulabat, dicens: Da mihi, Domine, sedium tuarũ assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis. Et paulò inferiùs: Mitte illã de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te. Nomine itaq; sapientiæ D. Iacobus intelligere voluit vniuersa dona, quæ à summo Deo postulare possumus. Modũ autem, quẽ in postulationibus nostris, & in precibus, quas Deo, fundimus seruare tenemur, ostendit dicẽs: Postulet autem in fide, nihil hæsitans.

A *Petere, quærere, & pulsare, tres conditiones sunt, quæ ad perfectam orationem requirũtur.*

B *Fiducia obtinendi, primum locum in oratione habere debet.*

Iacob. 1.

C *Sapientia de qua D. Iacobus loquitur, includit omnia quæ à Deo petere nos oportet.*

Sapient. 7.

Sapien. 8.

D Ibid. 9.

Quæ

A Quæ verba sic ex sequentibus intelligenda sunt. Ideò enim qui hæsitat nihil accipit, quoniam vir est animo duplex, corde minimè certo, sed omninò inquieto, & instabili, in quo se gratia Domini insinuare nõ potest, quemadmodum maris fluctus, non facilè formam vllam, eũ à vento mouetur, & circumfertur, recipit, ita quoq; in mente hæsitantis, cum paulò momento is huc, atq; illud vento diuersarum cogitationum impellatur, Diuinam formam in sua mente recipere non potest. Frustra enim orat, qui animo consternato, absq; obtinendi spe accedit. Nõ ergo existimet homo ille, quod aliquid accipiat à Domino. Deinde malè de Deo, cuius auxilium implorat, sentire videtur. Quasi talis sit Deus noster, qui aut non vellit, aut non possit suis stare promissis. Id quod parum à blasphemia distat. Promissa à Deo nobis facta manifesta sunt. *Petite, & accipietis, &c.* Quòd verò potẽ tissimus sit, vt nobis plusquam petere valemus concedat, æquè manifestum esse comprobat, dicens: *Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperitur.* Simplicem ergo, & nusquam vacillantem fiduciã nostram esse oportet, quæ Deũ semper respiciat, qui neminẽ sibi rectè fidentem destituit, siue mori, siue viuere contingat: ita vt liberè cũ Dauide dicere possimus: Oculi mei semper ad Dominũ, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Hæc fiducia spem sibi cõiunctam habet, quæ tanquam tenacissima anchora, ne cor nostrum fluctuet, in Christo fixa sit oportet, qua homo sibi vniuersas Dei promissiones, quodammodo sibi vendicet, ac tandem per fidem hanc, firmissima spe cõfirmatam, sibi applicare, assignare, atquè tandem arripere posse confidat, & vniuersas pollicitationes, ac promissiones, sibi ab ipso liberalissimo Deo factas, constantissima fide accipiat. Vt ergo verè, & rectè orare sciamus, non oportet nos de promissione veracis, & fidelis Dei, vllatenus addubitare. Propterea enim, se nos exauditurum promisit, ac vt se precaremur iussit, vt certi essemus, ac fortiter, & constanter speraremus, quòd si id se, iò à nobis fiat, fore vt nos exaudiret libẽter: sicut ex hac nobis facta promissione cõstat. *Petite, & accipietis, &c.* Non fuit contẽtus dixisse, *Petite*, sed adiecit: *Quærite, & pulsate.* Nam petere quidem, & optare multorum est, sed interea B non pauci supini fiertunt, de quibus ait Salomon: Desiderat piger, & nihil habet anima eius. Vult ergo Dominus, vt studiosè quoq; atq; ex animo petamus, quod tunc fit, cum solliciti sumus ad quærendum, & perueſtigandum, quid bonum, quid vè vtile nobis sit. Quòd si non cõtinuò assequimur, perstemus tamen petẽdo, in eorum pauperum morẽ, qui eleemosynam quærentes, non antecessant petendo, & pulsando, quàm C aliquid accipiant. Sicut enim spes orantis certa, & indubitata esse debet, ita quoq; patientem esse, haud dubiè oportet, & timori Dei innitẽtem, alioquì non dicẽda spes, aut fiducia, sed arrogantissima quædam præsumptiõ est. Propterea nec tempus, nec modus Deo præscribendus est, qui optimè nouit, quãdo & quibus modis nostris precib⁹ satisfacere oporteat, licet nõ eo tempore, vel eo modo, quo nos petimus, postulata concedat. Hanc humilem obediẽtiam, hunc deuotionis affectũ, nos Domino Deo nostro debere fatemur, vt, si non continuò ea quæ petimus cõcesserit, aut illa quæ deprecamur abstulerit, non proinde nos ab eo negligi, aut cõtemni existimemus, sed potiùs pia malorum patiẽtia, ab affluenti Dei manu, bona speremus ampliora. Immò si quid contra ea,

A

B *Prou. 21.*

Quando studiosè à Deo petimus.

C *Orans pãtiens sit oportet.*

Orans nõ Deo præscribat tempus, aut modũ cõcedendi.

D *D. Augustin. ad Probam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tra ea, quæ humili affectu, spe fortissima, fiduciaq; constanti postulauimus à Deo, cõtingere, & euenire videamus: id totum patienter ferendum est, & cõstanti animo in aduersis quidem summas Deo agere gratias oportet: seriò cogitãtes, & forti animo fatẽtes id potius nobis expedire, vt Diuina voluntas priùs quàm nostra exequatur. Tale quidẽ exemplum præbuit nobis ille mediator Christus, qui licet Deus, & homo, tamen vt homo, suã semper voluntatem Dei Patris voluntati submisit. Qui cum humanam in se voluntatem, ex hominis susceptione transformans, dixisset: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: continuò subiecit. Verũtamen, non quod ego volo, sed quod tu vis Pater. Hũc affectũ videre licet in sanctis Patribus, id quod ipsorum ardentissimæ preces vbiq; testantur. Expecta (inquit Dauid) Dominũ viriliter age, cõfortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et iterum: Expectans expectaui Dominum, & intẽdit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Memorabile exemplum præstat nobis, insignis illa veteris testamenti mulier Iudith, quæ cum intellexisset, Oziam promisisse, quòd transacto quinto die traderet ciuitatẽ Bethuliam Assyrijs, si interea adiutorium à Domino nõ veniisset. Grauiter ob id Oziam Regem, & populum reprehendit, inter alia, dicens: Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Nõ est iste sermo, qui misericordiã prouocet, sed potiùs qui irã excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & m arbitrium vestrum tempus constituistis ei? Et statim post: Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi, dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum citò misericordiam suam, & ex pectemus humiles consolationem eius. Et adhuc inferiùs: Illi autẽ qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suã, & improperiũ murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi seruiB corripimur ad emendationẽ, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.

Et vt magis ac magis animos nostros accenderet, & ad maiorẽ perseuerantiam Dominus prouocaret, promissioni addidit exemplum eorum, quæ quotidie videmus, ac experimento didicimus, dicẽs: 8. *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur.* Cum sciret Deus nostræ naturæ infirmitatem, quæ maximè ad diffidentiam propẽsa est, similitudinibus, exemplisq; efC ficacissimis, hanc nostram infirmitatem fulcire nititur. Videas quid apud Lucã dicat, hac ipsa de re verba faciens: Quis vestrũ habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille intùs respondens dicat, noli mihi molestus esse, iam ostiũ clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi: dico vobis, & si non dabit illi surgens, eò quòd amicus eius sit, propter improbitatẽ tamen eius surget, & dabit illi quot quot habet necessarios. Pulchra similitudo, & efficacissima ad omnẽ in nobis fiduciam ingerendã. Si homo non ob amicitiam, sed ob amici improbitatem, sibi incõmodare nõ recusat, quid non à cælesti Patre sperare

Matth. 26. Luc. 12. Marc. 14. B

Sanctis Dei voluntati penitus submittuntur.

Psal. 26.

Psal. 39.

D. Augustin. in eundem Psal.

C

Iudith exemplar orationis faciendæ.

Iudith. 8. b. 11

D

Ibid. 16.

Iudith verba animo tenendain oratione.

Naturæ nostræ infirmitas adiuuatur fiducia precum.

Luc. 11. d. 6.

Argumenti, & rationum diuersis diuersa adducendarum varietas, ad fiduciam orationi Christianæ.

A sperare licebit? Qui summa cũ charitate paratus est nobis dare semper, & nullum incõmodum dando, pati potest, sed illi potiùs id agere est iucundissimum. Ad eandem tententiam pertinet, quod alio in loco apud eundem Lucam dicitur, eũ doceret, oportere semper orare, & nõ deficere: Iudex quidam (inquit) erat in ciuitate, qui Deum non timebat, & homines nõ reuerebatur. Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicẽs: Vindica me de aduersario meo, & nolebat, per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se, & si Deũ non timeo, nec hõmines reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. Et adiecit Dominus: Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autẽ non faciet vindictam electorũ suorum, clamantium ad se die, ac nocte, etiam si patiens fuerit erga eos? Dico vobis quòd citò faciet vindictam illorum. Hæc autem omnia eò spectant, vt excitemur ad fidendum illi, & omni cum fiducia ad eum accedamus, tanquam ad amantissimum nostri Patrem, qui omnium parentum, longo interuallo superat charitatem.

Cõcinnè nobis hanc Christus doctrinam dedit, in qua manifestissimè nos docere nititur quã grauissima, extremaq; miseria versemur, quę tãto maior esse constat, quanto minus illam agnoscimus. Non enim tot tamq; instãtissimis verbis, nobis ad petendum stimularet, nisi fatuitatẽ, & stultitiam nostram consideraret, quæ talis reuera est, vt cum Episcopo illo Laodicensis Ecclesiæ, vnusquisq; nostrum dicere nõ vereatur, Dives sum, & locupletatus, & nullius egeo. Audi respõsum tuæ superbiæ dignissimum. Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Suãdeo tibi emere

Luc. 18.

Perseuerãtia in oratione quam necessaria sit.

B

D

C

à me aurum ignitum probatũ, vt locupleX fias. Quod si necessitatem, & miseriam tuam, nuditatem, & cæcitatem tuam, non dum penetras, attentissimè expende Christiane Lector, quid vita Christiana, quã profiteris, sit. Ea tota haud dubiè cęlestis est, & Diuina, cælitùs nobis data, nõ animalis, & terrena hæc, qua inter pecora versamur. Hanc cælitem vitam ex Dei munere, non ex nostris viribus nobis prouenire, quis nõ videt? Tota nobis ex Diuina gratia pẽdet, quę, vt Paulus ait, non ex vobis, B Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Hęc gratia sic nunc opata est, quia, licet primas teneat inter Diuina dona, quę in hac vita nobis conferũtur, gratis datur, non argento aut vlla cõmutatione. Si igitur solus Deus est, qui gratiã dat, pariter & gloriam, non enim ex operibus gratis datur, sed ex vocante. Hanc itaq; vitam, quæ sola, & vera vita est, si tibi comparare desideras, eam instantissimis precibus à C Deo, qui solus dare potest pete, & tanquã tibi summè necessaria magna diligentia quære, & ad fores dantis pulsare nõ cesses, donec petita, & studio quęsita cum gaudio obtinere valeas. Tanta enim petendi necessitas nobis viget, quanta, & viuẽdi cupiditas nobis innata est. Ideò hæc animæ nostræ vita, petendo, quærendo, & pulsando, semper conseruari debet. Nec omninò putes vitã hanc re, absq; vllo labore, comparare posD se, si enim facilè inueniretur, & daretur, non continuò petere, quærere, & pulsare iuberemur. Puteus sanè, vnde aquę salutis hauriẽdę sunt, altus est, & per medios hostes irum pendũ nobis est, vt ex cisterna Bethleem aquam bibamus, sed ó miseros nos, qui cum puteus altus sit, nec in quo hauriamus habemus. Nam ipsa quidẽ efficax oratio, quæ loco situlę, & chordę nobis esse debet, qua petere,

Ex vita Christianæ institutione) orare tenemur.

B Ephes. 2.

Gratia, sic dicta quia nec argento, nec aliqua cõmutatione, sed gratis donatur.

Isai. 55.

Rom. 9.

Animæ vitã quibus cõseruatur rebus.

Animi vita, quanto labore comparanda.

Isai. 11.

1. Paralip. 11.

Ioan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

petere, & haurire omnia bona à Deo debemus, non nobis ascribere possumus, sed ipsi Deo. Nō enim sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra à Deo est. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Petendū igitur nobis est, vt sciamus postulandi gratiā donum Dei esse, nō ex operibus nostris. Quærēdum est, vt sciamus hoc donum, non nobis ad otium, sed ad laborem nobis concedi. Pulsandum est, vt nobis persuasum habeamus, cū Diuinis frui donis, qui licet petat humiliter, & quærat diligenter, non lassatur, sed ad fores amantissimi Patris pulsando perseverat. Hęc autem perseuerantia, animi fortitudinem in defessam expostulat. Sicut elegantissimè Rupertus docet: Hîc interim (ait) fortitudine opus est. Qua fortitudine? Illa nimirùm, vel simili, qua pater fortium Iacob, cū Angelo luctatus est (Gen. 32.) & victor existens, dicenti sibi: Dimitte me. Non dimittam te (inquit) nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodē loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Vide quid senserat ille qui dixit: Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis cōtra homines prævalebis? Nimirùm fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit, spiritus cōtribulati, quo & Moses eundem Deum dicentē, Dimitte me, tenere potuit. Deniq; & hoc testatur Oseas: immò ipse Deus loquēs in Oseæ cap. 12. qui cum dixisset de illo: In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, cōfortatus est, addidit dicens: Fleuit, & rogauit eū. Igitur humili fortitudine, forti humilitate hîc opus est, vbi sanctum absconditum, & in litera obfirmata, clausæ tenentur margaritæ sensuum cælestium. Et sicut ille Iacob luctatus est cū Angelo, in quo sine dubio Deus erat, qui & victum se fatebatur: ita luctari debet verbi Dei amator, cū sermone, vel scriptura, quæ est ex Deo, nec dimittere antequā vincat vinci volentem, sensumq; cōprehēdat vtilem in litera latentem. Luctа enim pulcherrima est, tandiu perseuerare petēdo, donec accipiat. Quā sibi placeat huiusmodi luctа, quām veraciter vinci cupiat ipse, qui reluctari videtur, ostendit toties nos ad postulandum exhortans.

Hoc ipsum, quòd nobis clemētissimus Dominus, tāta amoris, & verborum efficacia facere præcepit, ipse priùs in nostram vtilitatem præstitit, & exēplo suo nos facere docuit. Ipse enim Seruator noster, nos ipsos à nobis instātissimè petere videtur. Propter nimiam enim charitatem suam, qua dilexit nos, nihil sibi repēdi postulat, quā vt nos totos ipsi tribuamus: Fili (inquit) prębe mihi cor tuum. Videas petitionē amoris plenam æquissimamq;, nam qui tanto amore seipsum pro nobis tradidit, vt nos redimeret à peccato, & in libertatem vindicaret, iustissimè suū ius exigere à nobis poterit, nempè vt nos, quos tāto pretio emit, in seruitutem eius libenter tradamus. De se Christus fatebatur: Mendicus, & pauper sum ego. Si mendicus Dominus, quid postulat? nihil planè aliud quā animas nostras, id quod in cruce pendens, nobis manifestè indicauit, cum potum sibi dari postularet, non certè aliud indicare volens, quā sitim illam vehementem, quam erga animarū salutem patiebatur. Quæsiuit etiam nos Christus, verus ille pastor, qui relictis nonaginta nouē ouibus in deserto, & vnicam illam ouem errantem, cum suo multo sudore quæsiuit. Quin & Christus est, cuius personā Ioseph gessit, cū erraret in agro, & quid quæreret rogatus:

2. Cor. 3. b. 5.

Rom. 8. c. 26

Quare petēdum.

Quare quærendum.

Quare pulsandum.

Ruper. lib. 7 in Matth.

Gen. 32.

Iacob luctā, in oratione pij viri ostenditur.

Exod. 32.

Osee. 12.

Iacob oratio eū lectu fuit facta.

Luctа cum scriptura intellectu habēda.

Deus petit à nobis Deus.

Prou. 23. a. 26.

Psal. 39. Mendicus vt inopsum ego sum, Dominus sollicitus est mei.

Ioan. 19. Sitio Christi in cruce propter quid.

Luc. 15. Quęritur nos Deus pastor noster.

Gen. 37.

gatus: Fratres (inquit) meos quæro, indica mihi vbi pascant. Pulsauit tādem Christus, & quotidie pulsare nō cessat, ad fores cordis nostri: Ecce (inquit) sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Amplissimis promissionibus, nempè æternę beatitudinis pręmijs, nos vocat, excitat, & allicit, quò facilius cordis ianuas illi aperire non tardemus: Intrabo (inquit) ad illum, quæ maior hominis dignitas in hac vita esse poterit, quàm vt Deum ipsum intra cordis sui hospitium dignè hospitare valeat? Hospitij iura, mercede tali Rege digna, compensare pollicetur, videlicet, æternæ beatitudinis lautissima cœna donando. Sponsa vocem dulcedine plenam amantissimi sponsi audiuit: Vox (inquit) dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Multis efficacissimisq; argumentis ad amantissimæ sponsę cor pulsat sponsus, quatenus ab ingressu non retardetur. Vocat illam sororem, ad quam spectat fraterno amoris affectu, intra paternas ędes fratrē recipere, & paterna bona impartiri. Amicam illā vocat, vt amoris vinculo se se colligata agnoscat, columbam compellat, tanquā quæ felle amaritudinis, & odij perpetuò caruerit. Immaculatā, per gratiā ab omni peccati macula repurgatā: quibus omnibus dotibus anima à Christo eius vnico spōso donata est. Vnde tāta animæ ornamenta, & localia, à diuitijs certè sponsi, qui nimio labore sudauit, vt amplissimas has diuitias in vsum amātissimæ sponsæ lucraretur: Caput (inquit) meum plenum est rore. Caput certè Christi est Deus, à quo ros fœcundissimus gratiæ, perpetuo liquore, intra suorum animas, mira suauitate fluit. Et cincinni mei guttis noctiū. In nocte illa tenebrosa horrendę passionis ipsius, corona crudelissima spinarum, tot sanguinis guttas, ne dixerim riuos fudit, vt vniuersi capilli, hoc est, vniuersa Ecclesia, sibi tāquam capilli coadunati, pretioso sanguine fuerint respersi, & vniuersi fideles gloria, & honore coronati fuerint. En habes modum, quo Christus nos priùs opere quam verbis docuit: *Petere, quærere, & pulsare.* Quod ergo potentissimus ille Rex Regum, & Dominus dominantium, non in suum vsum, & cōmodum, sed omninò in nostrum tāto labore facere docuit, quare nos non hilariter simus id tanto cū fructú facturi? Si cor nostrū non reprehendat nos in aliquo, magna cū humilitate, fiducia, atq; constantia petamus, quæramus, & pulsemus, vt tandem ingredi in requiem illā beatorum digni habeamur.

Sponsa quæ reuerterē cœlum à qua sus excepta erat.

Christi spineal corona effecit, vt capilli omnes, nempè Ecclesiæ fideles, gloriæ, & honore coronarit.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

9 QVis est ex vobis homo, quē si petierit filius suus panē, nūquid lapidē porriget ei? 10. Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget

9 Quis est nobis, &c. Quod dixerat, comparatione confirmat, à minori quæ multum ad amplificandum valere solet. Nam à natura nostra, & Paternę bonitatis, quæ nobis notissima est, demonstrat cælestis Patris in nos benevolentiā, vt ad petendi fiduciam magis, ac magis animatos nos reddat. Quid enim efficatius

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tius esse poterit ad persuadēdū nobis vt semper postulare audeamus? Si enim nos cum malitiosimus, & malorum natura ea sit, vt ad mala propendeant, quia tamen filiorum charitas nos trahit, bona tantum damus petētibus filijs, quid non expectemus à Deo, cuius natura est bonitas? Qui idcirco appellari à nobis Pater voluit, vt tota fiducia ad postulādum accedamus. Vult vt meminerimus omninò, nos habere Patrem Deum, qui non minima, vilia, & inutilia, nobis dari cupit, sed magna, & tanto rege digna nobis munera parat. Si enim quispiam regnū hereditario filium, quem regni successorem declarauisset, deinde illum, post tantam gloriam ipsi cōcessam, cerneret, nihil minùs quàm de regno cogitare, sed potius humilia semper, & vilia appetere, vehementer certè, & iustè in eum indignaretur, illumq; meritò increparet, tanquam indignum, qui ad regni gubernacula promoueretur, ideò nothum, atquè degenerem appellaret, grauissimèq; præciperet ei, vt humilibus posthabitis cogitationibus, nihil illi magis cordi esset, quàm regni (dumtaxat) negotia curare. Id ipsum à nobis Deus exoptat: cum enim in adoptionem filiorum Dei asserti simus, & hæredes regni, cohæredes autem Christi, non humilia cogitare debemus, sed alta sapientes non humilibus consentientes, ad regni cælestis negotia tractanda omnes nostras actiones cōponere decet, & vniuersa eiusce modi negotia suot, quæ ex Dei voluntate in primis tractare oportet. Primùm (inquit Christus) quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijciētur vobis. Et hoc

Argumētum efficacissimū ab homine ad Deum.

Quare Deus Pater vocari voluit.

Degenerestros animos arguit merito Dei pulcherrimis similitudinibus.

Matth. 6.

riget ei? 11. Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?

est, quod D. Ioannes dicebat: Hæc est fiducia quā habemus ad Deum, quòd quicquid petierimus, secūdum voluntatem eius, audit: Cernis nos exaudiendos, si iusta petamus? Iusta verò tum demū, aut potiùs tūc solùm petimus, cum secundum voluntatem eius petimus. Quod si præstamus, vide quantus bonorum torrens nobis consequatur. Audi enim quid dicat Propheta: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Quantum hoc est, Deum voluntatem nostram facere? Quid maius ab homine optari potest, quam vt Deus votis nostris omnibus obsecundet? Nonne hoc est, in hac etiam ipsa vita beatissimum esse. Contra verò nihil est aliud, quod nos perpetuò miseros esse faciat, quàm quod stultè malè petimus, & quæ nobis damno potiùs quàm vtilitati sint futura. Hac miseria, & his molestijs carere nos cupiens Dominus, docuit nos, cum precaremur, dicere: Fiat voluntas tua, vt scilicet vota, & appetitiones nostras illius voluntati accomodaremus. Sed nos puerorum more semper puerilia cupimus, & vtilia negligentes, in vanis, & inutilibus, ac damnosis etiam occupamur.

10 *Quis ex vobis homo est, quem si petierit filius suus panem, &c.* De pane, pisce, & ouo, varia philosophantur multi, quæ coniecturæ potius alegoricæ, aut tropologicæ dicendæ sunt, quàm germana literæ interpretatio. Voluit Christus in pane, pisce, & ouo à filio postulato, nobis indicare quid cordati filij à suis parentibus iustè desiderare, & petere debeant, nempè non superflua, & inutilia, sed illa potiùs quæ ad vitæ sustenta-

Ioan. 5.

Psal. 144.

Quam magnum sit Deum timentium se voluntatē facere.

Matth. 6.

Quis filius debeat à suis parentibus petere & habere.

A sustentationem omninò necessaria sunt. Hęc filius à parente, quātunuis duro exigere iure potest. Debitor enim est pater omnium eorum, quæ ad victum, & amictum, & necessariam educationem filiorum pertinent. Nemo tamen patrum adeò durus est, vt loco sustentationis vitæ filiorum eis det ea, quæ ad perniciē, & interitum præsentaneum conducere possint. Quid magis nociuum, ac venenosum, quā serpens, & scorpio, quorum veneno, facilè mors homini conscisciturr? Quis poterit

B pater filium, quem sibi similē ad vitam genuit, mortifero veneno inescare, & interficere, nisi patris officium omninò deserat, & Satanæ officium se agere profiteatur? Hic Dominus, sicut æquum, & iustum filiū erga patrem, à quo iusta, & iure debita postulat ponit, ita quoq; patrem rectum, & benignum erga filium, quem genuit, & ipsum amantem facere debeat, ostendit: vt sciant filij quid petere à parentibus iure debeant, & quid parentes non

C negare, sed hilariter concedere tenentur.

11 *Dabit bona petentibus se.* Quę bona? D. Lucas explicat quàm præclara, & amplissima sint illa bona, quæ amantissimus ille Pater cælestis nobis dare parata habet, si modo ab eo illa petamus. Ait enim: Dabit spiritum bonum, nempè, sanctum, petentibus se, hoc est, vitam, & omnia quæ ad vitam beatam nobis comparandam, necessaria fuerint. Sicut

D enim plena bona, illa tantum, quæ Diuina sunt, esse censentur, ita & Deus orationem illam, quæ à Diuino spiritu proficiscitur, plenam, atq; perfectam, & exauditione dignam esse iudicat. Oratio igitur quæ ab humano nascitur spiritu, in albo plenæ orationis à Deo nō censetur: ideò nisi priùs spiritum illum sanctum ad postulandū habeamus, qui nos doceat quid petere debeamus, A frustrà nos preces fundere inueniemus. Si verò spiritus ille bonus nos ducit, optata habebimus. Nam impossibile est eam orationem suo fine fraudari, quam Spiritus sanctus accendit. Ideò Dauid hunc spiritū obnixe postulabat à Deo, dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritū rectū innoua in visceribus meis: Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Quòd si quis dicat, hoc ipsum semper à Deo obnixè postulo, sed tamen non assequor. Respondere huic facilè possumus. Non facilè sancti Spiritus operationes intelligere valemus: nam spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat, Spiritus sanctus forsan tibi maiora quàm postulas, te ignorante, concedit. *Dabit* (inquit) *bonum*, nō explicat quale bouum illud sit, nec D. Lucas explicans spiritum bonū, declarat aliud, quàm bona spiritualia, quæ autem illa sint, non dicit, nisi in genere, in C quo varia bona spiritualia comprehenduntur. Si ad desiderij optatum finem, Spiritus sancti fauore peruenisti, non est quod alia media postules. Res enim non propter sequęruntur, sed propter vsum, & gaudium, quem ex consequutione illarum rerum sumus habituri. Non enim panem propter panem quærit, sed propter esum, gustum, & sustentationem virę, quam ex illa substantia recipit, quòd si alicui panis offeratur, dūmodo non vesceretur ex illo, panem tanquam sibi inutilē iudicaret, at si eius, gustus, & vitæ sustentatio sine pane concederetur, malet haud dubiè gustum, & vitæ subsidium, absq; pane habere, quam panē sine vtilitate recipere. Ira quoq; de eo, qui precibus nec à Deo postulat cēsendū est. Nā qui (vt decet) preces ad Deum fundere nō cessat, validissi-

Pater tenetur filio necessaria dare non superflua.

Spiritus sancti operationes non facile intelligimus.

Non quærunt res propter se sed propter vsum, & gaudium ex consequutione obtinendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A validissimè sibi persuassum habeat, quòd vel postulata obtinebit, vel gustum, & vtilitatem, quam ex eius vsu consequuturus erat. Id quod videre est in Paulo, qui nouit abundare, & penuriam pati, ideſt, scit in penuria ita gaudere, ac si multis abundaret deliciis: Qui etiam stimulum carnis ab eo auferri postulauit, nec obtinuit, quia gratia Diuina maiora ipsi beneficia præstabat. O summum bonum, quod rectè postulantibus Dominus concedit, nempè Spiritum sanctum. Non Patri satis fuit proprium pro nobis tradere Filium, sed cum illo omnia nobis donare. Nam qui proprio Filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo (ait D. Paulus) non omnia nobis donabit cũ illo? Dedit nobis quoquè Spiritum sanctum, vt eueniant nobis omnia bona pariter cum illo, quo ergo pretio tanta nobis concessa sunt dona? Non certè auro, & argento, sed vt tantum petas vt decet.

Philip. 4.

2. Cor. 12.

Summum bonum rectè postulãtibus Dominus concedit Spiritum sanctum.

B

EXPOSITIO.

12 *Omnia ergo, &c.* Hic locus apud Lucam declaratur apertius, cur positus sit. Dixerat enim priùs: Omni petenti te tribue. Luc. 6. Et posteà adiecit: Et pro vt vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis similiter. Et sanè cõcinè posita sunt hæc verba, post illa, quę superiùs declarauimus, quanuis sacrarum scripturarũ more, ipse orationis contextus obscuritatis aliquid habere videatur. Nam cũ breuitati studeant, breuitasq; ipsa obscuritatem parere soleat, quẽadmodum Horatius dixerat: Cum ergo de petendis à Deo beneficijs faciẽdaq; in proximum quemq; eadem beneficia admonet. Rectè enim dixerat ille, qui ait: Minimè conuenit, cũ ipsi inter nos abiecti neglectiq; simus postulare, vt Deo chari simus, & ab eo diligamur. At verò non esse erga proximum quemq; beneficum, arguit, quòd non solum proximus, sed nec Deus quidem ametur. Quarè qui hoc agit, multo minus dignus est, qui beneficia à Deo accipiat. Vide enim quid B. Ioannes dicat: Si quis dixerit, diligo Deum, & fratrem suũ oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quẽ videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Cũ enim cõsuetudo conciliare amicitiam soleat, si tuæ consortem naturæ, cum quo versaris, sinè cuius consuetudine vitã viueres iucundam, non amas, Deum quem nunquam vidisti, quomodo potes diligere? Præsertim cum illius præceptum sit, vt, si vellimus Deum amare, & proximũ eius amemus, quasi gratũ minimè ei sit, si absq; proximi amore Deum amemus. Cuius præceptum nisi seruas, quî dicere potes, te illum diligere? Qui tenet (inquit) mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me.

1. Ioan. 4.

Quæcunq; vultis (inquit) vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis: Ab hac sentẽtia proficiscitur, & illud: Quod tibi nos vis fieri, alteri ne feceris. Alterum enim, ex altero pendet. Etenim vbi quis paratus est ea præstare proximo cuiquè, quæ optet ipse ab alijs sibi fieri, idem cauebit, ne quid in eum-

TEXTVS.

12 OMnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines,* & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ.

Luc. 6.

*Ita.

C

Horatius.

Breuitas obscuritatẽ parere solet.

D

Non esse beneficos erga proximos argumentum quod nec Deus ametur à nobis.

Tob. 4.

Dilectio proximi maxima.

Quod nobis nolimus fieri proximo non debemus.

A in eundem proximus agat, quo pati ab illo nollet.

Quanti sit hæc Domini sentẽtia facienda, verba sequentia ostendunt: *Hæc enim* (inquit) *est lex, & Prophetæ.* His verbis sui Dominus curam negligere videtur, & nostri omnium tanquam verus Pater suscepisse. Nõ enim dixit, Colite me, hæc enim est lex, & Prophetæ, sed Colite fratres, hæc enim est lex, & Prophetæ. Quorum verborum hic sensus esse videtur. Quidquid ergo ab ipso mũdi exordio vsq; ad finem Deus per legem mandauit, aut per suos Prophetas ordinauit, huc maximè respicit, ne lædamus proximos, quos adeò tenerè Deus diligit, vt nunquã cesset admonere, ne quispiam eos lædat, quos si læserimus, pupillam oculorum Dei tangimus. Idcirco enim data est lex, & Prophetę à Deo illuminati, tàm multa scripserunt, vt amica, & benefica esset hominũ inter se consuetudo, & mutua charitate coniungerentur. Atquè hoc etiam est, quod dicebat Paulus: Qui diligit proximum legem implenit. Nam illa, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod aliud præceptum in hoc sermone summatim comprehenditur, nẽpè: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio malum proximo non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Quanti ergo nos facere oporteat illud, quod summam totius legis complectitur, & in quo tota salus nostra versatur, quis non videt?

Quod Deus in lege, & Prophetis nobis tradidit à mundi exordio hoc vult, vt inuicem proximis non lædamus.

B

Rom. 13.

C

Rom. 13.

Vt proximi diligamus quas considerationes conferre in corde debeamus.

Hæc Domini Seruatoris verba, si vt decet, obseruarentur, facta omnia nostra iustitia plena essent. Nunquam quisquam circumuenire alterum cogitaret, nulli struerent insidias, cessarent iurgia, conquiescerent lites, & pro malis, quibus miseri homines mutuo se conficiunt, ac perdunt, succederet charitas, beneficentia, liberalitas, modestia pax. Nunc verò quia hic scopus minimè ante oculos ponitur, contraria his vitia introducuntur, & nullus molestiarum est finis. Vbi enim à salutaribus Christi mandatis discedimus, quæ seruata summam vitæ trãquillitatem afferunt, mox perturbationibus omnibus, veluti marinis fluctibus obijcimur agitandi. Vnde (obsecro) fit, vt pleriquè omnes continuis laborent afflictionibus, nullum litibus, controuersijs, inimicitijs, dissidijs finem inueniant, nisi quod nunquam hæc Euangelica verba: *Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis*, in mentem illis veniunt? Nam si hęc monita animo versarent, ita secum cogitarent. Quid vellem ego mihi ab alijs hominibus præstari? Nimirum vt meis inseruirent commodis. Si quid à me læsi essent, benignè iniuriam remitterent, eamq; oblinisceretur. Si beneficijs essent affecti, ea recordarentur, & vicissim rependerent beneficentiam. Si quid mihi deberent vltro redderent, neq; expectarent, dum cogerentur per lites, & contentiones restituere. Benè de me loquerentur. Non obloquerentur, non detraherent. Breuiter, mihi semper prodesse cogitarẽt. Cur igitur ego de meis tantum commodis cogito, nulla vnquam aliorum commodorum habita ratione, atq; adeò potius quæro alijs incommodare, dum ipse mihi cõmodem? Cur læsus ob minimam quãq; offensionẽ, excandesco, & vlcisci iniuriam conor, ac perpetuã cuiuslibet offensionis memoriam seruo? Cur tàm parũ curo, & facilè obliuiscor, cum ab altero sum beneficio affectus, & plerũq; factis contrarijs repẽdo? Cur, si cui pecunias debeo, tã difficilè patior à me, quod debetur extorqueri, vt plerunq; tantundẽ in lites impen-

Quæ mala nos exagitãt propter proximi odium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dat creditor, quātum est illud, quod iustè exsoluendum est? Cui semper obloquor, & proximi cuiusq; fama detrahere non cesso, & factum est guttur meum sepulchrum patens? Cur recta etiam aliorum facta prabè interpretando maculare contendo, & ex aliorum reprehensione gloriam mihi venor? In summa, nunquam venire mihi in mētem patior, quo pacto proximo cuiq; prodesse possim. Hoc si faceremus atq; qui Christiani vocamur, & sumus, ad Euangelicam regulam, vt par est, facta omnia, ac dicta nostra dirigeremus, vitam certè nostram tranquillissimam, atquè iustissimam ageremus, & beatorum vitam in terris, viuidè in nobis ipsis exprimeremus.

Pſal.5.c.10.

Hæc verba quæ hîc posita sunt, videlicet: *Omnia quæcunq; volumus, vt nobis faciant homines, & vos facite illis.* Interpræstatio quædam sunt illius etiam Christi IESV sermonis, quo præcepit: Diliges proximum tuum

Matth.22.

C sicut te ipsum. Quo pacto (obsecro) præceptum tām seriò à Deo nobis in lege mandatum, & ab ipso Christo in noua uiuūctum, impleri à quoquam potest, nisi hoc præceptū executioni mādetur, nempè, vt quæ ab hominibus fieri nobis optamus, eadem & illis liberi animo præstemus, & ea quæ nos ipsi iniquo animo patimur ab alijs, nec nos aduersus alios exercere meditemur.

Matth.22. d.40.

Hæc est (inquit) *lex, & Prophetæ.* Alibi Dominus dixit: Hinc pendet vniD uersa lex, & Prophetæ. Pendet (inquit) lex, &c. Spiritus sancti phrasis hæc est. Qua explicare nititur virtutes, & opera sancta quæ generantur, & procreantur ex impletione illius præclari mandati: *Omnia quæcunq; vultis, vt faciāt vobis homines, &c.* pendent. Nam veluti ex fœcūda, & amœna arbore, fructus uberes, & amœni magna pulchritudine pēde-

Pēdet vniuersa lex, & Prophetæ phrasis Spiritus sancti inuentis, quæ bona ex affectione proximi fiunt.

re solent: ita quoq; à quolibet viro iusto, qui tanquam lignum, seu arbor fœcūda secus decursus aquarū, nempè Diuinæ gratiæ plantata mirabiles sanctitatis, & bonorum operum fructus pendentes videre licet. Iustus nanq; qui in amœnissimo Ecclesiæ viridario crevit, iustitiæ fructus in seipso pulcherrimos habet, quos D. Paulus nobis quasi digito demonstrat, dicens: Repleti fructu iustitiæ per IESVM Christum in laudem, & gloriam Dei. Fructus autem, quales quantæq; pulchritudinis sint, explicat idem Paulus: Fructus (inquit) spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Deus bone, quantæ pulchritudinis est, totius huius sanctissimę Ecclesiæ hortus, qui mille, & mille arbores fœcundissimas, tanta fructuū varietate, tantaq; pulchritudine profert, vt intra cælestis gloriæ penuaria Deus sibi seruari decernat! Ecclesia emittit, & sponso suo

Cant.7.d.13.

C offert, dicens: Omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi. Hos omnes vberes fructus, quos in se cælestis colligit gloria ex impletione illius præcepti: *Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis, &c.* prouenire constat. Perpende (obsecro mecum candide Lector) quā generosum, adde, & fœlix viuendi genus nobis Dominus proponit, quo si vteremur, beatissimam vitam ageremus. Cogita enim quàm admirādum spectaculum esset, & omnium bonorum plenum, si, exempli gratia, mercatores cum negotiantur, in vendendis emendisq; mercibus, quod lucrū ipsi facere cupiunt, idē de altero mutuò cogitarent. Sic etiam in artibus quibuscunq;, in cōtrouersijs, & ciuilibus litibus: nam multa hinc bona sequerentur. Primùm, quòd non minus lucri hoc pacto fecerūt,

atq;

Pſal.1.

Philip.1.b.11

Gal.5.d.22.

Fructus iustitiæ qui.

Ecclesiæ hortus amœnissimus, & quibus fructibus cōsecretur.

Quam generosum viuendi genus, & vtilitatibus plenum negotiationibus, & omnibus hominum gregibus natum.

A atq; adeò plus etiam, nam vbi pacata omnia sunt, maiora multò, & copiosiora cōmoda reperiuntur. Dein dè lucra illa, non solùm in animæ damnum non redundarent, quod nūc fit, sed cum maxima animarum vtilitate fierent. Prætereà sublatæ essent omnes lites ac controuersiæ, quæ nunc tàm frequentes sunt ob eam vnā causam, quòd homines bene sibi esse malunt, quā alteri, quanquam illud re vera bonum non est, sed ij in eorū numero sunt, de quibus dixerat Isai. Qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Videte quàm verum sit, quod ait alibi Dominus: Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeāt, quod nō solùm de futura vita, verùmetiā de præsenti est proculdubio intelligendum. Nam præsens hæc vita pace, & animi tranquillitate tueri, & augeri solet. Quàm fœlicē enim rerum statum fuisse quondam, censendum est, quando ij, qui Christo nomen dederant ab exordio nascentis Ecclesię, ita mutuò mutuaq; charitate affecti adinuicem erāt, vt de eis scriptura testetur. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquā aliquid eorum quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia, nec quisquam egens erat inter illos, quotquot enim possessores agrorum, erāt aut domorum, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendita fuerant, & ponebāt ad pedes Apo

D stolorum, distribuebatur autem singulis, prout cuiq; opus erat. Tām ingens multitudo ita coniuncta erat, vt vna omnium volūtas esset, nec alterius animus ab altero discreparet: quod esse non poterat, nisi quisq;, quod sibi vellet, idē alteri optaret. In his itaq; charitatis operibus, doctrina, & executio legis, & Prophetarum, consistere constat. Nam qui

Chrouersiæ vitæ quando cessare possint.

Fol.5.

Isai.10.

diligit proximum (teste Paulo) legē impleuit.

A Rom.13.

Est prætereà considerandum cum D. Chrysost. quòd non simpliciter ait: *Quæcunq; vultis*, sed addit: *Omnia quæcunq; vultis*. Sed nec otiosè posuit, *Ergo*, sed necessariò prorsus ac signāter. Ac si diceret: Si ergo à Deo cupitis audiri, præter illa quæ dixi, etiā ista perficite. Nimirùm eum oratione opus est, & disciplina virtutum. Et non dixit: Quæcunq; vis tibi à Deo fieri, hoc fac proximo: ne dicares: Quo nam modo fieri poterit, cū ille sit Deus, ego verò homunculus? B Sed quæ vis tibi fieri à cōseruo, hæc fac proximo. Quid vnquā hoc præcepto aut læuius inueniatur, aut iustius? Hæc est lex, & Prophetæ. Vndè manifestū est, secundū naturam nobis esse virtutem. Huic Chrysostomi sententiæ astipulatur Cicero: Relicta (ait) nobis esse seminaria virtutum, quæ si adolescere sineremus, ad ipsam nos fœlicitatē natura perduceret. Ideò Dominus dixit: Mandatum, quod ego præcipio tibi, non C est suprà te situm, vtiq; quia non est suprà naturæ nostræ captum. Hinc est, quòd Philo Iudæus ait: Duabus de causis leges venerabiles sunt. Altera, quia præcepta legis à natura nō discrepāt. Altera quòd hinc liquet, non esse opus magno labore ad exigendam vitā, iuxta legum regulam, quando illi prisci ante legē, singulatim proditā, nō scripto iure vsi, pari facilitate, ac fœlicitate vixerūt, vt meritò quis dicere possit, leges scripD tas nihil aliud esse, quàm vitarū Patrum commentarios, in quibus eorum dicta, factaq; narrantur. Nā illi scholas nullas frequentarant, nullis præceptoribus vsi fuerāt, sed à seipsis instituti ordinē naturæ sequuti sunt, quæ lex est dubio procul antiquissima omnium.

D. Chrysost. Homil. 24. operis perfecti in Matth.

Cicero.

Deut.30.c.11

Mandata Dei nimia valdè naturæ nostræ conformia.

Philo lib. de Abraham.

Leges scriptæ vitarū Patrum commentarij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A EXPOSITIO. A

Luc.13.c.24

13 INtrate, &c. Manifestum esse cõstat ex his Christi verbis, à nobis Deũ exigere, quid vlteriùs, præter dilectionem Dei, & proximorũ, nẽpè omnimodam nostri ipsorum abnegationem, vt prorsus iam nihil nostrum, sed tantũ ea, quæ Dei gloriam, ac proximorum salutem promoueant desideremus. D. Lucas maiori eum emphasi sententiam hanc Christi nobis declarat, dicens: *Contendite intrare per angustam portam.* Ac si dicat: Cũ hæc vna ad vitam porta, & via sit, quantumlibet arcta, & stricta videatur, summacõtritione enitendum nobis est, vt illam ingrediamur, hoc est, contra cupiditatẽ, & humanos nostros affectus fortiter dimicandũ, & pugnandum est, & ad synceram Dei, ac proximorum dilectionem enitendum, vt aduersarios nobis hostes vinctos, & prostratos dedamus.

B

TEXTVS.

13 INtrate per angustam portã: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. 14. * Quàm angusta porta, & arcta via est, quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Esse etiam cum D. Hieronymo cõsiderandum, quàm eleganter Dominus de vtraq; dixerit via. Nam per latam viam dicit multos ambulare, arctã verò paucos inuenire. Latam siquidem viam non est, quòd nos anxiè quæramus, nec inuentione vlla opus est, nam sponte se se illa nobis offert. Angustã verò nec omnes inueniunt, immò potius qui eam inuenerũt, & veritatis viam agnouerũt, non per eam statim intrare animo prompto discernunt, immò potius si viam instituerunt rectam, statim reuertuntur, & viam incœptam deserũt. Nam seculi voluptatibus miseri decepti de medio itinere reuertuntur. Eleganter doloris affectum indicans, ait: *Pauci sunt qui inueniunt eam.* Ac si dixisset: Si pauci sunt, qui etiam si quærant studiosè inueniũt, lõgè pauciores haud dubiè sunt qui per eam ambulare profiteantur.

Docuit tandem Dominus hac parabola duarum viarum, non debere nos respicere ad multorum hominum conuersationẽ, sed potiùs nos debere fieri paucorum imitatores. Nec tam attendere nosoportere ad peruersæ viæ latitudinem, & viæ virtutis angustias, quàm, quònam tãdem hæc vtraq; vita perducat. Admonet in initio huius pericopes, vt per angustam portam intremus, & per arctam viam, quia hac ad viram ducimur. Docet etiã vt latam portam, & spatiosam viam caueamus, quia recta ad perditionem ducit. En habes finem certissimum vtriusq; portæ, & viæ, vt arbitrij libertatem tibi à Deo concessam vtendo, eligere possis viam, & portam, per quas sit tibi eundum, intrandumq;, si modò ad vitæternæ finem suis à Deo promissum, pertingere vellis. Arduum homini (inquit Hilarius) iter in cęlum est. Cęterùm via perditionis lata est. Hanc plures obtinent: illam porrò pauci inueniunt. Paucis enim damna præsentium rerũ chara sunt: quibus cupiditates, & animi uincere, & corporis frangere, & exposita toris seculi viribus, illecebrarum omniũ lenocinia præterire, maximum cælestis spe lucrum est. Illi autem,

* Quoniam per portam quæ ad vitã ducit, quibus viis ingrediẽdum. C

Lata via nobis seipsam offert angustam verò nõ omnes inueniunt. D

Arbitrij libertas.

Hilarius in Matth.

A autem, quibus solum bonũ est scontari, comessari, ambire, insolescere, fastidire, odisse, dicipere, plurimus est secuentantium iter tale comitatus. Vides quàm eleganter D. Hilarius breuissimis, & pulcherrimis verbis vtriusq; viæ exitum demonstratè Sed quid mirùm si ij, qui nomina Christo dederunt, hæc sic se habere manifestè intelligant, cum & gentiles vsu rectæ rationis vtentes, idipsum de vtraq; via, nempè virtutis, & vitij philosophantes intellexerunt? Hinc est, quòd Clemens Alexandrinus affert in hãc sententiã celebratissima illa Hesiodi carmina, lib. de opere, & die.

Gentiles viæ huius vitã diuersam posuerunt.

Clemens Alexand. lib. 4. Stromat.

Hesiod. de opere, & die.

Virtuti sudorem dij proposuerunt
Immortales: longa verò atq; ardua via est
ad ipsam;
Et primum aspera. Vbi verò ad summam
ventum fuerit,
Facilis deinceps est, quantumuis fuerit
difficilis.

Virtutis Pythagoricæ quid significet. C

Pythagoras quoq; id ipsum nõ modò intelligebat, sed etiam suos quos instituendos acceperat, discipulos, in hac excellenti philosophia summa diligentia imbuere curabat, & quò faciliùs harum viarum mysterium intellectu caperent, illud, Y, quod tanquam huius rei symbolum primus inuenit, illis præ oculis habere præcipiebat. Huius literę Pythagoricæ significationẽ Virgilus elegantissimis suis carminibus his verbis describit:

Virgil. lib. 6. Æneid.

D *Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni,*
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Namq; via virtutis dextrũ petit ardua callẽ:
Difficilemq; aditum primùm spectantibus
offert,
Sed requiẽ præbet fessis in vertice summo.
Molle sinistrorsus iter via lata, sed vltima meta
Præcipitat captos, volutatq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit: illi sibi laudem q; decusq; parabit.
At qui desidiam luxũq; sequetur inertem,

Dum fugit oppositos incauta mẽte labores A
Turpis, inopsq; simul miserabile transiget
æuum.

Xenophon lib. 2.

Dijs omnia nobis laboribus vendunt, iuxta Socratem.

Pari modo Socrates hac Philosophica similitudine differens, cũ Aristippo vsus fuit, vt Xenophon de factis, & dictis Socratis testatum reliquit. Vbi quoq; ex multorum Philosophorum sententijs statutum reliquit, quod dij omnia nobis laboribus vendunt. En habes ex cõmuni, tàm Philosophorum Gentiliũ, quã Christianorum consensu, modum quem seruare tenemur, si modo interitus periculum declinare cupimus. B Id quod antiqua Philosophia docebat, Christus æternæ vitæ dux, & magister demonstrare nobis nõ cessat. Sic enim fieri cõmuniter solet, vt cum amicus iter aliquod instituere decernit, inprimis curat commostrare viã, qua faciliùs possit ad optatam pertingere metam, deindè illum amicè admonet periculorum, in quæ incidere possit. Hoc ipsum Seruator facere non cessat, dicens: *Intrate per angustam portam, &c.* Quia Dominus multa præceperat, quæ carnalibus adhuc hominibus difficilia videri poterant, iam hìc fatetur ingenuè angustam esse portam. Quã in re (vt notat Chrysostomus) fecit Dominus more cuiusdã magni ducis, qui tyronibus suis ante belli cõflictum difficultates omnes ob oculos ponit, ne postea subito forsan armorum fragore, & strepitu terreantur. Id quod Apostolus fecit ad Ephes. 6. dicens: Non est nobis collactatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Quod ideò fieri solet, ne nobis accedat illud, Num. 21. Cœpit populũ tædere itineris, & laboris, & regredi volebãt in Ægyptum. Sed quæris an inter viam arctam, & angustam portam

D. Chrysost.

Similitudo.

Ephes. 6.

Grauiorã proponenda militibus.

Num. 21. b. 4.

Quæ differẽtia inter viã arctã, & angustam portam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chryſoſt. de opere imperf.

A

vlla ſit differentia. Chryſoſt. de opere imperf. eo modo differre dicit, vt medium, & finis vltimus inter ſe differre ſolent. Via enim arcta ieiunia, atq; alia pœnitentiæ opera bona ſunt. Porta verò per quam ingredimur Chriſtus eſt, qui ait: Ego ſum oſtium per me, ſi quis introierit ſaluabitur. Hæc expoſitio allegorica multis videtur, qui viam, & portam pro eodem accipi dicũt, nempè, pro mandatis Dei cum perſeuerãtia, cui expoſitioni ſuffragantur, Hieronymus, Hilarius, Auguſtinus, & Beda, quorum ſententiæ ſubſcribo. Nam & Pythagorici (vt iam diximus) angustam virtutis viam deſcripſerũt, vitiorum autem latiſsimum iter, exitus verò contrarios. Quod ſi quis obijcere vellit D. Matthæi locum cap. 10. in quo Chriſtus ait: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meũ lęue. Ad hanc quæſtionẽ latè, Deo dante, ibi reſpondere conabor. Interim illud breuiter annotare lubet, quod Iſai. c. 10. dixit, nempè: Cõputreſcet iugum à facie olei. Quæ verba ſi recte interpretentur, ad noſtram ſententiam faciunt, nam præcepta, & mandata Dei, corpori noſtro cõtra legem mentis recalcitranti, difficilia quidem ſunt, & iugum ferreũ duriſsimum, ſed moleſcit nobis inſtar ceræ virtute nominis illius, de quo dictum eſt Cant. 1. Oleũ effuſum nomen tuum, quia charitate, & amore Dei omnia facilè fiunt.

Ioan. 10.

Via, & porta pro eodem accipiuntur.

D. Hieron. D. Hilar. D. Auguſt. Beda.

B

Matth. 10.

Iſai. 10. g. 27

C

Cant 1.

Sed cur (obſecro) latam portã, ſpatioſamq; viã Dominus apellat, quæ

D

ad interitum ducit? Haud dubiè intelligit Chriſtus de ea via, quam homines huic vitæ addicti ſequuntur. Verùm enimverò hæc vita, ſi rectamẽte attendere volumus, pluribus maioribuſq; angustijs circumſepta inuenietur, via malorum grauior, quàm recta iuſtorum via. Demus exempli gratia hominem ambitione turgidum, qui honores ac dignitates, præſertim Eccleſiaſticas (quãdo hoc negotium eſt hac ætate frequentiſsimum) venetur, quãtis hic obſidetur difficultatibus, quantiſq; excruciatur laboribus, primùm vt id aſſequatur, quod quærit, deinde vt adeptũ retinear? Ante enim quã appetitum gradum habeat, quot labores, quot curas moleſtias patitur? Quot illiberales miſeraſq; ſeruitutes ſubit? Quã multos aduerſarios perfert? Quot periculis obijcitur? Quàm multos miſerè afflictos, in curia, & in ipſa Regis aula quotidiè videbis, eiuſmodi torturas ſtultè ferẽtes. Quòd ſi adipiſci contingat, quã multi æmuli inſurgunt, quàm multi detractores, quã ſæueri iudices, qui ſententiam in illum ferant, teſtãres eum iniquo iure ad dignitatem cõſcendiſſe. Omiſſa facio crudeliſsima conſcientiæ tormenta, cõtinuamq; carni ficinam, quæ noctes, dieſq; excruciant hominem ſibi cõſcium, quo animo illam appetierit dignitatem. Mitto hoc (inquam) quando reperiuntur multi, qui in reprobam

C

Rom. 1.

mentem dati ſunt, & in cordis duritiem, atq; ex ea in auerſionem. Eiuſmodi homines inanis gloriæ vitio cooperti ſunt, cui qui addictus eſt, vinctis poſt tergum manibus, multis feris traditur obſidendus. Quę nã hæ ſunt? Indignatio, triſtitia, inuidiæ, lites, calũniæ, iræ aduerſus eos, qui nihil læſerunt: Voluptates, cum alij eiuſdẽ ordinis, aliquid ignominiæ patiuntur, luctus cum honeſtantur. Laudis amor, honoris appetitio, quæ res maximè omniũ, humanam præcipitat animam. Illiberales deindè adulationes, ſermo ad audiẽtium voluptatem, minimè generoſa obſequia, contemptus inferiorum, in diuites reuerẽtia, honores ſine ratione, ſeruilis timor, & is qui ſolis mancipijs conſentaneus ſit. Libertatis ablatio, redargutiones è medio ſublatæ, atquè increpationes,

Ambitioſi, & negotiatores depinguntur.

D

Inanis gloriæ vitio laborantes quales ſint.

immò

A

immò verò aduerſus humillimum quemq; etiam ſupràmodũ inuehuntur, verùm in potentiores ne mouere quidem labia audent. Hæc ac plures aliæ feræ eius generis homines obſident, à quibus qui ſemel captus eſt, in tantã neceſſe eſt trahatur ſeruitutem, vt plerũq; multa in mulierum obſequium agat, quæ turpe eſt dicere. Hanc viam quis nõ anguſtiſſimam, atq; arctiſsimam iudicet? Id quod meliùs ex re oppoſita intelligemus. Accipiamus enim hominẽ, qui honorum appetitione liber ad Epiſcopatum promoueatur, licebit quidem ei, omnia ſumma cum libertate facere. Qui enim non optauit hac poteſtate frui, ne deijci quidem metuit. Non metuens autem, agere omnia poterit cum ea auctoritate, quæ Chriſtianum hominem decet, quod non accideret ijs, qui deijci de gradu contremiſcunt. Et propterea in obſequium tantum Dei illum ſtatum, tanquam amarã perferunt ſer-

C

uitutem, varijs ac multis ſolicitudinibus, & anxietatibus plenã, ideoq; perſæpè homines offendere non verentur, ne Deũ ipſum offenſum habeant. Ij quidem, quemadmodum in bello generoſos milites cernimus, egregiè ac promptè pugnare, & cũ ſuccumbendum omninò eſt, viriliter cadere videmus: ſic qui ſine ambitione eſt, & ad hoc officij munus accedit, nihil metuit, neq; cõmouetur, ſi inimicorũ inuidia deijciatur, cum certò ſciat, hanc deiectionẽ nihilo minorem ſibi coronam ferre,

D

quàm ipſam in dignitate perſeuerãtiam. Cum enim quis ne quid indecorum, neq; in dignum ea dignitate faciat, hæc à maleuolis patitur, maiorem ſibi mercedem conciliat, & gloriam. Imitatur enim generoſos milites, qui honeſtam mortẽ, turpi vitæ anteponunt. Cernis quantũ inter vtramq; viam intersit, & quanto illa latior ſit hac, & ſpatioſior? Idẽ accidit in reliquis vitę affectibus, vt

A

in quærendis diuitijs, in venãdis voluptatibus. Nõ minores enim in ijs, & eius generis alijs anguſtiæ, ac difficultates reperiũtur. Quę enim (obſecro) inueniri poterit anguſtior via, quàm ea quę ſpinis eſt obſita, & per eiuſmodi viam auari ingredinõ verẽtur. Si enim diuitiæ (teſte Chriſto) ſpinæ ſunt, quo quis maiori affectu erga diuitias tenetur, eo viã ſibi ſpinoſiorem eligit. Longum certè eſſet, ingenteis difficultates, atq; anguſtias, quibus miſeri auari premuntur, recenſere. Cur ergo lata appel-

B

latur à Domino illa vitiorum via, cum difficultatibus laboribuſq; plena ſit? In promptu ratio eſt, quia tota in eo ſita eſt, vt externis, & corporeis ſenſibus ſit addita, ſemper vitiorum amatoribus in ore eſt. Eamus & fruamur bonis, tanquã citò tranſeuntibus, nullum ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra, &c. Cum igitur ſenſus, & cogitatio hominis prona ſit ad malum, hinc fit, vt

C

illa, quæ ab humano affectu diligun tur, faciliùs, & libentiùs ſequamur. Facilior enim illis videtur vitiorũ, ac peccatorum via, & ideò iudicio eorum lata dicitur, & eſt, accepta à vijs ſimilitudine, quæ cum latæ ſint, iteragentes iudicant facilius iter ipſis offerri per eas, licet ſæpè numero fallantur. Ideò itineris facilitatem contẽplantes, multi ſunt qui intrãt per illud, nouiſsimum tamen illius ad interitum ducit.

D

Obſeruemus iam parum hominũ ſtultitiam, & ſupinas eorum mẽtes. Audiant hîc Dominum admonentem, viam quæ ducit ad perditionẽ, illam certiſsimè eſſe, per quam multitudo cateruatim ingreditur, & omnes ferè (proh dolor) ſequuntur multitudinem, nec periculum quiſquam intelligit, in quo verſetur, & nemo ſe ex illorum numero eſſe arbitratur, quãuis ipſam magna contentione

Difficultatẽ maximæ in acquirẽdis diuitijs, & voluptatibus.

Luc. 8.

Lata dicitur vita, quæ in externis voluptatibus ſi tacet.

Sap. 2. b. 6.

Late vie faciliores videntur licet non ſint.

Via quæ ad perditionem ducunt quæ ſint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tentione sequatur multitudinem. O quam eleganter de his Propheta loquitur! dicens: Verūtamen vani filij hominum, mendaces filij hominū instateris, vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum. Ac si dicat, secundum Hebraicam veritatem: In statera si ascendant ipsi, pariter cum vanitate, læuiores sunt vanitate ipsa. Non poterat aptiori similitudine eorum vanitatē redarguere Propheta: Tā vani sunt (inquit) vt si eos omnes simul in vnam posueris trutinæ lancem, futuri sunt ij læuiores vanitate ipsa. Venit enim ipse Dei Filius, sapientia Patris, in quo sunt omnes thesauri, sapientiæ, & scientiæ absconditi, quem scimus propterea ad hoc vnum venisse in terram, vt nos doceret vias suas, vias vitæ, vias salutis, vias, de quibus scriptū est: Viæ eius, viæ pulchræ. Eas tamen tanquā rem pernicioſissimam auersamur. Admonet nos hīc seriò Dominus, vt per angustam portam, & arctam viam intremus, quia hac ad vitā ducimur, & tamen perinde, quasi vitam extremo odio prosequeremur, & perditionem summo amore amplexaremur, vitam ducimus tanquam studio fugientes, & latam toto corde sequentes. Ita fit planè, vt ad perniciem tantùm nostram miseri inuigilemus, ac si ad interitū æternum nati videamur. Quis hanc stupiditatem non obstupescat? Viā haud dubiè latam ingrediūtur, qui in prauis cogitationibus, in obscœnis sermonibus, in detractionibus, in conuitijs versantur, qui inuidēt, qui proximum fraudant, qui auaritiæ student, qui stupris, & adulterijs operā dant, qui Rempublicam expilant, qui honores ambiunt, qui dissolutū victum cultumq; sectantur, qui despiciunt pascere esurientes, vestire nudos, infirmis succurrere, & alijs egētium necessitatibus subuenire: & hanc esse viam ad perditionem du-

Iob. 61.

Quam vani sint, qui multitudinē errā tium sequuntur.

Dei Filius venit ad nos, vt doceret nos vias suas.

Prou. 3.

Nota hominum dementiam.

Ad perniciē nostram studio inuigilare videmur.

Qui sunt qui viam latā ingrediuntur.

centē proclamat veritas ipsa, & omnes ferè per eam ingrediūtur viam, & ij omnes sibi blandiuntur, & sibi pollicentur ad vitam ingressuros esse, cum per eam ingrediātur, quam ad interitum ducere ipsa veritas testatur. Heu nos miseros, qui in re tā periculosa ludere videmur. Nec enim in ludo paruo, & nullius momenti essemus somniculosiores. Vis Christiane nosse, quàm arcta sit hęc via quæ ducit ad vitam? Audi quid D. Petrus in sua Canonicā dicat: Si iustus vix saluatur, impius, & peccator, vbi parebūt? Audis vix iustum seruari, & audes ita laxè ingredi, & latam viam tenere, & ad summum vnam cum altera viam permiscere? Vix sanè assequeris salutem, nisi totus fueris in arctam viam intentus, & aliò circūspicere audes? Age fingamus nunc arctissimum pontē, qui pedis latitudinem vix æquet, per quem ire omninò oporteat, & lacū uoracissimum traijcere, in quo draconum, & aliarum immanium ferarum ingens numerus sit, quæ cadentem sint excepturæ, ac deuoraturæ. Fingamus præterea ex vtraq; huius lacus parte esse miræ pulchritudinis ædificia, quæ nunquam alibi visa sint, hortosq; ac viridaria, quæ omne genus plantarum, fructuum, florum, omnemq; amœnitatē habeāt, verùm anteriora, cuius amore lacū traijcere proposuit, longo interuallo relictis excellere, licet non manifestè videantur, ea verò quæ à tergo relicta manent, quemlibet inuitare ad ea contēplanda vehementer possunt. Censes ne hunc cui traijcere lacum illum per tàm angustum pontem necesse sit, oculos ad res tā pulchras spe meliorum relictas, aut ut auertere? Non profectò, sed amore eorum, quæ obtinere post traiectū lacum sperat, aspectum omnem pōti, ac pedibus affigeret, sciens se minimo quoq; lapsu in ferarum illarū

ora

Via quæ ad vitam ducit quam arcta sit.

2. Pet. 4. dub.

Apposita similitudo.

In quam grauissimis periculis in statissima huius vitæ via versamur nescij.

A ora esse venturum. Abijceret præterea vestes, & quicquid impedimento esse posset, vt quàm expeditissimus, tàm periculosum iter ageret. Quòd si quis polliceretur ei maximas opes, & regna etiam, si illo spatio, quo lacum traijceret, oblectare vellet oculos in contemplandis delicijs semel relictis, valdè hoc certè recusaret illarum vestiarum metu. Et hæc quidem quisq; nostrū faceret, temporariæ mortis timore, vbi verò æternæ mortis timore, & euidentissima pericula cernimus, nihil formidabimus? Non omnia, quę impedimento esse possint, abijciemus? Non aspectū semper ad gressus nostros defixum habebimus? Non precabimur quotidie, vt eripiantur pedes nostri à lapsu: Vt liberemur à laqueo venantium, & à verbo aspero? Quam ob causam censetis Paulum admonuisse, vt cū timore, & tremore, nostram ipsorum salutem operaremur? Quis timor, ac tremor tanto negotio dignus, in quo nam nostrum cernitur? Vbi nulla est circūspectio, qua idem Paulus nos vti volebat, cum diceret: Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus quoniā dies mali sunt? Oremus instantissimè cum Propheta dicentes: Vias tuas Domine demōstra mihi, & semitas tuas edoce me. Si iter angustū tantoperè terret, inspiciamus tota mente ad finem fœlicissimum, ad quem ducit, nempè ad vitam eamq; æternam, ad quā si oculis fidei conspiciamus vniuersa nobis læuia, ac facilia videbuntur. Sic Beatus Bartholomæus, pelle expoliatus gaudebat, quò expeditior per angustam portam ad regnum intrare posset.

Cōsiderata iam arctissima illa via, per quā nos incedere oportet, properemus etiam scire per quam portam, ad inclytam illam Hierusalem

ciuitatem sit nobis introeundum, A
eāq; iam videamus. Porta hæc quæ à Domino angusta vocatur, est porta illa per quam qui nō intrat, ad vitam æternam aditum minimè habere poterit. At verò licet vnica porta dicatur per varias nos introire oportet. Est enim porta primaria ad vitā, quæ Christus est, per quam vniuersum genus humanum, si vitam sibi comparare cupit, ingrediatur oportet. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur. Quomodo (obsecro) si vitam eamq; æternam nobis comparare cupimus, per Christum B
salutis ostium, intrare poterimus? Optimè sanè, si viua fide agnoscimus, eum vnicum nobis redemptorem esse, & charitate perfecta vnimur ei, qui nouam nobis intrauit viam, per quam accessum habemus ad Patrem. Vulnus enim lateris ipsius Christi pro nobis ligno crucis affixi, à quo vitæ Sacramenta Ecclesiæ fluxerunt, porta stricta sanè est, per quam ad vitā introire nos oportet. Vnde Glossa dicit: Quid angu- C
stius illo foramine, quod lancea militis fecit in latere Christi, per quod tamē totus mūdus intrauit. De hac porta licet intelligere illud Psalmi: Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Ad vitam autem gratię, per portam virtutis ingredimur. Hanc portam in somno illo extatico contemplabatur Iacob, vidēs quòd per scalā virtutis cōscendere nos oporteat, si per portā gratiæ ad regni cælestis gloriæ ingrediendum sit: Verè D
(ait) non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. De hac porta dixerat Isai. 28. Erit Dominus fortitudo reuertentibus de bello ad portā. Christus itaq; porta omnibus est gratiæ, & gloriæ, quæ angusta quidem est, cum per eam nisi vnus, is q; valdè humilis corde transire nullatenus possit. duos enim diuersos, & non benè sibi vnitos capere non

potest,

Quæ porta sit illa quæ angusta vocatur à Domine.

Portæ vitæ variæ sunt.

Ioan. 10.

Porta vitæ Christus.

Vulnus Lateris Christi salutis nostræ porta est.

Glossa.

Psal. 117.

Per portas virtutum ad gratiæ vitam intrandū est.

Gen. 28.

Isai. 28.

Porta angusta per quam nisi vnus nēpe Christus intrare potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A potest, quia hæc sic pro nobis è cælis affabre facta venit, vt humilis, & submissa in terris sit. Discite (inquit) à me, quia mitis sum, & humilis corde. Vt enim nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Sic dato, quod vniuersa iustorum Ecclesia in cælũ conscendat, id facere impossibile est, nisi membrum Christi priùs effecta, & capiti suo vnita, per ipsum tanquam per portam, & cum ipso tanquam verum, & viuum capitis membrum, fœliciter conscẽdat. Danda ergo opera est, vt secundum interiorem hominẽ viuamus, si per hanc portam fœlicem intrare cupimus. Si spiritu viuimus (ait Paulus) spiritu & ambulemus, hoc est, nec stricta via, nec angusta porta carnalis pertransire valet, spiritualis verò omnia potest, in eo qui ipsum cõfortat. Quis enim non malit per arduã asperamq; viam ad regnum duci, quàm per amœna prata ad carcerẽ, & crucem.

Matt. 5.

Gal. 5. d. 22.

B

C Sed quæramus, quare Christus diuerso vsus est vocabulo, nam de porta, per quam intrare oportet, dicit: *Pauci intrant per eam*: de via verò dixit: *Pauci sunt qui inueniunt eam*. Aliud enim est inuenire, & aliud intrare, opinor hunc modum loquendi seruasse Christum, vt ostenderet ingẽs tanti amittendi boni periculũ, quod certissimum nobis esse cõstat, si fœlicem hanc viam non inuenimus. Inuenire enim difficiliùs est, quàm per inuentam ingredi viam. Inuenire, cũ potiùs intellectus actum indicet, verè agnoscere est. Inuenerunt haud dubiè, qui intelligũt ad quid homo factus sit. & cui hic in vastam hanc terram positus. Factus quidẽ homo est ad imaginem, & similitudinem Dei, vt eo in perpetuum fœliciter fruatur. Locus hic, vbi nunc est positus, exiliũ triste est, è quo festinare semper ad patriam debet, interea oportet vt in hac ipsa vita, cælestem illam repræsentet, tanquam ciuis sanctorũ, & domesticus Dei, quod vt assequi possit, Diuina hæc lex, & Euangelica philosophia promulgata est à Christo. Verùm enimverò cum pars maxima exiliũ pro patria habeat, & tantum humanos sensus sequatur, quod brutorum, & rationẽ carentium animantium est proprium, verissimum est, quod ait Dominus, paucos esse qui inueniant eã, tantum abest, vt per eam ingrediantur, cum minimum eorum studium sit quærere.

C

Inuenire difficile quia intrare per eam.

Inuenire est actus intellectus.

Gen. 1.

B

In hac vita cælestem illam repræsentare oportet.

C

EXPOSITIO.

D 15 ATtendite, &c. Postquã Christus eximiam illam, & præclaram doctrinam, qua videlicet via sit nobis incedendum in hac peregrinatione, ad patriam illam cælestem, per quam quoq; portam introeundum nobis sit, nempè per arctam viam, angustamq; portã, docuisset, id quod sũmè necessariũ est nobis scire, nisi à via, & vita tanquam ouis, quæ erratica perijt miserè auersi ducamur. Cõsiderans Dominus, quòd si qua in re Doctorem ductorem, atq; magistrum, & institutorem, viæ vitæ, nos in hac vita habere oportet, hac in re quã maximè, cum hæc Christi doctrina viam, nõ valde dertitã, sed à multitudine inuisam, & exossam nobis demonstret.

D Ad iter vitæ Deum ducem habere oportet.

Idcò

TEXTVS.

15 ATtendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces.

A Ideò Christus more eorum, qui iter obscurum, & valdè difficile ex mandato regis alicuius instituere tenẽtur, quibus via ignota, & periculis plena est, ordinat ipse princeps ei, cui legationem grauissimam committit, & in mandatis dat, vt sibi ductorem, & viæ institutorem diligenter inquirat, & vniuersa pericula caueat, vt tandem sine offendiculo legationem expediat. Ita quoq; Dominus his verbis subindicat, oportere nos omninò summam adhibere diligentiam, vt magistros, & præceptores fideles inquiramus, qui recta nos via ac certa salutis ad regnum capessendum deducant. Iraq; Christus in hac peircope sacri Euangelij nos docet, quantam diligentiã adhiberenos oporteat in re tàm seria, nempè in inquirendis fidelibus magistris, qui postquam in lege Domini die ac nocte studiosè meditati fuerint, zelo salutis animarum in ea salutis via diligenter nos instituere non cessent, donec ad salutis portum perueniamus. Non tamẽ Christus manifestè dixit, quærite vobis magistros, qui verè sciant legem interpretari meam, eamq; vos candidè doceant, quia hoc mandatum à natura nobis inditum est, nempè vt vnusquisq; ad salutem sibi necessaria studiosè addiscat. Sed ait: *Attendite à falsis prophetis, &c.* Ac si manifestiùs indicare voluisset, se nolle in præceptiarum mandatum dare eorũ, quæ ad scientiam salutis habendam

A

B

C Christus manifestè dixit, quærite vobis magistros, qui verè sciant legem interpretari meam, eamq; vos candidè doceant, quia hoc mandatum à natura nobis inditum est, nempè vt vnusquisq; ad salutem sibi necessaria studiosè addiscat. Sed ait: *Attendite à falsis prophetis, &c.* Ac si manifestiùs indicare voluisset, se nolle in præceptiarum mandatum dare eorũ, quæ ad scientiam salutis habendam

C

D necessaria videbantur, sed ad cautelã, in hac doctrina capessenda omninò habendã nos hortatur, dicens: *Attendite.* Hoc est diligenter, & probè caucte vobis à falsis prophetis, qui abducere vos studeant à vera pietate, & à via illa stricta quæ ducit ad vitam, cum tamen se se profiteãtur viæ huius veros Doctores esse, & ductores: idq; callidè, simulata quadã sanctimonia, ita vt præseferant pietatem insignem, at verò falsitatem profitentur, à quibus summa cũ vigilantia cauendum esse docet.

A

Necessaria tanè fuit hæc admonitio, eò quòd faciliùs sit decipi, quàm sanis obedire consilijs, frequenter enim etiam si alitudè nõ veniat impostor, fit, vt ipsi nosmetipsos seducamus. Nam si veritatis verbum rectè nobis expositum, malè ex naturæ nostræ corruptione interpretari solemus, quid fieri putas, si seductor, & impostor, aurium pruritum faciens, accedat, & secundum insanum tuæ mentis affectum, & cupiditatis prauæ desiderium Christi verba exposuerit: haud dubiè si cæcus cæco ducatum præstet. ambo miserè in foueam cadent. Proindè si ad doctrinam audiendam, accedẽdum necessariò nobis est, duo omninò seruanda sunt, vnum ex parte audiẽtis, nempè vt ad sanam doctrinã capessendam, cor docile, mentemq; pium, & ad addiscẽdam veritatẽ inflammatã habeat oportet. Hoc certè Isai. prædixerat, cum videret populum voluptatibus addictum plus quam par erat: Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiũq; (ait) ita vt non esset vltrà locus. Qui poterunt eiusmodi homines Diuinæphilosophiæ dulcedine delectari, cum sordidissimis voluptatib⁹ inuoluti, & immersi sint? Si vniuersus populus ab ineũte ætate, crapula, & ebrietate sordet quem (inquit) Propheta docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ac si expressiùs dixisset: Præclara, & grauissima cælestium secretorum, quę populo tradenda à me demandaras accepi, sed prænimia ebrietate, simulq; stupiditate insani populi, non est vel vnus, qui eusmodi Diuina mysteria capere valeat. Quid ergo, oleum, & operam perdam? Absit, sed viros tales ad cælestia sacramenta percipienda eliges, qui paruuli malitia sint, & facilè

Isai. 28. 8.

B

C

Ibidem.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sile sanis acquiescant sermonibus, nempè ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Verbi ergo Diuini auditores tales sint oportet, vt mente pura, & longè ab omni malitia auul si, nihil magis in votis habeant, quã Dei verba audire, animũq; eiusmodi sacris doctrinis reficere, & saginare, vt iam cũ Propheta dicere valeant. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

Verbi Diuini auditores qualles esse oporteat.

Ex parte quidem doctoris docentis alterum, quod necessarium esse docet Christus, est, vt is qui doctoris officium, & ministerium exercet in populo, sanam & synceram veritatis doctrinam asserat, alioquî faciè fieri, vt vniuersa Respublica Christiana, si depravatis, & hæreticis magistris aurem præbeat, corruat omninò. Sicut his nostris exulceratissimis temporibus, tàm in Anglia, quàm in Germania diuersisq; alijs in locis, non sine magno cordis dolore factum videmus.

Doctoris officiũ exercent sanam & synceram doctrinã proponat.

Germaniæ, & Angliæ deplorandæ clades, eò quòd ex turbulentissimis fontibus, id est, hæreticis doctrinã hauriant.

Opportunè sanè hac exhortatione vsus est Dominus, nam facturus dicendi finem, & hunc clausurus sermonem in monte habitum, qui omnem Christianæ vitæ summam complectitur. Quã qui recta fide sequutus fuerit, eamq; renuerit, æternam cælestemq; vitam sibi certò polliceri poterit. At verò cum truculentus hostis Satan iter nostrum impedire contendat, nulla securiori via id facere posse existimat, quàm si ministros suos, quos in errore educatos habet, sub specie quidem pietatis, in Ecclesiæ gremiũ inducat. Christus verò vt omni nos ex parte munitos dedat, admonitione seria, & grauissima, nos cohortatur, & præcipit, vt ab ijs caueamus, qui falsam doctrinam, vitamq; malitiosè introducũt, & speciem quidem pietatis præferunt, virtutem autem eius ignorant, qui in ipsis nascentis Ecclesiæ initijs apparere cœperunt, nec vnquã in ea sunt defuturi. Aduersus hos magnũ fuit Pauli certamen, & de ijs sanè docebat: Istius modi pseudo Apostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirùm: ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Nõ est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ. Quẽadmodum autem nullum tentationis genus periculosius est, quàm cũ angelus Satanæ trãsfigurat se in angelum lucis, sic nullum genus hominũ est Ecclesiæ Dei perniciosius ijs, qui sub fraudulenta pietatis specie, in errorem miseram plebeculã inducunt. Sed quid miseram plebeculã dico? Adeò cõrecta est vela minibus pietatis eorum doctrina, vt vehemẽter verear, ne in ea iam tempora inciderimus, de quibus prædixerat Dominus: Surgent enim pseudo Christi, & pseudo Prophetę, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur (si fieri potest) etiam electi. Magno igitur metu (vt grauissimis Vincentij Lirin. verbis vtar) nobis immutatæ fidei, ac temeratæ religionis piaculum pertimescendum est, à quo non solum constitutionis Ecclesiasticę disciplina, sed etiam censuræ Apostolicæ deterret auctoritas. Scitum etenim cunctis est, quàm grauiter, quã sæuerè, quã vehementer inuehatur in quosdam Beatus Apostolus Paulus, qui mira læuitate nimiùm citò translati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Christi in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Cum ergo tales quidam, circũeuntes prouincias, & ciuitates, vti nunc passim videre est in vtraq; Germania, Gallia, atquè Anglia, errores venalitios circumferendo, vidisset, ijq; ad Galatas deuenissent. Cumq; his auditis Galatæ nausea quadam veritatis affecti,

Hypocritæ qui falsam doctrinam, vel vitam docent quomodo cauendi.

Hypocritæ Satanæ similes, qui se transfigurat in angelum lucis.

2. Corin. xi. d. 13.

Magistrorũ hæreticorum doctrinã, quã bus velaminibus contegatur.

Matth. 24. b. 24.

Vincent. Liri. aduersus hæres.

Gallatis

A affecti, Apostolicæ Catholicæq; doctrinæ manna reuomentes, hæreticę nouitatis sordibus oblectarẽtur, ita sese Apostolicæ potestatis exercuit authoritas, vt summa cum sæueritate sic decerneret. Sed licet aut nos (inquit) aut Angelus de cælo euangelizet vobis, prẽter quã quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Quid est quòd ait: Sed licet nos: cur non potius, sed licèt ego: Hoc est, etiã si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremò
B omnis Apostolorum chorus, euangelizet vobis, prẽterquã quod euangelizauimus anathema sit. Tremenda districtio: propter deserendã primæ fidei tenacitatem, nec sibi, nec cæteris coapostolis peperciſſe. Parum est: Etiam si Angelus (inquit) de cælo euangelizet vobis prẽter quam quod euangelizauimus, anathema sit. Non sufficerat ad custodiam traditæ semel fidei, humanæ conditionis commemorasse naturã, nisi Angelicam quoq; excellentiam cõprehendisset. Licet nos (inquit) aut Angelus de cælo. Non quod sanctiCæ
C lestesq; Angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam (inquit) fiat, quod fieri non possit, quis quis ille traditam semel fidem mutare tentauerit, anathema sit. Sed hæc forsitàn perfunctoriè præloquutus est, & humano potiùs effundere impetu, quã Diuina ratione decreuit. Abſit: Sequitur enim, & hoc ipsum
D ingẽti molimine iteratæ insinuationis inculcat: Sicut prædiximus (inquit) & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit prẽterquam quod accepistis, anathema sit (inquit) ideſt, separatus, segregatus, excisus, exclusus, ne vnius ouis dirum contagium, innoxium gregẽ Christi, venenata permixtione contaminet. Oportet ergo in hac sacra doctrina nobis à Christo in monte data, quæ vniuersæ Christianæ vitæ perfectionem in se continet, licet cõtra carnis votum, & affectũ proclamet, perseuerare, & aure surda prætereunte aduersas à veritate hæreticorũ interpretationes. Nam (vti idem Vincentius ait) annunciare aliquid Christianis Catholicis, prẽter id quod acceperũt, & à Christo, & ab Ecclesia, nunquam licuit, nusquam licet, nunquamq; licebit. Et anathematizare eos, qui annunciant aliquid, prẽterquã quod semel à Christo, & Ecclesia acceptum est, nunquam non oportuit, nusquam non
B oportet, nunquamq; nõ oportebit.

Attendite ergo à falsis Prophetis. Quos Christus iuxta versionem nostram falsos prophetas vocat, Græca trãslatio sub vnica dictione vocat, Pseudo prophetas, hos nos falsos doctores vocamus, qui officiũ videndi ea, quæ alijs non sunt manifesta profitẽtur, siue futura prædicent, siue non, falsi tamẽ, & sine veritatis cognitione. Propheręq; veri dicuntur in scripturis, qui spiritu prophetico prophetarum scripta alijs explicare meritò
C ex officio possunt, etiam si nulla futura ipsimet prædicent. Sunt ergo pseudo prophetę in duplici differentia. Quidam enim apertè Christianismũ omninò impugnantes, & quę apertæ fidei sunt, contraria docere, & defendere nitũtur, qualis fuit Mahometes, qualis & futurus est ille Antechristus pseudo propheta, de quo D. Ioannes in sua Apocalypsi multa præuiderat. De quibus ambobus, vt infrà parebit dixerat Dominus: Surgẽt pseudo christi, & pseudo prophetæ, & dabũt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur (si fieri potest) etiam electi. Alij
D sunt qui Christianismũ, & Christi nomen profesi, sic Christianæ, & Euangelicę doctrinæ prętextu, quæ sunt Euangelio & veritati, cõtraria docent. Hos cõmuniter hæreticos meritò compellamus, de quibus

Pseudo prophetæ qui sint.

Prophetæ veri qui cõpellentur.

Matth. 24.

Qui Euangelicæ doctrinæ prætextu Euangelio contrariam doctrinã docent hæretici meritò distantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.4.a. A apertè D. Paulus ſicait: Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendẽtes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. Hos idẽ Paulus eleganter ſuis coloribus depinxit. In hypocriſi loquentium mẽdacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. Ij ſunt qui intrant per domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, qui ducuntur varijs deſiderijs. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Vaniloqui

Paulus hæreticos optimè depinxit.

Hæretici hypocritæ ſunt.

2.Tim.3.b.6 B & ſeductores, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quę non oportet turpis lucri gratia. Ij ſunt homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſuperbi, & nihil ſcientes, ſed lãguentes circa quæſtiones, & pugnas verborum. Qui veritate priuati ſunt, exiſtimantes quęſtum eſſe pietatem, ſimul autem & otioſi diſcunt circuire domos: non ſolùm autem otioſi, ſed verboſi & curioſi, loquẽtes quæ non oportet. Qui bonam

1.Tim.6. C conſcientiam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Quorum prophana vaniloquia multum proficiunt ad impietatem, & ſermo eorũ vt cãcer ſerpit. Idem quoq; Paulus, qui tanta aduerſus falſos prophetas dixerat, Epiſtolæ ad Romanos finẽ

Ad Rom.16. dare volens hac exhortatione, qua Chriſtus ſub finem huius concionis, vtitur: Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula, præter doctrinam, D quam ipſi didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiũt, ſed ſuo vẽtri, & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Eiuſmodi omnes D. Pauli exhortationes in inſigni illo præcepto Chriſti, ſummè ad ſalutem neceſſario, haud dubiè nitebantur. Nam quod Chriſtus futurum viderat, & dolebat, Paulus breui poſt tempore, non ſine magno cordis dolore ex A periebatur, & remedium adhibere ſummo ſtudio curabat.

Sed age, videamus quibus mandatum hoc Chriſti, & cautelam ſeruandam in vita Chriſtiana, traditũ fuit? Apoſtolis ſanè, & eorum ſucceſſoribus, quibus lex hęc Euangelica data fuit, quatenus, & ipſi exequerentur, & populo ſeruanda traderent. Ad Epiſcopos enim, & ad eos qui in populo paſtorum, rectorum, & doctorum perſonas agunt, vt fideliter ſuis fungantur muneribus, B ſpectat diligenter cauere, nè à falſis prophetis miſera decipiatur plebecula. Hanc rem, quam tanta cum ſolicitudine ſub finem huius concionis Chriſtus nobis commendatam reliquit, D. Paulus quoq; tanti magiſtri veſtigia ſequutus, breui à ſuis diſceſſurus, eis in mandatis dedit. Nam omnes maiores natu Ephe-

Actor.20. ſorum vocans ait: Attendite nobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos Epiſcopos, ad regendam Eccleſiam Dei. Ego ſcio quòd C poſt diſceſſionem meam intrabunt lupi rapaces, &c. Quid hoc mandato iuſtius eſſe potuit? Iuſtum certè

Genes.3. fuerat, vt Adam ſerpentem cauiſſet, ne ſe, & Euam, noſq; omnes, tantis inficeret malis. Iuſtum fuit &

Genes.25. vt Noë aquas diluuij caueret, prius peccata vitãdo. Iuſtum fuit vt Abraham, aues à ſuo ſacrificio diligenter abigeret.

Genes.19. Iuſtum fuit vt Loth, à Sodomorum incendio fugeret, quod etiam videre, miſeræ vxori exitium D parauit. Iuſtũ fuerat vt filij prophetarum à colochintidis cauerẽt, quæ

4.Reg.4. licet in olla erant, mors tamen intra ollã abſcondita manebat. Longè iuſtius quidẽ eſt à rapaciſſimis iſtis lupis ſubouilla pelle latẽtibus ſtudio ſummo cauere. Quid ni extremã vigilantriã adhibeamus, in cauẽdis nobis à falſis iſtis prophetis, à quibus nõ corporis ſed animæ, non temporarium,

Falſi prophetæ quo ſtudio cauendi.

A rarium, ſed æternum imminet periculũ? Nouerat certè Paulus, quàm in grauiſſimo diſcrimine verſarentur prælati, qui in re tanta, vel minima negligentia torpeſcerent. Hinc eſt, quòd volens diſcipulo ſuo Timotheo, quem Epheſiorum Epiſcopũ deſignarat, in re ad ſui muneris, & offi-

1.Tim.6. cij neceſſaria inſtituere, magno affectu ipſum exhortando ait: O Timothæe depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittẽtes, circa fidem exciderunt. Neminem hactenus vidi, qui diligentiùs hanc Di-

Vincent. Li. vi Pauli ſententiam interpretaretur, quàm inſignem illum Vincentium Lirin. cuius hæc ſunt verba. O Timothee (inquit) depoſitum cuſtodi, &c. O, exclamatio iſta, & præſcientiæ eſt, pariter, & charitatis! Præuidebat enim futuros, quos etiam præuidebat errores. Quis eſt enim hodie Timotheus, niſi vel vniC uerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus præpoſitorum, qui integrã Diuini cultus ſcientiam, vel habere ipſi debent, vel alijs infundere?

Depoſitũ cuſtodire quid.

Quid eſt depoſitum? Ideſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum, quod acceperiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenij, ſed doD ctrinæ, non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis, rem ad te perductam, non à te prolatam: in qua nõ author debes eſſe, ſed cuſtos, non inſtitutor ſed ſectator, non ducens ſed ſequens. Depoſitum cuſtodi (inquit) propter fures, propter inimicos: ne dormientibus hominibus ſuper ſeminent zizania, ſuper illud tritici bonum ſemen, quod ſeminauerat filius hominis in agro ſuo. Deuita (inquit) quaſi viperam, quaſi ſcorpionem, quaſi baſiliſcum: Nec te non ſolùm tactu, ſed etiam viſu afflatuq; percutiat. Depoſitũ (inquit) cuſtodi, hoc eſt, Catholicæ fidei talentum inuiolatum, illiba- A tumq; cõſerua. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurũ accepiſti, aurum redde: nolo mihi pro alijs, alia ſubijcias. Nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciem, ſed naturam planè. Deuitans (inquit) prophanas vocum nouitates. Quid eſt prophanas? Quæ nihil habent ſacri, nihil religioſi: Ab Eccleſiæ penetralibus, quæ eſt templum Dei, penitùs extraneas. Nouitates B vocum, &c. proſequere, vt dicit Vincentius Lirin. Non dixit antiquitates, non dixit vetuſtates, immò planè quid è contrario ſequeretur, oſtendit. Nam ſi vitanda eſt nouitas, tenenda eſt antiquitas: & ſi prophana eſt nouitas, ſacrata eſt vetuſtas. Quid eſt deuitare? Cum huiuſmodi neccibum ſumere. Quid eſt deuitare? Si quis (inquit) venit ad vos, & hanc doctrinam non affert. Quàm doctrinam, niſi Catholicam, & vniC uerſalem, & vnam eandemq; per ſingulas ætatum ſucceſsiones incorrupta veritatis traditione manentẽ, vſq; in ſecula ſine fine mãſura? Quid tum? Nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit illi Aue communicat operibus eius malignis. Et oppoſitiones (inquit) falſi nominis ſcientiæ. Verè falſum nomen apud doctrinas hæreticorum, vt ignorantia ſcientiæ, & caligo ſerenitatis: & tenebræ luminis appellatione fuſcentur. Quàm qui- D dam (inquit promittentes, circa fidẽ exciderunt. Quid promittentes, niſi nouam neſcio quam ignoratamq; doctrinam, & ideò circa fidem exciderunt. Audies enim quoſdam ipſorum impudenter dicere: Venite, ô inſipientes, & miſeri qui vulgo Catholici vocitamini, & diſcite fidem veram, quam prẽter nos nullus intelligit, quæ multis antè ſeculis latuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici latenter docere volunt.

A nuper verò reuelata, & ostensa nobis est, sed discite furtim, atq; secretim, delectabit enim vos. Et item: Cum didiceritis secretò, latenter docete, ne mundus audiat, ne Ecclesia sciat, paucis nanq; concessum est tanti mysterij capere secretum. Nonne hæc verba sunt illius meretricis, quæ apud Salomonis Prouerbia vocat ad se prætereuntes viam, qui recta dirigunt iter suum? Qui est (inquit) vestrum insipientissimus, diuertat ad me. Inopes autem sensu exhortatur, dicens: Panes occultos libenter attingite, & aquam dulcem furtim bibite: quid deinde? At ille (inquit) nescit quomodo terriginæ apud eam pereãt. Qui sunt isti terrigenæ? Exponat Apostolus: Qui circa fidem (inquit) exciderunt. Hæc Vincentius Lirin. quem latè prosequi visum mihi fuit, eò quòd in hac materia primas ipsum tenere iudicaui.

C Mouet idem elegantem quæstionem, quæ ad nostrum institutum mirum in modum facere videtur. Cũ ipse Dei Filius, sapientia Patris, veritas indubitabilis ductor, & doctor vitæ nostræ è cælis datus sit nobis, quare tanta cum ignominia, & iniuria præclarę ipsius doctrinæ patitur falsos prophetas in domo propria, in ædibus Ecclesiæ, sponsę suæ dilectæ, insurgere, qui pulcherrimã spõsam derurpare, dilacerare, & impudentissimis blasphemijs truculẽta rabie mordere audent? Et ij qui conatus omnes aduersus Christi doctrinam, & Ecclesiæ authoritatem intendunt, excellentes sæpè viri, & doctrina adeò insignes esse solent, vt populi applausum sic venati fuerint, sicut quõdam inter suos, Plato habere solebat, qui in tãta fuit opinione, vt maleant Stoici cum Platone errare, quàm cum Aristotele vera sentire. Tales, quàm multi in vtraq; Germania visi fuerunt, atq; in nostra hac Hispania nonnulli, A qui sua authoritate nitentes, parum affuit, vt vniuersam Hispaniam, sua venenosa hæresi penitùs inficerent, & nisi Deus sua pietate, misericordiæ oculos in Catholicæ hanc Hispanię prouintiam deflexisset, & sanctæ Inquisitionis ministros opportunè excitasset, varijs errorũ pestibus facilè fuisset infecta. Deus bone! cur tot, tantisq; malis nos vexari permittis? Recta interrogatio, & digna quæ diligentiùs atquè vberiùs pertractetur: cui tamen non ingenio proprio, sed Diuinæ legis authoritate satisfaciendum esse puto. Audiamus ergo sanctum Mosem, & ipse nos doceat cur docti viri, & qui propter scientiæ gratiam ab Apostolo etiam prophetæ nuncupantur, proferre interdum, & docere permittantur noua dogmata, quæ vetus Testamentum, allegorico sermone, deos alienos appellare consueuit, eò quòd scilicet ita C ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à Gentilibus dij sui obseruentur. Scribit ergo in Deuteronomio Beatus Moses: Si surrexerit (inquit) in medio tui propheta, aut qui somnium se vidisse dicat: Ideſt, magister in Ecclesia constitutus, quem discipuli, vel auditores sui, ex aliqua reuelatione docere arbitrẽtur. Quid deinde? Et prædixerit (inquit) signum, atq; portentum, & euenerit quod loquutus est. Magnus profectò nescio quis significatur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus proprijs, non solùm quæ humana sunt nosse, verùmetiam quæ suprà homines sunt, prænoscere posse videatur, quales ferè discipuli sui iactant, fuisse Valentinum, Donatum, Photinum, Apollinarẽ quondam, sicut & nunc temporis Luthe rum quintum Euangelistã discipuli proclamant, cæteroſq; eiusmodi suos magistros, tanquam deos venerantur.

Hispania varijs erroribus commaculata retinuit Dominum misericorditer visitantem. Saluti prospexerat, & sanctum inquisitionis officium ad hoc, id est, hæreticas arcendas excitarat.

Deut. 13. d. 1.

Heretici populi applausum venare student.

Scribarum hæreticorum quam impia, & stulta magistros laudet ciuitas.

A nerantur. Quid poste? Et dixerit (inquit) tibi, eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. Qui sunt dij alieni, nisi errores extranei, quos ignorabas, ideſt, noui, & inauditi? Et seruiamus eis, id est, & credamus eis, sequamurq; eos. Quid ad extremum? Nõ audies (inquit) verba propheræ illius, aut somniatoris. Et quare, oro te, à Deo non prohibetur doceri, quod à Deo prohibetur audiri? Quia (inquit) tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat, vtrùm diligatis eum an B non, in toto corde, & in tota anima vestra: luce clariùs aperta causa est, cur interdum Diuina prouidentia quosdam Ecclesiarum Magistros, noua quædam dogmata prædicare patiatur. Vt tentet vos (inquit) Dominus Deus vester. Et profectò magna tentatio est, cum ille, quem tu prophetam, quem prophetarum discipulum, quem doctorem, & assertorem veritatis putes, quem summa veneratione, & amore complexus C sis, is subitò latenter noxios subinducat errores, quos nec citò deprehendere valeas, dum antiqui magisterij duceris præiudicio, nec facilè damnare fas ducis, dum magistri veteris impediris affectu. Secundum ergo Deuteronomij leges luceclariùs intelligere debemus, quòd si quando aliquis Ecclesiasticus magister à fide aberrauerit, ad tentatio nẽ id nostri fieri prouidentia Diuina patiatur: vtrùm diligamus Deũ D an non in toto corde, & in tota anima nostra. Quæ cum ita sint, ille est verus, & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui Diuinæ religioni, qui Catholicæ fidei, nihil præponit, non hominis cuiuspiam auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam, sed hæc cuncta despiciẽs, & in fide fixus, & stabilis permanens, quicquid vniuersaliter A antiquitùs Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum credendumq; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes, vel contra omnes Sanctos, nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potius intelligat pertinere. Tum præcipuè Beati Apostoli Pauli eruditus eloquijs, hoc est enim quod in prima ad Corinthios scribit. Oportet (inquit) & hæreses esse, vt probati manifesti fiãt in vobis: ac si diceret: Ob B hoc hæreseon non statim Diuinitùs eradicantur authores, vt probati manifesti fiant, ideſt, vnusquisq; quam tenax, & fidelis, & fixus Catholicæ fidei sit amator, appareat. Ne igitur transeas terminos, quos posuerunt patres tui. Et super iudicantem ne iudices. Et scindentem sepem mordebit eum serpens.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, &c. Triplex signũ in his verbis designatur à Christo, in vnoquoq; eo- C rum facilè verus Catholicus discernere potest, quantùm verus à falso propheta distet. Primum enim falsi propheræ signum certissimum est, quòd ipsi veniunt. Grauissimè conquerebatur Deus de huiusmodi falsis Prophẽtis per Hieremiam, dicẽs: Et dixit Dominus ad me. Falsò prophetæ vaticinãtur in nomine meo, nõ misi eos, & non præcepi eis, neq; loquutus sum ad eos. Visionem mẽdacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Et idem: Ecce ego ad D prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguas suas, & aiunt dicit Dominus: Ecce ego ad propheras, somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis. Cum ego non misissem eos, nec mandassem

Tria sunt signa in quibus veri à falsis prophetis distinguũtur. Primum quòd ipsi veniunt.

1. Corin. 11. d. 19.

Prò. 22. d. 28

Eccles. 8.

Eccles. 10.

Hierem. 14. c. 14.

Idẽ. 23. f. 31.

Prophetæ falsi mendacia plura vident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dassem eis, qui nihil profuerant populo huic, dicit Dominus. Idem quoq; Propheta sic ait ex ore Dei: Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis. Nō seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis. Quia non misi eos, ait Dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eijciāt vos, & pereatis tàm vos, quàm prophetæ qui vaticinantur vobis. Semper falsi prophetæ à Satana missi in
B populo Dei fuerunt, qui populū seducere totis viribus nitebantur. Verùm ipse Deus hoc speciali signo, nempè quòd ipsi nemine mitente vadunt, tanquam si digito cōmonstraret, & diceret falsi sunt, ab illis cauete, ait: *Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos.* Prima certè conditio veri Apostoli, veri Prophetæ, veriq; concionatoris est, vt à suis superioribus potestatem legitimā habentibus, ad populum destinentur, & mittantur. Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tan-
C quam Aaron. Sic & Christus nō semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum: Filius meus est tu, ego hodie genui te. Venit quidem Christus, sed ad quidē Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant: & licet vitę nostræ author, & assertor sua spōte venerit, libentiùs tamē fatetur se missum à Patre. Sicut misit me (inquit) viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Et sicut misit me Pater, &
D ego mitto vos. Mittit suos discipulos Deus, quos lacte suæ doctrinæ educarat, & Spiritu sancto misso de cælo, per vniuersum orbem demandat, vt in omnem terram sonus prædicationis eorum exeat, & in fide Catholica orbem statuant, & firment, ad alligandos reges terrarum in compedibus fidei, & nobiles gentium, manibus post terga reuinctis, in obsequium fidei se se deuinctos agnoscant. At verò Satan sic solet A
suos ministros armare, vt omnibus fallaciæ tegnis in Ecclesiam Dei irruant, & in vastitatem (si modò possint) reducāt. Ideo ipse mendacij pater, eos mendacijs, & fallacijs instituit, vt misceam plebeculam suis artibus, suisq; fallacijs decipiat. Pij quidem, & eruditi concionatores, etiam si prophetiæ dono à Deo sint exornati, vt etiam iussi à Deo mandata populo deferre, detrectant, & cum Hieremia humiliter dicunt: A, a, a, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum. Et cū Mose tam magnam instituendi cæteros prouinciā subire recusant, & dicunt: Mitte quem missurus es, nec enim eloquēs sum ab heri, & nudius tertius. Verentur quidem magnoperè, quietem, & tranquillitatem, qua fruebātur, cum Deo pro hominibus desere re, sed in illa fœliciter manere, & quiescere, ideò cum sponsa ex corde dicūt: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa: laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. At C
falsi prophetæ omninò contrarij sunt, nam in theatrum, & forū spontè conscendunt, & in eum locum libenter concurrunt, vbi plus vtilitatis propriæ, & plus sanguinis alieni poterunt deuorare. En habes candi de Lector primum signū à Christo designatum, quo facilè falsos à veris Prophetis diiudicare possis.

Secūdum signum externum, quo falsi prophetæ à veris dignosci possunt est, quòd vestem ouillam perfe D
rant, & illa contecti in publicum comparere audent. Qua in re seriò considerandum est, id quod Christus verbis expræsis notat, nempè, quod falsi prophetæ varijs, varijsq; vestibus induuntur, quod vt significet, ait: *Qui veniunt ad vos in vestimentis.* Non tantum dixit in pelle ouilla, sed in vestimentis ouium, vt nobis magis ac magis fucū faciant, & faci-

Ide. 27.c.14.

Concionatorū prima cōditio quod mittatur à superioribus.

Heb.5.c.4.

Ioā.10.f.10.

Ioan.6.f.57

Ioan.20.c.21

Satan modo ei⁹ pater fabrefalacijs & tegnis instituit exercitati, & quibus armis extremis sit adhibendum docens proceda.

Hiere.1.

Exod.4.

Cant.5.d.3.

Secūdum falsi prophetæ signū est, quod la vestē contegi.

A & faciliùs, nos decipiant. Quis simplici pelle vestitur, videlicet, vellere vnico, falsi vero prophetæ mille, & mille pellibus oboluti comparent. Afferunt enim omnia quæcunque ad externam sanctitatis declarationem pertinere videntur, vt sunt ieiunium rigidum, eleemosynā largam, orationem assiduam, castitatem, & vitæ puritatem, diuitiarum contemptum: semper in ore habent Euangelium, sacramentis Ecclesiæ frequentissimè vtuntur. His omniū
B vestimentorum generibus induti, & cingulo iustitiæ Christi, quo fingunt se omninò præcincti, vix aliud in concionibus clamant, quàm vnicum Christi sacrificium, omniū hominum peccata, nullis nostris operibus promerentibus, delentem, nec opera necessaria esse docent, ac infinita alia, quæ vix narrari possunt. Quis lupum tantis velleribus sanctitatis inuolutum, & contectum agnoscat? Vestes etiam ouium sunt (vt
C Vincentius Lyrin. eleganter declarat) Prophetarum, & Apostolorum proloquia, quę ijdem ouilli quadam synceritate agno illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tāquam vellera quędam texuerūt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorū feri, & rabidi, qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi qua qua possunt dilacerant. Sed quò faciliùs in cautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponūt lupinam speciem, & se se Diuinæ le
D gis sententijs, velut quibusdam velleribus obuoluunt, vt cum quisq; lanarū mollitiem præsenserit, nequaquam aculeos dētium pertimescat. Sed quid ait Saluator? *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Idest, cum cœperint illas voces, non iam proferre tantùm, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solùm, sed etiā interpretari, tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc pro A
phanæ nouitates aperiuntur, tunc primùm scindi sæpem videas, tunc transferri patrū terminos, tunc Catholicam fidem cędi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant ij, quos percutit Apostolus Paulus, dicens: Nam eiusmodi pseudo Apostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirùm, ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius trāsfigurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera B
ipsorum. Proferebant Apostoli Diuinæ legis exempla, proferebāt & illi. Proferebant Apostoli Psalmorum authoritates, proferebāt & illi. Proferebant Apostoli sententias Prophetarū, & illi nihilominus proferebant. Sed cum ea, quæ similiter protulerant, interpretari non similiter cœpissent: tunc simplices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tūc rec-
ti à peruersis, tunc post, imò veri C
Apostoli à falsis Apostolis discernebantur. Et non mirùm (inquit) ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis: non est ergo magnum, si ministri eius transfigurētur, sicut ministri iustitiæ. Ergo secundum Apostoli Pauli magisterium, quotiescunq; vel pseudo Apostoli, vel pseudo Prophetæ, vel pseudo Doctores Diuinæ legis sententias proferunt, quibus malè interpretatis errores suos astruere conantur, nō dubium
D est, quin authoris sui callida machinamenta sectentur, quæ ille numquam profectò cōminiscetur, nisi sciret omninò nullam esse ad fallendum faciliorem viam, quàm vt vbi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi Diuinorum verborū prętendatur authoritas.

Sunt quidem multi extrinsecùs lupi sæuissimi, quales sunt, hostes Euāgelicæ veritatis aperti, qui toris vi-

2. Corin. 11. c.13.

Falsorū prophetarum interpretationes ab Apostolicis quā acutissimæ.

Extrinsecùs quoq; sunt lupi sæuissimi, & quales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ribus Ecclesiam Catholicam deuastare nituntur: de quibus Dominus ait: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Licet isti ferocissimi lupi, nihil non contra veritatem machinentur, & vi etiam armorum, mendacium suum statuere nitātur, non tātū periculi nobis imminet ab eis, quātum ab illis, qui lupinam feritatem abscōdunt, eò quòd sub habitu ouis, lupum deuastatorē agant. Nihil planè negotij est, lupū ab ouc discernere, si vterq; suam edat naturam vocē, si vterq; sua pelle tectus B veniat. Verùm quid facias, vbi lupus ouillo vellere, ouillam vocem, ouem in omnibus simulans irrepserit in ouile, non vt ouis māsueta fiat, sed vt crudeliùs oues laniare, ac deuorare possit? Summa quidem vigilantia nuendum est, & maximè pastoribus, quibus hæc cura incūbit, ne oues à Deo sibi cōmissas, trucidare, magna cum propria iactura, patiātur. Hoc est, quod D. Paulus, post A Christum, hortatur dicens: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt, post discessionem meam, lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peuersa, vt abducant discipulos post se.

Matth.10. v.16.

Act.20.

Quanta cura pastores vigilare teneantur, ne lupi ouilli pelle contecti in gregi entur.

Tertium signum, quod Christus Seruator noster ad falsi prophetæ cognitionē exhibet, internum est, nempè, quòd intrinsecùs lupus rapax sit. Quòd certè signum, cum libi do animo intra mētis penetralia falsa docentis, secretò versatur, nō facilè ab hominibus, qui interna nō vident, diiudicari potest. At vero Christus id quod in corde reconditū manet, per externa signa, eaq; visibilia, atq; experientiam rerum faciēs, nobis apertè demonstrat, dicens.

Tertium signum quo veri à falsis prophetis discernuntur.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

16 A Fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. 18. Non potest autē arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor quæ non facit fructū bonum excidetur, & in ignē mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

C 16 *Fructibus, &c.* Pseudo prophetæ licet multis retrò tēporibus venenū, quo sunt infecti, hauserint, & illud eius generis, & infectionis pessimæ, semper sit, vti hæresis venenum esse solet, vt ouē Christi vellere cōtectā, in lupum rapacem successu temporis sua infectione cōuertat, nō tamē statim fructus, quos conceperūt, ex Satanæ congressu, in lucem emittūt, donec ad perfectam maturitatē perueniant, hoc est, donec tēpus sibi opportunum ad inficiendum, & trucidandum incautos inueniāt. In initio flores placentissimos emittere solēt, quos populus, tāquam æstate adueniente, libētissimè accipit, & tanquam odoramēta suauissimarū florum commendat. Nonne flores odoriferæ pijs Christianis sunt, semperq; fuerunt, ieiunium, eleemosyna, oratio, castitas, tolleran-

C

Luc.6.f.44.

D *Qualiter hæretici sunt producāt fructus.*

Hæreticorū ingenium describitur.

Supra.3.b.10

A tollerātia in aduersis, humilitas, mansuetudo, contemptus diuitiarum, & cæteta omnia virtutum genera, quibus se se vniuersis populis cōmendare studeant hæretici: & his virtutibus, tāquam odoratissimis pietatis floribus, omnium oculos pascunt. Cum autem videant se eiusmodi virtutum odoramētis gratiam populi iam venasse, temporis successu, ex his floribus hæreses, doctrinasq; varias, & peregrinas, tanquā gemas ex eiusmodi floribus procedentis, magna vbertate producūt. At verò sicut in gemis ex arboribus productis, vix, nisi viri experti, fructus, quos arbor ipsa promittit, perfectè agnoscere possunt. Ità certè pari modo populares viri, etiā si hæreses pullulare videant, vix sibi in mentem inducere possunt, ab eiusmodi viris pietate, & eruditione insignibus, hæreses prodire posse. Prodeunt tamen sensim hæreses varię in populo, & temporum cōmoditates ad virus cuomendum, omni studio quęrunt, quia palàm, & apertè nihil seefficere posse vident. Ideò in exordio nascentis hæresis, nihil aliud in ore eos habere videas, quàm purum Dei cultum, putam & meram Euāgelij restitutionem, ipsum Christū, ipsam salutem: profitentur se non sua, sed quæ Dei sunt quærere. Vniuersa quæ habent, se expendere pro Christo iactitāt, magna cum humi- B
D litate Principibus, & Magistratib⁹ obedire sunt parati, nihil aliud eos spirare videas, quàm vt Diuinus cultus promoueatur, Reipublicæ candor appareat, pacem & vnionem ciuium concilient. Cum his & multis alijs larvis vulgi aures deliniissent, & populos ac principes fascinassent, & latentes hæreses emisissent, aliquandiu rolleraci sunt, nihil minuisse illis suspicantes, quàm vt eos lupos latētes in Repub. aluisse. Post-

C

Hæretici quando larvam deponunt.

quàm verò isti pedem sibi oblatū in caulā Christi viderunt. Deus bone! quantis horrendis malis orbem infecerunt. Tunc personam, quam simulabant, statim exuentes, larvā ouinam reiecerunt, nec iam ampliùs oues, sed lupos agere voluerunt. Tunc vlulatibus suis cæteros diuersarum regionū lupos euocare cœperunt. Tunc Respublicas in seditionem vertere. Tūc exercitus aduersus Christi oues conflare. Tūc oues dispergere, dispersasq; crudeliter dilaniare, deuorare, & sanguinē innocētiū bibere, nec satis satiari eo posse. Testantur grauissima mala, quę tàm in superiori, quā in inferiori Germania, in Anglia, & Gallia, his nostris miserrimis temporibus vidimus. Facilè enim hæretici ad omnia seditionis genera, & ad piorum sanguinē crudeliter fundendum feruntur. Hoc tempore illa Arrianorum experti fuerūt fideles tempora, nam Principes, & Episcopi eius factionis, aduersus mona- C
chos, & eremitas exercitus ductabant. Hoc tempore id quod in Circuncellionibus, qui vt scribit D. Augustinus, Catholicorum oculos calce implebant, aut eruebāt, vidimus. Hoc tēpore id quod in Manichæis, qui vi & cū baculis ora Catholicorum aperiebant, vt ex ipsorum manibus cōmunionem acciperent, experti sumus. Et ne prolixior in his recensendis esse videar, omittam ea, quæ antiquæ nobis historiæ recēse- D
runt, vt illorum temporum crudelissima hæreticorū facinora, nobis declararent. Ad nostra tempora veniamus, quæ si illa omnia, cum atrocissimis crudelitatibus, quæ his nostris calamitosis temporibus in inferiori Germania hæretici perpetrarunt conferas, minima esse iudicabis. Horreo referēs, nec illa narrare ausus fuissem, nisi multa meis hisce

D. Augustin.

Hæreticorū crudelitas in inferiori Germania.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A oculis vidissem, & cætera verissima relatu accepissem. Ferro, & igne per vniuersas Germaniç inferioris pronincias sic grassati sunt hæretici, vt sacra tẽpla, Dei cultui dicata, diruerint, Altaria sustulerint. Sacras Diuorum imagines, & Sanctorum venerabiles reliquias, pedibus impudẽtissimè conculcarint, & igne accenso in cineres cõuerterint. Vrbes, ad quas ingressus, vi hostili dabatur, cæde, & rapina in extremam miseriam Catholicos redigebant, & sacra, & prophana nequiter diripiebant. Et

B quos pietate, & religione Ecclesiæ defensores cognouerãt, maioribus tormentis afficiebant, adeò vt merito pij viri cum lachrymis, & singultibus dicerent. Effuderunt sanguinẽ electorum fidelium in circuitu Hierusalem, & tanta erat occisorũ copia, vt non esset qui sepeliret. In puteos quàm plurimos deijciebant viuos, alios verubus cõfixos igne torrebant, alijs pudenda amputabant,

C sed aduersus sacerdotes Dei, hæc & longè crudeliora exercebãt tormẽta. Presbyteris summas manus, quibus Deum viuum, & verum contrectabant, & capitis verticem, hostiæ consecrandæ effigiem, præscindebant. Vteros eorũ crudelissimè aperiebant, intestina educebãt, cor proprium manibus moribundorum imponebãt, nares aureasq; abscindebãt. Infinita tandem fuerunt tormentorum genera, quibus lupi isti Satani-

D co furore perciti, Catholicos viros religione, pietate, atq; doctrina insignes, persequuti crudeliter sunt. De eiusmodi lupis manifestè Dauid dixerat: Dentes eorum arma, & sagittæ, lingua eorum gladius acutus. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Quòd si mores eorum perpendas, & si primùm honesti, ciuiles, pacifici videbantur, attamen vbi se prodiderint, nihil ingratum magis, nihil il'iberalius, nihil crudelius, nihil est turbulentius ipsis. Sunt tandem ad effigiem Satanæ effecti, ideò omnia illa tormẽtorum genera, quæ Satan excogitare potuit, exercuerũt: de quibus certè verificari poterit illud Apoc. cap. 9. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earũ. Scorpionis natura est, blãditi facie, sed cauda venenũ emittere, tales hæretici sunt, qui in facie blanditi videntur, at non nisi vt cauda percutiant, & venenum fundant. En vides quos fructus hæresis impia pariat. Ex quibus facilè quiuis fidelis dignoscere poterit, quanta cautela obseruare oporteat eos, qui doctrinis varijs, & peregrinis, sub prætextu pietatis, seducere nitũtur populum Dei. Ij quidẽ sunt fructus, quos edidisse cognouimus. Sed longè peiores fructus, & venenosiores proferunt Reipublicæ rectores hæretici,

C in suæ infidelitatis gubernatione. Nam corporea hac morte, labores finem accipiunt, & gloriam tandem pariunt. Sed de Repub. hæresis veneno infecta, quid polliceri possumus, quàm certissimum, & horrendum corporum pariter, & animarũ interitum æternum?

Pharisæorũ imputas circa res sacras.

Psal. 78. d. 3.

Apoc. 9.

Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Nostram arguit stultitiam Christus, quòd hæreticorum, & pseudo prophetarum naturã non agnoscamus: ac si dixisset: Qui sunt

D illi à quibus fructus natura bonos, & vitę subdium, & dulcedinẽ quoq; mentis expectare potestis? Non certè à pseudo prophetis sunt enim spinæ, & tribuli, nẽpè laceratores animarum crudelissimi. Simul quoq; nos docet Christus, quas bonæ, & sanæ doctriuæ prædicator cõditiones habere debeat, oportet vt vitis fructifera, & ficulnea, dulcissimos fructus afferens sit. Nam sana doctrina

Psal. 13. b. 12.

A ctrina sua efficacia, & Spiritus sancti rore, vinum, Christianorum corda lætificans, & dulcedinem mentis generans, emittit. Cõcionatores veritatis, persimiles sunt exploratoribus illis, qui à Iudęis demandati fuerant, vt summa diligẽtia promissionis terram explorarent. Qui fideliter mandata exequẽtes, in reditu, ficus, vuas, & malo granata, secum detulerunt, quibus visis, & degustatis, fructus terræ Iudaicæ contemnentes, & vilipendio habentes, nihil magis in votis habuerunt, quàm vt

B ad terram illã promissionis illis aditus pateret. Facto hoc nobis significantes, quale prædicatoris veritatis officium esse debeat. Exploratores quidem cælestis illius terræ promissionis, à Deo pro nobis instituti sunt, qui à lõgè terram illam, studio sacrarum literatum, orationeq; assidua speculãtes, inde verbo, & opere, dulcedinẽ illius patriæ sese in suis prædicationibus, ad nos deferre demonstrant. Verè Apostolicos prædi-

C catores inter Catholicos inuenies, & nõ paucos, qui varijs sacræ scripturæ testimonijs, tanquam ex multis racemis, vinum odoriferum charitatis, & Diuini amoris, ita exprimere sciũt, vt piorum corda, Christi amore feruentia, eius amore mebriata continuè maneãt, nihil aliud præter Christum, & hunc crucifixum, extremo amore perquirẽtes. Talis speculator, & explorator Paulus erat, qui de se, atq; de officij sui

D exequutione sic loquebatur, dicens: Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus. Ac si manifestius dixisset: Nõ terrena nec humanæ sapientiæ verbis cælestia vos docui, sed planè cælestia, & spiritu Diuino ostentãte, qua virtute docere vos nõ sinam, affatus sum. Et alibi: An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christi? Ac si dicat: Cælestis planè est hæc mea doctrina, nam Christi A spiritu afflatus hęc loquor vobis. In hac sacrosancta doctrina, quæ à veris prophetis, & sanctis terræ promissionis exploratoribus proficisci videmus, vuas veræ vnionis, & charitatis, necnõ dulcissimos ficus, melite dulcedinis, nempè amoris, degustamus. Malogranata verò in Euãgelio etiã inuenies, licet Euãgelica veritas, non contecta, velut malogranata sua grana habẽt, sed discoperta, ac manifesta ea habere decet, quẽ admodum vuarum racemi, ac ficus B habent: At verò Ecclesiæ vnitatem denotant. Vnde nobis manifestũ apparet, quòd si propheta, vnitatẽ ad vnum Christum, ad vnum Pontificem, ad vnum Regem, doceat, veri prophetæ secum argumentum efficacissimum afferet. Nam vnus Deus vnitatis, & pacis amator, eos prophetas sempeq; mittit, qui vnitatem amantes, & pacem eam prædicent ac defendãt. Hanc defendere nõ valent, nisi qui ficus, hoc est dulcedinẽ C amoris, erga Deum, & proximũ secum afferre demõstrant. Quid nãq; verus, & pius concionator populo Christiano magis afferre tenetur, quàm vuas, malogranata, & ficus? Vua (vt Chrysostomus habet) mysterium in se continet Christi. Sicut enim brotus multa in se grana ligno mediante suspendit. Sic & Christus multos sibi fideles, per lignum crucis tenet adiunctos. Id quod Ecclesiastes verus, populo Christiano de-

D monstrare tenetur. Et similiter sicut ficus multa grana vno tegmine tenet inclusa, sic multos fideles quodã dulci charitatis amplexu, vna tenet Ecclasia. De eiusmodi ficubus Hieremias dixit cap. 24. Ficus: ficus bonas, bonas valde: ficulnea autem huius ficus Christus est, & hortus Ecclesia. Et sufficit talibus dulcedo Spiritus sancti, non quęrens promouere, sicut hypocrita, nec quærẽs sylua hominum

Num. 13.

Concionatores tanquam fideles terræ promissionis exploratores sunt.

Malogranata Ecclesiæ vnitatem indicant.

Ephes. 4.

Vnitatis amator Deus prophetas mittit, qui vnitatem, & pacẽ prædicent.

Ficus quid in Ecclesia denotat.

D. Chrys. in Matth. de ope. imperfect. Homil. 19.

Vua mysterium in se cõtinet Christi.

Hierem. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hominum sibi subdere, sicut hæreti ci suis conciliabulis faciũt, eiusmodi ficus prauæ sunt: de quibus idem Propheta: Ficus malas, malas valdè. Secus bona ficus facit, dicit enim id quod bona ficus dixit Iudi. 9. Nunquid possum deserere dulcedinem meam, &c. Ergo non possunt spinę, & tribuli Ecclesiasticos fructus proferre. Sed quid proferunt? Vulnera, tribulationes, & cætera mala. Quẽadmodũ spina, vel tribulus, ex quacunq; parte illam conspexeris, habet aculeos. Sic & falsæ propheti
B serui diaboli, ex quacunq; parte eos cõsideraueris, iniquitate pleni sunt. Si loquuntur, in dolo loquuntur: si cogitant, malè cogitant, si tacẽt mala machinantur, si irascuntur, insaniunt: si patiẽter agunt, tempus expectant nocendi, & opportunitatem expectant, quando noceant. Si malè agunt non erubescũt, si benefaciũt, ad vanam gloriam propter homines faciunt. Quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus est?
C Sub arbore bona, & bestiæ, & animalia requiescunt. Sub spinis autem nullum animal quiescere potest, nisi tantummodo serpentes. Sic iuxta fidelem prophetam, & boni, & mali homines, pacem habere solent, ac sic se capere possunt. Hãc pacem filij Israël habere solebant, quando sub protectione Regum, & Prophetarum fidelium habitabãt, regnũq; Israël in pace possidebant. Habitabat Iuda, & Israël absquè timore,
3. Reg. 4. D vnusquisq; sub vite sua, & sub ficu sua. Infidelis autem nullo modo potest pacem habere, nec requiescere inter eos quisquã valebit, nisi tantũmodo serpentes, idest, dęmones, qui habẽt cubilia in pectoribus eorum, fructus eorum nulli proderunt ad vsum, vmbra refrigerij nõ est in eis. Hæc D. Chrysostomus.

Sed age, videamus, quid sibi vellit Dominus cũ ait: 16. *Ex fructibus eorũ cognoscetis eos.* An pseudo prophetæ ex fructibus operum sint agnoscendi, an ex doctrinæ fructibus? Si operum fructus consideres, pulcherrimos in ipsis frequenter inuenies. Nam multi nulla apud se fœnora, nulla scelera, nullos potatores, scortatores, fures, adulteros, patiuntur. Secta Picardorum hæc omnia fugabat. Anabaptistæ quoq; nullis vtebantur armis, vt suam testarẽtur patientiam. Nihil sibi ceu proprium vendicabant, vt auaritiam declinarent. Pane suo in sudore vultus sui vescebantur, laborabãt fideliter, & prolixè, & libenter Deum precabãtur. Manichæorum quænam erãt studia? Non vescebantur carnibus, vt corpus suum in Dei cultum castigarent. Quæ verò Encratitarũ? Abstinebãt illi, ceu abstemij perpetuò à vino, vt suis studijs tãto possent esse acriùs intenti. Quæ deniq; Catarorũ, qui se se puros dicebant? Omnia illis sibi interdicta esse volebãt, quæ circa mundi huius voluptates, esse videbantur intemperantiã, dissensionem, pompamq; fugiebant, & à vitijs omnibus abstinebãt. Ecquis verò neget, hos fructus operũ fuisse laude dignissimos? At verò si ex fructibus bonorum operum, doctrinæ veritas afferenda sit, quis tãdem eos quos cõmemorauimus hæreticos, hoc ipso, idest, hæreticorũ nomine, deferre, & condemnare ausus erit. Nemo proculdubio. Quam obrem? Quòd fructus boni sint: quòd si fructus boni, arbor mala esse non
D potest. Verùmenimverò Christus Seruator noster, hos fructus nõ vocat, sed potius ouiũ vestimenta, quę circũferre hæretici studio summo curãt, quo liberiùs in caulas ouium irruere possint, vt ex hac sententia Christus nobis testatum relinquat, ex vitæ externæ, & bonarum actionum pulchra specie, doctrinæ veritatẽ, nequaquam semper colligi, ac ponderari

A *Pseudo Prophetæ quomodo agnoscendi, an ex operibus, vel ex doctrina fructibus.*

Picardorum secta mala fugiebat.

Anabaptistæ armis non vtuntur, sed proprijs bonis.

Manichæi corpus castigabat.

Encratitæ ab vino abstinebant.

Catarorũ secta voluptates fugiebat.

Fructus speciem bonorũ non damnantur à Christo, sed peruersa doctrinæ fructus.

A ponderari oportere. Quos (obsecrò) fructus designare voluit Christus, dicens: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Si pseudo prophetæ ex eorum fructibus cognoscendi sunt, hæreticorum certè fructus carpi non possunt, si mores eorum, & vitam quorundam inculpabilem consideres: at luce meridiana clariùs videmus, eorum dogma vanum, falsum, & hereticum esse. Hinc labor, & dolor donec agnoscamus, quo pacto doctrina ex fructibus bonæ vitæ:
B atq; è diuerso fructus ex doctrina, num bona vel mala sint, diiudicari atq; æstimari queãt. Qua in re id præcipuè pensitandum venit, nempè doctrinam ipsam, non ex solis bonæ vitæ fructibus metiendam, sed quatenus veraq;, idest, & doctrina, & fructus inculpatæ vitę, pulchrè sibi cõsentiãt. Dubitari enim non potest, vbi fructus doctrinæ, & doctrina fructibus verę pietatis consentanea
C est, alterum alteri, verum, & fidele posse præbere testimonium. Quam obrem Dominus ipse quandam tradidit regulam, cum apud nostrum Matthæũ inferiùs eiusmodi oratione vtitur. Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructũ eius malum: Siquidem ex fructibus arbor agnoscitur. Ita nimirùm idem Dominus contra incredulos illos Iudæos argumentatur: Si mihi nõ creditis, operibus credite. Cur hoc?
D Quia opera, & facta Christi, cũ doctrina pulchrè cõgruebant, itemq; doctrina cum operibus. Eum in modum se habuit, etiam Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Doctorum, aliorumq; sanctorum hominũ doctrina, & vita. Quæ ex collatione non immeritò potest confici, & colligi hoc. Quando quidem vita illorũ honesta, actiones bonæ, & inculpatæ, egregij eorum fructus fuere, doctrinam itidem ab illis propagatam, planè Christianam ac integrã esse ostendebant. Quam ob causam? Quod eorũ doctrina & institutio, cum moribus, & vita cõsentiebat, vti veritas declarabat, & nihil fictũ in vita, nec in doctrina mendacium, inueniri poterat, & alijs credenda, & facienda proponebat, quæ ab ipsis credi, & fieri, dubiũ non erat. Iure igitur de eiusmodi veris prophetis dici poterit: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Cum enim eiusmodi fructus boni integræ, & sanæ doctrinæ producti fuerint, arbor mala esse
B non potuit. Eadem prorsus ratio est pseudo prophetarum, qui sæpè falsam doctrinam, vitæ improbitati cõiungunt, hoc maximè tempore, & ex falsa eorum doctrina, nihil præter morum corruptionem, & Reipublicæ dissipationem expectare poteris. Quanta in Republica Germanorum ex pessima Lutheri doctrina mala suborta fuerint, quis oratione sua comprehendere valeat? Nonnulla tamẽ ex multis huius ho-
C minis reprobi, & fructus, quos in Germania collegerat, quosq; ipse meis hisce oculis in illis partibus, non sine intimo cordis dolore, vidi, ostendam. Mirabar certè stupiditatem hominum illorũ, qui æquo animo patiebantur, eiusmodi fructus Rempublicam ex vnica radice Lutheri colligere. Sed quænam sint illa videamus, & ex multis (vt dixi) pauca colligamus, vt inde Germaniæ depranatum statum intelligas, & doleas. Lutheri dogma est, quem D vniuersa fex hæreticorum impiè sequuta est. Non magis posse quempiam, sibi temperare à fœda carnis exercenda libidine, quàm ab ejiciẽda oris saliua. Ex hac putida arbore qui fructus prodiere? Ij videlicet, quòd cum continenter viuere non possint, omnes ex æquo sordidos, & impuros mortales facit, adeò vt nulla virgo, nullus etiã vir continentiæ dare

Pseudo prophetæ falsam doctrinam cũ vitæ improbitate coniungunt.

Lutheri putidi fructus.

Lutheranorum dogma, nõ posse quẽpiam magis à libidine fœda abstinere, quàm ab ejiciẽda oris saliua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dare velit operam, nec vlli studere pudicitiæ: sed si matrimonij ineundi nõ adsit opportunitas, omne scortationis genus, ex hac ipsa radice, quod continentia vitium humanarum excedat facultatẽ, apud senes, & iuuenes, viros & fœminas emersisse videamus: idq; adeò manifestè, & impudenter, vt nũquam ante hac quicquam eiusmodi Germania viderit.

Docet præterea Lutherus, docet & Caluinus, permissum esse fœminæ, si maritus illius non sit idoneus
B ad reddẽdum matrimonij debitum, his eum compellare verbis. Cernis, mi vir, non posse te mihi reddere debitum: liceat mihi cum tua bona venia, clàm inire cõiugium cũ fratre, aut proximo cognato tuo, ita vt tibi nihilominus mariti vocabulum permaneat, ne facultates tuę in alio rum veniant manus, &c. Eiusmodi petitioni (ait Lutherus) fas non esse marito negare assensum, sed illi eũ proles procurare debere. An nõ ingnis hæc plantula est? Quos (obsecro) illa fructus peperit in Germania?
C Hos videlicet, vt iam fas sit germano fratri etiam num superstitis fratris sui vxorem, Herodis instar, & vt frequens hodie in Lutheranismo vsus obtiner, sibi coniugem adsciscere. Itemq; vni fœminæ plures maritos, atq; vni viro multas habere vxores, vt apud Turcas more cõparatum videmus. An verò eiusmodi fructus Germania afferret, nisi hęc mortifera radix in ea fuisset pro
D pagata?

Lutheri disciplina habet. Si non vult vxor, veniat ancilla. Ex qua præclara arbore, ille in Germania prodijt fructus, vt tota adulterijs, & petulantijs plena sit, & horrẽdis stupris cooperta, adeò vt nullis magistratus legibus, nullisq; punitionibus insontes factis eiusmodi flagitijs remedium adhibere valeant.

Est præterea Lutheri etiam istæc A institutio. Ieiunia non nisi humana esse cõmenta. Huius illustris arboris ille nobilis fructus extitit, vt hoc nostro æuo plus centuplo cõmessationibus, potationibus, luxui & crapulæ indulgeatur, quàm vllis retrò seculis in Germania visum fuerit.

Docet Lutherus quò vniuersa confundat, nullum esse magistratũ, summo magistratui nullam præstari oportere obediẽtiam, orbẽ Christianum ciuilibus legibus, & constiB tutionibus nequaquam administrari, ac regi, nullum dominium ad ferẽdas in Christianos leges potestatẽ habere. Ecquis huius arboris fructus euasit? Is nimirùm, vt passim seditiones, bella intestina, rebelliones, & acerba machinamẽta aduersus præcipuos magistratus. Hinc factũ quoq; fuit, vt vel nulla iam, vel elanguida administretur iustitia, & iudicia ipsa, vel callidis quibusdam, & veteratorijs artibus corrumpantur, vel alioquì apud magnates quosC dam locis nõnullis id optimum ius habeatur, quod armis vendicare queant.

Lutherus, & Caluinus vnanimi consensu tradunt: Deum homines impellere ad malificia, & quicquid ab hominibus mali perpetratur, id non Dei permissu, sed eius propria operatione fieri. Huius arboris fructus sunt vitia, & flagitia omnia, omni variæ corporis, & animæ pestes, & exitia, scortationes, adulteria, comD messationes, compotationes, expilationes, deprædationes, furta, vsuræ, tyrannides, inobedientia, mendacia, impostura, obtrectationes, calumniæ, virtutis ac honesti, & probitatis omnis profligatio, dedecoris, inhonesti, ac turpitudinis omnigenæ excitatio, ac promotio. Præterea maledicta, execrationes, blasphemiæ, Diuini nominis contumeliæ, conuitia, criminationes, atq; id genus

Lutheri deliramenta circa pudicitiã coniugalem.

Euincitur Lutheri error.

Germaniæ clades, adulteria, petulantiæ, & stupra ex pestilenti Lutheri doctrina pullulantia.

Ieiunia (inquit impius Lutherus) sunt humana commẽta. & quis fructus inde nascatur.

Matth. 12.

Lutherus magistratibus obedientiam esse negandã asserit.

Impij Lutherus, & Caluinus Deum malefica impellere affirmant, & quæ mala in homines fiunt.

Lutheri impietas.

A genus innumera alia. An non ij sunt præstãtes inprimis egregijq; Lutherani Euangelij fructus? Quis negare ausus erit, necessariò hîc adhibendam eam Domini regulam: *Ex fructibus eorum cognoscetis illos?* Qualis est enim arbor, tales sunt etiã fructus, & quales fructus, talis & arbor. Hoc est enim quod idem Dominus iubet: Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum, siquidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Iure igitur nos Lutheranos,
B Caluinistas, Anabaptistas, Schucfeldianos, omnesq; tandem hæreticos, tanquam pseudo prophetas ad hanc regulam exigentes, ex eorum fructibus ipsos æstimamus, & iudicamus. At qui illi contrà de nobis idem ferre iudicium non possunt: quãdoquidẽ multi, & degeneres fructus, qui apud nos conspiciuntur, ad personas, non ad doctrinã, referendi sunt. At hæreticorum flagitia, & scelera, non in personas modò, sed etiam (vt
C iam manifestè ostẽdimus) in doctrinam ipsam sunt reijcienda. Ex doctrina enim ipsa, bona hominũ pars eò perducta est, vt de omni religione iam dubitent, atq; vacillent, putentq; Christianam fidem, non nisi hominum esse commenta, & meram quædam figmenta, atq; ex eiusmodi cogitatione tandem in turpissimos Epicuri de grege porcos abeãt ac transferãtur, quorum iam (proh dolor) in Germania ingens prouentus est, quemadmodum Fridiricus Staphylus vir sanè, & insigniter eruditus, & de Republica Christiana optimè meritus, in suo libello de vero sacræ scripturæ intellectu, elegãtissimè ostendit.

Vt ergo finem huic Christi Seruatoris nostri sententiæ demus, & multa paucis includamus verbis, in hac sententiã: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*, apparere potest, quales sint fructus, à quibus cognoscãtur, pseudo A prophetæ, nempè à contrarijs operibus, quæ in verts prophetis, hoc est, Episcopis, & Presbyteris requirit Apostolus Paul⁹. 1. Tim. 3. & ad Tit. 1. & Ezechiel in vero pastore, c. 34. Similiter & Christus, Ioan. 10.

18 *Non potest autem arbor bona, &c.* Arbor mala non est Græcè, *Ponēron*, sed *Sapron*, quod magis putem sonat carie vitiatam, aut marcidam. In arboribus quidem fieri potest, vt cum vitio quodam nascãtur, quod impedit eas, quominus bonos, atq; incorrupto fructus ferant, at in hominiB bus non ita, quorum natura, non ita corrupta iam est, vt non possint benefacere, & ex malis fieri boni, si vellint, præsertim cum Diuina illis gratia volentibus, & petentibus nũquam desit. Sic vas, quod à figulo factum est, vas in contumeliam nõ potest conuerti ex se, vt sit vas in honorẽ. At verò de hominibus secus iudicat Paulus, dicẽs: In magna autẽ domo nõ solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & C quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergò emũdauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Cernis in hominibus nõ naturam, sed purificationem, quã Paulus in hominis potestate, gratia Diuina adiutus, quam dare paratus est ipse Deus, collocat? Vnde fiet vt vas honestum esse possit, & ex vasD contumeliæ in vas honoris cõmutari. Ecce enim hîc apertissimè dicitur. Si quis expurgauerit seipsum ab ijs, erit vas in honorem, sanctificatum Deo. Quod nimirũ ante purgationem, erat vas in ignominiam, nam fructus, & opera sunt, quæ distinctionem faciunt, nõ naturæ, sed voluntatis, & mentis. Quare concludens hanc sententiam Dominus, ait: *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

1. Timot. 3. Ad Titum. 1. Ezech. 34. Ioan. 10.

Homines, boni fieri possunt si volunt Diuina nãq; gratia petentibus nunquã deest.

Rom. 9.

2. Timot. 2. c. 20.

Hinc

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Hiero. in Matth. c. 7.

A Hinc est, quòd D. Hieronymus hũc locum explicans, sic ait: Quæramus ergo ab hæreticis, qui duas inter se dicunt esse naturas, si iuxta intelligẽ tiam eorum arbor bona, malos fructus facere nũquam potest, quomodo Moses arbor bona peccauerit ad aquas contraditionis, Deute. 32. Et Dauid (Vria interfecto) cũ Bethsabee concubuerit. 2. Reg. 11. Petrus quoq; in passione Domini negauerit, dicens: Nescio hominem. Matthæ. 26. aut qua conscientia Iethro socer Mosi, arbor mala, qui vtiq; Deum Israël non credebat, dederit consilium Mosi bonum, Exod. 18. Et Achior ad Holofernem aliquid vtile sit loquutus, Iudith. 5. Et Comicus dixerit. Quod benedictũ Apostolus comprobauit. 1. Cor. 5. corrũpunt bonos mores colloquia praua. Et cum inuenerint quid respondeant, non inferemus, & Iudã arborem quõdam bonam feciſſe fructus malos, postquam tradiderit Saluatorem, Ioan. 13. Et Saulum arborẽ malam, eo tempore quo persequebatur Ecclesiam Christi, feciſſe postea fructus bonos, quãdo in vas electionis de persecutore translatus est? Tandiu ergo bona arbor fructus nõ facit malos, quãdiu in bonitatis studio perseuerat: & bona arbor tãdiu manet in fructibus peccatorũ, quãdiu ad pœnitentiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quòd fuit, incipit ad esse, quod necdum cœperit.

Deut. 32.

2. Reg. 11.

Matth. 26.

B

Exo. 18. c. 17

Iudith. 5.

Terentius.

1. Cor. 5.

Ioan. 13.

C

D 19 *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Quæ non facit fructum bonũ dicit: Vt aduertas, non satis esse nihil mali facere, sed etiã requirit ipse Deus bonos fructus. Nec enim in frugiferos palmites requirit hæc vitis, quæ Christus est, immò & frugiferi purgantur, vt ampliorem ferant fructum, vt ipse Dominus testatur. Ioan. 15. Aduertere etiam oportet, hanc Christi sententiam eandem esse cum ea, quam Præcursor Domini Ioannes, aduersus Iudæos Christũ non recipientes protulerat. Quę nimirùm sententia, tanquam iustissima, in supremo Dei tribunali approbatur, & cõfirmatur, & à Filio æterni Patris profertur nunc, aduersus pseudo prophetas, tanquam reos, & interfectores omnium eorum, quos Christus suo pretioso sanguine, quasi agni immaculati redemit, & sua sacrosancta doctrina sanguine proprio consignata, instituit, quam pseudo prophetę euertere nituntur. Hanc quidem sententiam executionem paratam habere textus indicare videtur. Nam (exciditur, & in ignem mittitur) non in Græcis tantũ, sed in Latinis quoq; vetustioribus codicibus, hæc præsenti tempore leguntur. Dicit enim Christus, quid vulgo vitiosis arboribus fieri soleat, ostendens id ipsum debere fieri ijs, qui alios doctrinis peruersis seducunt, nempè vt tẽporalibus, & ęternis iusto Dei iudicio excrucientur ignibus. Non modo cum nũc, idest, in hoc seculo à magistratibus pœnis dignis sua infidelitate mulctantur, sed & tunc cum emigrant. Supplicium enim ignis, cui meritò adiudicantur hæretici, iudicium præbet futuri, & multo terribilioris ignis gehennæ, cui mancipati sunt, quotquot hinc cum hæresi discesserint. Hac iustissima mortis pœna mulctãdos iudicat Dominus falsos prophetas, dicens Deut. 13. Propheta autẽ ille aut fictor somniorum interficietur. Quia locutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis, vt errare te faceret de via, quã tibi præcepit Dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui. Mors hæc ignis esse debet, nã prȩuaricatores (inquit Dauid) quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ

A

C

Deut. 13. c. 9

D

2. Reg. 23. c. 6.

Quæ supplicia hæreticos manent, & in futuro seculo manebunt.

Psal. 6. & 8.

Psal. 15.

Psal. 19.

Psal. 28.

Psal. 100.

A quæ non tolluntur manibus, igneq; succensæ comburentur, vsq; ad nihilum. Terra enim (vt ait Paulus) proferens spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima cuius consummatio in combustionem. Et de ligno vitis quod nullis bonis vsibus aptum erat: quam sententiam Ezechiel profert: Ecce igni datum est in escam, vtramq; partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillã. Hoc est quod dixerat Christus: Palmes qui in me non manserit, mittetur foras, & arescet, & in ignem mittent. Cum eorũ caput diabolus sit, omnia eius membra cum suo capite ignis æterni pœnam sustinebunt. Vnde Ioannes expressis hoc verbis testatur, dicens: Apprehensa est bestia, & cum ea pseudo Prophetæ, & viui missi sunt in stagnum ardentis ignis sulfure. Nonne Elias zelo sanctissimo quo flagrabat, Prophetas Baal gladio interfecit, & eorum corpora in torrentem Cison deiecit? Iehu quoquè cum Ionadab, & octuaginta viris: An non zelo Dei percussit omnes cultores Baal in ore gladij? An non Iosias Rex occidit sacerdotes idolorum, super altaria in quibus Baal sacrificabant, & crema torum cadauerum cineres, dispersit? An non Mathathias eum iustè occidit qui idolum illi porrigebat? Quid quod nec ipse Petrus, Ananiam, & Sapphiram tollerare potuit, quod de pretio agri sui Ecclesiam fraudarent? Nam si arbor non ferens fructum exciditur, & in ignem mittitur, quid arbori venenosæ: quid hæretico non modo non ferenti fructum, sed aërem ipsum sua peste inficienti, faciẽdum est? O ter fœlix Hispania! quæ ciusmodi monstra orbem deuastantia non patitur, sed custodes vigilantissimos, nempè sanctæ Inquisitionis Patres habet, qui summa religionis, & pietatis studio, noctu diuq; inuigilare non cessant, quò vulpes paruulas, quæ vineam Domini Sabaoth demoliri student, capiant, & pro qualitate criminis sæuerè puniẽt. Quòd si exteræ nationes, solertem hanc curam, & vigilantiam adhibuissent in re tanta, quæ causa primaria, & efficacissima esse solet, vt Respublicæ, vel magna cum gloria crescant, vel summo cum dedecore corrũant, secus illis euenisset quam iam videmus. Vniuersa enim illa Græcia, quæ quondã viris sanctissimis, summaq; doctrina præditis referta, florentissima erat. Quo tandem ob neglectum hunc pietatis, & religionis Christianæ studium peruenit? In manibus (proh dolor) Turcarum, qui tanquam villissimã mancipia eos quotidie crudeli tyrannide tractare non cessant, vt decet impios infideles, qui se se sub potestate Satanæ tradiderunt. Quid de Germania, quæ tanta impietate religionem Catholicam conculcauit. Quid de Anglia, quæ pari impietatis studio multo sanguine Sanctorum virorum iniqua crudelitate irrigata est? Quid de Gallia quondam Christianissima, quę iam hæreticorum manibus pro maiori parte Principum culpa miserè tradita est, dicam? Sed reprimam me, cum tanta clades, breui oratione comprehendi minimè possit. Dominum Deum instantissimis precibus omnes orare oportet, vt sanctæ Inquisitionis ministerium, quod nunc viget, perpetuò in his partibus seruare dignetur, & ne peccatis prouocatus nostris, ab strenua vigilantia vnquam tepescat.

B

Cant. 2. c. 15.

Exteræ nationes, solertem curã non adhibent, vt abscindantur ijni hæreticis dogmatibus Respublicæ conturbãt, & infestant.

B

Græcia, ob neglectum religionis Christianæ studiũ in quas miserias deuenerit.

C

Germania Catholica religio conculcata est.

Anglia impia sanctorũ sanguine fuit.

Gallia, Principũ iniuria hæreticorum manibus tradita.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPOSITIO.

21 NOn omnis qui, &c. Grauiter stomachatur Dominus aduersus hos pseudoprophetas, qui falsa, & peruersa loquentes, & miseram plebeculam sua doctrina seducentes, eo dementiæ venerint, vt sibi per suasum habeant Deum posse sua longa, & duplicata oratione decipere, & cælorum regnũ, quod nisi iustis concedi
B tur, suis hypocriticis verbis, & orationib⁹ ore tenùs prolatis, præripere posse: & sicut faleris orationum populum dementatum habẽt, sic etiam Deũ posse decipere iudicãt. At Deo verba dare difficile immò impossibi-
C le est. Nam eijsdẽ etiam precationibus, quibus se se populo commendare student, & auram vulgi carpere, Deum ipsum grauiter offensum reddũt. Quis enim hæreticorum non Dominum appellat, & maximis acclamationibus ostentat se Dei cultorem esse? Quis hæreticorum non habuit semper sua cantica, suos Psalmos, suas precationes? Arriani etiam noctu tedis accensis, per Constantinopolim, tempore Eudoxiæ Imperatricis cantica quædam contra consubstantialium Catholicorum fidem personabant, vt Nizephorus scribit, & Sozomenus. Et idem quidem factum fuisse à Samosatheo legimus, qui in media Ecclesia magno die paschatis, mulierculas subornauit, quæ de ipso psallerent, reiectis illis Psalmis, qui in honorem Christi cantabantur, atq; ita factũ erat, vt Christi laude spreta, suam personam hymnis, & canticis in Ecclesia gloriosè excipi curet. Id quod Eusebius contestatus est. Habuerunt tãdem omnes supremæ, & antiquę classis hæretici, suos peculiares cætus, & inuocationes, adeò vt nonnulli ipsa ratione Euchitæ, ideſt, precatores, per anthonomasiam dicti sint, ac si ipsi soli verã, & perfectam orandi scientiam haberent. Sed & modernæ classis hæretici antiquorũ vestigia sequuti, nouum precandi genus, contra Catholicæ Ecclesiæ institutum, in suis conuenticulis inuenere. Testantur hoc Lutherani, & Buceriani, Sacramentarij quoq;, & Zuuingliani, atq; etiã Caluiniani, qui omnes suos Psalmos, lingua vulgari, hæreticis interpretationibus respersos, ad quos cõcinendos promiscua hominum, ac mulierum multitudo, vnà cum pueris, ac puellis conuocatur, qui omnes, potiùs canes vlulatores iudicares, quàm laudum Diuinarum cantores. Ergo ne quia norunt clamare. O Christe! O Domine! & suis malè

Samosatheo multieres subornauit, vt in ecclesia psallerent reiectis Psalmis in honorem Christi, de se ipso psallerent.

Euseb. lib. 7. Hist. Eccles. c. 30.

Euchitæ, id est precatores, quòd dicti impie, eò quòd ipsi tantum perfectã orandi scientiam callere sibi arbitrentur.

Nouæ orandi modos hæretici moderni confingũt.

Hæretici actus seu ritus vilissimos quosdam.

D

Arriani Constantinopoli, nocti cantica perfidi cõtra consubstãtialem fidẽ, personabãt.

Nizepho. li. 13. c. 8. Sozom. li. 5. c. 28.

TEXTVS.

21 NOn omnis qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit volũtatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. 22. Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nonne in nomine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecim⁹, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc cõfitebor illis, Quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

A malè sanis vocibus, populum demẽtatum habeant: ideo etiam à Deo audiendi sunt? Et fructus putidos suæ doctrinæ, ideſt, impietatis illorum colligẽdos esse iudicabis? Atq; si quis idiota hîc hæreat, & dicat, quomodo non isti Anabaptistæ doctrinæ veritatem habeant, cum tàm intento animo precentur? Quomodo non Sacramentarij sanæ doctrinæ fructus dabunt, cum tàm ardenti clamore suos Psalmos sæpè intonent? Adijciam ego quoq;: Quomodo non Turcæ bonos fructus emittent, cum non sine magna reuerẽtia, in sua se templa recipiant, & suum Haalla sæpiùs intonent? Ita si veritas in ijs esse existimanda est, qui dicunt: *Domine, Domine*, qui Psalmos
B Clementis Matoti, qui Psalmos Theodori Bezæ, aut huiusmodi similes magna voce canunt, nulla erit fidelis ab infideli discretio. Ipsi etiã Atheoienses, antequam Euangelij
C doctrinam accepissent, etiam Dominum inuocabant. Nam Paulus ait: Hunc enim, quem ignorantes colitis, annuncio vobis. Quid ergo? Oratio, & cultus eorum non ex fide procedebant. Hinc est, quòd rectè dixerat Christus: *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.* Quibus verbis non solũ pseudopheras manifestos taxat, qui ex professo sunt Christo aduersarij, sed eos etiam, qui sibi Christum vẽdicantes, videri volunt doctores do
D ctrinæ Christi, eiusq; esse discipuli, cum solùm inanis gloriæ, ac ventris sui sint mancipia. Docet ergo non facis esse fidem ore profiteri, sed requirì bonam conscientiam, & opera siue fructus spiritus renouantis, vt noua simus Dei creatura. Quòd autem dicit: *Domine, Domine.* Sermonis Hebraici proprietatẽ exprimit, qua quod exaggerare vult, geminatione facta demõstrat. Quale est illud Hierem. 7. Templum Domini templũ Domini, templum Domini est. Vt hac exaggeratione mentis affectum licet fictum demonstret. *In regnũ cælorum.* Sumi potest, non modo pro futura, & æterna vita, sed & pro Christi in terris Ecclesia, vt frequẽter alibi. Quasi dicat: Etiam si magnis clamoribus dicant, *Domine, Domine*, non erunt de numero vere è discipulorum meorũ mihi adhærẽtium. Hæc tanta fœlicitas, nec omnibus fidelibus continget, nisi simul cum oratione charitatis, & pietatis opera cõiunxerint. Ad veram Deo orationem fundendam necesse est, vt priùs fidem rectam teneamus, quæ vt recta sit, non sufficit vanam aliquam, aut euanidam persuasionem, qua credimus doctrinæ Christi, sed ea fides requiritur, quæ nos non modo Christianos faciat, sed qua nos etiam filios Dei efficiat. Hæc fides donum Dei est, cordibus nostris infusum viuum, & efficax, quæ per dilectionẽ operatur, qua filij Dei efficimur, qua nos totos Deo cõmittimus, & omnia nostra ad eum referimus, ipsiq; per spem, & charitatem copulamur. Ecquis fidem hãc se habere gloriari poterit, nisi qui spiritum fidei acceperit, de quo Apostolus ait: Habentes eundem spiritũ fidei, secundum quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod loquimur. Hic ergo spiritus qui talem fidem largitur, suggerit nobis per fidẽ quid loquamur. Et vt Apostolus ait: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non
D quod ipsemet Spiritus sanctus, quasi inops, & alicuius rei indigentiam habens, vt subueniatur interpellat, sed quod nos, qui pauperes sumus, interpellare faciat, nobisq; interpellandi, & gemendi inspiret affectum. Quod idem Apostolus explicatiùs docet, cum ait: Spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Quomodo

Rom. 8.

Rom. 8. c. 26

Geminatio vocũ in Scriptura sacra exaggerationem denotat.

Rom. 8. c. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

A adiuuatè? Efficiendo sanè nobiscum, vt miseria nostra cognita, ad thronum gratiæ ipsius accedamus, pulsemus, & misericordiã inueniamus in tẽpore opportuno. De spiritu hoc nos adiuuante, ait quoq; idem Apostolus: Non enim accepistis spiritũ seruitutis, iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater. Et iterum quoniam filij Dei estis, misit Deus spiritum Filij sui in corda vestra, clamantem: Abba Pater. Vnde consequẽs est, vt quemadmodum sine spiritu fidei, non est rectè quispiam crediturus, ita nec sine spiritu orationis, salubriter oraturus. Cum ergo pseudo prophetæ spiritũ fidei non habeant, fidem rectam habere minimè possunt, immò sic nec sine spiritu orationis oratio perfecta esse potest. Verus enim orandi modus, & rectus esse constat, si in fide viua, spe erectus, & charitate accensus, ad orandũ, & preces ad Deũ fundendas quis accedat. Alioquì si C nec per fidem viuam accedimus ad ipsum Deum, nec per spem firmam erigimur, nec per charitatem accẽsi sumus, loqui quidem possumus, orare verò nequaquã. Talis quidẽ fuit stultarum virginum oratio dicentiũ: Domine, Domine aperi nobis, Et Dominus respõdens ait: Nescio vos. Talis & istorũ pseudo prophetarum oratio, qui acclamantes, dicebãt, *Domine, Domine*. At Christus audiens, sed non exaudiens, ait: *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnũ cælorum*. Duo itaq; his verbis nobis Christus ostendit. Vnum D est, eum dominũ esse, cui omnia Pater tradidit: & ideò quia Dei Patris Filius pariter & Deus est. Alterum quali cultu venerandus sit docet. Nã in primis, & ante omnia fidem viuã, è suis verè cultoribus expostulat, sine qua nulla, quantumuis frequentissima, oratio apud ipsum locũ habere

Rom.8.c.15.

Gal. 4. c.6.

Sine spiritũ orationis salubriter quis nõ potest orare, sicut sine spiritu fidei non est rectè crediturus.

Luc.13.c.25.

Dominus est Christus cui omnia Pater tradidit.

Fides viua à Christo expostulatur.

potuerit: vt elegãter Theophylactus docet. Et licet vera, & perfecta oratio ciauis illa nobis sit, qua regni cælestis ianuã aperire certè possumus; non tamẽ vim, virtutem, & efficaciã aperiendi habere poterit, nisi prius in fornace charitatis bonorum operũ studio, sic Diuina gratia elaborata fuerit, vt tanquã propria, & non adulterina clauis seris aperiendis illis apta iudicetur à Domino. Itaq; salutẽ Christiani hominis in factis, non in verbis precatorijs, quantumuis benè compositis, collocatã esse, B verbis prædictis significare voluit Dominus, nec debere quemquã sibi persuadere se sola credulitate seruãdum, nisi rectè facta accedant. Nam appellare Christum Dominum, indicium quidẽ est eius, qui in illũ credat, verùm si facta non accedant, nihilo dæmonibus melior est, qui non solùm credunt, verùmetiam cõtremiscunt. Quæ etiam sententia acerrimè taxat pseudoprofetas, aduersus quos Christi sermo dirigitur, C qui tàm vehementer aduersantur rectè factis, & opera Christiano digna, vt docere populum non verentur, solam fidem satis ad salutẽ esse. Ij miseri seductores non intelligũt, fidem, quæ operibus vacua sit, mortuam esse. Quemadmodum Beatus Iacobus ait: Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Et paulò superius cũ dixisset: Quid prodest fratres mei, si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si D autem frater, aut soror nudi fuerint (exẽplo hoc rem apertiorem facere voluit) & indigent victu quotidiano: Dicat autẽ aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefacimini, & saturamini: nõ dederit autẽ eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habet opera, mortua est in semetipsa. Quæ facta quã sint

A *Theo. in hom. Matth.*

Oranti qualiter regnũ cælorum patet aperit.

B

Iacob.2.

C *Hæretici nõ credunt fidem sine operibus mortuam esse.*

Iacob.2. d.20. & 26.

Iacob.2. c.17.

Virtutum ex excellentiã quã bus requirat Dominus in fide.

D

A sint necessaria, etiam ex sequentibus Domini verbis magis declaratur, cum ait.

22 *Multi dicent mihi in illa die, &c.* Terrifica profectò verba, & quæ vnum quemq; in officio continere idonea esse possent. Cernere in sequẽ risimo illo iudicij die, homines in æternum gehennæ ignem relegari: qui ea tamen signa præstitissent, quę Dominus cum vellet ostendere, signa fidelium ac verè credentium, hæc certiora esse declarat, dicens:

Marc.16. B Signa autẽ eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et tamen cum eo ipso tempore quo cælos ascensurus esset, hæc tanquam certissima indicia, quibus verè credentes dignoscì possint, designasset, multos nunc di- C cit futuros, qui talia præstare valebunt, & tamen nihilominus quam alij perditissimi peccatores, in ignem æternum relegandi sunt, & ex ore Christi audituri, *Nunquam noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem.* Quare hoc? Ipsemet Dominus explicat, dicens superiùs, quòd voluntatem cælestis Patris non fecerunt. Qua in re? Nempè, vt sanctissimis Euangelij præceptis obtemperarent. Vides, Christiane Lector, quantam virtutum excellentiam in suis requirat Dominus, post D quam opera eximia prophetiæ, virtutum, ac miraculorum, posthabenda iudicat ipse Deus? Quid ijs fiet, in quibus nec opera, nec vllum fidei signum reperietur? Audiant huius ætatis rerum nouatores. Quis enim eorum, qui se donum fidei accepisse à Deo gloriantur, ciusmodi vnquam signa, nec minimum eorum exhibuit? Quæ si etiam exhibuissent, multum adhuc ipsis deesse ad

viuam fidei ostensionem Christus A ostendit, dicens ijs qui in Christi nomine hæc omnia gesserunt. *Discedite à me qui operamini iniquitatem.* Opera ne iniquitatis sunt talia exhibere signa, & dæmones expellere? Non sunt certè virtutum perfecta opera, nec esse vnquam poterunt, nisi illa quæ charitatem erga Deum, & proximum quemq; declarant. Hanc super omnia expostulat ipse Deus, sine qua nullam in ratione operum existimationem, habendam esse demonstrat. Audi D. Pau- B lum fideliſsimum huius Christi sententiæ interpretem, qui quàm sit hæc virtus charitatis necessaria explicat. Cum enim de spiritualibus donis tractasset, quæ per Spiritum sanctum vnicuiq; ad Ecclesiæ ædificationem distribuerentur, adiecit. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Quæ nam hæc est? Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, C aut cymbalum tinniens, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt mõtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum: & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Deus bone! Quantus esse censendus is, qui tàm multa, tàm præclara, quæ hîc enumeran- D tur, Sancti spiritus eximia dona sit assecutus: quorum vnum (dumtaxat) satis esse posset, ad quem piam maximum declarandum. Quis enim non illum diuinum virum arbitraretur, qui omnium hominum linguas calleret? Quòd si & angelorum illi celestes linguæ adderentur, multo magis. Si rursus quis sine linguarũ dono prophetiã esset assecutus nos-

Charitatis virtus quam necessaria.

1.Cor.13.d.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sctq; mysteria omnia, & omnium scientiarum peritiam strenuam haberet, suprà humanam proculdubio naturam euectus esse videretur. Cum verò tàm multa simul comprehendantur, quorum singula per se maxima sunt, quæ si quis sine charitate habeat, nihil omninò se habere iudicare iustè potest. At profectò si multa, immò si vniuersa illa dona in nomine desiderentur, dummodo adsit charitas, omnia bona cum illa euenisse sibi pariter iudicare poterit. Vndè manifestè constat,

Cum charitate omnia bona pariter adueniunt.

B quòd charitas sola res pretio dignissima est, & si quid aliud est æstimandum, ex charitatis accessu pretium habet. At charitas in factis agnoscitur solis. Si diligitis me (inquit Christus) præcepta mea seruate. Præcepta enim Dei cum fructu seruari non possunt sine charitate. Vnde idem Dominus: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Rectè facta enim vera sunt Christiani hominis indicia,

Ioan.14.

Idem,15.

C quæ longè certiora sunt, quàm signa atquè prodigia. Quare eleganter, & piè quidam pius vir dixit, hæc quæ secuntur verba. Maius miraculum est re vera, de propria carne fomitem luxuriæ eradicare, quàm expellere immundos spiritus de corporibus alienis. Et magnificentius quidem signum est, virtute patientiæ truculentos motus iracundiæ cohibere, quàm aëreis principatibus imperare. Plus etiam est exclu-

Vomitem luxuriæ eradicare ex propria carne maius miraculum quam immundos spiritus arcere.

Patientia virtus virtuti imperãti aëreis principatib⁹ præferenda.

D sisse edacissimos de corpore proprio tristitiæ morbos, quàm valetudines alterius, febresq; corporeas expulisse, & postremò multis modis præclarior virtus, sublimorq; profectus est animæ propriæ curare languores, quàm corporis alieni: quantò enim hæc sublimior carne est, tantò præstantior eius est salus, quantoq; pretiosioris excellentioriseq; est substantiæ, tantò gra-

Animæ propriæ languores curare præclarior virtus, quàm aliena corpora sanare.

nioris, ac pernitiosioris est ruinæ. A
Hęc ille. Curandum ergo est, vt hęc habeamus, quibus à Christo in illo die simus agnoscendi. Non enim satis est dicere: *Nonne in nomine tuo, &c.* Hoc est virtute & potentia tua talia fecimus. Aduerte autem has locutiones: *In nomine tuo*, siue per nomen tuum Hebręis, à quibus veniunt, nihil aliud significare, quàm per nomen tuum. Sic Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum, ideſt, Manifestaui te. Liberanos propter nomen tuum, ideſt, propter te ipsum. Sic communiter dicere solemus: Oro tuam maiestatem, tuam dominationem, tuã celsitudinem, &c. hoc est, Oro te ipsum. Apponentes igitur dignitatis notam significare volumus rhetorico sermone vtentes, ea quæ postulamus, debere nobis cõcedere, is qui etiam propter officium, aut dignitatem suam nobis concedere tenetur. Sic nota summæ dignitatis Christi est, sanctissimum ipsius nomen, cui innitentes verè, si postulata non obtinemus, peccatis nostris adscribere possumus. *Virtutes multas, &c.* Hoc est, miracula edidimus. Quia illis potenter factis Deus virtutem suam declarat. Quam virtutem, & prophetię in malis quoq; ministris subinde videmus, & Deum eis contulisse, vt in Balaam, & Caypha vidimus, Deo ita sua incomprehensibili sapiẽtia prouidente. Nam cum Caypas dixisset: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat. Prophetauit D
(ait Euangelista) cum esset Pontifex anni illius. Ecce non sanctitati hominis, sed dignitati personæ prophetiam tunc datam. Idem etiam de miraculis iudicium est. Quam ob causam Christus gloriantibus septuaginta discipulis, quòd in nomine Christi etiam dæmonia illis obtemperarent, iubet ne de hoc glorientur, vel gaudeant, sed tantum quod

Ioan.17.

In nomine, idẽ quod per nomẽ, & per ipsum à quo auxilium postulatur.

B

Christi nomini innitentes si postulata non obtinem⁹ peccata propria probibent.

C

Virtutẽ prophetandi, & impij obtinẽt vt Caypbas, & Balaam.

Ioan.11.

Luc.10.

A quod electi sint à Deo ad vitam æternam.

23 *Et tunc confitebor illis, quia nũquam noui vos.* Miratis forsan, quòd ac clamatio Diuini nominis, cum ea doctrina coniuncta, quæ prophetię nomen sibi vindicare possit, & ea talis doctrina, quæ virtute miraculorum contestata, & confirmata meritò manere debeat, exaudita non sit: audi quod ad maiorem certè admirationem inducet. *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.* Quid hoc

B per Deum immortalem, quem tanto honore euehere dignatus fuisti, vt prædicatoris munus in Ecclesia Dei subiret, quod supremum est, quem tantis gratijs honorificasti, quem tàm insigni virtutum culmine euehere voluisti, vt miraculis, tuo nomine potenter factis illustra res, hunc dicis te nunquam agnouisse? Quare non maturius his malis in perniciem totius Ecclesię vergentibus remedium adhibes? Quis non cum Iacobo, & Ioanne, qui viderãt quendam dæmonium eijcientem, &

C Christi doctrinam minimè sequentem non summis votis oret, & dicat: Domine, vis dicamus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Verùm ipse Dominus præ oculis iudicij diem, siue vniuersalem, siue particularem habens, prohibet ne quid tale tentare modo audeant. Patiamur igitur oportet, donec Deus vltionum vindictam sumat,

D quam suo tempore rigidissimam accipiet. Væ autẽ illis qui licet tot miraculis in cõspectu vulgi claruerint, & variis gratijs fuerint à Deo decorati, gratiã tamen iustificantẽ nunquã habuerũt. Vereor ne multis cõtingat, vt exeo tẽpore quo prædicationis, & doctoris munus inchoarũt, vsq; ad vltimum vitę finẽ diuina fuerint destituti gratia, qua licet hominibus grati fuerint, & tanquam prodigium mundo facti sint, Deo tamen exosi, illa propter propria A
mundo ignota crimina caruerint, id quod Christi verbis horrore plenis contestatũ videmus. Dicit enim: *Nunquam noui vos*, notitia scilicet, approbationis. Nonnunquam etenim fieri solet, vti eleganter D. Thomas notat, vt Deus fidem, & gratias gratis datas, homini infundat iniquo, & à gratia gratum faciente sit omninò priuatus. Expectat tamen Dominus, qui vt suam in puniendis peccatoribus tarditatem declaret, ait: vt D. Hieronymus B
notauit: *Et tunc.* Quasi dicat: Quandiu sustinuerim vos, illo die manifestè ostendam, quãdo exore meo audituri estis.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Hæc verba ex Psalm. 7. desumpta sunt, quibus Dauid quanto iniquos, & peccatores odio prosequatur ostendit: at quanto maiori odio Deus illos habeat, illa die ostẽsurus est Dominus, quando aduersus impios prolaturus est sententiã, dicens Matth. 25. Discedite à me ma- C
ledicti in ignem æternum. Quanta tunc erit confusio, quanto rubore suffundetur miser ille verbi Dei prædicator egregius, cum paulò ante se se ipsum, tantis donis, & muneribus condecoratum vidit, & iam in momento in ictu oculi in nouissima tuba, terribilem illam sententiam auditurus est. *Discedite à me.* Ex quo verbo non sine terribili Dei affectu prolato, facilè colligere possumus, verbi Dei concionatores, qui Apostolorum vices gerunt, maximè coniunctos illos esse Deo. Non tantum quia Dei verba sanctissima tractant, Deum semper in ore habere se ostendunt, pariter & in cogitatione, atq; vtinam semper æquè in affectu haberent, sed potiùs etiam quod Deus specialem quandam curam eorum habeat. Nam specialem hãc prærogatiuam

Prædicatores quarè Dominus, se non nosse affirmet.

D. Thom. 22. q. 6. art. 2. ad 3. argum.

D. Hieron.

Psal. 7.

Matth. 25.

Concionatores egregij, qui munus vtiliter nõ exequuntur, qua ratione suffundentur in die extremo.

Concionatores maximè cõiuncti Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ipſis cõceſſam à Deo fuiſſe ex Chriſti verbis conſtat, quibus ait: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Sicut enim Pater nũquam Filium ſuũ, quem doctorẽ vitæ nobis dedit deſeruit, ita nec Chriſtus Apoſtolos ſuos, & Doctores, quos ad inſtituẽdum populum reliquit, dimiſſurus eſt, ſi modo munere fungãtur ſuo. Ideóq; quanto fuit maior Dei coniunctio ad prædicatores, dum in viis agerent, tanto maior, & grauior iudicandus eſt ille furor Dei, quem in die iudicij aduerſus eos oſtenſurum ſe nunc declarat, & cum inſigni furore dicturus eſt: *Diſcedite à me operarij iniquitatis.* Textus hîc noſter habet: *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* At verò D. Lucas, vbi eandẽ profert ſententiam ſic habet, Græcè *Ergatai adeKias*, ideſt, operarij iniquitatis, quod propriè competit his, qui iuſtitiæ & peccatis toto vitæ ſuæ decurſu addicti fuerunt, vti D. Hieronymus notauit: Non enim dixit, qui facitis nunc iniquitatem, A ſed operarij, quaſi eorum officium ſemper fuerit operibus iniquitatis eſſe omninò intentos. Nam operarium eum dicimus, qui operi faciendo dicatus eſt. Væ illi qui magiſter faciendæ virtutis inſtitutus à Deo, in eam malorum venerit lernam, vt poſt multos exãtlatos labores, operarius iniquitatis fuerit inuentus. Nonne verba illa, quæ tanto ſtudio tractabat, potentia Deo erant ex ſe, ad vniuerſæ iniquitatis deſtructionem? Nonne rimæ erant per quas ſol ille iuſtitiæ, in eius animam geſtiebat intrare? Nonne canales, & riui erant, per quos cæleſtis aquæ fluentis ipſius cor irrigare conabatur? Et ijs omnibus auxilijs Deus cũ eo luctabatur, quò eum ab iniquitate deijcere poſſet: at tamen in malis perſeuerans operarius iniquitatis, cum extrema ignominia à Deo iudicatus eſt, quia pietatem profitebatur, iniquitatem verò operatus eſt.

Concionatores non deſeritur, eſt Chriſtus, ſi vt decet, munere fungantur.

Operarius dicitur, qui ad operi faciendo dicatus eſt.

Verba concionatorum malorum ex ſe qualia.

Ioan. 20.

Luc. 13.

D. Hieron.

B

C

EXPOSITIO.

TEXTVS.

24 OMnis ergò qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuã ſuper petram. 25. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat ſuper petrã. 26. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenam. 27. Et deſcendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

24 *Omnis ergo, &c.* Volens iam Dominus ſanctiſsimæ huic concioni in monte habitæ finẽ dare, cęleſti ſua, ac planè naturali vtẽs rhetorica, vniuerſa ea, quæ in hac prolixa oratione dixerat breui compendio reſumere voluit, & poſt refutationem factam eorũ, qui veritatis prætextu falſa cõtra hãc Chriſti doctrinã docere nitebãtur: poſtquam etiã rationes dediſſet efficaciſsimas, quare illi audiendi minimè eſſent, tũ quia falſi prophetæ, tũ etiam quia fructus quos proferebãt, nõ modo inutiles, verùmetiam mortiferi, ſua natura erant, ideò meritò Dominus, æterno ſupplicio eos fore puniẽdos declarauit: his omnibus expeditis epilogũ breuiſſimum, quo vniuerſa continerentur, faciens, ſic ait: *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit*

D

A *& facit ea, &c.* Quibus verbis indicare nobis Dominus voluit, fabricã illã cæleſtem, quam in vnoquoq; fideli viro Deus ſua ineffabili ſapientia aptare venerat. Nã (teſte D. Paulo) corpora etiam noſtra Spiritus ſancti tẽpla ſunt: An neſcitis (inquit) quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Immò totos nos Spiritus ſancti templa eſſe declarat. Neſcitis (inquit) quod templum Dei eſtis vos, & Spiritus ſanctus habitet in vobis? Et iterũ: Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: Quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos. Et ipſemet Dominus hãc inhabitationem conſiderans, dixit: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. O præclara dignitas! qua ex ſtercore erigitur pauper, vt ſedeat cũ principibus, & ſolium gloriæ teneat, ad eum dignitatis gradũ euecti ſumus, vt dicamur, & ſimus domus Dei, templũ ipſius Dei, & ſedes magni Dei. Nõne (Paulus ait) de fidelibus loquens Dei ſtructura eſtis, Dei ędificatio eſtis? Donec nos in hoc mortali corpore agimus Deus, qui operatur per gratiã ſanctam ſuam, omnia quæ in nobis bona reperiuntur, & nos qui ipſius Dei auxilio cooperatores eius ſumus, hanc pręclaram ſtructuram facimus, & conſtruimus in terris, vt hinc in cælum collocata maneat. Vt enim appoſitione lapidum, ſeu laterum, ſtructura ſurgit in altũ, ſic eodem modo, cum ſuper firmã humilitatem ſanctorumq; operum, & virtutum tanquam lapides aptati adiectionẽ faci mus, creſcimus haud dubiè in tẽplum ſanctum in Domino. Fundamentum verò huius cæleſtis ſtructuræ, quæ ad prototypum cęleſtis Hieruſalẽ conſtruitur, Chriſtus ſalutis noſtræ aſſertor, ſe ſe conſtituere fuit dignatus, ſicut teſtatur Apoſtolus, dicẽs: Super ædificati ſuprà fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto IESV. In quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctũ in Domino, in quo B & vos coædificamini in habitaculũ Dei in Spiritu ſancto. Hoc fundamentum pollicebatur Dominus ſe ſe populo ſuo daturum, dicẽs: Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem probatum, angularẽ, pretioſum, in fundamento fundatum, qui crediderit non feſtinet. Petra igitur Chriſtus eſt, qui & factorum, & cogitationum noſtrarum fundamentum eſſe debet. De quo fundamẽto ait D. Paulus: Fundamentum aliud C nemo poteſt ponere præter illud quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus IESVS. O fœlix domus quæ tàm immobili fundamento fundata, ſtabilita, & innixa cõſiſtit: eſt enim fundamẽtum veritatis ęternæ, quod Deus ipſe è cælis Filium ſuum mittẽs, ſtabilire decreuit, quo vniuerſa fideliũ Eccleſia in ipſo fundata immobilis omninò permaneret. Qui confidunt in Domino (ait Dauid hanc fabricã Diuino ingenio factã conſiderans) ſicut mons Sion, non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Ac ſi dixiſſet: Habitatores Hieruſalem lætitia inenarrabili exultate, quia ciuitas hæc veſtra ſuper Deum ipſum innixa eſt, eſtis ſanè ſicut mõs Sion, de cuius perpetua ſtabilitate, ac firmitate dubitari nunquam poterit.

Quantam huius domus firmitatẽ habeat, ex duobus cõſiderare licet.

Habet, domus & templa Dei ſunt.

Chriſtus petra, & fundamentum operum, & cogitationum noſtrarum eſſe debet.

Ephe. 2. d. 20

Iſai. 28. d. 16

Pſal. 124. d. 1

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Pſal. 26. b.

Pſal. 14.

1. Cor. 3. b. 9

1. Cor. 3.

Universidad de Deusto
BibliotecaDeusto

Audire, credere, & facere oportet, vt Christi fundamẽto nitamur.

A Vnum est, quia oportet inprimis audire, credere, & facere, & huic fundamento verè nitatur. Dicit enim Dominus: *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea.* Quibus verbis, iterũ persistit Dominus, & vrget, opera summè necessaria esse, sine quibus fides inutilis est, & vana, ad æternam consequendam salutem. Ideò dicit, *Qui audit.* Auditus ad fidem capessendam via est. Fides (inquit Paulus) ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Audire quidem parum vtilitatis afferre poterit, nisi is qui audit credat, & fidem dictis adhibeat. Auditus siquidem ad fidem dispositio tantum est. At verò fides sola ad salutem minimè sufficere constat, nisi pietatis, & charitatis opera subsequantur, id quod his verbis manifestè Dominus ostẽdit, cùm ait: *Qui audit verba mea hæc, & facit ea.* Necessarium quidem est audire, nam qui ex Deo est, verba Dei audit. Verùm non sufficit, nisi fides accedat. Non enim auditores legis, sed factores iustificabuntur. Vbi aduertendũ quoquè est, totum concionis epilogum comprehendere, in hoc quod dicit: *Qui audit verba mea hæc.* Ac si dicat: Memoria perpetua seruate hæc verba mea, quia in illis vniuersa, quæ ad salutem pertinere poterunt, vobis manifestè declaraui.

Rom.10.

Auditus, via ad fidem capessendam.

Iom.8.

Rom.2.b.13.

C

Alterum est consideratione dignissimum, nempè similitudinẽ, quã affert duorum, qui magnis sumptibus domum, vnusquisq; suam ædificare studeant, quorum alter super firmissimum fundamẽtum ædificium construit. Alter verò instabili, & infideli fundamento innitens, oleum, & operam perdidit. Describit igitur Dominus ædificationẽ, impugnationem, & constantiam, & firmitatem domus benè constructę: contra verò ruinã eius, quæ firmis fundamentis innixa non erat, quatenus hæc similitudine boni, & mali dignoscantur. Boni etenim iudicantur A à Deo ij, qui audiũt veritatem illiq; fidem adhibent, & fidem, quam acceperunt, operibus comprobarũt. Mali verò, qui in labili, & fluxa huius mundi desideria studium ponũt, seipsos & vniuersos labores suos renui vento concussi perdiderunt. Videamus iam impugnationem domorum.

D

Ædificare qualiter benè, & malè possumus, & sub firmo aut labili fundamento.

25 *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, &c.* Vniuersa hæc, tribulationes, & labores quibus fideles, & pij viri frequenter, in B hac vita agitantur, designãt. Quibus quàm solidè ædificati simus suprà firmam petram, nempè Christum, ac fidem in illum declaramus. Nam tunc verè Christi fidem, & doctrinã nos recepisse manifestè declarabimus, quando omnibus Satanæ insultibus animosè resistere possumus, si tanquam victores palmam, & coronam reportare volumus. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit: at legitimum certamẽ est, perstare, & durare, & prosperis nosmet rebus seruare secundis. Quod C quidem facimus ingruẽtes impetus perferendo, in morem eius domus, quæ cum esset fundata suprà firmã petram, impetum imbrium, fluminum, & ventorum sustinuit. Quàm clari euaserunt, & magni quorũ domus super stabilem petram fundata fuit. Contẽplemur præstantissimos illos viros, qui ob virtutis excellentiam, spectaculum facti fuere, nõ solum hominibus, verùmetiam Angelis ipsis, qui in fragili corpore positi, corporeum omne pondus animi virtute superabant, qui non solùm direptionem suarum facultatũ, alacri animo perferebãt, verùmetiam exquisitis examinati tormentis, agebant gratias, & gloriabantur etiam in illis. Gloriamur (ait Paulus) in tribularionibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem

2. Ad Tim. 2 4.

Certandũ vt victoriam cõparare valeamus.

Rom. 5. b. 3.

A autem probationem, probatio verò spem, spes autẽ non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Et iterum: Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Et Beatus Iacobus: Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patientiã operatur: Patientia autem opus perfectum habet. Quàm solido nitebantur fundamento ij, qui in quotidianis mortibus securiversabãtur? Qui in laboribus copiosiùs, in verberibus supramodũ, in carceribus abundantiùs, in mortibus frequenter viram agere gloriabantur? De quibus etiam ad Hebræos Paulus ait: Sãcti ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occi- C sione gladij mortui sunt: circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & spelũcis, & in cauernis terræ. Et hæc quidem perferunt ij, qui fundamentum super petram collocauerũt. Vbi verò remissionis tempus est, nihil remissè agunt, sed, si diuitijs abundãt, non vulgi iudicium sequuntur, sed ad Euangelicam regulam eas distribuunt, seseq; tanquam Dei dispẽsatores gerunt. In eundẽ modũ hono- D ribus, ingenio, omnibus deniq;, & corporis, & animi bonis vtuntur, vt in omnibus honorificetur Deus, quemadmodum D. Petrus admonet: Videre verò quãta sit fœlicitas hominis, qui hoc posuerit fundamẽtum, vt videatur quædã cælestis vitę repręsentatio, vbi quis in quauis rerum fortuna semper idẽ est, semper sibi constat, atq; in medijs molestijs etiam gaudet. Ibãt (inquit) Apostoli gaudentes à conspectu concilij, A quoniam digni habiti sunt cõtumeliam pati. Eiusmodi enim pressuris, dolantur lapides, qui super tàm præclarum cęlestis structurę fundamentum collocandi sunt. Hoc est, quod Ecclesia magno cum iubilo cantat, dicens:

2. Corin. 12. c. 10.

Iacob. 1. d. 2.

Gaudium iustorum perse quationes tolerando.

Hebr. 11. 8. 36

In grauium; medio, molestiarum gaudendum.

Tunsionibus pressuris expoliti lapides,
Suis coaptantur locis, per manum artificis;
Disponuntur permansuri sacris ædificijs.

Hymno Dedicationis Ecclesiæ.

Ecclesiam ergo quàm vir sapiens, nempè Christus ædificauit super petram, hoc est, super se, & fidem, qua B in ipsum credere tenemur, tàm firmæ soliditatis perpetuò consistere debet, vt nec pluuiæ mẽdacis doctrinę eam corrumpere possint, nec diabolicus ventus suo magno impetu impellere vnquam valebit, nec violentorum fluminum rapidus cursus mouere quoquo pacto poterit: nam in Christo fundata omnium malorum potentiam superabit. Id quod Christus Ecclesię suæ pollicitus est, dicens: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Huic viro sapienti, nempè Christo, omnis pius & verè fidelis Christianus similis est, quia totis viribus, nullis parcens laboribus, animæ suę ædificium super hanc petram, scilicet, Christum, struere satagit. Qui enim audit verba Christi hæc, & facit ea, Christo persimilis est, quia sicut structura ipsi fundamento sic aptanda est, vt proportionem omni nò seruet: ita verus Christianus, qui D seipsum ædificat super Christum in omni genere virtutum, ipsi Christo assimilari debet, vt structura fundamento cõueniat. Christus enim charitas est, & qui in operibus charitatis ædificat, super petram Christum se se ædificare intelligat. Pari quoq; ratione qui ædificat se in mansuetudine, super petram, videlicet, Christum qui mitissimus est, se se ædificatum

Ecclesiæ stabilitas, & firmitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A catum agnoscat. Et qui seipsum superando carnis petulantiam, in castitate ædificat, super hanc petram, scilicet, Christũ qui puritas ipsissima est, se ædificasse certò sibi persuadeat. Similiter, & in misericordia, & in quacunq; specie boni ædificauerit se se homo, super petrã Christum, qui omne bonum in se continet, semetipsum ædificatum credat, & Christo persimilem futurũ. Nã teste D. Paulo: Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum
B sicuti est. Et sicut Christi Ecclesiam super petram ædificatam, nulla aduersitas eam diruere potest: sic talẽ Christianum virum, qui seipsum super Christũ ædificare studuit, validè sibi persuadeat, nullam futuram aduersitatem, quæ ipsum diruere valeat, si modò in suo fundamẽto persistat. Et tandem cum D. Paulo dicere constanter poterit: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? An angustia, &c. Certus sum
C enim, quia nec mors, nec vita, nec Angeli, nec principatus, &c. Vndè hoc? Certè ex lapide super quẽ fundamẽtum posuimus, stabilis hæc nobis fortitudo cõtingit, adeò vt si vniuersi insurgãt in nos aduersarij, dicere constantissimè cũ Eliseo posumus. Plures enim nobiscũ sunt, quã cum illis. Certissima at immobilis est illa Dei promissio nobis facta, dicens: Nemo rapiet oues de manu mea, quia Pater qui dedit mihi maior omnibus est.
D Si igitur sapiens ille omninò est, qui seipsum super lapidem firmissimum, nempè Christum ædificat, cũ contrariorum eadem sit disciplina stultus certè iudicãdus est, qui magnam ædificij molẽ super arenæ fundamentum erigere contendit. Qui super arenæ fundamentum se ædificat is proculdubio est, qui audit verba Christi, & non facit ea, miser homo qui animo non considerat vniuersa humana, quę oculis intuentiũ A
posita sunt, arena ipsa instabiliora planè esse: quia terrena omnia nunquam (teste Iob) in eodem statu permanent, quibus qui innitur corruat necesse est. Imbres, flumina, venti, arguunt huius domus ædificium, solidum ne an fragile sit. Cum ergo cernimus, nos qualiber etiam læui tentatione perturbari, & locum nostrũ deserere, tunc arguimus nos fundamentum nostrum arenam posuisse,
B rem nimirùm omni soliditate destitutam, & hoc sanè quotidie experimur. Et licet hoc grauissimum malum sit tentationibus succumbere, res tamen longè miserabilior nobis accidit, quàm in manufactis domibus euenire sæpè videmus. Nam illę nõ corruunt, nisi vehemẽti aliqua re aduersa quatiantur, vt sunt imbres, flumina, vẽti, & nos prosperis (proh dolor) deijcimur rebus, & gra uiùs plerunq; eos opprimunt quàm aduersa ipsa, nam & si inueniantur
C qui tentationũ molestijs, atq; hominum persecutionibus frangantur, cernas tamẽ plurimos, qui ad se redeãt, & flagelis correcti, veluti filij à parentibus castigati, resipiscãt. At prospera ipsa nos nostra stultitia efficimus, vt aduersa nobis fiãt, & quę instrumenta esse debuerant, ad firmandũ interioris hominis ædificiũ, ijs ad illud euertẽdum vtimur, & feris ipsis ac ratione carentibus animãtibus sumus deteriores. Illa enim
D beneficientia mitescũt, nos verò beneficijs euadimus magis efferi, quod contra faciendum fuerat. Cũ enim videamus Deũ onerare (vt Prophetæ verbis vtar) nos suis donis, opibus, honoribus, robore ac specie corporis, deberemus ijs vti muneribus in eius gloriam, qui sit ea largitus. Verùm omnia in eius potiùs cõuertimus ignominiã. Qui dies est, mille excogitat vias, quibus ita opes insumat, vt nihil ad Christũ, à quo illas

Ædificãt super firmissimam petrã, nempè Christum nihil nocere potest.

Rom. 8. g. 35

4. Reg. 4.

Ioan. 10.

Ædificare nitẽtis magnã fabricam super arenam, quanta stultitia.

Non tantùm tentationibus succumbimus verùm aduersis etiam prosternimur.

Homini illi qui seris mitescit, illa enim beneficijs manifestant, nos verò beneficijs ingratitudine respõdemus.

Diuitiæ & alia tempora lia bona, vt forma, & cætera dei vsui inseruiunt.

A illas accepit, queat peruenire mã pro facultatum summa, arbitrantur homines oportere vestium pretiosarũ abundantiam in promptuarijs habere, exquisitissimis cibis mẽsas replere, & equorum apparatum splendidum, & famulorum numerosam cateruam adhibere. Idq; si ducti ratione humana, nulla interim ratione habita ad statuta Diuina cõsiderare volumus, facilè videre erit, q perroris (dumtaxat) opinione sibi licere persuassum habent. Simili quoquè modo ij qui honoribus, ac dignitati
B bus à Deo cohonestati fuerunt, ijs planè persæpè abutuntur, proximos quosq; cõtemnendo, atq; interdum opprimendo, quanuis hęc adiuuandos homines, atq; vt in eis honotificetur Deus, sint data. Alius cæteris ingenio antecellit, mox illud ad circumueniẽdum proximum quemq; conuertit. Ille robore ac forma corporis præstat, continuò in omnem lasciuiam ætatem insumit. Et hæc omnia, quæ ad firmandam, stabilien
C damq; domum nostram super Christum, aptissima certè esse videbantur, atq; ad id nobis concessa fuisse credere tenebamur, nos stultissimi ad illam potius euertendam istis studiosè abutimur, atq; ad nostrã (dumtaxat) perniciem ingeniosi sumus, & efficimus nostris peruersis moribus, vt ipsa bona nobis in malũ conuertantur, ob eam (dumtaxat) causam, quòd in fluxa labiliq; arena fundamenta nostra collocamus, nequè
D ea, quæ à Christo audiuimus præsta recuramus, sed appetitionibus tantum nostris, instabili, videlicet arenæ inhæremus.

Ex his omnibus colligere licet, nos nostra propria culpa ruere, & perniciem nobis ipsis conscisscere, cùm nostrũ planè sit in Christo ędificare. Vnde nostrum liberum arbitrium in bono, & nostram cooperationem cum Deo, Christus his verbis nobis declarauit. Quibus ostendit salutem nostram in hoc vno consistere, nempè, vt super Christũ ædificium nostrum cõstruere curemus. Perditionem verò nostram inde ominò prouenire, quòd malitia nostra, super arenam labilẽ, & nullius fortitudinis nos ipsos ædificare cõtendimus. Hinc est, quòd D. Chrysostomus uolens hanc veritatem stabilere, propriam ac peculiarem homiliam ad populum Antiochenum fecit, ostendẽs manifestè, neminem
B nisi à se se ipso lædi posse, dicens his verbis. Hoc est, quod nobis indicat illa parabola, quę de illis scripta est: Qui domos ædificare studuerunt, quorum alius ędificauit domum suã super petram, alius verò super arenam. Non vt arenam, & petram intelligamus, neq; vt ædificium ex lapidibus, & lignis consideremus constructũ, neq; vt flumina, & imbres, & ventos, qui impingunt in domos illas, materiales putemus. Sed vt hæc esse intelligamus, vel virtutem animi, vel ignauiam, & vt ex his ad-
C uertamus, quod nisi quis se se ipsum læserit, ab alio non potest lædi. Non ergo nec pluuia, nec flumina cũ impetu descendentia, neq; venti validissimi, commouere potuerunt domum suam supra petram fundatã. Vt ex hoc intelligamus, quia qui seipsum non prodiderit, nec à se ipso fuerit motus, nulla superueniens tẽtatio, deijcere eum poterit aut mouere. Illud verò aliud ædificium facilè subuertitur, non pro tentationum violẽtia, alioquin & illud aliud
D ædificiũ deiecisset: sed propter fundamẽti, ideſt, propter infirmitatem. Arena enim est res mobilis, & fluẽs, quæ sine dubio inconstantiam, atq; instabilitatem designat animorum. Non ergo (vt diximus) lapsus & ruinæ causa tentatio est, sed instabilitas animi & ignauia, quæ etiam sine tentatione interdũ sponte deijcitur, sicut

Ædificare debemus cum Christo, & super fundamẽtum Christi.

D. Chrysost. tom. 5. hom. quod nemo lædatur, nisi à se ipso.

Læsio nostra à nobis dimanat.

Tentatio ruinæ causa non est, sed animi instabilitas, & ignauia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sicut & ipsa fabrica, quæ super arenam fundata est, etiam si flumina vē tiq; non vrgeant, ipsa tamen paulatim effluens, instabilis arenę ædificij crepidinem subruit, & euertit. Nā & arenæ sponte rumpūtur: Adamas verò nec malleis cęsus infringitur. Ita ergo qui à semetipso nō lęditur, etiam si tundatur, ab alijs lædi non potest. Qui verò animi sui ignauia proditur, etiam nullo perurgente, spōte defluit, & resoluitur. Sicut & Iudas ille non solùm, nullo extrinsecus impellente, delapsus est, sed è cō
B trario pluribus adiutus remedijs stare non potuit.

Hinc etiam disces, non minus impios in suis pessimis operibus laborare, & interdum plus laboris insumere, quàm iusti, qui in pietatis operibus studio magno desudant. Nam is qui verba Christi audit, & non facit ea, æquè ædificat domum suam, & multos in ædificando labores, & anxietates patitur, & longè plures quàm ille, qui audit verba & facit. Plus enim laboris patiatur oportet is, qui super arenam labilem, magnā ædificij molem struere desudat, quā ille qui super firmissimam petram amplam structuram facit. Pares sanè sunt vtriq; labores, nēpè suas erigendo domos equalis altitudinis: at verò stultus homo, & iniquus, plus expensarum, & laborū insumit sua culpa, quia eius domū super arenā fundauit, quæ brœui cassura est. En
D Dominus dicit, quòd sicut pius laborat suam ædificans domum, ita laborat & impius, ædificans & ipse suam domum, super arenam tamen, in quo eius stultitia manifesta declaratur, quia scilicet se, & opera sua ædificat super incerto diuitiarum, super honorum inconstantiam, & super labiles huius seculi delitijs, quæ omnia ipsa arena instabiliora sunt, & tandem breuissimo temporis spatio, omnia quæ sub sole fudauit, magno impetu corruent. A

Verba Christi facies nec operans, plures anxietates patitur quam ille qui audit, & facit. C

At verò si contextum literæ Euāgelicæ consideramus, hîc nō in hac diuersa structura domus, de quouis pio seu impio oratio decurrit, sed de ijs qui suprà fidei petram, & Euāgelicæ doctrinæ regulam, vitæ suæ statum, & conuersationem iustam, ita dum inviuis agerent, instituerūt, vt etiam si vniuersis tentationibus, vel à mūdo, vel à carne, vel à Satana, grauissimè concussus fuerit, quatenus à fide, seu ab illo statu, in quo à fidei doctrina edoctus, suam ędificauit animam corruat, perpetuò tamen fixus, & firmus stabit. Ille verò qui Dei verba auditu percepit, caq; opere non perfecit, stultus omninò iudicatur, quia super arenam, nempè super instabilitatem diuersarum doctrinarum ab vnitate fidei diffidē tium mentem, animamq; suam stultissimè fundauit, iudicio suo innitens, & à iudicio vniuersalis Ecclesiæ discedens: Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens vapulabit multis. Facilimo negotio, & C leui tentatione corruet is, qui in fide & doctrina Christi firmiter stabilitus non fuerit.

B

Audiens verba Dei, & nō perficiēs stultus iudicatur.

Luc. 12. f. 47.

27 *Et fuit ruina magna.* Quomodo magna? Sicut enim domus, quæ validum habet fundamentum, si pars aliqua parietis, vel tecti ceciderit, ruina quidem eius non magna censenda erit, quia fundamento bene iacto durante, poterit iterum reparari. Si verò eius domus fundamētum iacturam patiatur, & corruat omnino, tunc ruina eius magna certè iudicanda est, quia tota illa misera domus, nēpè structura illa magna, vnà cum fundamento collapsa sunt. Ad eundem modum Christiani viri domus iudicanda venit. Nam si fornicarus fuerit, aut adulterium cōmiserit, siue homicidium perpetrauerit, aut quoduis aliud peccatum ex capitalibus fecerit, cecidit quidem animæ

A animæ illius structura per gratiam Christi facta: ruina tamen eius licet dolore digna sit, non tamen magna dicenda venit, quia iterum per pœnitentiam sic reparari poterit, vt in maiorem, & splendidiorem fabricā ædificij moles consurgat. Sicuti Dauidi multisq; alijs viris, qui post lapsum magna cum gloria surrexerūt, contigisse legimus. Si verò ruina illa tāta fuisset, vt non modo vsq; ad fundamētum fabrica corruisset, verùmetiam fundamentum omninò
B destructum perijsset, tunc certè ruina illa magna omninò ab omnibus iudicanda foret. Pari quoq; modo si in structura animæ, fidei fundamētum omnipotētis dono datum, atq; constructum, euulsum fuerit, & destructum, ideſt, si vir prævaricatus taliter fuerit, vt ad hæreticos, & Satanæ castra confugerit, væ illi, quia ruina eius adeò magna est, vt sine validissima manu Dei reparari iam nō possit, cò quòd fidei fundamentum omninò corruit. Ad has sapiētis & stulti hominis structuras, nēpè, Catholici viri in Christi doctrina fundati, & stultissimi hęretici, super hęreticorum fallaces sectas stabiliti, oculos Dominus deflectebat, quatenus per has ædificiorum similitudines, quid sequendum, quid vè fugiēdum à nobis sit, intelligamus: & hūc puto literæ germanum esse sensum, A in quo vniuersæ legis Euangelicæ epilogum complexus est.

Hic finis est Diuini huius sermonis à Seruatore nostro Christo in monte habiti, in quo omnia quæ ad Christianam philosophiam Ecclesiæ Dei necessaria videbantur, tanquam dux ac præceptor gentibus à Patre æterno missus, summa breuitate nobis explicuit. In hac autem lege Euāgelica, vniuersæ leges, quæ in vniuersis Christianorū regnis, à legislatoribus datæ sunt comprehenduntur, & ab ea tanquam è B proprio cælesti fonte dimanare cōpertum est. Et ob hanc causam iudicaui, non fuisse superuacaneum diutiùs in eo immorari, & primum D. Matthæi volumē in hac legis Euāgelicæ interpretatione insumere. Ex animo quidem opto, vt eundem sermonem, & quæ in eo dicta sunt, sæpiùs animo versemur, & tanquam munda animalia veluti ruminando sæpiùs repetamus: nam ipsa repetitione fiet, vt Dauidem imitantes, no ctes, ac dies in meditatione legis Di C uinæ insumamus, & indies in virtute magis ac magis crescamus. Mirabimurq; Dei pietatem erga nos, qui dignatus fuit hominē in se accipere, & cęlestibus doctrinis nos perditos, ad cęlestia regna vnà secū deducere.

Ruina domus Christiani quomodo magna, & non magna esse possit.

Christiani facta, & hæ stulti designantur à Domino.

EXPOSITIO.

TEXTVS.

28 ET factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius 29. Erat enim docēs eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.

D 28 *Admirabantur turbæ, &c.* Græcè *Exeplissonto.* Hoc est, stupebant attoniti. Tum quòd turbæ adstantes sciebant ipsum Christum, nunquam studio, aut literis vacasse: hinc fit, vt attoniti videntes tā excellentem, & præclaram doctrinam ex eius ore audiuisse, nouā & hactenus à nemine vnquam auditam, stupefacti dicebant. Quid nam est hoc? Quæ est doctrina hæc noua, quod in potestate spiritib⁹ immūdis imperat, & obe- D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marci. A & obediunt ei? Rurſum: Vndè huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapiẽtia quæ data eſt ei? Dicebant ſtupentes. Stupebãt quoq; quòd nouum quidam, & inauditum referret, tanta cum vehementia ſpiritus, vt audientes Diuinam hanc doctrinam, intra præcordia, quid Diuinum, non modo perſenſerint, id quod in doctrinæ amorem totos eos rapere ſentiebãt, verùmetiam in ſanctiſsimæ eius legis executionem mirum inmodum impellebat. Hìc ſanè Deus ipſe, promiſsionem ſemel per Hieremiã factam, videlicet: Dabo legem meam in cordibus eorum, & in viſceribus eorum ſuper ſcribam eã, opere executus eſt. Legem quidem ſanctiſsimi ſui, ac proximi amoris dando, & audientium corda in ſe conuertendo. Ignitum illum Diuinę legis amorem, cum intra ſe audientes mirabiliter perſentirent ſtupefacti, & attoniti mirabantur. Tunc illa Dauidis inſignis prophetia, qua manifeſtè docebat legis Euangelicæ excellentiam, adimpleta fuit: Lex Domini (inquit) immaculata, conuertẽs animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis: Iuſtitię Domini rectæ, lætificantes corda: Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, &c. Tot tantaq; præclara in lege Domini conſiſtentia, alta mente reuoluẽtes, in maximam admirationem, & quaſi in extaſim rapiebantur, cogitantes intra ſe, ſi vniuerſa quæ à Propheta fuerant de lege Diuina prędicta, in hac ſola lege à Chriſto in monte tradita inueniuntur, quare non corda noſtra in eius amore liqueſcũt? Quare vniuerſa mundi conculcata bona, ſummum hunc ſapientiæ Diuinæ bonũ, non magna contentione ſequimur? Ex illa magna turbarum admiratione hæc, & lõgè maiora philoſophari quidem poterant. Et iam Dominus dicere quidem poterat illud

Marc. 7.c.

Doctrinæ Chriſti excellentia obſtupefecit quondam.

Hier. 31. f. 33 B

Pſal. 18. C

Iſai. 43. c. 21. Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Verumenimverò licèt alta mente, multa in hac eximia concione perſcrutati fuerint, hoc maximè nomine cõmendandã iudicabant, quod concionatoris doctrina vniuerſos eius tẽporis cõcionatores ſuperabat, tã in poteſtate, qua in docendo, & ferẽda lege vtebatur, quã in exceſſu magno, quo in omnibus Scribas, & Phariſæos excellebat. Obſtupebãt quidẽ, quod Chriſti doctrina, tanta cũ maieſtate coniuncta eſſet: *Docebat tã quam poteſtatem habens.* Hoc eſt, authoritatẽ in ſe, & ius dicendi, & agendi ſupremũ habere videbatur. Nõ enim dicebat: Hæc ait Dñs, ſed cum maieſtate, & ſupremo imperio vtẽs, ſic loquebatur: Ego dico vobis. Et in edẽdis miraculis omni admiratione dignisſimis, non Dei opẽ implorabat, ſed cũ imperio præcipiebat, dicens: Adoleſcens ſeu puella tibi dico ſurge. Et paralitico ait: Surge tolle lectum tuum, & vade in domũ tuã. Nonnulli ſunt qui poteſtatẽ illã referunt ad energiã illã admirabilẽ, & efficaciã inſignem, quã in docẽdo habebat, qua oſtẽdebat Spiritũ ſanctũ per eum mira ratione corda audientiũ ad fidem, & pœnitentiã permouere. Cum doctrina Scribarũ, & Phariſæorũ impotens ad mouẽdum corda eſſet, eò quòd frigida omninò erat, & nullam vim, atquè virtutem in ſe contineret. Hanc quidem poteſtatem, etſi longè inferiorem à Chriſto, mirificam tamen habuerunt Apoſtoli, habentq; etiam nũc in Eccleſia Dei quàm multi, qui Diuino ſpiritu pollentes, ad docendum alios Diuinitùs delegantur. De hac quidem poteſtate, ac virtute, de ſe Paulus ait: Sermo (inquit) meus, nõ in perſuaſibilibus humanę ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis. Et idem gloriatur de poteſtate, ſibi data in ædificationem

A Iſai. 43. c.

B

Quã maieſtate, & imperio Chriſtus miracula operabatur.

C

Scribarum, & Phariſeorum doctrina frigida erat.

D

Virtutẽ ſpiritus ad docendum quidem habuit Paulus vas electiſsimum poſſederit. 2. Cor. 2.

2. Cor. 12.

A ficationem Eccleſiæ, non in deſtructionem: inſtructumq; ſe ſpiritualibus armis, potentibus Deo, quibus demoliri poſsit, omnem celſitudinem extollentem ſe aduerſus cognitionem Dei, in promptu habens vlciſci omnẽ inobedientiam. Vnde hoc? Quia ſpiritu Dei loquebatur: An experimentum (inquit) quęritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Non quidẽ loquebatur in perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis, ſed in oſtẽſione Spiritus, nempè, ſancti.

B At verò Scribæ, & Phariſæi hãc poteſtatẽ in docendo minimè oſtendere poterãt, quia poteſtatem docẽdi nemo rectè habere poterit, qui id quod verbis docet, opere non oſtendit. Vnde Rupertus hunc locũ exponẽs, ſic ait: Poteſtatẽ non habere in docẽdo, eſt bona loqui, & malè operari: Scribæ enim & Phariſæi quanuis de lege, & Prophetis eleganter loquerẽtur, volentes tamen hominibus placere, diuitibus adulabantur, vt ex eis aliquid commodi adipiſci poſsint. Vtinam hoc ipſum noſtro hoc ſeculo nõ eueniret. Cõtra quos Dñs per Ezechielẽ grauiſsimè inuehitur dicẽs: Væ qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſę ætatis ad capiẽdas animas. Et cũ caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabãt me ad populum meũ, propter pugillum hordei, & fragmẽ panis, vt interficerent animas, quæ nõ moriũtur, & viuificarẽt animas quæ non viuunt, mentientes populo meo, credenti mendacijs. Quid enim eſt viuificare animas, quæ non viuunt, & interficere animas, quæ non moriuntur, niſi iuſtificare impium, & condemnare piũ pro muneribus? Hoc nãq; tale eſt, quale eſſet conſuere puluillos ſub omni cubitu manus, & facere ceruicalia ſub capite vniuerſę ætatis, & hoc propter pugillum hordei, & fragmen panis, ideſt, propter emolumentũ, vel cõmodum tẽporale. Vile nimiũ, exile prętnęũ in comparatione detrimẽti, quod iuſtè ſibi aſcriuit dum miſer ille adulator peccata aliena propria ſibi facere contẽpſit. Num ergo ij tales in docẽdo poteſtatem habere, vel minimã iudicandi ſunt? Minimè. Immò ſerui ſeruorũ, impotẽtes, & venales clientuli potiùs dicendi veniũt. Hos miſeros, & falſos prophetas, nõ ſine lachrymis Hierem. taxat, dicens: Prophetæ tui viderũt tibi ſtulta, & falſa, nec aperiebant ignominiam tuã vt te ad pœnitẽtiam prouocarent.

D. verò Chryſoſtomus, admirationẽ hanc, & ſtuporem magnũ turbarũ ad verba illa, quibus Chriſtus terribilis illius iudicij, quo pœnas non faciẽtibus legem, & præmium operantibus eam, largiturũ ſe promittit, refert. Vnde ſtuporẽ magnũ conceperãt, & philoſophabãtur hominem illum, quẽ exteriùs ſimilem nobis agnouerant, verum eſſe Meſſiam tamdiu à populo deſideratum, qui tanquam verus Deus pœnas, & præmia poſlicebatur æterna. Vnde cælorũ Dominum, vbi prętnia ſecura parantur, & infernorũ quoq; vbi pœnas perpetuas malis inferuntur, & terræ vbi mandata tanta cum maieſtate ferebant, eum eſſe iudicabãt. Ideò meritò ſtupebant Dominũ cęli, & terræ ac infernorum, præſentẽ videre, & legẽ ex ore eius ſuſcipere. Mirabantur quoq;, & ſtupebãt turbæ, videntes hũc mundi legiſlatorẽ vnica tantũ concione, & in mõte habita, vbi Spiritus ſancti ordinatione proculdubio factũ fuiſſe credimus, vt tantorum populorum turbas, ad Chriſti doctrinam audiendã, legẽq; Euangelicam ſuſcipiẽdam cateruatim confluerẽt, ibiq; ſtatum ærnæ fœlicitatis, quibus dandũ foret exprimeret, nẽpè pauperibus, manſuetis, lugentibus, & eſuriẽtibus, miſericordiamq;

A

Adulatur alij quando cõclamatores propter tẽporalia cõmoda.

B Thren. 2. c.

D. Chryſoſt. homil. 26. in Matth. oper. imperf.

C

Turbæ quãdo admirabãtur doctrinã Chriſti audientes.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ricordiamq; facientibus, perfectam quoq; cordis munditiã habẽtibus, & ijs qui pacẽ cũ omnibus amplexã tur, & perſequutionibus varijs concuſſi propter Deũ, in omni tribulationũ genere gauderẽt, æternæ vitæ præmiũ expectãtes. Et cum hæc noua certè, & in audita hactenus viderentur, nouos inſtituit doctores, quos terræ ſal nũcupauit, quatenus audientes, tanquam cibaria dulciſſima, & optimo ſale condita Euãgelicæ legis cibos deguſtarent: & ſcirẽt, non ſatis fore Euangelicã legẽ profitentibus, Scribarũ, & Phariſæorũ iuſtitiã ſequi, ſed aliam quandã perfectiorem amplexari, quã in multis conſiſtere oſtendit, ſi Patris cęleſtis perfectionem imitari percupimus. Hæc in primo huius concionis capite contẽta videmus. Deinde ſi ad virtutũ perfectionem pertingere volumus, quanto ſtudio oporteat nos cauere ab omni arrogantiæ genere, in ſanctarũ virtutum operatione. Vbi de eleemoſyna, oratione, & ieiunio, præclara exhibet documẽta, docens C quo animo, quo ſpiritu, quanto feruore mentis rectaq; intentione, ea operare oporteat, ſi æternæ vitę fructũ ex ijſcõparare cupimus. Docuit nos prætereà ipſa Dei ſapiẽtia, quibus hæc cæleſtis doctrina cõmunicãda ſit, & qui ab illa meritò ſint arcendi, ne in cõtumeliã eiuſmodi cæleſtes margaritæ vnquã venire poſſint, quos manifeſtos hæreticos eſſe D credimus. At verò cautelam quam adhibere oporteat, in pſeudo prophetis agnoſcẽdis luce clariùs nobis declarauit, ne ſub tegmine ouillis pietatis, ipſa lupina impietate ſeducamur, ſed in ipſa fide perſiſtentes, & A operibus fidẽ comprobando, ęternę vitæ præmia, fidelibus promiſſa capiamus? Hæc eſt breuiſsima ſumma eorũ omnium, quæ Chriſtus legiſer noſter, in ſua cæleſti concione nos docuit. Quis noſtrũ non in maximã admirationẽ, & ſtuporem mẽtis, cũ turba rapietur, & Deo Opti. Maxi. gratias referet immenſas, quod ſua ineffabili clemẽtia dignatus fuerit, ſua nos ſancta lege inſtituere. Beatus homo (ait Dauid hanc legẽ cõſiderans) quem tu erudieris Domine, B & de lege tua docueris eum. O ter quaterq; fœlices, quibus à Deo datur vera legis Diuinæ cognitio, vnà cũ gratia pariter operandi vniuerſa legis mandata. Hęc fac & viues. Nõ eſt certè alia natio tàm grandis quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis, legem vitæ nobis promulgando. Sola hæc lex eſt re vera, quæ ſua æquiſſima virtute ac vi, hominũ animos, quãtunuis rudes, ad ſe cõuertere poteſt, vt quæ ab ipſo authore Deo profecta C ſit, atq; idcirco efficax ad eos permouẽdos. In eius executione dies ac noctes incũbere oportet, vt ęterna illa prędmia (ſeruantibus promiſſa) cõſequi valeamus, iuuante Domino, ad quem prouolutis genibus accedamus, & cũ egregio Doctore ac Patre Auguſtino humiliſter poſtulem⁹. Da quod iubes, & iube quod vis. Si dederis gratiã, legis factores inuenies, & præmia cæleſtis glorię cõcedes, quæ nobis præſtare dignetur ipſe Deus, qui cum Patre, & Spiritu D ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Euangelicã legem profitentes, quam perfectionem amplexari teneantur.

Pſal. 93. b. 12

Lege Diuina erudiri, quã præclarũ, & vtile.

Me doctrinamq; hanc ſanctæ Eccleſiæ correctioni lubens ſubmitto.

FINIS PRIMI TOMI.

GRato animo (candide Lector) has noſtras lucubrationes, à viro iam ſenio confectò, accipias obſecro: quod ſi Deus vitæ ſpatia mihi immerito conceſſerit, breui futurum polliceor, vt reliqua D. Matthæi capita, in lucem emittentur. Vale.

BVRGIS,
Ex officina Philippi Iuntæ, per Ioannem Baptiſtam Vareſium.

Anno M. D. XCVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ in hac expositione Euangelij secundum Matthæum obiter, vel ex professo elucidantur.

Prior numerus paginam indicat, posterior columnam, literæ verò sub eis locis indicata continent. At numeri margimibus additi, ad versiculos pertinent ipsis capitibus nouorum Bibliorum notatos.

GENESIS.

CAP. I.

1 IN principio creauit Deus cælũ & terram, pag. 19.col.1.a.& pag.495 col.1.c
2 Tenebræ erãt super faciẽ abyssi.134.2.c
3 Dixitque Deus fiat lux,292.1.a
4 Vidit Deus lucem quòd esset bona,72.1.d

CAP. II.

4 Istæ sunt generationes cæli & terræ quãdo creatæ sunt,17.2.a.& 40.2.c
24 Quamobrem relinquet homo patrem suum,& matrem,& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, 441.1.c

CAP III.

1 Cur præcepit vobis Deus vt non comedetis ex omne ligno Paradisi,291.2.c & 571.1.d
15 INIMICICIAS ponam inter te, & mulierem,& inter semen tuum, & semen illius,197.1.d
15 Ipsa,vel,ipse conteret caput tuũ, 492.d
19 In labore vultus tui vesceris pane tuo. Idest ad vitã necessarijs. 510.2.c.& 512.2.a.& 563.1.a

CAP. IIII.

4 Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Prius ipsum Abel, & postea eius munera,480.2.d
10 Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra,573.2.b

CAP. V.

